D. EGIDII ROMANI

FIDELISSIMI EXPOSITORIS

in Ariſt. libros de Gener. commentaria, & ſubtiliſsimæ quæſt. ſuper primo

CLARISSIMIQVE DOCTORIS MARSILII INGVEN, ET MAGISTRI ALBERTI DE SAXONIA IN EOSDEM ACCVRATISSIMAE QVAESTIONES.

Omnia poſtrema hac noſtra æditione maiori quàm antea ſtudio caſtigata.



VENETIIS,
APVD HIERONYMVM SCOTVM.
M D LXVII.

TEXTVS ARISTOT. DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE CVM EXPOSITIONE OMNIVM EXPOSITORVM EIVS OPTIMI DOMINI EGIDII ROMANI FELICITER INCIPIT.

PROLOGVS.

Tex.c 37. & 3.8.

ANIMA vt teſtatur philoſophus in tertio de aĩa eſt quodãmodo omnia quicquid.n. eſt vel eſt ſenſibile vel intelligibile: anima.n. per ſenſum eſt quodãmodo omnia ſenſibilia:& per intellectum omnia intelligibilia. nam ſi eſt manus eſt organum organorum. ſic intellectus eſt ſpecies ſpecierum intelligibilium: & ſenſus ſpeciens eſt ſpecierum ſenſibiliũ. Natura.n.aliquibus animalibus tanq̃ inſtrumentum & organum ad ſui tuitionẽ dedit cornua: aliquibus vero vngues: homini autem dedit manus: & dãdo ſibi huiuſmodi organum quodãmodo dedit ei omnia organa. quia per manum quodlibet organum & quodlibet inſtrumentũ ſibi fabricare põt:ideo dicta eſt manus organũ organorum: quia eſt quodammodo oĩa organa. Sic etiam natura aliquibus corporibus dedit hanc ſenſibilem formã vt albedinem.aliquibus vero colorẽ alium vt nigredinem. Homini quidẽ cunctis aĩalibus perfectis dedit pupillam & omnes ſenſus.& dando eis pupillam quodãmodo dedit eis omnẽ colorẽ.Eſt.n.pupilla aliquo modo oĩs color: quia eſt ſuſceptiua ſpecierum oĩum colorum. Sic etiam dando eis omnem ſenſum: dedit ipſis oẽs formas ſenſibiles: propter qđ dictus eſt ſenſus ſpecies ſpecierum ſenſibiliũ: quia eſt quædã virtus comprehendens oẽs ſpecies ſenſibiles. Bene igitur dictũ eſt ꝙ anima per ſenſum eſt quodãmodo omnia ſenſibilia. Et qđ oſtenſum eſt de ſenſu reſpectu ſenſibiliũ:intelligendũ eſt etiã de intellectu reſpectu intelligibiliũ. nã intellectus eſt ſuſceptiuus omniũ formarũ intelligibiliũ, & quia vnumquodque recipit diſtinctionem & differentiam ab eis a quibus recipit eſſe & ſpeciẽ: cũ intellectus informetur ſpeciebus obiectorum: & recipiat formam & ſpeciem ab ipſis obiectis:propter quod ea quæ ſunt in intellectu:recipiant eſſe & ſpeciem ab ipſis obiectis: propter: quod oportet talia diuerſificari ſcđm diuerſitatẽ obiectorũ. Scientiæ ergo quia ſunt in intellectu diuerſificabũtur ſecundũ diuerſitatem obiectorum: ſiue diuerſitatem rerum quæ determinantur in ſcientia. Hęc autẽ diuerſitas dupliciter poteſt accipi: vel ſecundũ eſſentiam: vel ſecundum intentionem. Cum.n.dicimus ſciẽtias diuerſificari ſecundũ ea quæ determinantur in ipſis non eſt accipienda iſta diuerſitas ſecundum eſſentiam vt quod de vna & eadem re per eſſentiam non poſſint diuerſe ſcientiæ tractare.metaphiſicus.n.& phyſicus conſiderant de materia prima: vt dicit Cõmen. in ſeptimo meta. ſed nõ ſcđm eandem rationẽ Metaphiſicus.n.cõſiderat de ea vt habet rationẽ entis phyſicus vero vt eſt ſubiecta tranſmutationi, & motui.

en. 9 .m. 5. h. 22.

Sufficit ergo diuerſitas intentionum ad diuerſitatem ſcientiarum.Et quia ſecundum aliam & aliã intentionẽ accipitur aliquid ſub eſſe cõi, & ſub eſſe ſpãli: non eſt inconueniens vnum & idẽ conſideratum ſub eſſe cõi & ſpeciali pertinere ad diuerſas ſcientias: vt de corpore mobili determinat phyſicus ſub eſſe ſpeciali: vt ſub ratione qua mobile. metaphyſicus vero determinat de eo ſub eſſe cõi & ſub ratione entis. Et ſicut cõe & ſpitiale ſufficiunt ad diuerſitatem diuerſarum ſcientiarum: nulli dubiũ eſſe debet ꝙ ſufficere poſſunt ad diuerſitatem diue.ſorum librorum in eadem ſciẽtia. Cum ergo tota philoſophia naturalis ſit de corpore mobili & de habentibus analogiam ad tale corpus: poſſumus prima facie diuidere libros naturales: quia vel in eis determinatur de corpore mobili in communi. vel de his quæ quodam modo ſpeciali vel quaſi particulari habent analogiam ad tale corpus: liber enim phyſicorum de cœlo & mundo & de generatione ſunt quaſi libri communes. ceteri vero ſunt quaſi ſpeciales. Sed inter ipſos communes eſt ordo quidam,quia liber phyſicorum eſt communior libro de cœlo & mundo. & liber de cœlo & mundo libro de generatione.In libro enim phyſicorum principaliter intenditur de corpore mobili ſimpliciter: non contrahendo ipſum ad ſitum vel ad formam. & ſi ibi determinatur de motu ad ſitum vel ad formam: hoc eſt in quantum in talibus motibus reſeruatur ratio motus ſimpliciter. liber vero de cœlo & mundo: & de generatione ſunt aliquo modo de motu contracto. In nullo.n.iſtorum principaliter intenditur de mobili ſimpliciter:ſed in libro de cęlo & mũdo intenditur de mobili ad ſitum.In libro de generatione de mobili ad formam. mobile autem ad ſitum T.c.32.& 86.
eſt communius mobili ad formam.motus enim localis competit omni corpori ſecũdum philoſophũ. Ille eſt.n.motus de quo probatur 6. phyſicorum ꝙ omne corpus mobile: & omne mobile corpus. Quod vtrũ verum ſit:vel ſit dare aliquod corpus immobile non eſt præſentis ſpeculationis reperitur.n.motus localis tam in ſupercęleſtibus quàm in ſphera actiuorum & paſſiuorum: ideo liber de cœlo, & mundo qui continet libros quatuor: ſic nominatus eſt: quia primi duo libri ſunt magis de cœlo: alij vero duo vt 3. & 4. videntur magis eſſe de mundo & de motu actiuorum & paſſiuorum. Non eſt ergo dubium librum de cœlo & mundo præcedere librum de generatione: cum motus ad formam non reperiatur niſi in ſphera actiuorum & paſſiuorum: motus vero ad ſitum reperiatur in ſphera actiuorum, & paſſiuorũ & in celeſtibus. Sed forte dubitaret aliquis ꝙ liber, phyſicorum non debeat præcedere librũ de cœlo & mundo.nam cum motus ad ſitum vt dictum, eſt reperiatur in omni mobili: determinata in libro phyſi

corum non ſe extendent ad plura mobilia quàm determinata in libro de cœlo & mundo. Ad qđ dici poteſt ꝙ etſi determinata libro phyſicorũ nõ ſint vniuerſaliora ſecũdum numerũ mobilium. Sunt tamen magis vniuerſalia ſecundũ intentionem conſideratio nis. Intenditur vero in libro phyſicorum de mobilibus ſub eſſe communi. prout in eis reperitur motus ſimpliciter. In libro vero de cęlo & mundo prout in eis reperitur motus ad ſitum, & hoc ſufficit vt ille liber pręcedat iſtum. Patet ergo quid ſit ſubiectum in libro de generatione, quia corpus mobile ad formã patet etiam quem ordinem habet in numero librorũ naturalium, quia eſt tertius, & qũo differt ab omnibus libris, quia ſubiectum in hoc libro eſt minus cõe quam in libro phyſicorum & cęli & mundi. Eſt tamen communius ſubiecto aliorum librorũ. Hoc viſo ad expoſitionem literæ accedamus.

Tex. c. 1. *D generatione autem & corruptione, & de natura generatorum & corruptorum, & vniuerſaliter de omnibus; & cauſas diuidendum, & rationes eorum determinandum,*

Conſuetudo philoſophi eſt ſuis libris præmittere prooœmia, quod & in hoc libro fecit poſſumus ergo hunc librũ diuidere, in partes duas, ſcilicet in prooœmiũ & tractatum. Secũda incipit ibi. [Antiquorum ergo hi quidem.] In prooœmio autem narrat ea quæ dicenda ſunt in executione. Ad cuius euidentiã notandum ꝙ licet motus large ſumptus ſit in quatuor generationibus.ſ. in ſubſtantia, quantitate, qualitate, & vbi, vt probatur in 3. Phyſicorũ motus tñ ad for-
Tex. c. 4. mam non põt eſſe in vbi, quia per talem motum nõ acquirit̃ noua forma ſed nouus ſitus accipiẽdo ergo motum vt includit mutationẽ dicemus motum ad formam eſſe in tribus generibus.ſ. in ſubſtãtia, & hic dr̃ generatio vel corruptio. In quantitate vt augmentum & diminutio. In qualitate vt alteratio. Si ergo phyloſophus in hoc libro vult determinare de omni motu ad formam, oportet eum determinare non ſolum de genetatione, ſed etiam de augmento & alteratione. Sed quia generatio inter iſta eſt principalior ideo augmentum, & alteratio poſſunt dici annexa, ſic etiam ttactare de differẽtia inter generationem & alterationem, multo fortius quid annexum debet dici, ex quo alteratio ipſa quid annexum dicitur. Ex hoc patere poteſt, quare iſte liber intitulatur liber de generatione. cum non ſolum in eo de generatione determinetur, ſed etiam de alteratione & augmento, quia denominatio debet fieri a principali non ab annexis. Diuiditur ergo pars prooœmialis in partes duas quia primo enumerat principaliter intenta in hoc libro. Secundo enumerat annexa. ibi [Amplius autem & de alteratione.] Notãdum aũt ꝙ phyloſophꝰ in hoc libro tenet hunc ordinem. quia primo determinat de generatione, & corruptione ſecundũ ſe, &
A t. c. 1. vſque ad t. cõ. 51. hoc in primo libro. Secundo oſtendit generationẽ & corruptionem eſſe naturalem, & hoc in principio ſecundi libri. Tertio determinat de cauſis generationis
A t. c 51. vſq; in finem. & corruptionis quantum ad ea quę dñr circa finem ſecundi huius. Hoc eſt ergo quod ait ꝙ vult determi-
Tex. c 51 nare de generatione & corruptione ſcđm ſe qđ facit in primo libro. Et de natura generatorũ & corruptorum.i. vult oſtendere generationem & corruptionem ineſſe generabilibus & corruptibilibꝰ naturaliter qđ facit in principio ſecundi huiꝰ. Tertio circa finem libri determinabuntur cauſæ, & rationes.i. diſſenſiones. Vel ly &. Sumantur expoſitiue pro.i. vt ſit ſenſus cauſæ & pro, ideſt, rationes. nam aſsignare rationem rei eſt aſsignare cãm eius. Vel aliter & forte melius determinande ſunt cauſæ & rationes.i. cauſæ rationabiles ſiue vniuerſales. Ratio.n. circa vniuerſalia verſatur, vnde alia litera vbi nos habemus ꝙ dande ſunt cauſæ & rationes habet, & determinande ſunt cauſæ vniuerſales omnium generatorum, & corruptorum quod multum concordat cum ſerie textus quia circa finem libri aſsignantur vniuerſales cauſæ omniũ generatorum & corruptorum. Sciendum autem omnia prædicta eſſe aliquo modo eſſentialia doctrinæ; nam ſecundũ phyloſophum primo poſteriorum.ca. de vnitate ſcientiarum. Scientia eſt vna quæ eſt vnius generis ſubiecti partes & paſsiones conſiderans, eſſentiale eſt ergo ſcientiæ ꝙ cõſideret paſsiones & ſubiectũ, ſiue partes eius & ea per quę probantur paſſiones de ſubiecto vel de partibus eius. cum ergo erit ꝙ vult determinare de generatione & corruptione: tangit paſsiones & proprietates ipſorum generabiliũ & corruptibilium. Cum vero ſubdit determinandũ eſſe de natura generatorum & corruptorum.i. de generatis & corruptis naturaliter, tangit ſubiectum generationis & corruptionis, non ſolum ſecundũ ſe ſed etiam ſcđum partes ſuas, cum nominet tale ſubiectũ particulatim ſecundum diuerſas partes. corpus enim mobile ad formam quod eſt ſubiectum, in hoc libro eſt corpus generabile & corruptibile, quia vero addidit dicendum eſſe cauſas & rationes horum, tãgit ea per quæ probantur paſsiones de ſubiecto & de ſuis partibus. Deinde cum dicit.

Amplius de augmẽtatione & alteratione quid utrunque, & vtrum exiſtimandum eandem eſſe naturam alterationis & generationis: aut ſemotam vt & determinata ſunt & nominibus.

Narrat ea quæ ſunt annexa negocio principali dicẽs. Amplius.i. præter illa q̃ dicta ſunt quæ ſunt principaliter intenta: dicendum eſt de his quæ aliquo modo ſunt annexa, quia dicendum eſt de alteratione & augmentatione, quid ſit vtrunque eorum, & etiam dicendum eſt vtrum eſtimandum ſit a nobis eandem eſſe naturam generationis, & alterationis, vel non eſt eandem natura vtriuſque ſed eſt ſemota & diſtincta, ſicut generatio, & corruptio ſunt determinata & diſtincta nominibus, quia ſicut habent alia, & alia nomina, ſic habent aliam & aliam naturam. Declarabitur enim vtrum generatio, & corruptio differant ſecundum rem, ſicut differunt ſecundum nomen.

Philoſophus in prima parte huius prooœmij tria tangit primo enim dicit quòd vult tradere noticiam de generatione & corruptione. Secundo dicit talia eſſe naturalia. Tertio adducit quòd vult tradere doctrinam contentiuam cauſarum & rationum generatorum, & corruptorum, & quia poſſunt fieri rationes de rebus non exiſtentibus, videtur innuere, quod velit tradere ſcientiam quæ non corrumpatur per corruptionem ſcibilium, cum poſsint fieri rationes & argumenta de pluuia, pluuia non exiſtente Tria ergo ſunt declaranda. Primo vtrum de iſtis ſenſibilibus, & corruptibilibus poſsit eſſe ſcientia, & dato quod de his poſsit eſſe ſcientia, dubitatur adhuc vtrum corruptio ſit quid naturale, & vtrum ſcientia de corruptibilibus poſsit dici naturalis. Tertio declarandum erit. Vtrum re corrupta, remaneat ſcientia. Cõm. 2

Circa primum arguitur ſic videtur quòd de iſtis ſenſibilibus & corruptibilibus non poſsit eſſe ſcientia. nam ſenſibilia ſunt ſola particularia, particularium autem non eſt ſcientia nec diffinitio, vt

dicitur 7. Meta. ergo, & contra. Præterea arguebat Heraclitus quod talium non est scientia cum sint in continuo fluxu. scientia.n.est de necessariis siue de his quo non contingit aliter se habere quod concordat cum verbis Boetij in principio arithmetice dicentis scientiam esse eorum quæ immutabilem substātiā sortiuntur. Notandum ad euidentiam quæsiti difficultatem quæstionis ex duobus consurgere dicentis. scientiam esse de sensibilibus, & corruptibilibus de talibus enim esse scientiam videtur repugnare rationi, tum quia sensibilia, tum quia corruptibilia. Ad vitandum autem difficultates has dixerunt quidam philosophicam scientiam esse de sensibilibus, sed non de his sensibilibus. abstrahit enim physicus ab hoc sensibili & ab illo, sed non a sensibili simpliciter. propter quod non est scientia de particularibus, sed de vniuersalibus possunt enim formari incorruptibiles rationes de sensibilibus & corruptibilibus sic acceptis. ergo de eis esse scientiam non est inconueniens. Hoc autem licet verū sit, difficultatem quęsiti non videtur euacuare, immo videtur quod cōtradictionem implicet. nam quicquid sensus sentit est hic & nunc. non enim sentit sensus nisi hoc vel illud. si ergo abstrahatur ab hoc, & ab illo, illius abstracti non est vlterius sensus. non ergo vlterius mereretur dici sensibile: propter quod videtur omnino idem esse abstrahere ab hoc sensibili & ab illo, & abstrahere a sensibili simpliciter, cum simpliciter non remaneat sensibile, si non sit hoc vel illud. Sciendum ergo quod secundum phylosophum circa finem secundi posteriorum sensus est vniuersalis. licet sentire sit singularis, possumus enim dicere potentiam vniuersaliorem esse actu. potentia enim sumitur respectu obiecti simpliciter. licet secundum actum posit ferri in hoc obiectum, intellectus est ꝙ quid est simpliciter, tamen secundum actum fertur potentia intellectiua in hanc quidditatem vel in illam, vt quidditatem leonis vel lapidis, sic etiam visus est respectu coloris, nunquā tamen sentit nisi hunc colorem. Si enim visus esset huius coloris determinati secundum ꝙ huiusmodi alium colorem non sentiret. cum ergo omnem colorem sentiat erit visus secundum quod huius colorati lucidi, non autem huius colorati vel illius lucidi, & sicut visus est coloris, videt tamen hunc colorem. ita sensus est qualis, sentimus tamen hoc quale, quandiu ergo non abstrahimus a quali simpliciter non abstrahimus a sensibili simpliciter, & quia physicus non abstrahit a quali simpliciter: ideo huiusmodi scientia simpliciter est de sensibilibus. sed huiusmodi sensibilia vt dicebatur non sunt particularia sed vniuersalia, dicuntur enim talia esse sensibilia magis a sensu quàm a sentire, hoc autem sic declaratur, quia res sicut se habet ad esse, ita se habet ad cognosci, & quia primus per se loquendo, & secundum quod huius ad sui esse non indiget, posteriori ita ad sui intellectum posteriori non eget, quantuncuuque ergo sit prius simul cum posteriori, potest tamen intelligi prius posteriori non intellecto secundum autem prioritatem, & posterioritatem hæc se habent per ordinem.s. quidditas quantitas & qualitas, potest ergo intelligi quidditas non considerata qualitate vel quantitate. & hæc consideratio videtur magis pertinere ad Meta. sic etiam potest intelligi quantitas non intellecta qualitate, quia primū quod adheret substātię est quantitas, sicut vult Themistius. vt recitat Commentator. 12. Metaph. & hæc (Cōm. 2.) consideratio est magis Metaphysica, ideo mathematicus non abstrahit a materia simpliciter, cum non posit intelligi quantitas non intellecta materia. abstrahit tamen a materia quali, cum consideret materiam quantum, non tamen considerata qualitate per quam est res sensibilis. physicus vero considerat substantiā vt est coniuncta qualitatibus & quātitatibus, ideo non solū nō abstrahit a materia simpliciter: sed etiam non abstrahit hoc a materia sensibili: quia non abstrahit a materia quali. Vltra autem non est descensus nisi descenderemus ad hanc qualitatem particularem. sed illius sic accepti non est vlterius scientia sed sensus. Ex hoc autem apparere potest intellectus illius verbi 6. Meta. ꝙ. tres sunt essentiales modi phi- (Tex. c. 2.) losophiæ, physicus mathematicus & diuinus, qui modi modi quomodo se habēt per ordinem, & quo modo infra istos non est descensus, & quomodo isti per se ad scientiam pertineant, cum infra eos non sit scientia sed sensus. per ea quæ dicta sunt clare est manifestum. Ex quibus patere potest scientia quare naturalis est de sensibilibus & corruptibilibus: nam cum considerata in scientia naturali secundū ꝙ huius sint coniuncta qualitatibus & virtutibus actiuis, & passiuis per quas est aliquid sensibile & corruputibile ideo huius scientia de sensibilibus & corruptibilibꝰ esse dicitur, non quia sit de particularibus sed de vniuersalibus de quibus rationes inuariabiles fieri possunt. Est ergo declarata veritas primi.

Secundo declarandum est. Vtrū corruptio sit qđ naturale, & vtrum propriæ dictum sit ꝙ scientia de corruptione sit scientia naturalis. in hoc autem quæsito duo videntur facere dub. primum sumitur ex parte ipsius naturæ. Secundum vero ex parte corruptionis. natura.n. vt dicitur 2. physicorū & 5. Meta. (Tex. c. 12) per se & primo dicitur de forma, de aliis autem in- (Tex. c. 5.) tantum dicitur inquantum habet ordinem ad formam. vt si materia dicitur natura, hoc est quia suscipit formam. si autem motus dicitur natura, hoc est quia est via in formam. Si ergo natura per se & primo dicitur de forma qđ simpliciter repugnat formę anaturam non videtur pertinere, nec debet dici quid naturale. Cum ergo formæ per se sit dare esse priuationes & corruptiones, quia de se sunt non ens, vt vr̄ naturalia esse non pn̄t. & per consequens non videntur pertinere ad considerationem scientiæ naturalis. Secundū autem quod facit dubiū in quæsito est ipsa corruptio. nam cum natura agat pp finem, vt dicitur 2. physicorum & finis & bonū sint quasi idē, vt innuit phylosophus 2. meta. qđ nō habet rationē bo- (Tex. c. 74) ni secundū ꝙ huius non potest esse quid intentum a (Tex. c. 8.) natura. nec etiā ab aliquo agēte pp finem. corruptio ergo quia non habet rationem boni nō potest esse de intentione naturæ, & per consequens non vr̄ pertinere ad considerationem scientię naturalis. Ad has aūt difficultates vitandas dixerunt quidam corruptionē esse de intentione naturæ non naturæ quæ est forma sed naturæ quæ est materia. Sed hoc non est verum. nam corruptio per se loquendo, nec est de intentione naturæ formæ nec naturæ materiæ, per accidens tamen est de intentione vtriusque. materia.n. non intendit corruptionem formæ sub qua existit, sed intendit perfectionem sui, & quia vna forma suum appetitum satiare non potest. ideo cum est sub vna forma appetit esse sub alia, propter qđ per accedens appetit corruptionem formæ illius sub qua existit, sic etiam & ignis per formam suam agens in aquam non intendit corruptionem aque, sed intendit inducere formam suam in materiam aque, quod intendendo per accidens intendit corruptionem aque. nullo modo ergo per se lnquendo est de intentione naturæ corruptio, per accidens tamen non solum materia, sed etiam agens, & forma corruptionē intendunt. Incedendū est ergo aliter pp qđ notandū ꝙ triplici via venari possumus ꝙ determinare de corruptione perti-

net ad ſcientiam naturalem, & quòd etiam ipſa cor-
ruptio poteſt dici naturalis. prima via ſumitur ex
parte ipſius ſciẽtiæ naturalis.ſecunda ex parte naturæ
materiæ. Tertia ex parte naturæ eſt formæ. Prima
via oſtenditur. differentia eſt.n. inter ſcientiam pra-
cticam & ſpeculatiuam: ſcientia.n.vt practica eſt, &
vt operatur cum efficit vnum oppoſitorum non ef-
ficit alterum. facere enim vnum oppoſitorum non
ordinatur ad factionem alterius: ſed ad deſtructio-
nem eius: ſed in ſpeculatione non ſic eſt, quia vt
Tex.c.85 dicitur in ſeſto Topicorum.qui bene diffinit contra-
ria ſignificat: notitia enim vnius contrarij facit ad
notitiam alterius. rectum enim eſt iudex ſui & ob-
liqui: vt dicitur in primo de anima. rectum enim li
cet contrarietur obliquo, facit tamen ad cognitio-
nem obliqui. & ſcientia quæ conſiderat de recto ha-
bet conſiderare & de obliquo. Si ergo ſcientia na-
turalis eſſet practica, & per ſcientiam naturalem quā
habemus naturas rerum produceremus in eſſe. for-
te eſſet dubium vtrum ad eam ſecundum ꝙ huius,
pertineret corruptio, ſed cum ſit ſpeculatiua ſi eius
eſt conſiderare de generatione non eſt dubium quod
ad ipſam ſpectat cōſiderare de corruptione. Secun-
da via ſumitur ex parte naturæ materiæ: non enim
oportet ꝙ ſit de intentione naturæ ꝙ dicitur natura-
le: quia ſufficit quod naturaliter eueniat. Cum ergo
per naturam materię eueniat corruptio quia materia
eſt per quam res poteſt eſſe, & non eſſe, vt dicitur
Tex.c.22 ſeptimo Metaph. corruptio quid naturale dici pōt.
Tertia via ſumitur ex parte naturę formę: nunquam
enim aliquid ſic corrumpitur ſimpliciter, vt in nihil
redigatur: ſed ſemper generatio vnius eſt corruptio
alterius, & conuerſo: vt infra patebit. Si enim ali-
quid in penitus nihil redigeretur talis corruptio for-
te eſſet contra naturam cuiuslibet formæ, ſed cum ex
quolibet corrupto aliquid generetur, nulla erit cor-
ruptio quæ ſit contra naturā formæ ſimpliciter: licet
ſit cōtra naturam huius formę vel illius. In corrupto
enim tria eſt conſiderare. formam quæ abijcitur: for
mam quæ introducitur. & materiam ſucceſsiue ſub
iectam vtrique formæ. Corruptio ergo licet ſit con-
tra naturam formæ abiectę: non eſt tamen contra na
turam materiæ vel formæ introductę. Si ergo quæ-
ratur vtrum corruptio ſit de conſideratione ſcientiæ
naturalis.planum eſt quod ſic: quia etſi violenta exi-
ſteret nullo modo tamen de conſideratione ſcientiæ
naturalis eſſet, cum eiuſdem artificis ſit contraria co
gnoſcere. Sed ſi quæratur vtrum poſsit dici natu-
ralis: patet quòd accipiendo naturale large ſecundū
quod naturale eſt quicquid conſiderat naturalis, di-
ci poteſt corruptio quid naturale. Eſt etiam natura-
lis: quia eſt ſecundum naturam materiæ. Et tertio q̄d
naturale dici poteſt: quia non eſt contra naturam cu-
ius libet formæ. Quæ autem faciebant dubium de fa-
cili eſt ſoluuntur. nam prima dubitatio qua diceba-
tur corruptionem eſſe contra naturam formæ: pa-
tet ꝙ non eſt contra naturam formæ ſimpliciter: licet
ſit contra naturam huius vel illius. Secunda etiā de
facili ſoluitur: quia nō oportet per ſe eſſe de intentione
naturæ ꝙ naturalis conſiderat: vel etiā ꝙ eſt quid na-
turale: ſed etiā naturale dici pōt ꝙ naturaliter euenit.

Tertio reſtat declarandum. Vtrum corrupta re
remaneat eius ſcientia. quæ autem circa hæc dubi-
tare faciunt ſunt auctoritates Ariſt. nam in prædica-
mentis vult differentiam eſſe inter ſcientiam & ſcibi-
le, quia ſcientia ſublata non aufertur ſcibile, ſcibili au
tem ſublato aufertur ſcientia. corrupta ergo re ſcibili,
non remanet ſcientia eius. Amplius in primo po-
ſteriorum vult quod de ſubiecto oportet ſuppone-
re quia eſt & quid eſt, quod ergo non eſt non poteſt
eſſe ſubiectum in aliqua ſcientia, ſed quod non po-
teſt eſſe ſubiectum in ſcientia non poteſt eſſe ſcitum.
non ergo exiſtente re non poteſt eſſe ſcientia de ea.
Amplius 2. poſteriorum vult quod de eo quod nō
eſt ſciri non poteſt niſi quid eſt quod ſignificat no-
men, ſed hoc ſcire non eſt ſcientiam habere de re, cū
de chimera hoc ſciri poſsit. non ergo exiſtente repe
rit rei ſcientia. Amplius in primo poſteriorum vult
falſum non ſciri, quia non eſt. quod bonam cauſam
aſsignat ſufficit rem non eſſe, vt de ea non poſsit eſſe
ſcientia. Rurſum ratio ad hoc adduci poſſet. ſcien-
tiæ enim accipiunt eſſe & ſpeciem ab ipſis ſubiectis,
ſiue ab ipſis rebus de quibus ſunt, ſed non exiſten-
te eo a quo aliquid habet eſſe, & ſpeciē, illud remane-
re non pōt corrutpa ergo re ſcibili ſcientia nō rema-
nebit. Has autem difficultates quidam vt euaderent
dixerunt ꝙ res habet duplex eſſe. eſſe eſſentiæ, & eſ-
ſe actuale, corrupta aūt re quantum ad eſſe actuale re
manet quantum ad eſſe eſſentiæ, quia remanet quan-
tum ad tale eſſe poteſt de re corrupta eſſe ſcientia. Sed
hoc improbatur, quia res ſecundum eſſe actuale ha-
bet particulare eſſe, ſed eſſe eſſentiæ habet eſſe vniuer
ſale, vniuerſalia autem licet non corrumpantur per
ſe, tamen corrumpuntur per accidens. corrupto.n.
ſorte corrumpitur homo qui eſt in ſorte, ideo dici-
tur in prędicamentis ꝙ deſtructis primis impoſsibile
eſt aliquid aliorum remanere. corrupta ergo re quan
tum ad eſſe actuale corrumpitur quantum ad eſſe eſ-
ſentiæ. Et ideo alij dixerunt ꝙ re non exiſtente po-
teſt haberi ſcientia de re, ſed ſub conditione. poſsi-
bile eſt.n. habere ſcientiam de pluuia, pluuia non exi
ſtente. ſed illa ſcientia eſſet conditionata. videlicet ſi
pluuia eſſet, vera eſſet quæ de pluuia perferrem. Sed
hoc improbari poteſt, quia cum aliquid non eſt ali-
ter verum niſi ſub conditione, non ſtante conditio-
ne non ſtat veritas eius. ſi ergo re non exiſtente non
habetur ſcientia niſi ſub conditione, vtputa ſi res eſſet
cum ipſa res ponatur non exiſtere. verum erit dice- Tex.
re ꝙ non eſt ſcientia rei quandiu res non exiſtit. Sed
hoc ſtare non poteſt, quia pluuia non exiſtente poſ-
ſunt veræ rationes formari de pluuia, ſed talibus ra-
tionibus formatis verę habetur ſcientia de pluuia. plu
uia ergo non exiſtente ſcientia de pluuia haberi po-
terit. Pręterea videtur omnino ridiculum dicere q̄d
ſi habeo ſcientiam de roſa adueniente hyeme perdam
ſcientiam meam. eo ꝙ roſa pereat. nam cum ſcien-
tia ſit in anima & ex corruptione rerum non fiat va-
riatio circa animam, non oportet ꝙ per corruptionē
rerum tollatur ſcientia. Ad declarationem ergo ve-
ritatis prætactę duo ſunt declaranda: Primo decla-
randum eſt quod re corrupta idem ſignificat nomen
& re exiſtente, quia ſi non idem ſignificaret nomen
tunc quicquid diceretur de pluuia, pluuia non exi-
ſtente diceretur equiuoce, & quia in equiuocis nō eſt
diſputare perirent rationes de pluuia, pluuia non exi-
ſtente. Secundo viſo nomen idē ſignificare re exiſten
te & corrupta oſtendetur ſcientiam remanere corru-
pta re. Propter primum notandum nomina ſigni-
ficare res non abſolute: ſed vt ſunt appręhenſe ab in-
tellectu, ideo modi ſignificandi ſequuntur modos
intelligendi, formale ergo in ſignificatione videtur
eſſe modus intelligendi, & appræhenſio intellectus.
ſed remanente, formali alijs variatis non tollitur id
cuius eſt illud formale. ſi ergo res ſignificatur per
nomen vt eſt ab intellectu cōcepta, quia abeuntibus
ſenſibilibus remanent in nobis ſenſus & phantaſię. &
deſtructa re remanēt ī nobis cōceptiones intellectus,
vt deſtructa pluuia remanere poteſt in intellectu con
ceptus pluuie, quia remanet id quod eſt formale in
ſignificato nominis pluuie. idem ſignificabit nomen
pluuie:

pluuiæ:pluuia existente & corrupta,pōt aūt hæc veritas declarari per simile. nā sicut in significato aliquid est materiale vt res, & aliquid formale vt conceptio, sic in loco est aliquid materiale vt corpus continens vtputa aer vel aqua. & aliquid formale vt ordo ad vniuersum. si ergo aliquis esset in aliquo loco & vento flante tolleretur totus aer qui est circa ipsum,quia ipse semper haberet eundem ordinem ad vniuersum, propter hoc non mutaret locum,quia licet amotum esset id quod est materiale in loco, vt aer vel superficies aeris,manet tñ id quod est formale vt idem ordo vniuersi,sic etiam naui existente ligata apud stipitem semper manet in eodem loco, licet semper aqua moueatur subtus ipsam,quia nauis sic fixa semper habet eundem ordinem ad totum fluuium,licet varietur respectu partis fluuij. sic est in proposito, cum per nomen significetur res vt concepta quantūcunq; varietur res: ex quo manet conceptio à quo significatum recipit formam & speciem, significatum ipsum non variabitur. Idem ergo significat nomen re existēte & corrupta,nec tñ propter hoc arguere possumus ꝙ ipsa conceptio sit principale significatum & nominis, sed res vt concepta est id quod principaliter significatum est.sicut ipse ordo vniuersi non est locus,sed corpus continens,vel superficies corporis continentis vt in ea reseruatur talis ordo vniuersi habet rationem loci. Viso ꝙ non equiuoce sumuntur nomina rebus existentibus & corruptis,de facili est videre quō manet scientia re corrupta. Ad cuius euidentiam notandum ꝙ res habent tripliciter esse.in seipsis, in suis causis,& apud intellectum.& hoc tripliciter esse se habet per ordinem, quia quicquid habet esse actuale & in seipso, habet esse in suis causis, sed non conuertitur. multa.n.sunt in suis causis, quæ in seipsis actualiter non existunt. Sic quicquid habet esse actuale in suis causis habet esse rationis & apud intellectum,sed non conuertitur.chimera.n.est quid apud animam, & tñ non est aliquid in se nec in suis causis. cum ergo scire
Tex. c. 1. sit per causam vt potest haberi ex.1.Physi. & primo Posteriorum, quantūcunq; res corrumpatur secundum actuale esse ex quo remanet in suis causis non tollitur scientia ipsius. Est autem vlterius diligenter notandum ꝙ existentia rei in suis causis facit vt de re possit esse scientia non solum vt per cognitionem causæ cognoscitur effectus, sed qm̄ sufficit ad rationem quidditatis ꝙ sit in potentia ad esse.Res ergo quia eo ipso ꝙ sunt in causis sunt in potentia ad esse,& eo ipso ꝙ sunt in suis causis competit eis habere quidditatem, & quia quod quid est,est obiectum intellectus, ideo quæ sunt in causis suis possunt sciri, & possunt esse obiectum intellectus.Res ergo vt sunt aliquid in seipsis cum destruuntur secundū esse actuale destruūtur secundum esse essentiæ.Ideo dicere ꝙ res cum corrumpuntur quantum ad esse actuale remanent secundum esse essentiæ non est bene dictum,potest.n.congrue dici ꝙ esse est præter rationem quidditatis, & potest intelligi quod quid est rei absq; eo ꝙ intelligatur esse absolute. Proprie ergo loquendo non remanet res nisi vt est aliquid in seipsa,sed si dicentes res remanere secundum esse essentiæ,cum corrumpuntur secundum esse actuale,sed permanere rem secundum esse essentiæ, intelligere vellent existentiam earum in suis causis, secundum quam competit rebus vt sint obiectum intellectus,& vt possunt intelligi secūdum suam quidditatem bonum intellectum haberēt, ideo improprie loquerentur. Hoc viso patet quid sit de quæstione tenendum, quia qñ quæritur vtrum re corrupta manet scientia rei si hoc quæsitum introducitur propter ipsa nomina per quæ exprimitur veritas rerum, quia credat aliquis equiuoce nomina significare re existente & corrupta. Quæstio non habet dubium, ostensum est.n.nomen vniuoce significare rebus existentibus & corruptis. Sed si introducitur quæstio propter ipsas res. Dicendum est ꝙ si res corrumperetur, ita ꝙ nec remaneret in se nec in suis causis,sed solum esset ens apud animam,non remaneret scientia rei. si.n.corrumperetur pluuia in se & in suis causis, & solum esset ens apud animam, & non esset plus ens q̃ chimera. de pluuia scientia esse non posset,tamē quia corruptibilia ista nunq̃ sic corrumpuntur quin remaneant in suis causis,quia propter talia est quęstio introducta.Dubitabatur.n.cum ista naturalia corrumpantur, vtrum scientia eorum remaneat eis corruptis.vt ergo satisfaciamus quæstioni cū talia remaneat in suis causis,dicamus sciētiam talium remanere eis corruptis. Aduertendum tñ ꝙ particularibus corruptis non remanēt in suis causis secundum ꝙ huiusmodi. hæc.n.pluuia corrupta per causas naturales non potest redire eadem numero, quia quorum substantia deperit non redeunt eadem numero, vt dicitur circa finem huius secundi. redeunt
autem eadē specie. vtrum autem sit aliqua causa quę T.c.70.
possit corrupta eadem numero reficere non est præsentis speculationis. Sufficit autem ad præsens negocium corrupta remanere in suis causis quantum ad identitatem speciei, licet non maneant quantum ad identitatem numeralem. si ergo scientia naturalis esset de particularibus cum talia corrupta secundum ꝙ huiusmodi non remaneant nec in se nec in suis causis, rationabile videretur dictam scientiam non remanere omnino corruptis,sed quia scientia est de vniuersalibus,& quantum ad identitatem specificam & vniuersalem manent res in suis causis ipsis corruptis,nulli dubiū esse debet ꝙ manet scientia pluuie & rerum corruptibilium non existente pluuia, vel non existentibus corruptibilibus rebus. Auctoritates philosophi de facili soluūtur, quia rationes fundate super eas peccabant per fallaciam accidentis.Cum.n.dicitur ꝙ sublato scibili auferetur scientia, constat ꝙ re corrupta nō aufertur in eo ꝙ scibilis, cum remaneat in suis causis. Sic etiam cum dicitur ꝙ de subiecto oportet opponere quia est,vel oportet subiectum scientiæ esse. Dicēdum est quòd si sit scientia sufficit subiectum scientiæ esse in eo quòd scibile. est autem huiusmodi si est in suis causis. Quod autē dicebatur tertio quòd de eo quod non est non scitur nisi quid est quod significat nomen, intelligendum est de eo quod non est nec in se nec in suis causis, sed solum est apud animam vt chimera, corrupta autem vt dictum est remanent in suis causis.Quod vero dicebatur 4.de falso,dicendum quòd non est simile,quia falsum secundum ꝙ huiusmodi est sola priuatio,& est simpliciter non ens, nec est secundum ꝙ huiusmodi res prædicamenti. Corrupta autem non sic cum sint in suis causis. Ratio autem facta contra veritatem prædictam de facili soluitur.scientia.n.non recipit esse & speciem à re nisi vt est scibilis. re autem corrupta remanet, vt est scibilis,quia remanet in suis causis, vt dictum est.

Antiquorum quidem igitur hi quidē vocatam generationem simplicem alterationem esse inquiunt. hi vero aliud generationē & aliud alterationem.

Posito prohemio ponitur & tractatus, & vt diuidamus tractatum secundum ea quę tacta sunt in prohemio. Dicamus partem hanc executiuam diuidi in partes tres,quia in prima parte determinatur de generatione & corruptione & de eius annexis.In secunda vero tractatur de vera generatorū & corruptorum. In tertia vero de causis vniuersalibus rationibus omnium generatorum & corruptorū. Prima pars continet

tinet

A. t. c. 1. vsque ad t. cō. 51. T. c. 51. tinet totum primum librum.2.incipit in principio secundi libri.ibi [De mixtione & tactu.] tertia pars incipit circa finē secundi libri.ibi [Quia vero sunt quędam generabilia.] Annexa autem generationi vt tangebatur in proœmio sunt alteratio & augmentum. & differentia quæ est inter generationem & alterationem, sed hæc non sunt annexa generationi equaliter, quia alteratio & augmentum annectuntur generationi secundum se, sed tractare de differentia inter generationem & alterationem potissime videtur annecti principali proposito propter dicta antiquorum phylosophorum, inter quos diu fuit dubitatum de differentia prædicta. & quia diu dubitatum fuit de quæstione prædicta, ideo in principio libri sui Phylosophus inquirit vtrum generatio ab alteratione differat. Primus ergo liber diuiditur in partes duas, quia primo determinat de differentia generationis & alterationis. Secundo determinat de ipsa generatione &
T. cō. 4. de alijs motibus annexis. Secunda ibi [Vniuersaliter itaq; de generatione.] Circa primum duo facit, quia primo præmittit quod intendit. Secundo exequitur de intento. ibi [Quicunq; igitur vnum.] Dicit ergo ꝙ hi quidem de numero antiquorū vocatam in simplicem generationem inquiunt.i.dicunt esse alterationem, & hi.i.alij antiqui phylosophi dicebant aliud esse generationem & alterationem, & dicit vocatam simplicem generationem: quia secundum veritatem alteratio quædam generatio est, sed non debet vocari generatio simpliciter. Deinde cum dicit.

Quicunque igitur vnum aliquid omne esse dicunt & omnia ex vno generant, his quidem necesse est vtiq; generationem alterationem esse dicere, & quod principaliter fit alterari. Quicunque autem plures materias vna ponunt vtpote Empedocles & Anaxagoras & Leucippus Democritus his aliud.

Exequitur de intento & tria facit. quia primo dicit ꝙ ponentes vnum materiale principium oportebat dicere generationem esse alterationem, sed ponentes plura materialia principia non conueniebat hoc dicere. Secundo probat quod dixerat. Tertio quia ponentes plura materialia principia videbantur peius dicere q̃ vnum redarguit ponentes pluralitatem materialium principiorum. Secunda pars ibi [His quidem igitur omnibus.] tertia ibi [Necesse est autem eis.] Circa primum facit tria. quia pro facit quod dictum est. Secundo specialiter increpat Anaxagoram. Tertio narrat ponentes plura principia materialia. Secunda ibi [Sed tñ Anaxagoras.] tertia ibi [Empedocles enim.] Dicit ergo ꝙ quicunq; dicunt omnia esse vnū quid vt vnum materiale principium, & omnia generant ex vno principio materiali, necesse est dicere generationem esse alterationem his, & ꝙ principaliter fit siue principaliter fieri & alterari esse idem, & dicit principaliter fieri: quia licet alteratio sit quædam factio, non est tamen factio principalis, sed qui ponunt plures materias q̃ vnam: vt Empedocles & Anaxagoras & Leucippus. his necesse est dicere generationem esse aliud ab alteratione. Deinde cum dicit.

Sed tamen Anaxagoras propriam vocem ignorauit. dicit.n.quòd fieri & destrui idem existit alterari. Multa autem dicit elementa quemadmodum & alij.

Specialiter increpat Anaxa. dicens, ꝙ Anaxagoras ignorauit propriam vocem.i.contradixit positioni sue. Qui.n.cōtradicit verbis suis ignorat quid ponderat vox propria. ꝙ autem sibi contradixerit Anaxag. patet. dicebat.n.quòd fieri & destrui existebant idem quod alterari, & tamen dicebat.i.ponebat multa elementa materialia quemadmodum multi alij. Deinde cum dicit.

Empedocles quidem.n.corpora quatuor, omnia autem cum mouentibus sex numero. Anaxagoras autem infinita & Leucippus & Democritus.

Narrat ponētes plura principia materialia: & duo facit. quia primo narrat dictas positiones. Secūdo declarat positiones illas. Secūda ibi [Hic quidem omiomera.] Dicit de ponentibus plura principia materialia fuit Empedocles: quia posuit principia materialia esse quatuor hoc corpora sensibilia. Videlicet ignem aerem aquam & terram, & posuit duo principia mouentia: litem.s.& amicitiam: propter ꝙ principia materialia cum mouentibus dixit esse sex numero: quatuor materialia & duo mouentia. sic etiam Anax. Leucippus & Democritus posuerunt plura materialia principia: quia dixerunt ea esse infinita. Deinde cum dicit.

Hic quidem omiomera elementa ponit: vtpote os carnem & madullam, & alia quorum vniuscuiusque synonyma pars est.

Declarat positiones prędictas, & tria facit. quia primo manifestat positionem Anaxa. Secundo positionem Democriti & Leucippi. tertio comparat opinionem Anax. ad opinionem Empedoclis. Secunda ibi [Democritus autem.] tertia ibi [Contrarie autem.] Dicit ergo ꝙ hic quidem.i. Anaxa. cum suis sequacibus ponit plura principia materialia, quia ponit corpora omiomera.i.similium partium esse elemēta materialia omnium: vtpote os carnē medullam & omnia alia, quorum vniuscuiusq; pars est synonyma.i. est consimilis, dicuntur.n.talia esse similium partium, quę quęlibet pars carnis est caro, & quelibet pars ossis est os, & sic de alijs. Deinde cum dicit.

Democritus autem & Leucippus ex corporibus indiuisibilibus hæc & alia componi inquiunt: hæc autem infinita & multitudine & morphea esse. Illa autem ab illis differunt his ex quibus sunt & positione & ordine horum.

Manifestat positionem Democriti & Leucippi. dicens, ꝙ Democritus & Leucippus inquiunt: hęc omnia alia mixta quę videmus componi ex corporibus indiuisibilibus, ponebat.n.athomos & corpora indiuisibilia esse principia materialia omnium, & huiusmodi corpora dicebat esse infinita multitudine.i.numero, & morphea.i.forma siue figura: quia aliqua dicebat esse figuræ triangularis. aliqua quadrangularis. aliqua pyramidalis, & sic in infinitum. & per huiusmodi principia materialia distinguebat omnia cōposita ex eis. Dicebat.n.ꝙ illa.i.composita ex athomis differunt ab illis.i.ab alijs compositis his, ex quibus sunt & positione, & ordine horū athomorum. Tripliciter.n.secundum eum per athoma distinguebant composita. vel quia ex alijs athomis componebatur vnum q̃ aliud: vt quia vnum componebatur ex quadrangularibus, & aliud ex triāgularibus athomis, & hoc appellat differre ex his ex quibus sunt, vel erat huius differētia propter ordinem & propter positionem athomorum. Notandum est.n.ꝙ secundum Democritum athomi tripliciter differebāt. primo figura: quia quidam erant triangulares, quidam quadrangulares. Secundo ordine: quia quidam erant anteriores, quidam erant posteriores. Tertio situ & positione: quia quidam erant superiores, quidam vero inferiores. Secundum autem hanc triplicem differentiam athomorum sumebatur differentia eorum quæ ex athomis componebantur. Deinde cum dicit.

Contrarie autem videntur dicere qui circa Anaxagoram eis qui circa Empedoclem. hi quidem.n.inquiunt ignem, & aquam & aerem & terram quatuor elementa, simplicia magis esse quàm carnem & os & talium similium partium. hi autem quidem hæc simplicia & elementa. terra autem & aquam aerem & ignem composita: panspermiam enim horum esse.

Comparat positionem Anax.ad positionem Empedoclis.dicens, ꝙ qui circa Anaxa.i.Anaxag. cum suis sequacibus videntur esse dicentes contrarie eis qui circa Empedoclem. nam hi.s. Empedocles cum suis sequacibus inquiunt quatuor elementa, ignem aquam aerem, & terram esse magis simplicia q̄ carnem & os & alia talia similium partium. hi vero.s. Anax.& sui sequaces dicebant econuerso: quia hęc .s.corpora similium partium dicebant esse simplicia & elementa omnium.terram autem & ignem aerem & aquam dicebant esse composita ex eis, ponebant enim huius corpus similium partium esse panspermiam.i.esse vniuersale semen & totale principiũ horum dictorum corporum. Tunc sequitur illa pars.

His quidem omnibus igitur qui ex vno omnia constituunt necesse est dicere generationem & corruptionem alterationem, semper enim manere subiectum vnum & idem, tale autem alterari dicimus.

In qua, vt dicebatur, probat quæ dixerat, & duo facit secundum ꝙ duo dixerat. primo.n.probat ꝙ ponentes vnam materiam necesse est dicere generationem esse alterationem.Secundo ostēdit ꝙ ponentes multas non oportet.Secunda ibi[His autem qui genera.]Dicit ergo ꝙ his omnibus qui ex vno materiali principio omnia constituunt necesse est dicere generationem & corruptionem esse alterationem.nã cum principia oporteant manere secundum substantiam semper manebunt vnum & idem subiectum secundum substantiam suam vt illud materiale principium,sed tale dicimus alterari quando manente substantia fit transmutatio in alijs. Deinde cum dicit.

His autem qui genera multa faciunt differre generationem ab alteratione, conuenientibus enim & dissolutis generatio contingit & corruptio.

Probat secundum & tria facit.quia primo facit qđ dictum est.Secundo quod dixerat manifestat per dictum Empedoclis. Tertio epilogat circa determinata. Secunda ibi [Ideo dicit hoc modo.] Tertio ibi [Qm igitur proprius.] Dicit ergo ꝙ his qui faciunt multa genera materialium principiorum conuenit dicere generationem differre ab alteratione.Isti.n.secundum apparentiam saluare poterant generationem & corruptionem: quia conuenientibus illis principijs contingebat generatio. dissolutis vero contingebat corruptio. Supplendum est autem quòd alijs variationibus factis contingebat alteratio sicut diceretur quòd conueniētibus lapidibus generatur paries, dissolutis corrumpitur.alia autem variatione facta alteratur. Deinde cum dicit.

Ideo dicit hoc modo Empedocles: quoniam natura nullius est,sed solum mixtura & segregatio mixtorum.

Manifestat quod dixerat per Empedoclem.Empedocles.n.dicebat hoc modo quòd nullius natura est aliquid aliud a mixtione,sed natura cuiuslibet est solum mixtura quædam, & corruptio supple est segregatio mixtorum. Concordabat ergo dictum Empedoclis cum hoc: quia ponebat generationem esse congregationem,corruptionem esse segregationem. Vltimo cum dicit.

Quoniam igitur proprius hic sermo eorum suppositione ita loqui: manifestum est & quoniam dicunt hoc modo.

Epilogat circa determinata dicens,manifestum esse quòd sic supponi sicut suppositum est, & ita loqui vt locutum est. est proprius sermo eorum.i.illorum phylosophorum. & manifestum est etiam quoniam dicunt hoc modo vt dictum est.

Hic declaranda sunt tria. primo videndum est de positione Democriti.vtrum fuerit possibile Democritum ponere corpora indiuisibilia diuersarum figurarum esse aliorum principia vt habetur in litera.Secundo declarabitur vtrum positio Anaxag.contradicat positioni Empedoclis: ꝙ terra aqua & alia elementa sint principiata respectu carnis & ossis. Tertio videndum erit vtrum ponentes vnam materiã oportet dicere gñationem esse alteratione͂, vt phylosophus ait.

Circa primum sic proceditur. Videtur quòd non fuerit possibile fuisse de intentione Democriti quòd sit dare corpora indiuisibilia diuersarum figurarum. corpus.n.si vnum est quid continuum nominat, de ratione autem continui est esse diuisibile,sed qñ prædicatum est de ratione subiecti propositio dicitur esse per se nota.est ergo quodammodo per se notum.corpus est quid diuisibile,sed talia quę sunt quodammodo per se nota: vt innuit Cōmentator supra.2. Meta. sunt quasi locus ianue in domo quam nullus ignorat.non ergo videtur esse possibile ignorasse Democritum quòd quodãmodo omnes sciunt. Amplius phylosophus commendat Democritum supra Platonem vt habebitur infra & ait. Democritum melius potuisse saluare confessa & apparentia q̄ Plato. & est causa:quia ipse plus insudauit naturalibus & plus fuit expertus in natura rerum q̄ Plato. dicere ergo hominem tam diutius expertum ignorare quæ quasi quilibet de vulgo concederet: non videtur conueniens nec possibile. Sed forte diceret aliquis non esse inconueniens Democritum negasse cōtinuum esse semper diuisibile: quia & Antifon qui forte diu insudauerat geometricis negauit continuum esse diuisibile in semper diuisibilia, & hoc principio vsus quadrabat circulum, vt innuit phylosophus.1. Physic.ideo ad quadraturam eius non erat geometrice respondere: quia negabat continuum semper esse diuisibile, quod geometer supponit tanq̄ principium,sed si hoc concederetur non fuisset inconueniens Democritum fuisse deceptum circa diuisione͂ corporum, cum Antifon & forte plures alij circa hoc decepti fuissent. Omnino tñ videtur absurdum eum posuisse corpora illa esse indiuisibilia, & tamē esse diuersarum figurarum: quia aliqua illarum dicebat quadrangularia, aliqua triangularia, aliqua pyramidalia, & sic de alijs. eo.n. ipso quòd ponebat ista corpora esse plurium angulorum ponebat ea diuisibilia. Ipse.n.sensus iudicat quadratum diuisibile esse in duos triangulos: non ergo videtur possibile fuisse de intētione Democriti quod ei imponit phylosophus. Notandum ergo quòd corpora illa quæ ponebat Democritus erant quanta & erant physica. ratione autem quanta diuidi poterant in semper diuisibilia.est.n.de ratione continui ꝙ diuidatur in partes semper diuisibiles, sed rōne qua erant physica non sic. Est.n.dare minimum corpus physicum: licet non sit dare minimum mathematicum,corpus.n.physicum dicit materiam cum forma coniunctam qualitatibus actiuis & passiuis, & quia actus actiuorum sunt in patiente & disposito, posset adeo diuidi corpus physicum. quòd si vlterius diuideretur forma & qualitates illius corporis inuenirēt sibi materiam improportionatam, propter quod in eo natura illius corporis reseruari non posset. vnde & phylosophus.1. Physic.disputans contra Anaxa. dicit quòd est dare minimam aquam, & minimam carnem.vnde ibidem ait,quòd est determinata quantitas

Marginalia: Tex. c. 1. — Cōm. 1. — T. cō. 5. & 8. — T. c. 11. — T. c. 38.

titas carnis magnitudine & paruitate. Quia si forte de magnitudine dubitaret aliquis vtrũ sit determinata quantitas: quia ignis videtur posse crescere in infinitum si haberet infinitum conbustibile, tamen cum possit esse corpus adeo paruum quòd reddatur improportionatum formę, non videtur dubitandum. nam secundum Commentatorem.3 Physi.crescente corpore crescit & virtus & fortificatur.diminuto ergo minuitur & debilitatur,& cum semper passio magis facta abijciat à substãtia, vt inuit phylosophus.6. Topic.corpus adeo poterit debilitari per continuam diminutionem quòd de necessitate tolletur virtus & forma illius corporis. Cum ergo Democritus tradiderit principia naturalium & mathematicorum:quia est dare minimum corpus physicum,licet non sit dare minimum corpus mathematicum. verba Democriti possent aliquo modo intelligi ad bonum intellectum. vtrum tamen sic intellexerit Democritus vt dictum est vel non, plene scire nõ possumus: quia libri sui ad nos non peruenerunt, tñ secundum ꝙ Arist.ei imponit magis videtur ꝙ habuit malum intellectum q̃ bonum.credidit ergo Democritus(vt Arist.ait)ꝙ verum esset in apparendo, ita ꝙ sensus haberet virtutem disciplinę, & quicquid apparet sensui esset verũ, & quia secũdum sensum est deuenire ad corpora indiuisibilia, credidit vt videtur ei imponere Arist.ꝙ secundum veritatem esset dare indiuisibilia corpora. quicquid tamen sit de hoc patet quidem quòd hoc modo aliqualiter saluari poterat dictum eius.s.corpora illa esse indiuisibilia vt erant physica & vt erãt principia rerum naturalium,esse tamẽ diuisibilia vt erant quanta, & quia in quolibet quanto potest describi quælibet figura: simul tamen cum hoc quòd erant indiuisibilia, vt erant quid naturale, poterant esse diuersarum figurarum, cum essent quanta. vtrum autem dato quòd possent poni corpora sic indiuisibilia,& sic figurata,si esset dare talia corpora possent dici principia vel non: infra dicetur. Ostendit.n.quòd si ex talibus corporibus componeretur aliquod compositum magis illud compositum haberet rationem principij respectu illorum corporum indiuisibilium q̃ econuerso.ibi.n.forte de diuisione cõtinui,& quomodo est dare minimum in naturalibus ostendetur, & supplebitur quod hic videtur esse dimissum. Ad præsens autem intantum dictum sit quòd si sit possibile esse corpora physica indiuisibilia diuersarum figurarum illa magis debent dici principiata quàm principia,vt infra clarius ostendetur.

Secundo declaranda est differentia inter positionem Anaxag.& Empedoclis. videtur.n.falsum esse quòd Arist.ait.videlicet Anax.contradixisse Empe. quia posuit carnem & os esse principia respectu ignis & terræ. Emped.vero econtrario ignem, & terram esse elementa respectu carnis & ossis. nam Anaxa.vt habetur in textu posuit corpora similium partium esse principia omnium, corpus.n.est similiũ partium cum partes recipiunt prædicationem totius, & quia quælibet pars ignis est ignis, & quælibet pars terræ est terra, terra & ignis sunt corpora similiũ partium, ergo habent rationem principij non principiati, positio ergo Empedoclis ad positionem Anaxa. non se videtur habere vt contraria, sed vt pars ad totum. nam Emp. solum quatuor elementa dixit esse prima corpora & principia omnium aliorum. Anaxa.vero omnia corpora similium partium dixit esse aliorum principia,de quorum numero sunt quatuor elementa. Amplius videtur positionem Anax. quasi eandem fuisse cum positione Empe.nam corpus quanto magis est compositum tãto magis est etheroclitum, & magis est dissimilium partium,manus.n.quę componitur carne & osse est partium dissimilium,non.n. quælibet pars manus est manus caro autẽ & os quæ manum componunt sunt partium similium, si ergo similitudo partium sequitur simplicitatem principalius reperietur in elementis q̃ in elementatis, propter quod caro potest dici similium partium,ignis & terra & alia elementa principalius debent dici similium partium q̃ caro & os quæ sunt elementata. ergo secundum positionem Anax.ignis & terra magis erãt principia q̃ caro & os: quia vt ostensum est, principalius in eis reperitur conuenientia partium. Nota ergo Anaxa.de omnibus corporibus similium partium posuisse duo genera: quia quædam erant talia secundum veritatem, quædam vero secundum apparentiam,vt erat caro secundum apparentiam & caro secundum veritatem, (T.cõ) & ignis secundum apparentiam & secundum veritatem,& sic de alijs. Differentia autem istorum sic accipiebatur: quia ea quę erant secundum veritatem,talia nunq̃ inueniebantur per se existẽtia & separata,sed semper erant alijs coniuncta, de nullo.n. per se existente verum erat dicere quòd (T.cõ) esset pure caro vel pure aqua. quæ vero erant talia secundum apparentiam inueniebantur per se existẽtia, & separata. Inueniebatur.n.aliquid per se existens quod apparebat aurum, & aliquid quod apparebat caro, non quòd illud esset pure aurum, nec illa pura caro, sed in quolibet eorum erant omnia, sed vnum eorum videbatur aurum: quia etsi in eo erat caro & os &c. talia, tñ quia inerat plus ex auro q̃ de alijs, videbatur aurum. aliud vero vbi erat plus de carne q̃ de alijs videbatur caro. Vlterius volebat ꝙ corpora omiomera & similium partium secundum veritatem (T. c.) essent principia eorum quæ erãt talia secundum (T. c.) apparentiam. non.n. posuit quòd ignis esset simplicior carne, vel vnum corpus simplicius alio, sed solum saluabat ratiõẽ principij & principiati per corpora omiomera secundum veritatem, & secundum apparentiam. ex hoc apparet quõ ponebat carnem, & os esse principia ignis & terræ,& quomodo non. nam si accipiatur ignis & terra & caro & os secundũ veritatem, nullum illorum habebit rationem principij respectu alterius: quia nullum erit principiatum, sed quodlibet illorum habebit rationem principij,sic etiam si sumantur prædicta secundum apparentiam non poterimus saluare secundum positionem Anax. ꝙ vnum illorum sit principium,& aliud principiatũ, sed quodlibet habebit rationem principiati. tñ si sumatur caro & os secundum veritatẽ,& terra & aqua secundum apparentiam,caro & os erunt principia respectu illorum. dictum est.n.ꝙ in quolibet corpore omiomero secundum apparẽtiam sunt omnia corpora omiomero secundum veritatem, vt in terra secundum apparentiam sunt caro & os & cætera alia corpora secundum veritatem, quæ sunt principia illius corporis quod est terra secundum apparentiam, quum tñ non sit pura terra, sed denominatio semper fit à prædominanti, vt dicitur in.1.Physi.vbi positio Anaxa.diffusius recitatur.terram ergo secundum apparentiam & quodlibet corpus, quod videmus est compositum ex omnibus corporibus omiomeris. Hoc viso apparet quõ positio Anaxa.contradicebat positioni Empe. Empedocles.n.posuit terrã aquam, & ista elementa quæ per se existunt,vel quæ nos sentimus esse principia omnium corporum. ponebat.n. ꝙ vera caro & verum os erant composita ex istis elementis quæ sentimus: Anaxa.autem econtrario.Ista elementa quæ sentimus vt terram aquam aerem, & ignem dicebat esse talia secundum apparentiam non secundum veritatem: quia licet vt dictum est non sit (T.cõ.) dare aliquod per se existens, quod sit pure tale, terra ista

ista quam nos videmus non est pura terra nec aqua pura aqua, ideo caro & os secundum veritatē, & cætera talia corpora omiomera sunt semper de compositione terræ aque aeris, & ignis quæ nos sentimus, propter quod apparet manifeste positionem Anax. contradicere positioni Empe. ea autem per quę ostendebatur vnam positionem non contradicere alteri procedebant de falso intellectu positionis Anax. qua positione manifestata declarata est veritas quæsiti.

Tertio declarandum est vtrum ponētes vnam materiam oporteret dicere idem esse generationem & alterationem, vt Arist. eis imponit. & videtur Ari. ignorasse naturas & differentias motuum. motus. n. recipiunt speciem non à subiectis in quibus sunt, sed à
T. cō. 4. rebus ad quas est motus, vnde in. 3. Physic. dicitur ꝙ motus est in eodē genere cum rebus ad quas est motus. quum ergo generatio sit motus in substantiam, alteratio vero sit motus in qualitatem. quicquid dicerent phylosophi de materiali principio saluare poterant generationem esse aliud ab alteratione: quia for
T. cō. 1. ma substantialis alia est ab accidētali. Amplius nos ipsi ponimus vnum esse materiale principium. dicimus. n. vt infra probatur vnam esse materiā omnium habentium transmutationem ad seinuicem, & tamen distinguimus gñationem ab alteratione. Amplius phylosophus in suis dictis videtur petere quod est in contrario. arguit. n. oppositum non propositum. omnes. n. motus saluamus propter vnitatem subiecti, & omnes trāsmutationes ad formam propter vnitatem materię. vnum. n. contrariorum non fit aliud, sed materia quæ est sub vna forma efficitur sub alia, & suc-
T. c. 53. cesiue subijcitur vtrique contrariorum. Ideo in. 1. Phy
T. c. 6. sic. & in 12. Met. vt saluaremus trāsmutationes quas videmus, ita ꝙ oportet dare tertium, quod subijciatur contrarijs per vnitatem, ergo subiecti saluamus omnes transmutationes. si ergo tollatur talis vnitas nulla erit transmutatio, non ergo erit aliud generatio & alteratio posita pluralitate materialis principij: quia tales motus omnino cessarent. Notandum ergo ꝙ si antiqui phylosophi rectæ posuissent veritatem materialis principij vt nos ponimus, saluassent omnes motus vt nos saluamus, & phylosophus iniuste increpasset eos, sed omnes ipsi errauerunt credentes materiam esse aliquod corpus in actu. nam aliqui posuerunt materiale principium esse ignem aliqui aerem, aliqui vero aquam. aliqui autē medium inter aquam & aerem, aliqui vero omnia quatuor elementa, vt Empe. nullus autem phylosophantium posuit solam terram esse principium, ideo dictum est omnia elementa accepisse iudicem præter terram. Esiodus autem posuit terram esse principium aliorum, sed ipse non fuit phylosophus sed legista, vt Commentator ait, & quia omnes phylosophantes posuerunt materiam esse aliquod corpus in actu, ideo repræhendit eos phylosophus. 1. Meta. dicens ꝙ fuit modus erroris eorum. i. errabant: quia ponere materiam elementum corpus. i. de numero corporum, dixerunt enim materiam esse corpus. Hoc viso satis apparet sic loquentes non potuisse saluare generationem, sed oportuisse eos dicere generationem esse idem ꝙ alterationem. materia. n. semper manet eadem secundum essentiam in omni transmutatione. Si ergo materia esset aliquod corpus in actu, vt ignis vel aer vel quodcunque aliud: quia materiam oportet manere. maneret illud corpus in actu secundum substantiam, sed manente corpore in actu secundum substantiam non conuenit ei generatio, licet possit alterari, vel ergo ad positionem præfatam nulla erit generatio, vel si generatio erit esset idem quod alteratio. Est enim differētia
T. cō. 12. inter generationem & alterationē, vt dicitur. 9. Meta. quia in generatione subijcitur ens in potentia, in alteratione vero sobijcitur ens in actu. si vero in generatione subijciatur ens in actu, quod faciebant prædicti phylosophi, nihil aliud restat nisi ꝙ generatio sit alteratio vt phylosophus ait. Rationes autem incontrarium procedebant ex falso intellectu positionis dictorum phylosophorum.

NEcesse est autem & his alterationem esse aliud dicere præter generationem. Impossibile tamen secundum quę ab eis dicuntur. hoc autem quoniam recte dicimus facile est videre. Quemadmodum. n. videmus quiescente substantia in ea transmutationem fieri secundum magnitudinem, quæ vocatur augmentatio & diminutio, sic & alterationem.

Superius ostendit phylosophus quid conuenit dicere ponētibus vnum materiale principium, & quid ponentibus plura, & quia ponentes plura materialia principia videbantur peius dicere q̃ ponentes vnum. Ideo in parte ista increpat omnes sic opinātes, & duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo specialiter descendit ad increpandum Empedoclem. Secunda ibi [Empe. quidem igitur.] Circa principium duo facit: quia primo continuat dicta dicēdis. Secundo exequitur de intento. ibi [Quemadmodum. n. videmus:] Dicit ergo ꝙ his. i. ponentibus plura materialia principia necesse est dicere alterationē esse aliud præter generationem, & quāuis hoc sic necessarium & conueniens, tamen secundum ea quæ dicuntur ab eis impossibile est saluare veram generationem & alterationem, hæc autem quoniam dicimus rectæ, & increpamus eos modo debito facile est videre si considerentur quæ sequuntur. Deinde cum dicit.

Quemadmodum. n. videmus) Exequitur de intento & tria facit. quia Primo ostendit eos secundum dicta eorum non posse saluare alterationem. Secundo probat ꝙ saluare non possunt aliquam transmutationem. Tertio reddit ad ostendendum specialiter eos alterationem non posse saluare. Secunda ibi [Aut & manifestum.] Tertia ibi [Amplius autem similiter.] Circa principiū duo facit. quia Primo declarat quid est alterari. Secundo ex hoc probat ꝙ prædicti phylosophi alterationem saluare non possunt. Secunda ibi [Sed tamen ex quibus.] Dicit ergo ꝙ quemadmodum videmus quòd quiescente substātia fit in ea transmutatio secundum magnitudinem quæ vocatur augmētatio & diminutio, sic substātia quiescente videmus in ea alterationem fieri supple propter trāsmutationē in qualitate, est ergo alteratio trāsmutatio in qualitate manente substantia. Deinde cum dicit.

Sed tamen ex quibus dicunt plura principia facientes vno impossibile alterari. passiones enim secundum quas hoc dicimus contingere differentiæ elementorum sunt, dico autem puta calidum & frigidum, humidum & siccum, album & nigrum, durum & molle & aliorum vnumquodque vt inquit Empedocles solem i. ignem album videre & calidum, imbrem. i. aquam in omnibus frigidum nigrum & nebulosum similiter autem determinant de reliquis. Quapropter si non est possibile ex igne fieri aquā, nec ex aqua terram, nec ex albo nigrum erit aliquid, nec durum ex molli. eadem enim ratio & de alijs, hæc autem erat alteratio.

Ostendit eos non posse saluare alterationem. continuetur ergo sic litera. diximus ꝙ alteratio est transmutatio in qualitatibus, sed tamen ea quæ dicunt facientes plura principia vno impossibile est aliquid alterari. nam passiones & qualitates secundum quas dicimus hoc contingere sunt qualitates prime, per quas differunt elementa puta calidum, frigidum, album, nigrum,

grum, siccum, humidum, molle, durum, & aliorum vnumquodq;. per quæ differunt elementa, nominat autem hic album & nigrum inter primas qualitates, quia sic loquebātur antiqui phylosophi. nam Empe. dicebat solem.i.ignē esse album & calidum, imbrem autem.i.aquam in omnibus.i.vniuersaliter & simpliciter dicebat esse nigram frigidam & nebulosam, & similiter determinant de reliquis passionibus adaptando reliquas qualitates reliquis elementis, quapropter quia principia oportet manere, huiusmodi prima corpora & elementa ex quo ponuntur esse principia manebunt & non fient ex seinuicem, principia.n.nec
T.c. 50. sunt ex aliis nec ex seinuicem, vt probatur.1.Phy.sed si non est possibile ex igne fieri aquā nec ex aqua terram.i.si non est possibilis transmutatio in substantia elementorum; non fiet transmutatio in qualitatibus eorum, non ergo fiet ex albo nigrū, nec ex molli durum, & eadem demonstratio est de aliis.i.si non fit transmutatio in qualitatibus elementorū siue in qualitatibus primis non fiet in aliis.i.in secundis, & quia hic erat alteratio transmutatio in qualitate ex quo nulla potest fieri talis trāsmutatio nulla erit alteratio. Est ergo vis rationis ꝙ secundum ponētes plura materialia principia si non pōt fieri transmutatio in substantia elementorum non fiet transmutatio in qualitatibus eorum, & per consequens nec in qualitatibus aliorum, & si in nullis qualitatibus contingat transmutatio nulla erit alteratio. Deinde cum dicit.

Aut & manifestum quoniam vnam semper contrariis supponendam esse naturam, siue transmutetur secundum locum: siue secundum augmentationem & diminutionem, siue secundum alterationem.

Adducit secundam rationem per quam ostēditur eos non posse saluare aliquam trāsmutationem. nam quum omnis transmutatio sit à contrario in contrarium, cum vnum contrarium non fiat essentialiter aliud contrarium, manifestum est, qm̄ semper supponendum est vnam materiam ipsis contrariis, siue fiat transmutatio secundum locum, siue secundum augmentum & diminutionem, siue secundum alterationem, siue supple secundum generationem & corruptionem, qui ergo negat vnitatem subiecti siue vnitatem materialis principii nullam transmutationem saluare potest. Deinde cum dicit.

Amplius autem similiter necesse est esse hoc & alterationem, si.n.alteratio est & subiectum vnum elementum & vna omnium materia habentium adinuicem transmutationem, & si subiectum vnum est alteratio est.

Specialiter adaptat istam rationem alterationi dicens ꝙ hic.s.mutatio materialis principii, similiter necesse est esse circa alterationem. nam si alteratio est: est vnum subiectum & vnum materiale elementum. est enim vna materia omnium habentium ad seinuicem transmutationem, & conuertitur: quia si vnum subiectum est, alteratio est. Si ergo vnitas materiæ ita conuertibiliter respicit alterationem, qui negat vnitatem materialis principii alterationem saluare non potest. Deinde cum dicit.

T.c. 2. *Empedocles quidem igitur videtur contraria dicere & apparentia & ad seipsum ipse*

Specialiter descendit ad increpationem positionis Empe. & duo facit, secundum ꝙ dupliciter ipsum increpat, primo.n.increpat eum de contradictione. Secundo de insufficiētia. ibi [Incertum autē & vtrum.] Circa primum duo facit: quia primo præmittit quod intendit. Secundo declarat propositum. Secunda ibi [Simul autem non.] Dicit ergo ꝙ ipse Emped. videtur dicere contraria, & ad ea quæ apparent & ad seipsum. Deinde cum dicit.

Simul autem non dicit alterum ex altero fieri elementorum nullum. Sed alia omnia ex his.

Manifestat quod dixerat, & tria facit: quia primo manifestat Emp. contradicere apparētibus. Secundo ostendit eum contradicere sibiipsi. Tertio remouet quandam cauillationem. Secunda ibi [Simul autem qm̄.] Tertia ibi Et non tunc solum. Sed nunc continuetur sic, verum est Empedoclem cōtradicere apparētibus: quia simul cum hoc ꝙ dicit nullum alterum elementorum fieri ex altero. Dicit etiam omnia alia fieri ex ipsis elementis. hoc.n.contradicit his quæ apparent. si.n.elementa non possent transmutari ad seinuicem: non possent ex eis generari alia mixta. Empe. ergo negando transmutationem elementorum in seinuicem, contradicit apparentibus, vel quia contradicit sensui, cum ad sensum videamus contrarium, vel quia contradicit apparenti rationi, cum manifesta ratio contrarium probet. Deinde cum dicit.

Simul autem quoniam in vnum contingit omnem naturam præter litem. Rursum vnumquodq; ex vno fieri, quapropter ex vno aliquo manifestum quoniam differentiis T.cō
quibusdam diuisorum & passionibus factum est. hoc quidem aqua, hoc autem ignis quemadmodum dicit solem hoc quidem album & calidum & leue terram autem & graue & durum. Ablatis igitur his differentiis. sunt.n. auferibiles genitæq; manifestum est quoniam necesse est fieri & aquam ex terra & terram ex aqua, similiter autem & aliorum vnumquodque.

Ostendit Empe. sibiipsi contradicere dicens, quòd Empe. simul supple cum hoc ꝙ ait vnum elementorum non fieri ex alio. dixit ꝙ qñ est amicitia vniuersalis contingit omnem naturam elementorum congregari in vnum chaos cōfusum præter litem. & rursum lite supple adueniente ex illo vno chaos confuso fieri vnumquodq; elementorum. Sed si ex omnibus elementis potest generari vnum aliquid, & ex illo vno aliquo iterum possent generari elemēta, manifestum ꝙ aduenientibus quibusdam differentiis de numero diuersorum, & quibusdā passionibus diuersis factum est ex illo vno chaos confuso. hoc aqua, hoc autem ignis. nam si secundū Empe. contingit solem.i.ignem esse album calidum & leuem, terram autem grauem & duram, quum huiusmodi elementa multum differant adinuicem si ex eis debet generari vnum aliud oportet hoc fieri ablatis his differentiis. differentiæ ergo elementorum sunt auferibiles, quum ex elementis possit generari vnum aliquid, & huiusmodi differentiæ sunt etiam genitæ.i.possunt iterum generari: quia elementa possunt recuperare differentias suas cū ex illo vno possunt regenerari elemēta, sed si elementa possent amittere & recuperare differentias suas, manifeste apparet ꝙ necesse est fieri ex aqua terram, & ex terra aqua, & similiter aliorum vnumquodq; ad seinuicem: quia alia elementa habent transmutationem. contradicit ergo Empe. sibiipsi dicendo elementa posse perdere & recuperare passiones, & formas per quas differunt, & negando ea per seinuicem habere transmutationem. Deinde cum dicit.

Et non tunc solum, sed & nunc transmutantia passionibus. sunt autem ex quibus dicit Empe. possibiles aduenire & separari rursus & aliter aduersantibus adinuicem lite adhuc & amicitia. Ideoq; tunc ex vno generata sunt. Non.n.vtiq; ignis et terra et aqua entium vnū erant oē.

Remouet quādam cauillationem. diceret forte aliquis, ꝙ solum tunc quando ex elementis generatur illud vnum chaos, possunt elementa perdere differentias suas, & qñ ex illo regenerantur elemēta, possunt huiusmodi differentias recuperare, sed hoc est ridiculum Tex.c

lum dicere: quia cum corruptibile & incorruptibile sun dĉtur in ipsa natura rei, naturaliter loquendo, nunq̃ corruptibile potest fieri incorruptibile nec econuerso: ideo si tunc elementa poterant transmutari secundum differentias & passiones, necesse est dicere ꝙ & nunc possint transmutari passionibus. nam passiones & formæ, ex quibus Empe. dicit differre elementa, si tunc erant possibiles aduenire elemẽtis, & rursum separari ab eis, adhuc nunc est possibile, aliter & aliter aduersantibus adinuicem lite & amicitia: nam si prius aduersante lite & amicitia dicere poterant separari ab elementis & aduenire eis, cum & nunc talia adinuicem aduersari possint, nũc etiam poterit hoc contingere. Quia autem tunc amiserint elementa differentias suas, quãdo erant in illo vno chaos confuso. patet: quia ideo tunc ex vno generata sunt: quia in eo non erat elementorũ differentia. non. n. ignis aer aqua terra erant entia vnum omne. i. vnum totum & vnum chaos confusum si retinebant differentias proprias. Deinde cum dicit.

Incertum autem et vtrum principium ea ponendum multa: aut vnum, dico autem ignem & terram & systica horum secundum id. n. quod vt materia supponitur ex quo transmutantia propter motum fiunt, ignis & terra & aqua vnum elementum, secundum id autem quod hoc ex compositione fit conuenientibus illis. Illa autem ex dissolutione magis elementa quatuor illa & prima natura. T. cõ. 3.

Reprænendit Emp. de insufficientia. Insufficienter. n. loquebatur Emp. cum non certificat nos vtrum essent ponenda multa principia aut vnum, aut vtrum ignis & terra & systica. i. media horũ, vt aqua & aer essent supple principia respectu illius chaos confusi, vel econuerso. nam si illud chaos confusum supponitur tanq̃ materia, ex quo principia agentia sunt transmutantia ipsum, & propter huius motum & transmutationẽ fiunt ignis terra aqua, tunc est vnum elementum: quia hoc posito illud chaos habet rationem principij, & ista elemẽta habẽt rationem principij, sed si illud chaos confusum sit ex compõne elementum, & conuenientibus illis elemẽtis. illa autem elementa generantur ex eo tanq̃ ex dissolutione eius, tunc illa quatuor corpora magis & potius dicunt dici elementa & principia & non prima, & illud chaos magis debet dici principiatum. Notandum autem ꝙ aliter fiunt diuersa instrumenta ex ferro & aliter diuersi lapides ex pariete. nam diuersa instrumẽta ex ferro fiunt tanq̃ ex eo ꝙ est subiectum in actione & transmutatione agentis, ideo ferrum habet rõnem principij respectu instrumentorum, sed lapides generantur ex pariete tanq̃ ex dissolutione & corruptione eius. Si ergo elementa fiunt ex illo chaos sicut diuersa instrumẽta ex ferro, tunc illud chaos habet rationem principij, & est vnum principium propter vnum chaos, sed si elementa fiunt ex eo tanq̃ ex dissolutione & corruptione eius, sicut lapides fiunt ex pariete, tunc elementa sunt principia & non illud chaos & erunt plura principia propter pluralitatem elementorum, & quia non certificauit nos Emped. vtrum illud chaos haberet rationem principij vel quatuor corpora insufficienter loquutus est.

Hic declaranda sunt tria. Primo vtrum ponentes plures materias possint saluare generationem & alterationem cum in textu dicatur ꝙ impossibile sit eos saluare prædicta. Secundo dubitatur de eo quod habetur in litera, ꝙ si elementa non possent transmutari secundum substantiam ꝙ cessaret alteratio. Tertio declaranda erit ꝓpositio illa quæ habetur in textu. videlicet. ꝙ vna est materia omnium hñtium ad seinuicem trãsmutationẽ.

Tex. c. 1. Circa primum quæsitum difficultatem faciunt verba textus, nã secundum philosophum ponentes plures materias necesse habeat dicere generationem esse aliam ab alteratione, sed non haberent necesse hoc dicere nisi illa sequerentur ex dictis eorum, secundum. n. eorum dicta tam generationem q̃ alterationem saluare poterant.

Amplius philosophus reprehendit Anaxagoram ꝙ ignorauit propriam vocem & contradixit sermoni suo ponendo plures materias, & non distinguendo inter generationem & alterationem, sed hoc non esset nisi tam generationem q̃ alterationem secundum dicta sua saluare posset. Amplius habetur in litera ꝙ iste est proprius sermo ponentium plures materias, vt saluent generationem & alterationem & distinguant inter eas. Tex. c. 1.

Amplius Plato posuit vnitatem ex parte formæ & pluralitatem ex parte materiæ. posuit. n. paruum & magnum ex parte materiæ, & ideã ex parte formæ. vt habet declarari. 1. Physi. & tamen non negauit transmutationem & motum. ego ponentes plures materias propter huiusmodi pluralitatem non videtur ꝙ oportet eos negare motum & transmutationẽ. litera tamen dicit oppositũ. Notandum ergo ꝙ aliter est saluare generationem & corru. vt reperiuntur in artificialibus, & aliter prout reperiuntur in naturalibus, generatio. n. est motus de non esse ad esse. vt dicitur quinto Physicorum ens autem & vnum conuertuntur. sicut ergo competit rebus vnitas sic competit eis entitas, & sicut competit eis entitas sic competit eis esse, & sicut competit eis fieri competit eis generari. artificialia enim non sunt quid vnum vt naturalia: quia non reperitur in eis vnitas secundum vnitatem vnius naturæ vel vnius formę. sed in eis vnitas dicitur scdm quãdam aggregationem, & secundum quẽdam ordinem & cõtactum. partes. n. artificialium retinent suum actum & spẽm: paries. n. ex pluribus lapidibus generatus non est vnus secundum vnam naturam & vnam formam, sed secundum vnitatem cuiusdam ordinis & contactus, ideo talia quia non habent aliq̃ vnam naturalem positionem, & partes eorum retinent suum actum & spẽm generari habent per congregationem suarum partium & corrumpi per disgregationẽ, propter quod de huiusmodi artificialibus aliquo modo verificatur, quod dicebat Empe. ꝙ natura eorum non est nisi mixtura quædam. Cum ergo quæritur vtrum ponentes plures materias saluare possint generationẽ & corrup. & alios motus, dici potest ꝙ generationem & corruptionem secundum veritatem, & vt habẽt istã esse in naturalibus saluare non poterãt, secundum tamen quandam apparentiam. & vt talia reperiuntur in artificialibus, poterãt huiusmodi motus & transmutationes saluare. patet igitur differentiam esse inter antiquos philosophos ponentes vnam materiam, & ponentes plures: quia ponentes vnam cum ponerent illam esse aliquod corpus in actu secundum veritatẽ saluare poterãt alterationem naturalem. gñationem vero & corru. nec secundum veritatem, nec secũdum apparentiam saluare poterant. ponẽtes vero plures materias secundum veritatẽ transmutationes naturales, siue trãsmutationes per quas acquiritur aliqua natura vel aliqua forma saluare non poterant, sed tamen secundum quandam apparẽtiam quaslibet transmutationes saluabant, ideo in vna parte textus ait philosophus. ꝙ oportebat eos distinguere inter generationem & alterationẽ: quia loquendo de transmutabilibus vt ipsi loquebãtur sequebatur ex dictis eorum generationem esse aliam ab alteratione. In alia vero parte textus ait ꝙ hoc saluare non poterant: quia secundum veritatem loquendo de transmutationibus non vt ipsi loquebantur, sed vt de eis debet loqui naturalis, & negantes vnitatem materiæ negant omnes transmutationes naturales, & omnem motum ad formam: quia vt superius innuebatur, vna forma non fit alia, sed materia quæ prius erat sub vna forma fit postea sub alia. Et per hoc soluitur repugnantia textus. Quod vero addebatur de Platone dicendum ꝙ nõ posuit pluralitatẽ ex parte materiæ, cum

Tex. c. 1. Tex. c. 53 Tex. c. 1. Tex. c. 7. Tex. c. 1.

non poneret omnium generabilium & corruptibilium vnam materiam primam, ſed pluralitas illa materiæ ſecundum magnum & paruum, vel referenda eſt ad materias proximas, & ad materias diſpoſitas, vt ſecundum maiorẽ & minorem diſpõnem materiæ fiat aliter & aliter ſuſceptio formæ, & conſtat ꝙ licet materia prima ſit vna omnium gn̄abilium, materia tn̄ proxima & diſpoſita eſt alia & alia. vel illa magnum & paruum referẽdum eſt ad diuerſos gradus entium. Poſuit tn̄ Plato ꝙ ideæ erant in. 1. gradu. poſt has erant intelligentię. poſt intelligẽtias animæ, poſt aĩas corpora, & ab vna & eadẽ idea deriuabitur ſimilitudo & forma tam in intelligentias q̃ in animas, q̃ etiam in materias corporales, & quia omne receptiuum & potentiale eſt materiale reſpectu eius qd̄ influit & eſt in actu, corpora & animæ intellectiue erãt quaſi materialia rõne ideæ imprimẽtis ſimilitudinẽ & formã in eas, & quia illa ſimilitudo & illa forma non eodem modo recipiębatur in oĩa prædicta, ſed in intelligentĳs recipiebatur magis vniuerſaliter, in aĩabus minus vniuerſaliter, in corporibus vero materialiter & particulariter, ideo poſuit vnitatẽ formæ: quia ab vna idea erant omnes iſti influxus. poſuit vero pluralitatem ex parte materiæ, & illam pluralitatẽ appellauit magnum & partium: quia cum huiuſmodi receptiua, & materialia quæ ponuntur eſſe intelligentiæ animæ & corpora ſint in alio & alio ordine entium, & ſcd̄m ꝙ ſunt in magis ſuperiori vel magis inferiori ordine, ſic huiuſmodi receptiua magis & minus participabant de illo influxu. Influebat ergo vna idea in diuerſas materias ſiue in diuerſa genera receptiuorum. Vnitas ergo Platonis ex parte formæ & pluralitas ex parte materiæ non contradicit his quæ diximus. Equiuoce. n. ponebat Plato pluralitatem materiæ & alĳ phlioſophi. Vtrum autem poſitio Platonis ſit vera vel non: non eſt præſentis ſpeculationis, ſed ſi ſuper librum phyſicorum contingeret nos ſcribere clarius elucidaremus ipſam.

Cõm.. 1 Secundo reſtat declarare vtrum ſi non eſſet tranſmutatio in ſubſtãtia non eſſet tranſmutatio in qualitate, vel quod idem eſt ſi eſſet impoſsibilis gn̄atio & corruptio vtrum eſſet poſsibilis alteratio, licet. n. in litera habeatur ꝙ ſi non poſſent elementa tranſmutari ſm̄ ſubſtantiam non poſſent tranſmutari ſecundum qualitates. hoc tn̄ difficile eſt videre. nam prius non dependet ex poſteriori, corrupto ergo poſteriori non oportet ꝙ corrũpatur prius, erit ergo poſsibilis corruptio qualitatum abſq; eo ꝙ ſit poſsibilis corruptio ſubſtantiæ cum ſubſtantia ſit prior qualitate, poterit ergo eſſe motus ad qualitatẽ non exiſtente motu ad ſubſtantiam. Amplius quę ſeparari poſſunt abinuicem non hn̄t eſſentialem ordinem ſed non habentium eſſentialem ordinem non oportet ſi vnũ eſt poſsibile ꝙ aliud ſit poſsibile. ſed alteratio multotiens ſeparatur à gn̄atione. non. n. oportet ꝙ qn̄cunq; ſit tranſmutatio in qualitatibus ꝙ fiat tranſmutatio in ſubſtantia. alteratio vero & generatio non habent eſſentialem ordinem. poterit ergo eſſe generatio impoſsibilis & alteratio poſsibilis. Amplius videmus aliqua alterari quæ ſcd̄m ſubſtantiam tranſmutari non poſſunt. lux. n. eſt quædam ſenſibilis qualitas, ſecundum autem ſenſibiles qualitates attẽditur propria alteratio, & tn̄ luna eclipſatur & illuminatur ſecundum rei veritatem, ſed ſecundum ſubſtantiã incorruptibilis manet. Notandum ergo ꝙ triplici via declarare poſſumus eſſe poſsibile generationem & corrup. & tranſmutationem eſſe in ſubſtantia, ſi ſit poſsibilis vera alteratio & tranſmutatio in qualitatibus actiuis & paſsiuis. Prima via intelligitur ex parte naturæ formæ. Secunda ex parte naturæ materiæ. Tertia ex parte naturæ motus & tranſmutationis cui ſubſtãtia materia tendit in formam. Prima via ſic oſtenditur. nam aliqua non ſunt de ratione alicuius vno modo, quæ tn̄ ſunt de ratione eius alio modo, videmus enim ꝙ conditiones materiæ non ſunt de ratione rei abſolute, ſunt tamen de ratione eius vt habet eſſe particulare, ſic etiam eſſe non eſt de ratione eſſentiæ in ſe conſiderate. eſt tn̄ de ratione eius vt habet eſſe in effectu, oĩs. n. factio & omnis cauſalitas determinatur ad aliquod eſſe, conueniunt. n. omnes cauſæ in hoc ꝙ eſt dare eſſe, propter qd̄ non bene argueret, qui diceret eſſentia eſt prior q̃ eſſe, & eſſe non eſt de ratione eſſentię. ergo aliqua cauſa ſiue aliquod agens producere poterit eſſentiã ſine eſſe: quia vt dictum eſt, eſſe licet non ſit de ratione eſſentię abſolute, eſt tn̄ de ratione eius vt eſt in effectu, & quia res pro tãto habent cauſam: quia habet rõnem effectus, nulla res produci poterit ab aliq̃ cauſa, niſi inquantum eſt coniuncta ipſi eſſe, & ſicut conditiones materiæ non ſunt de rõne rei abſolute, ſed ſunt de ratione eius, vt habet eſſe per particulare, & ſicut eſſe non eſt de rõne eſſentię de ſe, ſed eſt de ratione eius, non habet eſſe in effectu, ſic dicere poſſumus quòd qualitates actiue vel paſsiue non ſunt de ratione formæ ſimpliciter, ſed ſunt tamen de ratione eius, vt habet eſſe phyſicum & naturale, & quia iſta corruptibilia quæ videmus propter quę mota eſt quæſtio, vt ſunt in ſeipſis habẽt eſſe naturale & phyſicum, quando tollitur ab eis huiuſmodi eſſe phyſicum & naturale, vlterius non remanent in ſeipſis, ſed corrumpuntur ſecundum eorum ſubſtantiam. Si ergo ab aliquo corpore poſſent auferri omns ſue qualitates: quia vlterius non competeret ei eſſe phyſicum, & eſſe naturale corrumperetur à ſua natura, & quia alteratio expoliat rem à qualitatibus proprĳs ad vltimũ expoliat eam à natura propria. Patet ergo ex parte naturæ formæ, cum de ratione formæ (vt eſt natura quædã, & vt habet eſſe naturale & phyſicum) ſit ꝙ ſit conincta qualitatibus proprĳs, vt actiuis & paſsiuis ſi eſt poſsibilis alteratio ꝓprie dicta & res poteſt amittere qualitates ſuas erit poſsibilis generatio, & poterit res amittere naturam ſuã. Si ergo ponis alterationẽ eſſe poſsibilẽ neceſſe eſt te ponere eſſe poſsibilem gn̄ationẽ, & ſi negas poſsibilitatẽ gn̄ationis & corruptionis, poſsibilitatẽ alterationis ſaluare non poteris. Secunda via ſumitur ad oſtendendum hoc idem, ſimiliter exiſtentia materiæ, agens. n. naturale expoliãdo materiam vna forma inducit in ea formam oppoſita: quia ſemper generatio vnius eſt corruptio alterius & econuerſo. Et quia materia ſubſtantia cum forma eſt cauſa oĩum accidentium quę fiunt in ea, vt dicitur primo Phyſicorum. qualitates exiſtentes in materia ſequẽtes eam vt eſt ſubſtantia alicui formę reddunt materiam ipſam proportionatam formæ ſub qua exiſtit. Si ergo expolietur materia ex illis qualitatibus per quas eſt ꝓportionata formæ ſuæ: quia hoc non erit niſi per introductionem oppoſitarũ qualitatum, cum non ſit corruptio vnius oppoſiti ſine generatione alterius, per talem tranſmutationem & alterationem materiæ quę prius erat diſpoſita & proportionata ſue formę efficietur diſpoſita & ꝓportionata alterius formę. Cum ergo actus actiuorum ſint in patiente & diſpoſito, materia per alterationem facta proportionata alterius formę introducetur in ea alia forma & nõ vlterius remanebit in ea ſubſtãtialis forma quæ erat actio & perfectio eius, patet ergo ex ipſa natura materiæ ꝙ ſi eſt poſsibilis alteratio, eſt poſsibilis generatio, ideo bene dictum eſt ꝙ ſemper paſsio magis facta abĳcit à ſubſtantia: quia omne tale facit improportionatam materiam ſuæ formæ. .cõ. 1

Tertia via ſumitur ex parte naturę motus, motus. n. eſt quaſi via in terminum. Cum ergo proprie loquẽdo generatio non ſit motus, ſed mutatio, mutatio aũt ſemper eſt terminus alicuius motus, motus quidem cuius gn̄atio eſt terminus eſt ipſa alteratio, & quia ſi eſt poſsibilis motus, eſt poſsibilis terminus, & ſi non eſt poſsibilis terminus, non eſt poſsibilis motus, aliter enim natura ocioſe ageret ſi motum inchoaret quem terminare

non posset, ideo qui negat generationē negat alterationem, sicut qui negat possibilitatem termini negat possibilitatem motus. Ex quo apparere potest ꝙ non quęlibet alteratio arguit possibilitatem generationis & corruptionis, sed alteratio proprie dicta & realis: quia talia videntur esse via in formam, & ideo licet intelligere sit quoddam pati, & animam sc̄dm partem intellectiuam aliquo modo alterari, non tñ oportet eam secundum talem parte esse substãtiam corruptioni: quia in parte intellectiua non est proprie alteratio, sic etiam luna eclipsatur, tñ quia illa alteratio est magis intentionalis q̃ realis, non oportet lunam corruptionis esse subiectum. Opposita autem dictis soluere non est difficile. Nam cum dicitur ꝙ substãtia est prior qualitate, qualitates non faciũt ad esse formæ vel non sunt de ratione eius, ꝑpter quod nō oportet ꝙ si qualitas tolli poterit ꝙ forma tolli possit vel rei substãtia & natura, patet per habita, licet qualitates non sint de ratione formæ substantialis simpliciter, sunt tamen de ratione substãtiæ rei & formæ, vt habet esse phylosophicū & naturale ꝙ sit coniuncta qualitatibus proprijs, & hoc sufficit ad propositū. Quod vero adducitur ꝙ generatio & alteratio non habent ordinem essentialem: quia separari possunt, dici potest possibile esse eas separari secundum actum non sc̄dm possibilitatem, non.n. semper qñ aliquid alteratur generatur & corrūpitur, sed si possibilis est alteratio possibilis est generatio & corruptio. Causa aũt quare prędicta separari possunt secundum actum & non sc̄dm possibilitatem patere potest per iam dicta, habitum est.n. alterationem & corrup. habere analogiam adinuicem, sicut motus & terminus. Non.n. oportet ꝙ cū aliquis actu mouetur ꝙ actu sit in terminos, sed si possibilis est motus possibilis est terminus, aliter.n. ociose & frustra esset ille motus, cum nō esset possibile terminari. si ergo possibilis est alteratio, possibilis est generatio & corruptio, ad quas ordinatur motus vt ad terminum. Vtrum autem competit alterationi alius terminus præter generationem & corruptionem, & q̄uo vnius motus possunt esse plures termini non est præsentis speculationis.

.cō. 12. Tertio declarandum est vtrum sit vna materia omnium habentium transmutationem ad seinuicem. Et videtur ꝙ non: quia phylosophus. 5. Meta. ca. de vno distinguens. 4. modos vnius. s. vnum numero, vnum forma, vnum gn̄e, & vnum analogia. Ait ꝙ illa sunt vnū numero, quorū est vna materia, sed nunq̃ aliquid transmutatur in idē numero, sed oīs transmutatio est in oppositum. ergo nulla habentia transmutationem ad seinuicem habebunt vnam materiā. Amplius non quodlibet est in potentia ad quodlibet, sperma.n. equi non est in potentia ad generationem leonis, sed cum essentiale sit materiæ esse in potentia, vt dicit Commenta. in de Substantia orbis, sic debemus loqui de materia, sicut loquimur de potentialitate, sed in oībus istis corruptibilibus non reperitur vna ratio potẽtialitatis, cum ex quolibet non fiat quodlibet. ergo in eis non reperitur vna materia. Amplius si omnium talium est vna materia vel hoc est secundum esse, vel secūdum essentiam. secundum esse non: quia si oīum generabilium esset vna materia secundum esse omnium eorū esset vna forma, cum materia nō habeat esse nisi prout est sub forma, sed cum diuersorum generabilium sint diuersę formæ non poterit eorum esse vna materia quantum ad esse nec etiam quantum ad essentiā: quia cum diuersorum gn̄abilium sint diuersę essentiæ, materia quæ est de essentia vnius non poterit esse de essentia alterius, nullo ergo modo est eorum vna materia. Notandum ergo quosdam dixisse materiam dupliciter considerari posse, quãtum ad actum, & quantum ad rationem, secundum ꝙ in actu sic non est vna oīum, sed secundum ꝙ est in potentia vna & eadē est: quia materia cuiuslibet generabilis potest esse sub forma vniuscuiusq̧. hoc autem. videlicet. ꝙ materia vt est in potẽtia sit vna omnium, licet aliquam veritatem habet, tñ vt ipsi exponunt hoc dictum non videtur veritatem habere. Materia.n. quæ est in grano milij nunq̃ est in potentia, vt possit in ea induci forma leonis, materia.n. videtur esse in potentia ad formam, vt est sub aliqua quãtitate, aliter.n. ex quocunq̧ paruo corpore posset fieri magnum nihil addito vel remoto, & eo non rarefacto, quod est inconueniens, sed materia vt est sub qualitatibus habet diuisionē & partes, & est alia & alia, ergo non potest dici illo modo eadem vt ponebatur. Propter hæc cōiter ponitur ꝙ materia dupliciter considerari potest, vel vt est prima, vel vt est proxima & disposita ad susceptionē formæ. Si consideretur vt est prima, sic est vna. In quolibet.n. genere causarum est status, & est deuenire ad vnum primū, vt probatur in. 2. Meta. sicut ergo est deuenire ad vnum primum efficientem, & ad vnum vltimum finem, & ad vnam primordialem formam, sic est deuenire ad vnam primam materiam. Sed si consideretur materia, vt est proxima & disposita respectu susceptionis formæ: quia alij & alij actus requirunt materiam aliter & aliter dispositam, & diuersarum formarum sunt diuersę materiæ vt liquabilium est aqua hypercaumatorum & ignitorum sunt sicca & vnctuosa, & aliorum alia. Viso materiam esse vnam non q̃libet sed primam, ne laboretur in equiuoco, restat videre quis modus vnitatis ei competat. Sciendum ergo ꝙ secundum Cōment. in. 12. Meta. materia non est vna per aliquam vnam indiuidualem formam, sed est vna, per indifferentiam: quia si omnis materia absolueretur ab omni forma, vel consideratur absoluta ab omni forma non remanet nisi vna. Nam cum actus sit qui distinguit, vt dicitur. 7. Met. vbi nullus actus ibi nulla distinctio, & quia in fundamento naturę. i. in materia non est aliquid distinctum, sed est ibi pura potentialitas, vt vult phylosophus. 1. Met. ex quo pura potentialitas excludit oēm actum & omnem distinctionem, materia omnino prima & sc̄dm se considerata est vna omnium per indifferẽtiam: quia non habet per quid differat, vnde phylosophus. 5. Meta. ca. de vno, vult ꝙ vnitas materiæ est quasi vnitas generis, genus aũt non est quid vnū per vnitatem formę, licet.n. species sit forma vna, genus autem non est forma vna. Nam secūdum Themistium in. 1. de Anima, conceptui speciei respondet hypostasis, conceptui aũt quem habemus de ipsa specie correspondet in natura vnum aliquid vt vna forma in quam respicit talis conceptio, vt hypostasis & fundamentum, sed generi non competit talis vnitas, ideo generis cōceptus, siue hypostasis sumptus est ex tenui singularium similitudine, vnitas ergo generis est ex quadam tenui similitudine, & ex remotione differentiarum, vt remouendo ab hoīe & leone rationale, & irrationale remanet animal. bene ergo dictū est ꝙ vnitas generis est vnitas materiæ & econuerso, cum quælibet istarum sit per quandam differentiam non per vnitatē formæ, patet igitur materiam esse vnam, non quãlibet sed primam, & patet qua vnitate est vna: quia per quandã indifferentiam. vtrum autem præter hanc vnitatem sit in ea alia vnitas forte infra patebit, vbi de vnitate materiæ non solum quantum ad generabilia, sed etiam quantū ad supercelestia disputari poterit. Opposita aũt dictis non est difficile soluere. Nam cum dicitur quòd habẽtes eandem materiam sunt vnum numero, intelligēdum est de vnitate materiæ secundum indiuidualem formam. nos autem loquimur de vnitate eius per indifferentiam. nam illa sunt vnum numero quæ habent vnam materiam secundum vnam indiuisibilem & singularem formam.

Tex. c. 5.

Tex. c. 49

Tex. c. 17

T. cō. 10:

Quod vero vlterius adducitur non quodlibet esse in potentia ad quodlibet verū est de potentia propinqua, sed ex quolibet potest fieri quodlibet secundum potentiam

tiam remotam loquendo per se, nisi forte impediretur per accidens propter improportionatā quantitatem, ex grano.n.milij non posset fieri leo, sed tñ materia quę est sub grano milij coniuncta tante materiæ quæ sufficeret ad quantitatem leonis, posset esse sub forma leonis, bene ergo arguitur per rationem prędictam, ꝙ materia proxima non est vna omnium, vt sperma equi non est materia proxima leonis, tñ de materia prima de qua nos loquimur, non arguit argumentum. Quod vero addebatur tertio ꝙ in diuersis generabilibus non est eadem materia, nec secundum rationem, nec secundum esse, dici potest materiam diuersorum generabilium non esse eandem secundum esse & per se, sed non esse eandē per essentiam est per accidens. accidit.n.materiæ ꝙ in diuersis generabilibus sit differēs per essentiam: quia hoc non habet esse ex se, sed conuenit ei vt est coniuncta quantitati & formæ. nam si absolueretur materia huius generabilis & illius ab omni quantitate & ab omni forma non esset diuersa per essentiam; quia vt dictum est non haberet per quid differret.

Tex. c.4. *VNiuersaliter itaq; de generatione & corruptione simplici elementorum dicendum, vtrum est aut non est & quomodo est, & de alijs simplicibus motibus, puta de augmentatione & alteratione.*

In parte ista vt dicebatur, incipit phylosophus determinare de generatione & de alijs motibus, & duo facit. quia primo continuat se ad dicēda. Secundo exequitur

Tex. c.5. de intento. Secunda ibi [Plato.n.igitur.] Dicit ergo ꝙ ipse vult dicere vniuersaliter de simplici generatione & corruptione elementorum. vtrum est aut non est, & si est qūo est. vtrum naturaliter vel aliter. & etiam vult dicere de alijs simplicibus, puta de augmentatione & alteratione, & dicit de generatione simplici vt distinguat eā ab alteratione quæ licet possit dici motus simpliciter, non tñ generatio simpliciter, sed secūdum quid. Addit etiam elemētorum: quia cum iste liber computetur inter libros cōmunes & vniuersales, non intendit descendere specialiter ad generationem huius mixti vel illius, descendet tñ ad generationem huius elementi vel illius, vel dicit elementorum: quia simpliciter fuit controuersia inter antiquos de generatione elementorum magis q̄ de generatione mixtorum. Deinde cum dicit.

Tex. c.5. *Plato enim igitur solum de generatione scrutatus est & corruptione quomodo existit in rebus, & de generatione non omni, sed de ea quæ elementorum, quomodo autem carnes fiant aut ossa aut aliorum quid talium nihil.*

Exequitur de intento, & duo facit. quia primo determinat de huiusmodi motibus secundum opinionē alio

Tex. c.11 rum. Secundo secundum propriam. Secunda ibi [Determinatis aūt his.] Circa primum duo facit. qa primo ponit opiniones ipsas. Secundo pertractat eas. Secunda

Tex. c.6. ibi [Quæstiones habent.] Inter aūt istos antiquos phylosophos forte qui magis rationabiliter loquebātur fuerunt Plato & Democri. ideo solum horum opiniones recitat, duo igitur facit. quia primo ponit opinionē Pla

Tex. c.5. tonis. Secundo opi. Democriti. ibi [Demo. autem.] In ponendo autem positionem Platonis, tria facit. quia primo increpat eum: quia insufficienter locutus fuerat de generatione rerum. Secūdo increpat ipsum: quia insufficienter tractauerat de alijs motibus. Tertio ait omnes antiquos phylosophos præter Democritum fuisse valde insufficiēter locutos de naturalibus motibus. Secunda ibi [Amplius nec.] Tertia ibi [Vniuersaliter autē.] Dicit ergo Platonem reprehensibilem esse de insufficientia: quia scrutatus de generatione & corru. quomodo existit in rubus, scrutatur de generatione non omni, sed solum de ea quæ est elementorum. nam quomodo fiāt carnes & ossa aut aliquid aliorum talium istorum nihil vlterius dixit. Deinde cum dicit.

Amplius neque de alteratione neque de augmentatione quomodo existit in rebus.

Repræhendit de insufficientia quantum ad alios motus. nam Plato non solum insufficienter determinauerat de generatione, cum nō determinauerit de generatione oīum, sed quod plus est insufficienter dixit quo ad alios Tex. motus: quia non dixit de alteratione & augmētatione, qūo existunt rebus. i. in rebus. Deinde cum dicit.

Vniuersaliter autem extra ea quæ superficietenus de nullo aliquis constituit præter Democritum, hic autem videtur de omnibus curam habere. Iam autem in qualiter & quomodo differunt. De augmentatione autem nullus determinauit quidem vt dicimus, nisi contingens quòd et quis diceret, quoniam adueniente simili augmentatur, quomodo autem hoc non adhuc nec de mixtione nec de aliorum consimili vt ita dicam nullo, vt puta de facere & pati, quomodo hoc quidem facit. hoc autem patitur secundum naturales operationes.

Ait omnes antiquos phylosophos valde sufficienter locutos fuisse de talibus motibus excepto Democrito, ideo ait ꝙ vniuersaliter extra ea quæ superficietenus apparent, de nullo tali motu aliquis antiquorum cōstituit sermonem perscrutatum præter Democritum, hic aūt videtur de omnibus habere curam, & de oībus reddere causam, ex hoc autem iam apparet qualiter & qūo Tex. c differt opinio Demo. ab alijs: quia nullus aliorum determinat de augmentatione vt dicimus. i. vt ita loquamur ꝙ non quilibet diceret. Dicebant.n.ꝙ adueniente simili fiebat augmentum, hoc.n.quis. i. quilibet de populo sciuisset dicere, sed qūo fit augmentum non dixerunt, adhuc autem neq̧ de mixtione, neq̧ de nullo alio consimili, vt ita dicam dicti phylosophi tractauerunt, vt puta de facere & pati, quomodo hoc quidem facit. hoc autem patitur secundum naturales operationes nullus eorum dixit. Deinde cum dicit.

Democritus autem & Leucippus facientes figuras alterationem & generationem ex his faciunt segregatione quidem & congregatione generationem & corruptionem, ordine autem & positione alterationem.

Narrat opinionem Democriti, & duo facit. quia primo ponit dictam opinionem. Secundo subiungit opinionis rōnem. ibi [Qm̄ existimabant.] Dicit ergo ꝙ Demo. & Leucip. Leucippus.n.fuit socius Demo. & quod vnus dixit alius dixit, propter quod quod dicitur de vno de alio debet intelligi, vnde phylosophi facientes figuras. i. athomos figuratas alterationem & generationem ex his faciunt: quia segregatione & congregatione saluabant generationem & corrup. ordine autem & positione saluabant alterationem. Deinde cum dicit.

Quoniam autem existimabant verum in apparendo contraria autem sunt & infinita quæ in sensu apparent figuras infinitas faciunt.

Assignat dictæ opinionis rōnem, & duo facit. quia primo ostendit dictam pōnem fuisse aliquo modo rationabilem in ponendo principia. Secundo in ponēdo ea quæ sequuntur ex principijs. ibi [Quapropter translatione.] Fuit.n.Democri. motus aliquali ratione in ponendo athomos infinitarum figurarum esse rerum principia: quia existimabāt ipse & Leucip. verum esse in apparendo, crediderunt.n.ꝙ quicquid appareret esset verum, & quia contraria fiunt secundum apparentiam, & vni apparent vnum, & alij aliud, & quasi infinita sunt quæ apparent in sensu: vt omnes istas apparentias saluarent infinitas figuras fecerant. Deinde cum dicit. Tex. c

Quapropter translatione compositi idem contrarium videtur alij & alij & transmutatur paruo adueniente & vniuersaliter aliud apparet vno transmutato, ex eisdem enim tragedia & comedia fit literis.

Ostenso

Ostenso qua ratione mouebantur ad ponēdum principia, ostendit quō mouebantur ad ponendum quæ sequuntur ex principijs, & quia ex principijs suis saluabāt alterationem & generationem, ideo duo facit: quia primo ostendit quō saluabant alterationem. Secundo quō generationem. ibi [Quoniam autem videtur.] Alterationem autem vt dictum est, saluabant ex ordine & pōne: quia eo ꝙ ordinabantur aliter & aliter athomi, & habebant aliam & aliam positionem, vt quia athomus superior fiebat inferior, dicebat alterationem fieri, hoc autē erat satis rationabile, supposito suo principio. nam si verum est in apparendo, tñ per translationem compositi idem videtur contrarium alij, vt collum columbe translatum & motum alterius & alterius coloris apparet: quia ita est, vt apparet si per translationē in compositi & principiati causatur alteratio. ergo multo magis habet hoc fieri per translationē athomorum & principiorum, ideo dicebat ꝙ vno athomo paruo adueniente & transmutato transmutatur cōpositum, & vniuersaliter alteratur & apparet aliud. nam vt dicebat sicut ex eisdem literis aliter & aliter ordinatis fit comedia & tragedia. i. fiunt versus alij & alij, vt versus in laudem & vituperium. sic supple ex eisdem athomis aliter & aliter ordinatis fit compositum alteratum & variatum. Deinde cum dicit.

Tex. c. 2. *Quoniam autem videtur omnibus pene esse alliud generationem & alterationem, generari quidem. n. & corrumpi congregata & disgregata, alterari autem translatis passionibus de his scientibus considerandum.*

Ostendit quomodo videbatur saluare rationabiliter generationem & corruptionem. nam si quicquid videtur est verum cum fere omnibus videatur generationē esse aliud ab alteratione & fere omnibus congregata generari & disgregata corrumpi, & translatis passionibus alterari cum ista esset positio Democriti, & hoc videtur fere oībus, & quod videtur est vere arguebat Demo. veram esse positionem suam. addit autem ad commendationem Democriti ꝙ de his est à scientibus considerandum. forte hoc ideo dixit: quia sic rationabiliter Democritus fulciebat rationem suam ꝙ dignum erat scientes considerare de ipsa. Deinde cum dicit.

Quæstiones autem habent hæc & multas & rationabiles. Siquidem igitur generatio est congregatio multa impossibilia contingunt. sunt autem rursus rationes aliæ cogentes & non habiles solui, quòd non contingit aliter se habere, & si non est generatio congregatio aut vniuersaliter non est generatio, aut si est alteratio est, aut si hoc difficile dissoluere tentandum est.

Pertractat dictas opiniones, & duo facit: quia primo ostendit huius pertractationē esse rationabilem. Secundo incipit eas pertractare & dat modos procedēdi contra dictas opiniones. ibi [Principium autē horum. [Ex hic. n. rationabile est aliquam materiam pertractare: qa ex eo oriuntur multæ rationabiles quæstiones, ideo ait ꝙ hoc. i. dictæ opiniones habent quæstiones & rationabiles: quia si generatio est solum congregatio multa impossibilia contingunt: quia tunc generatio esset motus localis, & genitum nō haberet materiam vnam, & alia, & si hoc non ponimus. sunt rursus aliæ rationes cogentes non habiles solui, probantes ꝙ non contingit aliter se habere. vsq;. n. ad tempora Ari. dicentes ꝙ generatio non est congregatio, ducebantur ad hoc inconueniens ꝙ vel vniuersalis generatio non erat, vel si erat alteratio erat: quia hoc est difficile dissoluere, ideo temptandum est dissoluere dictam difficultatem. Deinde cum dicit.

Tex. c. 7. *Principium autem horum omnium utrum sic generantur & augmentantur & alterantur entia, & contraria his patiuntur, primis magnitudinibus existentibus principijs omnium entium indiuisibilibus, aut nulla est indiuisibilis magnitudo. differt. n. multum, & rursus si magnitudines sint vtrum vt Democritus & Leucippus he corporeæ sunt vel vt in Thimeo planities.*

Posita rōnabilitate pertractationis, incipit pertractare dictas opiniones, & duo facit. quia primo dat modū procedendi contra huiusmodi opiniones. Secundo procedit contra ipsas & pertractat eas. ibi [Hoc quidem igitur.] Dicit ergo ꝙ principium pertractationis horum omnium siue principium per quod inquirenda est veritas circa dictas opiniones est inquirere vtrum sic generantur alterantur & augmentantur entia & patiuntur contraria his. i. corrumpuntur & diminuuntur existentibus primis magnitudinibus principijs oīum entium indiuisibilibus, aut nulla est magnitudo indiuisibilis: qa multum differt vtrum debeant poni principia magnitudines indiuisibiles aut nō. & rursum si esset possibile esse magnitudines indiuisibiles restaret pertractandum vtrum he magnitudines sint corporeæ vt posuerunt Democritus & Leucippus. vel sunt sicut planities. i. superficies, vt Plato posuit in thimeo. Deinde cum dicit.

Hoc quidem igitur ipsum vt in alijs diximus inconueniens vsq; ad planetiem dissoluere, ideo magis rationabile corpora indiuisibilia esse, sed hæc quidem multam habent irrationabilitatem.

Inquirit & pertractat dictas opiniones & duo facit. Tex. c. 8. quia primo pertractat opinionē Platonis. Secundo Democriti. ibi [Habet. n. qōnem.] In pertractando Platonis opinionem inquirit de ea cōparando ipsam ad opinionem Democriti, & quatuor facit secundū ꝙ in quatuor ostendit opinionem Platonis defecisse ab opinione Democriti. primo. n. defecit hæc positio ab illa quantum ad principia. Secundo quantum ad ea quę sequuntur ex principijs. Tertio quantum ad viam per quam adinuenta fuit dicta positio. Quarto quantum ad rationes per quas præfata positio fulciebatur. Secunda pars incipit ibi [Sed tñ & his.] Tertia ibi [Tñ autē ꝙ vnus.] Quarta ibi [Videbit autem quis.] Fuit autem melior & sufficientior positio Democriti positione Platonis in ponēdo principia. ideo ait ꝙ hoc ipsum. s. ponere superficies principia corporalium rerum est valde inconueniens: quia vt diximus in alijs circa principium tertij cęli & mundi: inconueniens fuit dictum Platonicorum: quia vsq; ad planities dissoluerunt corpora, ideo magis rationabile fuit dictum Democriti ponentis principia rerum non superficies, sed corpora indiuisibilia, licet in hoc nō sit simpliciter bene dictum, sed multam habeat irrationabilitatē, rationabilius. n. est corpora resolui in corpora, vt dixit Democritus: q̃ resolui in superficies vt posuit Plato. Deinde cum dicit.

Sed tamen & ex his & alterationem & generationem contingit facere vt dictum est, aliter conuersione & contactu transmutante idealem & figurarum differentijs quod fecit Democritus, & ideo colorem hoc non inquit esse, conuersione. n. colorari. His autem qui in planitiem diuidunt non adhuc, nihil. n. fit præter solida ex compositis, passionem. n. non suscipiunt generari aliquam ex ipsis.

Ostendit positionem Democriti esse sufficientiorem positione Platonis quantum ad ea quæ sequuntur ex principijs. Demo. n. per sua principia saluabat tam generationem q̃ corruptionem & alterationem. Plato vero alterationem non solum vere, sed etiam apparenter saluare non poterat, ideo ait ꝙ ad Democritum contingit ex his. i. per hic sua principia facere alterationem & generationem: quia vt dictum est conuersione & cōtactu. i. ordine & positione transmutante idealem. i. formam actualem in materia supple saluabat alterationem Democritus, & faciendo figuram differentiam supple saluabat

uebant generationem. nam secundũ ꝙ alij & alij athomi aliarum & aliarum figurarum congregabantur, generabantur diuersa generabilia, prout vero illi athomi diuersificabãtur in positione & ordine inducebatur alia & alia qualitas, & quia ex solo situ & ex solo ordine diuersificabãtur qualitas & color: Demo. & Leucip. non inquiunt colorem esse hic.i. esse aliquid fixum in natura, sed sola conuersione inquiunt rem colorari & alterari, sed his.i. Platonicis qui diuidunt & resoluunt corpora in planities.i. superficies, licet secundum quandam apparentiam saluent generationem corporum, alterationem vero & transmutationem in passionibus non adhuc saluare possunt, nam ex compositis superficiebus nihil fit secundũ Platonicos præter solida.i. præter corpora, passionem tamen & qualitatem non suscipiunt generari & ex ipsis superficiebus, superficies.n. videntur esse quid mathematicum, & talia sunt abstracta à qualitatibus, ideo per eas passiones generari non possunt. Deinde cum dicit.

Causa autem quare non potuit confeßa videre in experientia fuit. Ideoq; quicunq; magis insudauerunt naturalibus magis poßunt supponere talia principia quibus multa poßunt complicare qui ex multis sermonibus indocti existentium entes intuẽtes et ad pauca respicientes facile enuntiant.

Ostendit positionem Democriti fuisse meliorem positionem Platonis q̃tum ad viam & modum per quam Demo. deuenerat in positionem suam. Democritus.n. deuenit in positionem suam diu insudando & per multam experientiã. Plato vero quasi inexpertus de rebus sensibilibus dixit quę dixit, & constat experientiam deficere ab experientia, ideo ait ꝙ causa quare Plato minus potuit videre confessa & apperẽtia fuit inexperientia, ideo Demo. & Leucip. qui magis insudauerant naturalibus magis possunt supponere talia principia ꝑ quæ possunt multa complicare & multa elicere. Platonici vero qui fuerunt entes de numero existentium indocti ex multis sermonibus respicientes & intuentes ad pauca enuntiauerunt facile.i. debiliter. Notãdum autem ꝙ vniuersalia respectu singularium sunt pauca, Plato.n. & phylosophus tenuerunt modum oppositum, phylosophus.n. ex sensibilibus ascendit in intelligibilia. Plato vero ex intelligibilibus voluit descendere in sensibilia, despicientes ego ista sensibilia & ista multa, respiciens ad vniuersalia & ad pauca proferebat debiliter: quia in talibus experientia & cognitio particularium multum proficit. Deinde cum dicit.

Videbit autem aliquis ex his quantum differunt physicæ & logicæ intẽdentes, qui enim indiuisibiles magnitudines, hi quidem inquiunt quia ante trigonum multa erunt. Democritus autem videtur proprijs & physicis sermonibus persuadere Manifestũ autem erit quod diximus procedẽtibus.

Ostendit positionem Platonis deficere à positione Democriti quantum ad rationes per quas suas positiones fulciebat. Plato vero adducebat rationes extraneas Democritus vero quodammodo proprias, ideo ait ꝙ ex his.i. ex dictis Democriti & Platonis videbit quis quantum differunt physicę & logicę intendentes: nam hi.s. Platonici qui ponunt magnitudines.i. superficiens indiuisibiles arguunt logicę.i. extrancę, inquint.n. ꝙ si non esset dare indiuisibiles superficies.i. superficies non resolubiles nam alias superficies multa.i. multæ figuræ essent ante trigonum.i. ante triangulum, voluit.n. Plato & voluerunt omnes mathematici omnes figuras rectileneas resolui in triãgulos: triangulos vero non resolui in alijs, & quia in triangulis erat status & ipse erãt primæ figurarum ideo posuit eos esse planities indiuisibiles & esse principia omnium corporum. huius autem ratio logica erat: quia erat extranea a naturali proposito. Democritus vero videtur proprijs, & physicis.i. naturalibus sermonibus persuadere, quòd autem ita, sit vt dicimus procedentibus.i. per sequentia erit manifestum. Notandum autem Platonem fuisse locutum non solum extraneæ, quia loquens de naturalibus non loquebatur naturaliter, sed ad literam quodammodo, loquebatur logicę, sed quomodo hoc sit in declarationibus dicetur, intendimus.n. deinceps facere declarationes separatas a sententia, ne volentes solam habere sententiam declarationum, tedijs sint affecti.

Habet autem quæstionem si quis ponat corpus esse & magnitudinem paßim diuisibilem, & hoc quidem.n. poßibile quid erit quòd diuisiones effugiat, si.n. omnino diuisibile, & poßibile hoc, & simul hoc paßim diuisum, & si non simul diuidatur, & si hoc fiat, non erit impoßibile.

Posita positione Platonis, hic inquirit phylosophus de positione Democriti. Ad cuius euidentiam notandum ꝙ cum Democ. poneret corpora indiuisibilia, & omne corpus sit quid continuum oportebat eum dicere esse aliqua signa continuatiua per quę non erant diuisiua. Corpora ergo secundum ipsum erant diuisibilia secundum quodlibet signum diuisiuum, non aũt secundum quodlibet continuatiuum. Ex his autẽ dupliciter venabatur esse corpora indiuisibilia primo ex eo ꝙ corpora erant diuisibilia secundum quodlibet signum diuisiuum. nam secũdum eum hac diuisione facta vt patebit non remanebant nisi corpora indiuisibilia. Secũdo probat hoc idem, eo ꝙ corpora non erant diuisibilia scd̃m quodlibet signum continuatiuum non facta diuisione, sed omnia signa diuisiua remanebant corpora continua indiuisibilia, cũ essent in eis signa quę erant, ita incontinuatiua ꝙ nõ erãt diuisiua. Duo ergo facit, quia Primo ponit primã viam, & soluit eam breuiter. Secundo ponit secundam viam & soluit eam diffuse supplendo quę in prima solutione dimiserat. Secunda pars ibi[Esse aũt simul omnia.] Circa primum duo facit: quia primo ponit dictã viam. Secundo eam soluit. ibi[Sed & hoc ponentibus non & minus.] Prima via sic oñditur Demo. in ponendo prima corpora indiuisibilia esse aliorũ principia mouebatur hac ratione. dicebat.n. posibile esse corpus actu diuisum secundũ quodcunq; signum diuisiuum, vbicunq;.n. in hac lectione fit mentio de signis referendum est ad signa diuisiua: quia scd̃m talia secundum eum fit diuisio, sed hac diuisione facta non remanent nisi corpora indiuisibilia. ergo indiuisibilia corpora sunt principia omnium corporum cum ad ea fiat resolutio omnium corporalium, in prædicta aũt ratione duo vñr esse dubia. videlicet. primum non esse inconueniens ponere corpus esse simul actu diuisum secundum vnumquodq; signum. & Secũdo ꝙ tali diuisione facta iret resolutio ad corpora indiuisibilia. His declaratis videtur sufficieter argui corpora indiuisibilia esse aliorum corporum principia postq̃ ad ea stat vltimo resolutio omnium aliorum. Diuiditur ergo præsens pars in duas partes: quia primo ostẽditur qũo Demo. probabat non esse inconueniens corpus esse simul actu diuisum secundumvnumquodq; signum. Secundo manifestatur qũo ostendebat ꝙ tali diuisione facta stabat diuisio ad corpora diuisibilia. Secunda pars ibi[Qm ergo omnino tale.] Circa primum duo facit secũdum quod dupliciter probat non esse inconueniens ponere corpus esse actu diuisum secundum quodcunq; signum. Secunda pars ibi[Quapropter & secundum medium.] Dicit ergo ꝙ habet qõnem rationabilem dictum Democriti: quia si quis ponat corpus & magnitudinẽ diuisibilem passim, & secũdum quodcunq; signum: quia hoc est posibile si ponatur in esse quid erit quod diuisionem effugiat. hoc ergo posito nihil remanebit diuisibile, est ergò vis rationis ꝙ quia non est inconueniens posibilè poni in esse si corpus est omnino diuisibile & hoc est posibile,

non est

non est inconueniens ꝙ simul sit hoc passum & simul sit hoc actu diuisum. nam etsi simul non diuidatur, tamen & si hoc fieret & poneretur in esse, non sequeretur tamen impossibile. Deinde cum dicit.

Quapropter & secundum medium similiter, & vniuersaliter autem si omnino in actu est diuisibile, & si diuidatur nullum erit impoßibile nascens, quoniam neq; si in mille milia diuisa fuerit nullum impoßibile et si nullus vtiq; diuidat.

Adducit secundam rationem. nam qua ratione corpus est diuisibile secũdum medium signum si ponatur supple actu diuisum secundum tale signum non sequitur incõueniens, similiter ergo & pari ratione, si est corpus vniuersaliter diuisibile, aut si est omnino innatum esse diuisibile si diuidatur supple omnino vt est natum diuidi nullum erit impossibile nascens. nam sicut neq; si in mille milia partium diuisa fuerint corpora nullum impossibile nascetur inde, licet vtiq; nullus ea diuidat, ita ex quo ponuntur omnino diuisibilia si ponantur secundum omnia signa diuisiua si ponatur omnino sic actu diuisa non erit inconueniens: licet non omnino actu diuidantur. Deinde cum dicit.

Quoniam ergo omnino tale corpus diuidatur. quid ergo erit reliquum? magnitudo non erit possibile erit .n. quid non diuisum erat autem omnino diuisibile.

Ostenso nõ esse inconueniẽs ponere corpus esse actu diuisum secundum omne signum, tum quia possibili posito in esse non sequitur inde inconueniens tum quia qua ratione potest poni actu esse diuisum secundũ vnũ signum, pari ratione potest poni esse diuisum secundum omne signum. In parte ista adducitur ratio Democriti qua videbatur ostendere ꝙ hac diuisione facta stabat resolutio ad corpora indiuisibilia, erat autem ratio sua talis. diuiso corpore secundum vnumquodque signum quod relinquitur ex diuisione. vel erunt magnitudines diuisibiles, vel puncta, vel nihil, vel superficies vel passiones, vel corpora indiuisibilia, sed non est aliquod prędictorum. relinquitur ergo esse corpora indiuisibilia. In hac autem ratione sic procedit, quia primo ostendit ꝙ ex diuisione prædicta non potest relinqui aliquid aliud a corporibus indiuisibilibus. Secundo quia Plato, & vniuersaliter oẽs mathematici videbantur resoluere corpora in supficies: superficies in lineas, lineas in pũcta. iõ adducit plures rationes ad ostendendũ nõ posse corpora resolui in puncta. Tertio recolligit succinte rationẽ totam concludens talem diuisionem stare ad corpora diuisibilia. Secunda pars incipit ibi [Amplius, autem vbi erãt] Tertia ibi [Qua ꝑpter si sic habet manifestũ.] Circa primum quatuor facit. nam primo ostendit ꝙ prędicta diuisio nõ stat ad magnitudines diuisibiles. Secundo non stat ad puncta vel ad nihil. Tertio ꝙ non ad superficies. Quarto quod non ad passiones. Secũda ibi [Sed si nullũ erit.] Tertia ibi [Sed & si qua diuisio Quarta ibi [Si autem non est corpus. [Dicit ergo primo ꝙ si corpus est omnino tale. i. omnino diuisibile. ponatur ergo in esse & diuidatur. quid ergo erit reliquum facta tali diuisione erit possibile q̃d relinquat̃ magnitudo diuisibilis, quia hoc posito erit corpus non diuisum oĩno cum possit plus diuidi. erat autẽ vt dicebatur omnino diuisibile & ponebatur supple omnino actu diuisum. Deinde cum dicit.

Sed si nullum erit corpus, neque magnitudo, diuisio autem erit, aut ex punctis, aut & sine diuisione ea erunt ex quibus compositum est aut nihil omnino.

Ostenso nõ stare diuisionẽ ad magnitudines diuisibiles, ostẽdit ꝙ nõ stat nec ad pũcta, nec ad nihil, & duo facit. quia primo præmittit q̃d intẽdit. Secũdo manifestat q̃d dixerat. ibi [Quapropter & generabit̃.] Dicit ergo ꝙ si facta ꝑdicta diuisione non relinquitur aliq̃d corpus diuisibile neque magnitudo. dices forte ꝙ diuisio erit aut ex punctis ita ꝙ ea ex quibus est compositum corã erant sine diuisione, quia erant puncta indiuisibilia, aut forte dices quòd relictum ex diuisione nõ erit puncta, sed omnino, nihil, vtrumque autem istorum est impossibile. Deinde cum dicit.

Quapropter & generabitur ex nihilo & erit corpus cõpositum & omne vtique nihil & non erit existens sed apparens tantum.

Probat neutrum prædictorum esse possibile, ideo duo facit quia primo ostendit quod non potest stare diuisio ad nihil. Secundo quod non ad puncta. ibi [Similiter autem & si erit.] Dicit ergo quòd quia vt ex eisdẽ componitur aliquid in quæ diuiditur, si esset possibile corpora diuidi in nihil, generabitur corpus ex nihilo, & erit corpus compositum ex nihilo, & omne. i. & totum corpus erit vnum nihil, & non erit & aliquid existens sed apparens tantum, & quia hæc sunt inconuenientia, inconueniens est corpus diuidi in nihil. Deinde cum dicit.

Similiter autem & si erit ex punctis non erit quantum. quando enim tangebãt se & vna erat magnitudo vel simul erant non faciebant maius omne. diuisio enim in duo vel plura. neque maius neque minus omne priore. quapropter & si omnes componantur nullam facient magnitudinem.

Ostendit stare diuisionem ad puncta, quia si erit diuisio ex punctis corpus sic diuisum non erit quantũ, quia ex punctis non potest fieri magnitudo, quod sic ostenditur, quia q̃n puncta tangebant se. i. q̃n erat magitudo continua in qua punta quodammodo se tangebant quia simul erant, & vna magnitudo erant continens omnia illa puncta, & omnia illa puncta non faciebant illud omne. i. illud totum corpus, siue illa totam magnitudinẽ esse aliquid maius, est ergo vis rationis quòd quia omnia puncta existentia in magnitudine continua non faciunt magnitudinem maiorem, ideo ex punctis non potest fieri aliqua magnitudo, quod autem pũcta nihil augeant patet. nam in linea continua non sunt nisi duo puncta in actu, si tñ diuidatur fiẽt ibi plura pũcta in actu quam duo. si ergo puncta aliquid augerent quia in magnitudine diuisa sunt plura puncta in actu ꝗ in continua. oẽs partes magnitudinis cõtinue simul sũpte essent plus quã suum totũ, q̃d erat incõueniẽs. ergo quia diuisio magnitudini in duo vel in plura oẽs partes magnitudinis simul sumpte nõ sunt neque maius, neq; minus. omne. i. tota priori magnitudine, & quia pluralitas punctorum nihil auget, si omnes puncti componantur nullam faciunt magnitudinem. si igitur ex punctis non potest fieri magnitudo sequitur ꝙ non possit diuidi in pũcta, ꝙ declarare volebam⁹. Deinde cũ dicit.

Sed & si qua diuisio quasi rasura fiet ex corpore, & sic ex magnitudine quidem corpus egrediatur idem sermo, illud autem quomodo diuisibile.

Ostendit diuisionem corporis non posse stare ad superficies, quia si fiat aliqua diuisio, & quasi rasura. i. superficies quæ potest dici rasura, quia est in extremo corporis, & primo videtur attingi rasorio. sed si huiusmodi rasura & superficies fiat de corpore vt ꝙ corpus resoluatur in superficies, quia ex eisdem aliquid componitur in quæ resoluitur, sequitur ꝙ corpus egrediatur. i. ꝙ corpus fiat & constituatur ex magnitudine vel ex dimensione vt habet alia litera. i. ex superficie quę potest dici magnitudo & dimensio secundũ longitudinem, & latitudinem. licet non sit magnitudo secundũ profunditatem, sed si hoc ponatur ꝙ fiat corpus ex superficie, cum corpus sit magnitudo secundum profunditatem, & non superficies, erit idem sermo qui prius, & dicemus, id quod prius dicebamus, videlicet q̃ñ corpus quod est diuisibile & est magnitudo secundum profunditatem fiet supple ex nõ magnitudine secundũ profunditatem

ditatem. sequetur ergo inconueniens quod prius dicebatur.s.ex non magnitudine magnitudinem fieri. Deinde cum dicit.

Si autem non est corpus sed species aliqua segregabilis autem passio quidem qua seccessit.

Ostendit non stare diuisionem ad passiones, & duo facit. secundum ꝙ dupliciter hoc probat. Secunda ratio ibi. [Et est magnitudo puncti.] Prima ratio talis q̃d relinquitur ex diuisione non est corpus diuisibile, nec nihil, neque cuncta nec superficies, sed si dices forte ꝙ est species aliqua aut passio, sequitur inconueniens cõtra te. nam cum ea in quæ diuiditur sint per se existentia, si in passiones diuideretur corpus, passio secederet, & esset separabilis, & posset per se existere, quod est inconueniens. Deinde cum dicit.

Et est magnitudo puncti uel & tactus hoc patientes inconueniens & ex non magnitudine esse.

Adducit secũdam rationem quę talis est passioni de se non competit magnitudo. omnis.n.passio per se loquendo dicit quid indiuisibile. vnde magnitudo ei⁹ est quasi mgnitudo puncti siue magnitudo tacti, pro eodẽ .n. hic accipitur punctus & tactus. dicitur.n.punctus tactus, quia est ratio, quare lineæ se contingant. Si ergo passioni non competit magnitudo dicens corpus diuidi in passiones erit patiens hic inconueniens, videlicet, ex non magnitudine esse magnitudinem. cum dictum sit ex eisdem aliquid componi in quæ resoluitur. Deinde cum dicit.

Amplius aũt vbi erunt immobiles aut mutati puncti.

Quia videbatur magis rationabile corpora vltima resolui in puncta, quia Platonici & Mathematici hoc dicere videbantur, ideo adducit plures rationes ad ostẽdendum hoc specialiter esse impossibile, & tria facit secundum quòd tres rationes adducit. Secunda ibi [Tactus.n.semper.] Tertia ibi [Amplius si diuidens.] Ad euidentiam primæ rationis notãdum quòd circa factionem magnitudinis ex punctis fuerunt duo modi dicendi. quidam.n.posuerunt hoc esse per motum vt quòd punctus motus facit lineam, linea mota superficiem: superficies mota corpus. quidam vero dicebant quod absque tali motu & absque tali fluxu magnitudo fiebat ex punctis.arguit ergo Democritus, quòd siue ponantur puncti mobiles siue mutati, si magnitudo diuidatur in puncta erunt vbi.i.alicubi, quia partes in quas diuiditur corpus, oportet alicubi esse, sed punctis non potest competere locus, cum locus sit quid quantum, & quantum non possit adequari non quanto, quia locus equatur locato, in puncta non poterit diuidi corpus. Deinde cum dicit.

Tactus enim semper est vnus duorum quorundam quasi ente altero præter tactum & diuisionem & punctum. Si vtique quis prædictorum ponet quodlibet aut quantitatem, aut corpus omnino esse diuisibile hæc contingunt.

Ponit Secundam rationem. nam sicut in agente naturali est assignare quod agit & quæ est ratio agẽdi vt calidum agit, & calor est ratio agendi, & id quod est ratio agendi non per se existit, vt calor non est quid per se existens, sed est existens in calido, quod est aliquid aliud excepto calore. sic in tangente aliud est quod tangit, aliud est ratio tangendi. nam habentia vltima se tangunt, ipsa vero vltima sunt ratio tangendi, & ideo talia non per se existunt, sed sunt in tangentibus. punctus ergo qui potest dici punctus tactus & diuisio. pũctus.n. dicitur inquantum est quid indiuisibile. diuisio vero dicitur, quia semper super aliqua puncta diuiditur linea. tactus autem nominatur inquantum est ratio quare se lineæ tangunt, & quia talia [vt dictum est] non p̃nt per se existere, cum ea in quæ diuiditur corpus per se existant, in puncta non poterit fieri talis diuisio. ideo ait ꝙ tactus.i.punctus nunquàm supple per se existit, sed semper est vnus duorum quorundam se tangentium.i.semper est cuiusdam tangentis. punctus.n.est aliquid tangentis sicut passio est aliquid subiecti, vnde semper est in quodam tangente quasi ipso tangente ente altero præter punctum, qui dicitur tactus & diuisio. si ergo vtrique quis prædictorum philosophorum quodlibet siue quàlibet magnitudinem vt corpus, aut quantitas ponat esse omnino diuisibile & diuidi in puncta, hæc impossibilia contingunt ei, quia supple ponet puncta per se existere cum nõ possint per se esse. Deinde cũ dicit.

Amplius si diuidens lignum compono aut quid aliud æqualiter & vnum.

Ponit tertiam rationem, quia si aliquis diuidens lignum vel aliquod aliud corpus & ponit singulas partes, tunc omnes partes simul sumpte sunt quid equale & quasi quid vnum suo toti, sed puncta non possunt equari magnitudini. ergo in ea non potest diuidi magnitudo. Deinde cum dicit.

Quaproter si sic habet manifestum, quoniam & incidolignum secundum quodcunque signum, omnino diuisum est potestate. quid ergo erit præter diuisionem. Si enim & est aliqua passio, sed quomodo in hæc resoluuntur & generantur ex his, aut quomodo separabuntur hæc. Quapropter si est impossibile ex tactibus aut ex punctis magnitudinem esse necesse est corpora indiuisibilia esse magnitudines.

Resumit totam rationem, vt concludat intentum dicens, ꝙ si corpus diuisibile sit habet medium signum, & quodlibet aliud signum, quia potest secundũ quodcunque signum diuidi, quia potest scindi lignum secundum quodcunque signum. si ergo ponatur omnino diuisum, vt potestate est diuisibile quid erit præter diuisionem, idest quid relinquitur diuisione facta, si dicatur ꝙ est passio aliqua quomodo in passiones dissoluuntur corpora & generatur ex ipsis, aut quomodo separabũtur hic.s.passiones a subiectis, impossibile est ergo q̃d fiat diuisio in passiones, sicut supple impossibile est prędictam diuisionem stare ad magnitudines diuisibiles, x. c.
vel ad nihil, vel ad superficies vel ad puncta. quapropter si esset possibile stare supple diuisionem ad puncta esset possibile supple ex tactibus, aut ex punctis esse magnitudinem, quod est inconueniens. Vult ergo phylosophus breuiter & succincte resumere rationem quòd ad nihil prædictorum potest stare diuisio corporis si diuidatur s̃m signũ, q̃dcunq; sed vel stabit ad aliquod prædictorum vel ad corpora indiuisibilia, cum ostensum sit non posse stare ad prędicta necesse est esse corpora indiuisibilia, & magnitudines indiuisibile, ad quæ supple stat vltima resolutio, & quia talia sunt principia rerum, ad quæ stat vltima resolutio cõpositorum arguebat Democritus corpora indiuisibilia esse rerum principia vt ipse ponebat. Deinde cum dicit.

Sed & hoc ponentibus non minus contingit impossibile. Scrutatum est aũt de his & in alijs. Sed hic tentandum est soluere, ideo rursus a principio quæstionem dicendum.

Soluit ad quæsita quæ solutio magis est ad veritatẽ quæstionis quàm ad formam quærendi. duo autem facit quia primo continuat se ad dicenda & dat modum soluendi. Secũdo ponit ipsam solutionem. ibi [Omne quidem corpus.] Dicit ergo quòd ponentibus hoc q̃d posuit Democritus non minus.i.nihilominus contingit impossibile, quia multa impossibilia sequuntur si possit diuidi corpus vsque ad corpora indiuisibilia. De his autem impossibilibus sequentibus ad positionem tactã scrutatum est in alijs. vt in Tertio cœli & mundi, & licet ibi posita sint huiusmodi inconuenientia, sed tñ hoc quod Democritus quærit tentandum est soluere. ideo vt illud soluamus dicendum est rursus & repetendum quæstionem a principio. Deinde cum dicit.

Omne

Omne quidem igitur corpus sensibile diuisibile esse secundum quodcunque signum & indiuisibile non est inconueniens hoc enim potestate, hoc enim endelechia existit.

Ponit solutionem repetendo quęstionem a principio .i.ab eo in quo principaliter quæstio consistit. principaliter autem quæstio consistit in videndo quomodo corpus sensibile esset diuisibile secundũ vnumqdque signũ & quomodo non.nam omne corpus sensibile est diuisibile secundũ quodcunque signum, & esse diuisibile nõ est inconueniens, aliter tñ, & aliter. nam hæc,s.diuisibilitas secundum quodcunque signum competit corpori potestate. hic autem.s.indiuisibilitas existit siue competit corpori actu: potentia ergo est diuisibile corpus scdm quodcunque signũ sed actu, quia nunquam actu erit diuisum secundum vnumquodque signum. Soluta est ergo quæstio quantum ad difficultatem quæsiti,licet non sit soluta quantum ad formam quærendi, sed ꝙ hic dimittitur infra supplebitur.

Esse autem potestate simul omnino diuisibile impossibile videtur esse vtique. Si enim possibile, & fieret vtique non vt sint simul actu ambo indiuisibile, & diuisum, sed diuisum secundum quodcunque signum. Nullum igitur erit reliquum, & in incorporeum corpus corruptum, & generabitur vtique quidem rursus aut ex punctis aut omnino ex nihilo, & hoc quomodo possibile.

Posita via Democriti per quam ostendebat corpora esse indiuisibilia, quia corpus poterat diuidi scdm vnũquodque signum diuisiuum quo facto erant ergo residuum diuisionis corpora indiuisibilia, & posita solutione quantum ad difficultatem quæstionis, licet non quantum ad formam quęrendi. In parte ista ponit modum & viam Democriti per quam venabatur corpora esse indiuisibilia, eo ꝙ non possit diuidi corpus secundum quemlibet pũctum continuatiuum,& soluit simpliciter ad hanc viam supplendo ꝙ fuerat in solutione alia prætermissum, & duo facit, quia primo ponit dictam viam & dictam dubitationem. Secundo ponit solutionem. ibi [Qm̃ autem latet] Circa primũ duo facit secundum ꝙ Democritus dupliciter venatur qđ dictũ est.Primo.n.venatur dictum modum via ad impossibile. Secũdo via ostensiua. ibi [Sed qm̃ diuiditur.] Dicebat ergo ꝙ necesse erat ponere corpora indiuisibilia qa vr̃ vtiq; esse impossibile corpus esse simul diuisibile potestate oĩno.i.simpliciter scdm oẽ signum.nã si esset hoc possibile,quòd corpus diuidi posset scdm oẽ signum tã diuisiuum quã continuatiuũ fieret.i.posset fieri poni in esse non quòd simul hic ambo inessent corpori actu ꝙ esset indiuisibile & diuisum. sed esset diuisum actu ẽm quodcunque signum ex quo ponitur potentia sic diuisibile. sed diuiso corpore ẽm vnumquodque signum non solum diuisiuum,sed etiam continuatiuum. facta diuisione non remanebit aliquod continuum quia qđ non est continuum non est corpus, nullum ergo erat reliquum corpus: erit ergo corpus corruptum & incorruptum, & generabitur, rursus ex incorporeo,aut ex punctis, aut omnino ex nihilo, quia quod non est continuum,vel est incorporeum vel punctus, vel nihil & quia impossibile est secundũ talia cõponi, & dissolui corpus, impossibile est corpus diuidi ẽm quodlibet signum continuatiuum. Completa ergo diuisione scdm signa diuisiua remanentibus solum signis continuatiuis reliquũ erant continua corpora indiuisibilia.est ergo dare tali a corpora vel ducimur ad inconueniens. Notãdum autem talem esse hanc rationem Democriti, ꝙ nõ solum est ad propositum, sed etiam destruit solutionẽ iam factam a phylosopho. dicebatur,n.in soluendo corpus esse diuisibile secundum quodlibet signum potestate non actu. contra hoc est, quia si esset possibile & fieret. Deinde cum dicit.

x.c.9. *Sed quoniam diuiditur inseparabilia & semper in minores magnitudines, & in se mota & disgregata manifestum. Neque itaque secundum partem diuidenti erit infinita fractura, neque possibile est simul diuisum esse secundum omne signum.non.n.possibile omnino sed vsq; ad quid necesse est igitur indiuisibiles existere magnitudines et inuisibiles.*

Ponit rationes ostensiuas, & duo facit secundum, ꝙ duas tales rationes ponit. Secũda ibi [Et aliter sic erit.] Credebat.n.Democritus ꝙ quicquid apparet esse verũ propter hoc qđ erat indiuisibile scdm apparentiam, & secundum sensum ponebat, esse indiuisibile secundum veritatem, & quia magnitudo diuiditur in separabilia .i.in partes separabiles, & quia pars magnitudinis semota, & congregata semper diuiditur in minores magnitudines, dicebat materiam esse ꝙ secundũ partem diuidenti.i.ẽm partem diuisiuam non erat infinita diuisio nec infinita fractura,nec simul est possibile diuidere corpus secundum omne signum continuatiuum. non.n. est illud possibile, sed est possibile ipsum diuidere vsq; ad quid.i.vsque ad aliquid, & vsque ad partes inuisibiles inseparabile & indiuisibile secundum apparentiam, & per consquens indiuisibiles secundum veritatem.Cõcludebat igitur ꝙ necesse erat existere magnitudines indiuisibiles & inuisibiles. Deinde cum dicit.

Et aliter sic si erit generatio & corruptio, & hæc quidem segregatione hæc congregatione.cogens igitur sermo esse magnitudines indiuisibiles hic est.

Ponit aliam rationem ostensiuam dicens.quòd aliter & alio modo supple arguebat Democritus esse magnitudines indiuisibiles, quia sic ponendo erit generatio & corruptio. nam hoc quidem i.corruptio erit segregatione dictorum phylosophicorum corporum, & hic .i.generatio erit congregatione, quia ponenda sunt ea per quæ possit saluari generatio corruptio, ponenda sunt corpora indiuisibilia.videbatur.n. Democrito nõ esse generationem & corruptionem nisi aggregatione, & segregatione principiorum, & quia primũ dicit qđ minimum & indiuisibile.ideo secundum Democritum qui negabat corpora indiuisibilia negabat principia & negabat motus naturales qui saluantur per principia talia,idest cõcludebat Democritus quòd hic erat sermo cogens ad ponendum magnitudines indiuisibiles. oẽs autem iste rationes fundantur super hoc quòd corpus non est diuisibile secundum quodcunque signum continuatiuum. Deinde cum dicit. Tex. c.9.

Quoniam autem latet paralogizans, & quomodo latet dicamus. Quoniam enim non est punctus puncto vndiq; contiguus omnino esse diuisibile. est quidem qualiter existit magnitudinibus, est autem qualiter non.

Soluit & tria facit.quia primo soluit ad primam rationem ducentem ad impossibile.Secundo soluit ad primam rationem ostensiuã. Tertio soluit ad aliã. Secũda ibi[Quapropter est congregatio.] Tertia ibi [Sed non simplex & perfecta. Tex.c 10 Ad euidentiam primæ solutionis notandum non esse differentiam realem inter signũ diuisiuum & continuatiuum.corpus enim est diuisibile secundum omne signum continuatiuum, sed hęc potentia nunquam reducetur ad actum completum, nec propter hoc negatur illud principiũ quòd possibili posito in esse nullum sequitur impossibile. nam possibile debet poni in esse respectu actus secũdum quem est possibile. actus autem duplex est, in fieri,& in fato esse cõtinuum autem vt est diuisibile in infinitum & secundũ quodcunque signum, & non est huiusmodi respectu actus in facto esse, sed in fieri, ideo non debet poni actu diuisum secundum quodcunque signum. potest tñ poni in actu in fieri. nam poneretur ipsum non esse diuisum secundum quodcunque signum actu diuiso, & in

facto eſſe ſed ſemper in diuidi, & in fieri nullum naſceretur inde inconueniens, ſed de hoc plenius in declarationibus tractabitur. Ad præſens tñ tm̃ dictum ſit qđ complete ſoluitur dubitatio Democriti quantũ ad omnem viã ſi oſtendatur ſecundũ omne ſignum tam diuiſiuum quam etiam continuatiuum eſſe diuiſibile corpus potẽtia & reſpectu actus in fieri, quia reſpectu talis act⁹ ſumitur illa poſsibilitas, non autem eſſe diuiſibile actu & in facto eſſe, quia nunquam poteſt diuiſibile, eſſe actu diuiſum & indiuiſibilia, quia indiuiſibilia exiſtentia in re diuiſibili ſibijnuicem, nec continuantur nec cõtiguantur, nec conſequenter ſe habent. Duo autem facit phyloſophus in ponendo ſolutionem hanc, quia primo ponit eam ſub modo cõfuſo quaſi in vniuerſali. Secundo ſpecificat ipſam. ibi [Videtur autem qñ hoc.] Dicit ergo quòd Democritus latet.i.latenter eſt paralogizans. ſed nos dicimus quomodo latet, nam qm̃ punctus non eſt puncto vndique continuus, nunquàm ſupple diuiſibile diuidiť in diuiſibilia, & pars diuiſibilis nõ poteſt ſeparari diuiſibili, & quia hoc eſt quòd punctus non continuatur puncto corpus eſſe diuiſibile omnino .i.ſecundum oẽ ſignum. Eſt aũt qualiter exiſtit magnitudinibus, eſt autem qualiter non.i.vno modo eſt verum alio modo eſt falſum. Deinde cum dicit.

Videtur autem quando hoc ponitur, & vndiq; & vbiq; eſſe punctus. Quapropter neceſſe diuidet magnitudinem in puncta, vbique enim eſt punctum, quapropter aut ex tactibus aut ex punctis eſſe.

Manifeſtat quod dixerat, & duo facit, ſecundum ꝙ duo prædixerat, primo enim oſtendit quomodo magnitudo non eſt vndiqꝫ diuiſibilis. Secũdo qũo eſt vndique diuiſibilis. ibi [Hoc autem eſt quod exiſtit.] Notandum autem ꝙ ſemper cum diuiditur aliquod diuiſibile fit diuiſio ſuper aliquo indiuiſibili, vt ſi diuiditur linea diuiditur ſuper puncto. In linea autem ſunt quædam puncta in actu, quædam in potentia. In actu autem ſunt puncta exiſtentia in extremitatibus lineæ, puncta autem in potentia ſunt exiſtentia in ipſa linea. ſi ergo diuiditur linea non poteſt dici quòd diuiditur in puncto terminatiuo, & quòd eſt in extremitate lineæ, quia vltra illum punctum nihil eſt de linea. qui ergo poneret inſtrumentũ in illo pũcto nihil abſcinderet. in alio ergo puncto fiet diuiſio, ſed cum illi puncto non continuetur, nec contiguetur alius punctus, ſed ſemper inter illum punctum & inter alium punctum cadat linea media nunq̃ a linea abſcindi poteſt niſi linea & a diuiſibili niſi diuiſibile. oportet ergo indiuiſibile eſſe contiguum indiuiſibili, ſi deberet pars indiuiſibilis abſcindi, & ſi vndiqꝫ deberet indiuiſibile abſcindi, vndiqꝫ deberet ei indiuiſibile contiguari, ideo ait quòd qñ hoc ponitur videlicet quòd indiuiſibilia poſsint diuidi, diuiſibile videtur poni quòd vndiqꝫ & vbiqꝫ poteſt eſſe punctus, ita quòd punctus continuabitur puncto, quapropter neceſſe.i.neceſsitate diuident magnitudinem in pũcta, cum vndiqꝫ ſit punctum quapropter ex tactibus, & ex punctis neceſſe eſt eſſe lineam, quod eſt inconueniens. Deinde cum dicit.

Hoc autem eſt quod exiſtit vbique, quoniam vna vtique & omnis & vnuſquiſque. plures autem vna non ſunt. conſequenter enim non ſunt quapropter non vbique. Si enim ſecundum medium diuiſibile, & ſecundum contiguum punctum erit diuiſibile, non autem poſſibile. non enim eſt contiguum ſignum ſigno, aut punctum puncto. hæc enim eſt diuiſio aut compoſitio.

Oſtenſo quomodo non eſt continuum vbiqꝫ diuiſibile, quia non eſt vbique punctus, cum non ſit punctus iuxta punctum. Oſtendit quomodo poteſt cõcedi corpus eſſe vbiqꝫ diuiſibile & vbiqꝫ eſſe punctũ dicens, quod hic videlicet quòd vbiqꝫ exiſtit punctus veritatẽ habet, qm̃ vtiqꝫ magnitudo ſupple eſt vna & continua & quia omnes puncti, ſiue vnuſquiſque punctus continuant lineam ex quo linea eſt vbique continua, vbiqꝫ neceſſe eſt eſſe punctum. eſt ergo punctus vbique per compoſitionem ad partes lineæ, quia in omni parte lineę & iuxta quamlibet partem lineę eſt punctus, ſed nõ eſt punctus vbique per compoſitionem ad punctum, quia non eſt punctus iuxta punctũ, ideo ſubdit quòd plures pũcti non ſunt vna.i.nõ ſunt ſimul, quia nõ ſunt coniuncti, quapropter non vbiqꝫ eſt punctus, cũ non ſit coniunctus alteri puncto. nam ſi punctus cum puncto coniunctus eſſet, qua ratione eſſet continuum diuiſibile ſecundum punctum medium inter duas partes lineæ, pari ratione eſſet diuiſibile ſecundũ punctum contiguum ſigno alij puncto. poſſet ergo fieri diuiſio lineę continue in lineas & in puncta, & quia hoc non eſt poſſibile, ideo non eſt ſignum contiguum. ſi ergo neque punctũ puncto. hic enim fuit ſcđm hic, ideſt ſcđm puncta eſt compoſitio.i.continuatio & diuiſio pũctus.n.eſt continuatiuus & diuiſiuus lineæ, & quia ſemper ſuper indiuiſibili fit diuiſio, illud per diuiſionẽ abſcinditur qđ indiuiſibili eſt coniunctum, & quia in continuuo indiuiſibile non eſt coniunctũ indiuiſibili, immo inter duo indiuiſibilia cadit continuum medium nũquàm ab indiuiſibili poteſt ſeparari pars indiuiſibilis, nec continuũ diuidi poteſt in partes indiuiſibiles. Deinde cũ dicit.

Quapropter eſt congregatio aut diſgregatio, ſed neque in athoma & ex athomis. multa enim impoſſibilia neque vtique vt diuiſio fiat vbique. Si autem eſſet contiguus punctus puncto hoc vtique eſſet, ſed parua, & minima eſt congregatio & ſegregatio ex minimis.

Soluit ſecũdam rationem. ſoluit aũt eam oſtendendo quid continebit veritatis quid falſitatis. nam diuidi continuum in indiuiſibilia ſcđm veritatem falſum eſt, ſed in indiuiſibilia ſcđm ſenſum & apparentia verum eſt, ideo ait quod congregatio & ſegregatio.i.compoſitio & diuiſio continui ſupple fieri poteſt, ſed non in athoma, nec ex athomis ſcđm veritatẽ quia hoc poſito multa impoſſibilia contingũt non.n.ita diuiditur continuũ ꝙ diuiſio fiat vbiqꝫ cũ non sit vbiqꝫ pũctus, quia non eſt vnus pũctus iuxta aliũ punctũ. ſi.n. punctus eſſet cõtiguus puncto hoc vtiqꝫ eſſet ꝙ eſſet continuũ vbiqꝫ diuisibile & fieret diuisio in minima ſcđm veritatem quod non eſt verum, ſed in parua, & minima & ex minimis non ſecundum veritatem, ſed ſupple ſecundum apparentiam eſt congregatio & ſegregatio. Deinde cum dicit.

Sed non ſimplex & perfecta generatio congregatione & ſegregatione determinata eſt autem vt quidam inquiunt in continuo vero tranſmutatio eſt alteratio. Sed hoc eſt in quo falluntur omnia. Eſt igitur generatio ſimplex & corruptio non congregatione & ſeparatione, ſed quoniam tranſmutatur hoc in hoc totum. Alij autem exiſtimant alterationẽ eſſe omnem talem tranſmutationem in hoc autem differunt. In ſubiecto hoc quidem eſt ſecundum rationem, hoc autem ſecundum materiam. quando quidem igitur in his tranſmutatio generatio erit & corruptio. quando autem in paſſionibus & ſecundum accidens alio.

Soluit tertiam rationem & duo facit, quia primo ſoluit rationem dictam oſtendendo generationem & corruptionem non eſſe congregationem, & ſegregationẽ. Secundo oſtendit ad quid talia deſeruiant generationi & corruptioni. ibi [Segrẽgata autem & congregata.] Dicit ergo quod ſimplex & perfecta generatio non determinatur ſiue non diffinitur quantum ad id quod eſt per congregationem, & ſegregationem vt quidam inquiunt. voluerunt.n. aliqui quòd manente continuo quacunqꝫ tranſmutatione facta in ipſa eſſet alteratio ſolum,

sum, hoc est, in quo falluntur omnia dicta antiquorum alia autem litera habet omnino, quia in hoc omnino di cipiebantur antiqui. non est generatio, & corruptio simplex congregatione, & separatione, sed est generatio, & corruptio cum transmutatur hoc totum in hoc totum. exponunt autem quidam in generatione transmutari totum in totum, quia materia & forma transmutantur & in materiam & formam, hoc autem etsi posset aliquo modo trahi ad bonum intellectum non est tñ de intentione Arist. sed de intentione eius est posse esse generationem & corruptionem absque diuisione continui, ita ꝙ totum non diuisum transmutatur in totum. alij autem ab Arist. omnem talem transmutationem existimabant alterationem esse. non enim differt generatio ab alteratione, ꝙ vna fiat diuisione continui, in alia vero non. aere.i. non diuiso pōt alterari & corrūpi, sed in hoc differt generatio ab alteratione, quia in aere, & in quolibet alio corpore subiecto transmutationibus naturale est hoc secundum rationem & formā, hoc aūt s̄m materiam, quando igitur est transmutatio in his.i. in substantialibus & est resolutio vsque ad materiam tunc est generatio, & corruptio, quando vero est transmutatio in passionibus & secundum accidens, & manet aliquid non secundum materiam tm̄ sed secundum rationem & formā, tunc est alteratio. Deinde cū dicit.

Segregata autem & congregata leuiter mutabilia sunt Si enim in paruissimas aquas aqua diuidatur citius aer generatur. Si autem congregetur tardius. Magis hoc erit manifestum in sequentibus. nunc autem tantum determinatum sit quoniam impossibile est generationem esse congregationē qualem quidam inquiunt.

Quia dixerat phylosophus ꝙ errabant dicentes generationem esse cōgregationem, ne crederet aliquis eos omnino a veritate deuiasse & in nullo talia ad generationem & corruptionem deseruire, ostendit quomodo hęc ad illa faciunt dicens. ꝙ quæ sunt leuiter congregata leuiter & segregata leuiter mutabilia sunt. quæ enim de facili diuiduntur de facili corrumpuntur. nā si aqua diuidatur in paruissimas aquas, citius aqua generatur, & corrumpitur. hoc autem magis manifestum in sequē- [..c. 49.]
tibus dicetur, quia in capitolo de mixtione, vbi dicetur quod parua secus paruis posita facilius inuicem transeunt. Nunc autem tantum determinatum sit, quoniā impossibile est generationem esse congregationem, sicut quidam inquiunt.

[..m. 11.] *Determinatis autem his primo videndum est vtrum generatur aliquid simpliciter & corrumpitur. aut propriæ quidem nihil, semper autem ex aliquo est aliquid. dico autem puta ex laborante sanum aut laborans ex sano, aut parum ex magno aut magnum ex paruo, & alia omnia fieri hoc modo.*

Postquam phylosophus determinauit de generatione & de aliis motibus secundum opiniones aliorum. In parte ista determinat de eis secundū opinionem propriā & diuiditur pars ista in duas quia primo determinat de gneratione scd̄m se, siue de generatione simplici. Secū- [..x. c. 23.]
do determinat de aijs motibus annexis. ibi [De generatione autem & alteratione dicimus.] Circa primum duo facit, quia primo præmittit quæstionem hanc vtrū aliquid generetur. Secundo arguit ad quęstionem propositam. ibi [Si enim simpliciter erit.] Dicit ergo quòd determinatis his quæ dixerunt antiqui de generatione simplici & de alijs motibus qa ipsi simplicē generationē saluare non poterant, rationabile est ꝙ primum videamus vtrum generatur aliquid simpliciter & corrumpitur aut proprie quidem nihil generatur simpliciter, sed omnis generatio est secundum quid, & in generatione non est transmutatio ex simplici in simpliciter, sed semper ex aliquo in aliquid, puta ex laborante sanum, aut ex sano si laborans, aut paruum ex magno aut magnū ex paruo, & omnia alia fieri hoc modo, in quibus est sola generatio quædam & transmutatio secundum accidentia. Deinde cum dicit.

Si enim simpliciter erit generatio, simpliciter quidē quid generabitur ex non ente, quapropter verum erit dicere quòd existit quibusdam non ens. quædā enim generatio est ex non ente aliquo, puta vt ex non albo album, aut ex non bono bonum, simpliciter autem ex simpliciter non ente, sed simpliciter aut ex non bono aut ex non ente aliquo.

Arguit ad quæstionē propositam, & duo facit, quia primo arguit. Secundo soluit. ibi [De his autem in alijs] Circa primum duo facit secundū ꝙ dupliciter probat nō posse aliquid generari simpliciter. Secunda ibi [Aut primum significat.] Dicit ergo ꝙ si erit generatio simpliciter, tunc simpliciter aliquid generatur ex non ente, quapropter erit verum dicere ꝙ quibusdam existit tanquàm subiectū generationis nō ens ex quo generantur quod est inconueniens. nam accipiendo non ens simpliciter vt hic de non ente loquimur, non poterit esse generationis subiectū. Quia autem sic oporteat esse patet quia sicut generatio quædam est ex non ente aliquo siue ex non ente secundū quid. vt ex non albo album, aut ex non bono bonum, sic generatio simpliciter erit ex non ente simpliciter, & quia hoc est incōueniens supple nulla est generatio simpliciter, sed simpliciter idest vniuersaliter. supple omnis generatio erit, aut ex non bono, aut supple ex non albo, aut ex non ente aliquo, nunquam tamen erit ex non ente simpliciter. Deinde cum dicit.

Aut primum significat secundum vnumquodq; prædicamentum entis, aut vniuersale & omnia comprehendens. Si quidem primū substātiæ generatio erit ex non substātia. cui enim non existit substātia manifestum est quoniam neq; hoc neque aliorum nullum prædicamentorum puta neque quale neque quantum neque locus. Separate enim essent per se passiones a substantijs. si autem non ens vniuersaliter, negatio vniuersaliter erit omnium, quapropter ex nullo necesse generari generatum.

Adducit secundam rationem & ex laboret in æquiuoco distinguit quot modis dicitur simpliciter dicens. aut supple simpliciter vno modo significat primū scd̄m vnumquodꝗ prędicamentū entis, idest sigñat substātiā quod est principiū inter prędicamenta entis. alio modo ens simpliciter idē est ꝙ ens vniuersale oĩa comprehendens. quocunꝗ aūt modo sumatur simpliciter non conuenit simpliciter generari. nā si sumatur simpliciter prout est idem ꝙ primum & prout significat substantiam, quia ergo generatio simpliciter est ex nō ente simpliciter generatio substātię erit ex non substantia, sed cū non existit substantia, quæ est ens simpliciter manifestū est ꝙ non erit hoc, i. non erit accidens, quia non est ens aliquod, qm̄ non erit nullum aliorum prædicamētorum, puta neque tale, idest neꝗ qualitas, neꝗ quantum, neque locus. separate. n. essent per se passiones a substantijs. esset ergo generatio ex nihilo. si vero non ens simpliciter idem est quod non ens vniuersaliter. adhuc sequitur generationē esse ex nihilo quia si erit negatio, vniuersaliter omnium entium necesse est generatum generari ex nihilo. Deinde cum dicit.

De his quidem & in alijs dictum est & determinatum sermonibus. Amplius autem breuiter & nunc dicendnm quoniam modo quidem aliquo ex non ente simpliciter generatur modo autem alio ex ente semper, potestate autem ens actu aūt nō ens necesse est quod dicitur præexistere vtroq; modo.

Soluit & tria facit, quia primo soluit. Secundo obijcit contra solutionem. Tertio mouet quandam quæstionem ex cuius solutione apparet veritas quæsiti. Secunda

Tex.c.12. cunda ibi [Quia autem ex his determinatis.] Tertia ibi [De his igitur quantum contingit.] Solutio autem ſtat in hoc, quia rationes procedebant ex inſufficienti diuiſione quia non ens ſimpliciter dicitur tripliciter, vel non ens ſubſtantia, vel nõ ens vniuerſaliter, vel non ens actu generatio ergo ſimpliciter fit ex non ente ſimpliciter, quia fit ex ente in potẽtia, ideo ait ꝙ de his dictũ eſt & determinatum in alijs ſermonibus, vt in primo phy-
Tex.c. 75. & 76. ſicorum, tamen amplius & tunc breuiter dicendum eſt aliquid de hoc. nam vno modo generatio eſt ex non ente ſimpliciter. aliò modo ex ente. nam id ex quo eſt generatio ſimpliciter ſupple eſt poteſtate ens actu aut non ens, neceſſe eſt enim quod dicitur ſubiectum generationis præexiſtere vtroq; modo. i. præexiſtere non ens actu ſed potentia. Deinde cum dicit,

Tex.c. 12. *Quia autẽ ex his determinatis habet mirabilem quæſtionem rurſus repetendum, quomodo eſt ſubſtantiæ ſimplex generatio ſiue ex poteſtate ente ſiue qualiter aliter. quæret enim quis an eſt ſubſtantię generatio & hoc quanti, et qualis & vbi, eodem vtique modo & de corpore quæritur.*

Arguit contra determinata. & duo facit, quia primò innuit determinata habere mirabilem quæſtionem annexam & repetit quæſtionem a principio. Secundo contra determinata arguit. ibi [Si enim quid generabitur.] Dicit ergo ꝙ his determinatis habet dicta determinatio mirabilem quæſtionem, ideo repetendum eſt rurſus quæſtionem a principio quõ eſt generatio ſubſtantiæ quõ ſimpliciter ſiue hoc ponatur ex poteſtate ente ſiue qualiter aliter. Quæreret enim aliquis vtrum poſsit ſaluari vtraque generatio. ſ. generatio ſimpliciter vt generatio ſubſtantiæ & generatio huius & generatio quanti qualis & vbi, & quod dictum eſt de generatione eodem modo quæreretur & de corruptione, vetus autem translatio vbi nos habemus quanta habet ſed non quanti, & tunc totum referendum eſt ad generationem ſubſtantiæ, textus tñ nouus bonus eſt vt patuit. Deinde cum dicit.

Si enim quid generabitur manifeſtum eſt quod erit ſubſtantia aliqua poteſtate, actu autem non, ex qua generatio erit. & in quam neceſſe eſt transmutari quod corrumpitum, vtrum quidem igitur exiſtit quid aliorum actu dico autem puta aut erit quantum aut quale aut vbi aut vero poteſtate ens & hoc ens, ſimpliciter autem neque ens, neq; hoc ens. Si enim nihil ſed omnia poteſtate & ſeparatum cõtingit quòd ſit non ens.

Reſumpta quæſtione arguit contra determinata, ſoluebatur enim quęſtio quòd fiebat generatio ex non ente ſimpliciter, quia ex ente in potentia, & quòd generatio ſubſtantiæ eſt ex potentia ſubſtantia. Sed tunc conſurgit mirabilis quæſtio, quia generationis ſubiectum quod ponitur potentia ſubſtantia, vel eſt actu aliquid aliorum prædicamentorum vel nullum. quodcunque enim detur ſequitur inconueniens. duo ergo facit, quia primo oſtendit ſubiectum generationis non poſſe eſſe ſic potentia ſubſtantia & non actu, ꝙ etiam non ſit actu aliquod aliorum prædicamentorum. Secũdo deſtruit aliud membrum, videlicet non eſſe poſsibile ſubiectum generationis non eſſe actu ſubſtantia, eſſe tñ actu aliquod aliorum prædicamentorum. Secunda ibi [Si autẽ hoc quidem.] Circa primum duo facit, ſecundũ ꝙ dupliciter probat propoſitũ. Secũda ibi [Amplius ꝙ maxime.] Dicit ergo ꝙ ſi generabitur quid. ſubſtantia manifeſtum eſt quòd ſubiectum generationis, ſiue materia ex qua erit generatio, & in quam neceſſe eſt transmutari quod corrumpitur, illa ſcilicet huius materia erit aliqua ſubſtantia poteſtate, actu vero non, & cum non ſit actu ſubſtantia eſt quęſtio vtrum exiſtat actu aliquod aliorum, puta vtrum erit actu quantum, aut quale, aut erit poteſtate ens. i. ſubſtantia & poteſtate hoc ens, i. accidens, ſimpliciter autem actu nec erit ens, nec hoc, ideſt nec erit ſubſtantia, nec accidens. ſi autem nihil eſt actu, ſed eſt omnia poteſtate, ergo contingit eſſe aliquid ſeparatum quod non ſit ſubſtantia nec accidens, & per conſequens quòd non ſit ens actu quod eſt inconueniens. pura enim potentia non poteſt habere eſſe ſeparatum, & per ſe exiſtens. Deinde cum dicit,

Et amplius quòd maxime timentes erant primi philoſophante ex nullo generari præexiſtente.

Ponit ſecundã rationem. nam quod non eſt actu aliquid poteſt dici non illud, non enim eſt album niſi qđ eſt actu album. ſi enim quod eſt potentia album eſſet album nigrum eſſet album. quod ergo nec eſt actu ſubſtantia nec accidens, nec eſt ſubſtantia nec accidens, & quia ſubſtantia & accidens ſufficienter videntur diuidere genus entis, quod ponitur eſſe tale ponitur eſſe nihil; propter quod ſi ponitur generationis ſubiectum non eſſe actu ſubſtantiam, nec accidens, incidimus in illud quod maxime primi philoſophantes erant timentes, ideſt generari aliquid ex nullo primo exiſtente. i. ex nullo præexiſtente ſiue ex nihilo. Deinde cũ dicit,

Si autem hoc quidẽ eſſe aliquid non exiſtit, aliorum autẽ prædicamentorum erunt quemadmodum diximus ſæparatæ paſſiones a ſubſtantijs.

Improbat aliud membrum, quia ſi ponatur generationis ſubiectum eſſe hic aliorum prædicamentorum ita tamen ꝙ non exiſtit aliquid, ideſt aliqua ſubſtantia erunt ſicut diximus ſæparate paſsiones a ſubſtantiis, quod eſt inconueniens.

De his autem quantum contingit tractandum & quæ cauſa quare generatio ſemper ſit, & quæ ſimplex, & quæ ſecundum partem.

In parte iſta vt dicebatur annectit prędictis quãdam quæſtionem ex cuius ſolutione habetur, via ad ſoluẽdũ quæſtionem propoſitam, & etiam apparet principalis quæſtio rationabilis. duo ergo facit, quia primo pmittit dictã quæſtionẽ, & ſoluit. Secundo ex ſolutione eius incipit inueſtigare de prĩcipali quęſtione. ibi [Propter qđ aũt hoc.] Circa primum duo facit, quia primo proponit dictã quęſtionẽ. Secũdo exequitur de ea. ibi [Habet aũt quæſtionẽ ſufficientem.] Prima pars diuidit in tres partes, quia primo proponit quæſtionẽ. Secñdo oſtẽdit qualiter quæſtio eſt introducta. Tertio aſsignat cãm dicti. Secũda ibi [Exiſtente aũt cã.] Tertia ibi [De illa quidem. n. dictũ eſt.] Dicit ergo ꝙ de his tractandum eſt quantũ contingit. i. quantum decet, vt habet alia litera. Et quia ad euideutiam, dictorum ſpectat inquirere de continuatione generationis, quærendum eſt ſupple quæ eſt cauſa vt generatio ſit ſemper tam ſimplex quã ſecundũ partem. i. quare non deficit generatio nec hæc nec illa. Deinde cum dicit.

Exiſtente autẽ cauſa una quidẽ unde principiũ motus dicimus eſſe. una aũt materia, talẽ autem cauſam dicendũ eſſe.

Oſtendit quare eſt introducta talis qõ. nã cauſa continuationis generationis eſt duplex. vna q̃ dicimus eſſe principium vnde motus. i. cã efficiens, & vna alia talis cauſa eſt materia. talẽ aũt cauſam eſſe dicendum eſt. i. cũ quęritur de cauſa continuante generationẽ. nõ introducitur quęſtio propter cauſam efficiẽtem, ſed propter cauſam talem. i. propter materialem. Deinde cum dicit.

De illa, quidem. n. dictum eſt prius in de motu ſermonibus. Quoniam autem hoc quidem immobile per omne tempus, hoc autem mouetur ſemper, horum autem de immobili, & primo quidem diuidere alterius philoſophiæ eſt opus. De continue autem moueri alia mouente poſt hæc dicendum quid tale ſingularium dictorum cauſa eſt.

Aſsignat

Asignat rationem & causam eius quod dixerat, & duo facit secundum quòd duo dixerat. primo.n. ostendit quare non est questio introducta propter causam efficientem. Secundo quare est introducta propter causam materialem. ibi]Nunc autem vt in materiæ.]Dicit ergo quòd de illa.i.de causa efficiête dictum est prius in sermonibus de motu.i.in 8.physicorũ.ibi.n. ostẽsum est hæc mobilia reduci in duo mouentia, quorum hoc quidem est immobile per omnę tempus vt prima causa. hoc autem mouetur semper vt cælum, &; iste sunt due causę efficientes continuationem generationis. Determinare vero de immobili causa quæ est de numero harum dictarum causarum est opus alterius phylosophiæ quàm naturalis. spectat enim ad philosophiam primam. Determinare vero de alia causa mouente quę continue mouetur vt de corpore cælesti, & de motu solis in obliquo circulo. dicendum est post hic, vt in fine secundi huius: Ibi enim ostendetur quomodo talis est causa dictorum singularium.i.dictorum generabiliũ & corruptibilium.ergo per causam efficientem nõ est introducta quæstio, quia determinare causam efficientẽ non est introducta quæstio, quia determinare de ea secundum substantiam non spectat vniuersaliter ad philosophiam naturalem, vt quantum ad eam quę est immobilis, vel non spectat ad præsentem tractatum,[sed ad finem libri vt quantum ad eam quę semper mouetur. Deinde cum dicit.

Nunc autem vt in materiæ specie positam causam dicamus propter quam semper generatio, & corruptio non deserunt naturam. simul enim forsitan fiet, & hoc manifestum & de nunc quæsito quomodo oporteat dicere, & quomodo de simplici generatione & corruptione.

Ostendit qualiter est introducta quæstio per causam materialem dicens. quòd nunc dicamus causam positam.i.propositam vt causam continuationis generationis, & dicamus eam vt in materiæ specie. vt speciali modo tangit materiam ex parte materię quæri potest propter quam causam generatio & corruptio sunt semper & non desunt, manifestum est enim rationabile hoc quærere, quia eo declarato simul [forsan fiet manifestũ de quæsito. nunc quomodo oportebit dicere,& etiam erit manifestum quomodo est dicendum vel quomodo est rationabilis quæstio de simplici] generatione, & corruptione. Deindecum dicit.

Habet autem quæstionem sufficientem, & quæ causa est quòd complicatur generatio si quod corrumpitur ad nõ ens secedit, non ens autem nihil est. neque enim illud quidem, neque quale neque quantum neque vbi, quod non ens si igitur semper quod non ens secedit quare, non consumptum est olim & maxime omne si finitum erat ex quo fit generatorum vnumquodque.

Exequitur de dicta quæstione & duo facit, quia primo repetit quæstionem. Secundo soluit eam.ibi [Non enim vtique propter.] Dicit ergo quòd habet quęstionem sufficientem, idest rationabilem & bonam quæ est causa [quòd generatio complicatur, idest multiplicatur, & continuatur & nunquàm deficit cum id quod corrumpitur secedat ad non ens, id autem quod est non ens nihil est]. ostensum est enim id ex quo est generatio esse id in quod transmutatur quod transmutatur vt generationis subiectum. nam quicquid corrumpitur in hoc abibit vltimum. cędit enim id quod corrumpitur in materiam siue in eius potentiam si ergo tale subiectum quod ponitur non ens, nec est actu substantia nec aliud, quia nec est quale.[nec quantum, nec vbi, quod corrumpitur [supple semper videtur anichilari vt cedat in non ens, & si per generationem semper quod, est ens succedit,] quare non est totum consumptum elementum.n.principium quod est subiectum generationis, & quare omne.i.totum non est factum inane & vacuum, si finitum erat ex quo fit vnum quodque generatorum. Deinde cum dicit.

Non enim vtique propter infinitum esse ex qua generatur non deficit. hoc enim impossibile est. non enim est actu infinitum.

Soluit & duo facit, quia primo [remouet quasdã solutiones falsas. Secundo ponit solutionem veram. ibi [Quocirca propter hoc.] Circa primum duo facit ſm quòd duas tales solutiones remouet. [Secunda ibi] Potestate autem est.] Diceret forte aliquis generationem, non deficere, quia subiectum generationis est infinitum hoc remouet philosophus dicens, quod non est bene dictum quòd generatio non deficit prepter infinitum esse subiectum generationis ex quo fit generatio. hoc enim est impossibile quòd aliquid sit infinitum in actu. Deinde cum dicit.

Potestate autem est vt in diuisione. Quapropter oportet hanc esse solum causam non deficientem, quoniam generatur, quidem semper minus, nunc autem videmus huiusmodi non.

Remouet aliam sophisticam solutionem, diceret forte aliquis, licet non sit infinitum in actu, est tamen in potestate & diuisione. Semper enim potest aliquid abscindi à continuo, & nunquàm deficiet cum sit diuisibile in infinitum, quapropter diceret forte aliquis hanc solum esse causam generationis arguentem ipsam non esse deficientem, quoniam semper generatur minus semper minus sit continuum nunquam deficit si semper diuidatur in minores & minores partes. hoc autem improbat phylosophus, quia repugnat sensui dicens, nunc autem non videmus hic supple, quia semper generetur minus semper minus, immo de materia & de subiecto generationis nihil deperit vt hic ostendetur. Deinde cum dicit.

Quocirca propter huiusmodi corruptionem alterius generationem esse, & huiusmodi generationem alterius esse corruptionem inquietam esse necesse est transmutationem, de generatione quidem & corruptione similiter semper circa vnumquodque entium. hanc existimandum esse sufficientem causam in omnibus. Tex.c.17.

Dat veram solutionem dicens. quòd quia corruptio huius est generatio alterius, & econuerso generatio huius est corruptio alterius, ideo necesse est transmutationem. & generationem inquietam.i.continuam & sine defectu, ideo enim subiectum generationis nunquam deficit simpliciter, quia cum amittit formam vnam acquirit formam aliam, quia cum vnũ corrumpitur aliud generatur, de generatione ergo & corruptione semper est similiter.i.eodem modo absque discontinuatione circa vnumquodque entium existimandum est hanc esse causam sufficientem omnibus, quia.s.corruptio vnius, est generatio alterius & econuerso.

Propter quid autem nunc hæc quidem simpliciter dicuntur generari, & corrumpi, hæc autem non simpliciter, rursus scrutandum. Tex. c.18.

Posita quæstione prædicta & soluta. In parte ista ex solutione eius incedit ad inuestigandũ de principali quę sito, & tria facit, quia primo resumit quæstionem principalẽ. Secundo ex solutione quęstionis prędicte ostendit eam esse rationabilem. Tertio exequitur de ea. Secũda ibi [Si idem est generatio.] Tertia ibi [Dicimus.n. quoniam.] Dicit ergo rursus perscrutandũ esse de quæstione principali, videlicet propter quid hæc dicuntur generari & corrumpi simpliciter hæc autem non simpliciter. Deinde cum dicit.

Si idem est generatio quidem huius, corruptio autem hu

ius. & corruptio autem huius, generatio autem huius. quæret autem aliquis rationem.

Oſtendit hanc quæſtionem eſſe rationabilem ex ſolutione quæſtionis prædictæ, nam ſi idem eſt generatio huius & corruptio huius, & econuerſo quia corruptio, huius eſt generatio huius nulla eſt generatio ſimpliciter, nec corruptio ſimpliciter. Si ergo aliquis quærit, vtrum contingat, eſſe generationē ſimpliciter, quærit rationem. i. quærit queſtionē rationabilem. Notandum quòd quæſtio prius annexa fuit quare non erat totum inane, & quare non erat conſumptum totum materiale principium, ad hoc ſoluebatur, quia in natura nihil deperit ſimpliciter, ſed corruptio vnius eſt generatio alterius, cum ergo aliquid corrumpitur non perit materia eius, ſed efficitur ſub forma alia. Ex hac autem ſolutione ſoluitur illud dubium, videlicet cum illud ex quo generatur ſubſtantia non ſit actu ſubſtantia, vtrum ſit actu aliorum prædicamentorum. patet enim eſſe actu ſubſtantiam ex quo generatur ſubſtantia, non enim oportet eſſe nullam ſubſtantiam quæ generatur. ſi enim ex aliquo debet generari leo ſufficit ꝙ illa materia non ſit ſub forma leonis, eſt tamen ſub alia ſubſtantialis forma, & cum hoc contingat quòd generatio vnius eſt corruptio alterius, ideo illud dubium, dependebat ex ſolutione queſtionis interpoſitæ. Rurſus ex dicta ſolutione apparet principalis queſtio rationabilis. nam ſi illud ex quo generatur ſubſtantia non eſſet ſimpliciter ens, poſſemus abſque difficultate ſaluare generationem ſimpliciter, ſed cum ſit actu ſubſtantia, & ſimpliciter ens, illud ex quo generatur ſubſtantia, cum generatio vnius ſit corruptio alterius: nunquam erit generatio ex non ente ſimpliciter, ſed ex non ente hoc. Rationabile eſt ergo quærere quomodo poſſumus ſaluare generationem ſimpliciter. Deinde cum dicit.

Dicimus enim quoniam corrumpitur nunc ſimpliciter, & non ſolum hoc, Hæc autem eſt generatio ſimpliciter, hæc autem eſt corruptio, hoc autem generatur quidem ſimpliciter, hoc autem generatur quidem non ſimpliciter, dicimus enim diſcentem ſcientem fieri, generari autem ſimpliciter non.

Oſtenſa rationabilitate quæſtionis exequitur de ea, & duo facit, quia primo dicit quòd conuenit vtroque modo aliquid generari. Secundo docet nos ſaluare vtraque generationem. ibi [Quemadmodum enim determinauimus.] Dicit ergo quęrendum eſſe nunc quomodo dicimus quòd corrumpitur aliquid ſimpliciter & non ſolum hoc, nam hæc eſt generatio ſimplex, hęc autem eſt corruptio ſimplex. hoc autem generatur quidem ſimpliciter hoc autem generatur quidem nō ſimpliciter. q. d. ꝙ vtroque modo fit generatio, cū aliqua generentur ſimpliciter, aliqua vero non. Exemplificat autem de his quæ generantur non ſimpliciter. nam cum dicimus fieri diſcentem dicimus generari, & fieri hoc, ut fieri ſcientem, non autem generari ſimpliciter. Aliqui autem textus habent dicentem, ſed eſt forte litera corrupta vel pro tanto dictum eſt, quia niſi per accidens impediatur, ſciens eſt dicens, & eloquēs. Deinde cum dicit.

Quemadmodum enim determinauimus multotiens dicētes quoniam hoc quidem hoc ſignificat hoc autem non propter hoc contingit quod quæritur.

Quia dixerat generationē fieri nō ſolum ſcd̄m quid ſed ſimpliciter oſtendit quō poſſumus talia ſaluare, & duo facit, quia primo docet hoc prout ſimpliciter ſumitur comparatiue. Secondo prout ſumitur abſolute. ibi

Tex.c. 20. [Dicuntur aūt hic quidē.] Circa primū duo facit, quia primo docet ſm modum tactum ſaluare generationē, ſimpliciter ſm veritatē. Secundo docet hoc ſcd̄m quorundā opinionem. ibi. Videtur aūt magis.] Prima pars diuiditur in duas, quia primo docet q̄d dictū eſt faciendo cōparationē in diuerſis generibus. Secūdo in eodem genere. ibi [Differt. n.] Dicit ergo ꝙ pp̄ hoc contingit quod quæritur, videlicet aliqua generari ſimpliciter, aliqua vero non quia quemadmodū multotiens determinauimus dicentes, qm̄ hoc ſignificat hoc. ſ. ſubſtantiam hoc autem nō, ſupple ſignificat ſubſtantiā, & qu a ſubſtantia eſt ens ſimpliciter reſpectu accidentis eius generatio dicitur generatio ſimpliciter. Deinde cum dicit.

Differt enim in quod transmutatur transmutans, puta forte quæ in ignem iam generatio ſimpliciter, corruptio autem alicuius eſt puta terræ. terræ autem generatio aliqua generatio, generatio autem non ſimplex, corruptio autem ſimplex puta ignis.

Quia ſaluauit generationem ſimpliciter & ſecūdum quid comparando ſubſtantiam ad accidens quæ ſunt diuerſorum generum. hic autem ſaluat hoc idē faciēdo comparationem in eodem genere, & duo facit, quia primo facit quod dictum eſt deſcendendo ad genus ſubſtātiæ. Secundo deſcendendo ad genus accidētis. ibi Quēadmodum parmenides.] Circa primum duo facit, quia primo facit quod dictum eſt. Secūdo q̄d dixerat manifeſtat per dictum Parmenidis. ibi [Quēadmodum Parmenides.] Dicit ergo quòd differt in quod tranſmutatur transmutans. poſſunt enim eſſe diuerſę tranſmutationes & ideo diuerſimode eſt loquendum. nam ſi fiat tranſmutatio in ignem erit generatio ſimpliciter, erit tamen corruptio aliqua, vtputa terræ ſi in æſtu ex terra generatur igni, ſi autem fieret econuerſo eſſet generatio nō ſimpliciter, ſed aliqua, quia terræ & eſſet corruptio ſimpliciter, quia ignis, non ſolum ergo reperitur generatio ſimpliciter comparando ſubſtātiam ad accidens, eo quòd plus habet de entitate ſubſtantia, ſed etiam reperitur hoc comparando ſubſtantiam ad ſubſtantiam cū completiori modo reperiatur natura entis in vna ſubſtātia quàm in alia. Deinde cum dicit.

Quemadmodum Parmenides dicit duo ipſum ens & non ens eſſe inquiens ignem & terram.

Manifeſtat quod dixerat per dictum Parmenidis, & tria facit, quia primo facit quod dictum eſt. Secūdo oſtēdit a quid introductum eſt dictum Parmenidis. Tertio dat vniuerſalem modum ad cognoſcendum quomodo aliquid generatꝰ ſimpliciter & quomodo non. Secūda ibi [Hęc quidem.] Tertia ibi [Non tamen ens igitur.] Continuetur ſic. quòd autem in genere ſubſtātiæ poſſit ſaluari generatio ſimpliciter & generatio aliqua patet per dictū Parmenidis qui dicebat duo eſſe, videlicet ipſum ens & ipſum non ens, appellauit. n. ignem ens, terram vero non ens. generatio ergo vnius erat ſimpliciter cum eſſet entis, alterius vero erat generatio aliqua. Deinde cum dicit. Tex.c.

Hæc quidem aut talia alia ſupponere nihil differt, modum enim quærimus, ſed non ſubiectum.

Oſtendit ad quid introductum eſt dictum Parmenidis, nā exempla ponimus non vt ita ſint, ſed vt ſentiat qui diſcit ideo hic autem talia alia ſupponere nihil differt ſecundū quod ſpectat ad propoſitum, modum. n. quærimus non ſubiectum. n. inueſtigare in ipſo genere ſubſtantię hunc modum generationis, videlicet ꝙ eſt generatio ſimpliciter & aliqua, ſed in qua ſubiecta materia hoc contingat vtrum generatio ignis ſit ſimpliciter, vel etiam alterius non eſt de principali propoſito, dictum ergo Parmenidis ſolum propter hic fuit introductum quòd in vna ſubſtantia reſeruatur cōpletius natura entis quàm in alia, vtrum autem illa ſit ignis vel terra non diuerſificat principale propoſitum. Deinde cum dicit. c.20

In non ens igitur simpliciter est corruptio simpliciter. In simpliciter autem ens est generatio simpliciter. Quibus igitur determinatũ est siue igni & terræ siue aliquibus alijs erit hoc quidem ens, hoc autem non ens, vno quidem igitur modo differt in hoc generari simpliciter & corrumpi aut non simpliciter.

Dat vniuersalem modum generationis & corruptionis simpliciter, dicens ꝙ quando est transmutatio in nõ ens simpliciter est corruptio simplex, quando autem in ens simpliciter est generatio simplex, sed quibus est determinandum est ens simpliciter vtrum igni autem terræ sed aliquibus alijs nihil ad propositum, sufficit autem quòd hoc erit ens simpliciter, hoc autem non ens ad hęc vt saluetur generatio, & corruptio simpliciter. Epilogat autem circa determinata, quòd vno quidem modo differt simpliciter generari & corrumpi simpliciter, in hoc quod dictum est. Deinde cum dicit.

Alio autem modo qualitercunq; materia quędam vtique cuius enim magis differentiæ hoc aliquid significant magis substantia, cuius autem priuationem non ens, puta si calidum prædicamentum aliquod & species frigiditas autem priuatio, differunt enim ignis & terra his differentijs.

Saluat generationem simpliciter comparãdo vnum accidens ad aliud dicens, quòd alio modo differt generari simpliciter à secundum quid non ratione materiæ, vt forte, quia genitum est magis materiale vt terra, vel formale vt ignis, sed qualitercunque sit materia quædam, siue aliqua illud cuius differentiæ significant magis hoc aliquid.i. magis actum, & habitum est magis substantia, & magis ens, cuius autem differentiæ priuationem significant est magis non ens, puta si calidum est prædicatum aliquod est aliquid in actu, & species & frigiditas est priuatio, tunc vnum est ens aliud quodammodo non ens, vnius erit generatio simpliciter alterius secundum quid. videtur autem calidum magis importare habitum, & frigidum priuationem, quia ignis, & terra differunt his differentijs, & constat ignem formaliorem esse terra, quomodo autem ignis & terra differant dictis differntijs, & quomodo vna substantia est magis ens quàm alia id in declarationibus patebit. Notandum autem quòd sub conditione dicit si calidum est species & frigidum priuatiuo, quia vt dictum est modum intendit tradere generationis simpliciter & alicuius, non autem est sua principalis intentio in qua materia hæc verificatur. Deinde cum dicit.

Tex.c.19 *Videtur autem magis multis sensato, & non sensato differre, quando quidem enim in sensibilem transmutatur, materiam, generari inquiunt, quando autem in non materiam corrumpi, ens & non ens in sentire, & non sentire determinant, quemadmodum quidem scibile ens, ignotum autem non ens, sensus enim scientiæ habet virtutem. Quemadmodum igitur in sentire & posse viuere et esse existimant ita & res modo quodam persequentes veritatem.*

Determinat de generatione simpliciter secundum opinionem aliorum, & tria facit, quia primo ponit opinionem huius. Secundo improbat. Tertio epilogat circa determinata. Secunda ibi [Id autem dicentes.] Tertia ibi [Esse quidem igitur.] Dicit ergo quòd multis videtur differre generationem simpliciter, & secundum quid per sensatum & non sensatum, vt quando transmutatur aliquid in rem sensibilem & in materiam .i. in rem materialem, inquiunt eam generari simpliciter, quando autem transmutatur in rem non manifestam sensui dicunt eam corrumpi simpliciter, ens enim & non ens in sentire & non sentire determinant. Credebant enim intellectum esse sensum, propter quod quemadmodum scibile est ens, ignotum autem non ens, quia quod non est scibile non est ens, & quanto magis est ens magis est scibile, ita credebant quòd quanto magis esset sensibile magis esset ens, existimabant enim sensum habere virtutem scientiæ, immo qđ plus est sicut existimabant animal supple posse viuere & posse esse in sentire, eo quod sentiebat, quia animal est animal propter sensum, ita & res credebant esse ex eo quòd sentiebantur, propter quod non sensibilia nõ reputabant entia, sicut non sententia non sunt animalia, & hoc modo.s. per sensum & per esse sensibile persequebantur, idest inuestigabant veritatem vel persequebantur eam.i. inimicabantur veritati, cum non determinarent de ea vt debebant. Deinde cum dicit.

Id autem dicentes non verum contingit vtique. Nam secundum opinionem, & secundum veritatem aliter & generari simpliciter, & corrumpi, spiritus quidem enim, & aer secundum quidem sensum minus sunt, ideo & quæcunque corrumpuntur simpliciter in hac transmutatione hæc corrumpi dicuntur. generari autem quando est intangibile vt terram, mutatur secundum veritatem autem magis hoc aliquid & species hæc quàm terra.

Improbat opinionem eorum dicens, quòd dicentes illud non contingit dicere verum, nam secundum opinionem rectam, & secundum veritatem, aliter contingit generari & corrumpi simpliciter quàm ipsi dicunt, spiritus enim.i. res subtiles & aer secundũ sensum sunt minus quàm res grosse, ideo secundum opinionem eorum quæcunque corrumpuntur in hac transmutatione, idest in talia non sensibilia, videntur corrumpi simpliciter, quando autem mutantur in tangibile, vt in terram generari supple dicuntur simpliciter, sed secundum veritatem hæc res subtiles, & insensibiles sunt magis hoc aliquid completum, & species quàm terra. Deinde cum dicit.

Esse quidem igitur hanc simplicem generationem alicuius corruptionem entem, corruptionem autem simplicem generationem alicuius esse dicta est causa. Propter materiam enim differre, aut quod substantia est aut non, aut quod hæc magis, huius vero non. aut quod hæc quidem magis sensibilis est materia ex qua res in quam est, hæc vero minus est. Tex.c.20

Epilogat circa determinata dicens, quod dicta est causa quare contigit hanc quidem generationem simplicem esse corruptionem alicuius, & entem simplicem corruptionem generationem esse aliter, nam vt patet per habita, vno modo est generatio simpliciter propter materiam differentiæ, idest propter, differentiam materialem, vt cum generatur ignis qui est immaterialior terra. aut secundo modo hoc contingit, quia hoc quod generatur est substantia. aliud vero supple est accidens, aut quia hoc est magis habitus, illus vero est magis priuatio, & hi tres modi sunt secundum veritatem, secundum autem opinionem hoc contingit cum hic.s. res generata est magis sensibilibus & minus, quia tunc est generatio simpliciter, cum vero res ex qua est magis sensibilis, illa vero in quam generatur est minus sensibilis tunc supple est corruptio simpliciter, patet ergo quòd secundum veritatem generatio simpliciter est generatio substantiæ respectu accidentis, & generatio substantiæ formalis respectu materialis, & accidentis habitus respectu priuationis, secundum autem opinionem est generatio rei sensibilis respectu insensibilis.

Dicuntur autem hęc quidem simpliciter generari, hæc autem aliquid solum, non ex adinuicem generatione, sed secundũ quem dicimus nunc modum.

Superius ostēdit philosophus q̄rō pōt saluari generatio simpliciter, & generatio aliqua accipiēdo simpliciter cōparatiua. In parte ista ostēdit hoc idē accipiendo simpliciter absolute, & tria facit, quia primo dicit hanc quęstionem differre a præmissa, Secundo assignat causam differentiæ huius quæstionis ad aliam. Tertio soluit eā. Secunda ibi [Nunc quidem enim.] Tertia ibi [Hæc autem determinata.] Dicit ergo quod hæc quidem dicuntur generari simpliciter. hic autem aliquid solum non ex adinuicem generatione.i.non comparando generationes eorum ad seinuicem, sed supple absolute, s̄m quem modum nunc dicimus.i.nunc intendimus loqui de generatione simpliciter, & dicit nō ex adinuicem generatione, quia simpliciter & secundum quid absolute sumpta nunquam reperiuntur in eodem genere nec in his quę habent generationē ad seinuicem, sed in vno genere reperitur simpliciter generatio vt in substantia, alio vero scd̄m quid vt in accidente. Deinde cū dicit.

Nunc quidem.n.tantum determinatum est, quare omni generatione ente corruptione alterius, & omni corruptione ente generatione alterius nō simpliciter attribuimus generari, & corrumpi adinuicem transmutabilibus. Quod autem postea dicetur non hoc quæret, sed quare discens quidem non dicitur simpliciter generari, sed quid generari sciēs & disciplinatum, planta autem generari.

Assignat causam dictę differentię dicens, ꝙ nunc determinatū est quare omni generatione ente corruptione alterius, & omni corruptione ente alterius generatione, in his quæ sunt adinuicem transmutationibus nō dicimus, nec attribuimus generari simpliciter, nec corrumpi, ita quòd generatio simpliciter sit corruptio simpliciter & econuerso, immo vt dictum est generatio simpliciter est corruptio secūdum quid & econuerso, ideo prius, idest proposita quæstio quæ dicetur modo non quæret hic.i.non quæret de generatione simpliciter in his quæ transmutantur ad seinuicem in quibus non reperitur generatio simpliciter absolute loquendo, sed cōparatiue, sed quæstio nostra absolute quæret de generatione simpliciter, vt quare discens non dicitur generari simpliciter, sed generari aliquid, vt generari sciens, & disciplinatum, sed planta & vniuersaliter omnis substantia pōt dici generari simpliciter. Deinde cum dicit.

Hæc autem determinata sunt in prædicamentis. Sed hoc quidem hoc aliquid significat, hoc autem æquale, hoc autem quantum. Quæcunque igitur non substantiam significant non dicuntur simpliciter generari, sed secundum quid fieri. Sed tamen in omnibus simplex generatio quidem secundum quod in aliquo ordine dicitur, puta in substantia quidem si ignis, sed non si terra, in qualitate autem sicut sciens, & diciplinatum, sed non quando nesciens, & indisciplinatum.

Soluit, & tria facit, quia primo soluit. Secundo epilogat. Tertio determainat quasdam alias quęstiones annexas. Secunda ibi [De generari quidem.] Tertia ibi
Tex. c.21. [Sed nunc quęrere oportet.] Dicit ergo ꝙ hic ex quibus dependet solutio prætactæ quæstionis, determinata sunt in prædicamentis.nam quia ibi dictum est quòd hic significant hoc aliquid, idest substantiam, hic autem quale, hic autem quantum, quæcunq; igitur non significant substantiam non dicuntur generari simpliciter, sed generari & fieri aliquid. Notandum ergo quòd hæc generatio substantiæ est generatio simpliciter comparatiue & absolute, inquantum enim generatio est simpliciter comparatiue, sic pertinet ad quæstionem præcedentem. Inquantum vero absolute loquendo generatio substantiæ est generatio simpliciter, & simpliciter, & sic spectat ad propositam quęstionem absolute enim substantia est, ens accidens vero non est ens sed entis, vt dicitur.7. Meta. ideo secundum istum modum, & secundum istum ordinem, secundum quem loquimur de simpliciter non reperitur simpliciter, & secundum quid in eodem genere, nec in his quæ habent transmutationem ad seinuicem, sed tamen accipiendo simpliciter, & secundum alium ordinem, & secundum alium modum, vt accipiendo simpliciter comparatiue non absolute, sic in omnibus supple generibus reperitur, simpliciter generatio, puta in substantia erit generatio, simpliciter si generetur ignis, sed non si terra, in qualitate autem simpliciter generabitur si fiat sciens disciplinatum, sed non erit generatio simpliciter q̄n̄ fit nesciēs & indisciplinatum. Deinde cum dicit. ex.

De generari quidem hoc simpliciter. hoc autem secundum quid, & vniuersaliter dictum est in substantijs ipsis, & quoniam generationis esse continue causa, vt materiam subiectum, quoniam transmutatur in contraria, & est alterius semper generatio in substantijs alterius corruptio, & alterius corruptio alterius generatio.

Epilogat circa determinata dicens, quòd de generari quomodo hoc quidem generatur simpliciter, hic quidem secundum quid dictum est, & etiam dictum est vniuersaliter in ipsis substantijs, quando est generatio simpliciter, & quando secundum quid, & cum hoc dictum est quæ est causa continue generationis, quia id quod est vt materia, & subiectum est semper transmutatiuum in contraria, ita quòd quando amittit vnum contrariorum efficitur sub reliquo, propter quod in substantijs semper generatio vnius est corruptio alterius, & corruptio, alterius est gēneratio alterius. Deinde cum dicit.

Sed nunc quærere oportet quare generatur aliquid semper ex corruptis alijs. Quemadmodum enim & corrumpi hoc simpliciter inquiunt quando ad insensibile venit, & non ens similiter, & generari ex non ente inquiunt quando ex insensibilis. Siue igitur aliquo ente subiecto siue non, generatur ex non ente. Quare, & similiter generatur & corrumpitur in non ens.

Annectit quasdam alias quæstiones, & duo facit, quia primo mouet quæstionem de ipsa generatione. Secundo de generationis subiecto. ibi [Sed hic non ens simpliciter.] Circa primum tria facit, quia primo mouet quæstionem. Secundo soluit. Tertio infert quoddam correlarium ex prædictis. Secunda ibi [Quemadmodum enim.] Tertia ibi [Merito igitur.] Est ergo quæstio, quare semper generatur aliquid ex alijs corruptis, soluit autem ad hanc quæstionem quòd quemadmodum corrumpitur hic simpliciter, vt multi inquiunt quando venit ad aliquid, quod est insensibile, quod secundum eos est non ens, ita supple quia vbi terminatur corruptio ibi incipit generatio, oportet quòd generari sit, vt inquiunt, ex non ente, & ex insensibili, siue igitur aliquo ente subiecto, generationis siue non, idest quicquid de subiecto generationis semper generatur aliquid ex non ente, quia & simile est de principio generationis, & termino corruptionis, similiter .i.eodem modo, & generatur aliquid ex non ente & corrumpitur in non ens. Notandum autem quòd multi.i. vulgares quia non percipiunt nisi sensibilia & materialia, ideo secundum cōmunem modum loquendi non est aliquid generatum, nisi cum efficitur sensibile, nec est corruptum nisi cum efficitur insensibile, & quia generatio semper est ex oppositis erit generatio ex sensibili ad sensibile, si ergo insensibilia secundum quòd huius dicuntur esse corrupta, quia secundum communem modum loquendi generatio semper est ex insensibilibus semper generabitur aliquid ex corruptis. x. c. ex. c ex. c.

Deinde cum dicit

Merito

Merito igitur non deficit generatio, generatio enim entis, corruptio est non entis, corruptio autem entis generatio non entis.

Infert quoddã correllarium, videlicet, ꝙ merito & ra
Tex.c.22. tionabiliter nunquam deficit generatio, quia enim generatio entis est corruptio non entis, & corruptio entis generatio non entis, semper poterit generatio continuari. Deinde cum dicit.

Sed hoc non ens simpliciter quæret aliquis vtrum aliquod contrariorum est. puta terra & graue non ens, ignis autem & leue ens, aut non, sed est & terra ens, non ens autem materiæ terræ & ignis similiter.

Mouet quęstionem de subiecto generationis, & duo facit secundum quòd duas tales quæstiones mouit. Secunda ibi [Et an alia.] Dicit ergo quòd quæret aliquis vtrum hoc quod ponitur generationis subiectũ, & dicitur non ens simpliciter, vtrum sit aliquod contrariorũ puta vtrum sit terra quod est quid graue & nõ ens vel sit ignis quod est leue & ens, soluit dicens, aut non.i. materia & subiectum generationis non est aliquod prædictorum, & est ratio, quia non solum ignis, sed etiam ipsa terra est ens absolute loquendo, licet forte comparatiue possit dici non ens, materia autem ignis, & terrę non potest similiter dici ens, cum simpliciter non sit ens. Deinde cum dicit.

Et an alia vtriusque materia. Aut non generantur ex inuicem neque ex contrarijs. His enim existunt contraria. Igni igitur & terræ aque & aeri. Aut est quidem qualiter eadem. est autem qualiter alia. Quod quidem enim aliquando ens subijcitur idem. Esse autem non idem de his quidem igitur tantum dictum est.

Mouet aliam quæstionem, quia dato materiam non esse aliquod contrariorum, & non esse ignem nec terram est quæstio, an sit alia materia vtriusq;, & nõ esse eandem materiã, quia non generarentur ex seinuicẽ nec esset generatio ex contrarijs, si esset alia & alia materia generabilium, & corruptibilium, vnum.n. contrariorũ non fit aliud, sed materia quæ est sub vno efficitur sub alio, & quia his.s. terræ aquæ aeri & igni existunt contraria, & simpliciter generantur ex seinuicem vna erit materia, eorũ & per cõsequens vna materia erit omniũ habentium ad seinuicem transmutationem, & ne ali-
Tex.c.23. quis crederet omnino esse talium vnam materiam ostẽdit quõ est vna, & quõ non dicens ꝙ materia horum est quidem qualiter eadem, & qualiter alia, quia quãtum ad essentiam, prout est aliquid ens, quòd quãdoq; subijcitur vni contrariorum, quandoq; alij est idem materiale principium, sed quantum ad esse non est idem. Vltimo epilogat quòd de his tantum dictum est.

Tex.c.25. *De generatione autem & alteratione dicamus quid differunt, dicimus enim alteras esse transmutationes adinuicem.*

Postquã philosophus determinauit de generatione, corruptione. In parte ista determinat de alijs motibus simplicibus. & duo facit ſm qd superius dixerat duos tales motus esse, videlicet alteratio & augmentũ. primo
Tex.c.19. ergo determinat de alteratione. Secũdo de augmẽto. Secunda ibi [De augmẽtatione aũt reliquũ.] In determinando autẽ de alteratione determinat de ea in comparatione ad generationẽ, dictum est.n. alterationẽ ad generationẽ ordinari, & rursum alteratio, qa est mot⁹ ad qualitatem maiorẽ conueniẽtiam habet cũ motu ad substãtiam q̃ aliquis alius motus ipsa.n. forma substãtialis quę per generationẽ introducitur quædã qualitas dici põt, vt dr. 5. Meta. non aũt potest dici quædã q̃titas vel quędã vbi. Potissimus igitur modus determinandi de alteratione est determinare de ea per comparationẽ ad generationem. In cõparando aũt alterationem ad generationẽ duo facit, quia primo dicit eas esse differẽtes. Secũdo huius differentiã manifestat, ibi [Qm̃ igit est aliud] Dicit ergo ꝙ ipse vult dicere de gneratione & alteratione, qd.i. ſm quid & qualiter differũt, dicimus.n. trãsmutationes has.i. trãsmutationes ſm has trãsmutationes siue trãsmutationes huiusmodi esse altera adinuicẽ bonũ est ergo earũ differentias cognoscere. Deinde cum dicit.

Quoniam igitur est aliud subiectum & aliud passio, quæ de subiecto innata est dici, & est transmutatio vtriusq; horũ.

Asignat differentiã inter eas, & duo facit, quia primo asignat dictã differentiã. Secũdo quia per huius differentiã q̃ habet generatio ad alterationem differt ẽt a ceteris motibus asignat differentiã generationis ad omnes motus. ibi. [Qm̃ quidem igitur.] Circa primũ duo facit, quia primo tangit quædam per quę haberi potest differentia alterationis ad generationẽ. Secundo ex his quę tetigerat asignat differentiã inter ea ostẽdẽdo quid sit vtrunq; eorum. ibi [Alteratio quidẽ est.] Dicit ergo quòd in re transmutabili est aliquid subiectum & aliqd aliud quod est passio quæ est innata dici de subiecto, & subdit quòd est transmutatio vtriusque eorum, subiecti.s. & passionis. Deinde cum dicit.

Alteratio quidem est quando manente subiecto sensibili, ente transmutatur in eius passionibus aut contrarijs aut medijs, puta corpus sanum est, & rursus laborat manens idẽ, et metallum quandoq; rotundũ quandoq; angulare idem ens.

Ex dictis venatur differẽtiam inter generationem & alterationem ostendendo quid sit vtrunque eorum, & duo facit, quia primo facit quod dictum est. Secundo declarat quædam dubia quæ possent oriri ex dictis eius ibi [In his autem si aliqua.] Circa primum duo facit quia primo ostẽdit quid est alteratio. Secũdo quid generatio. ibi [Quando autẽ totũ.] Dicit ergo ꝙ tunc est alteratio qñ manẽte subiecto sensibli ente actu trãsmutatur huiusmodi subiectum in eius passionibus, & hic aut a contrarijs vt si a nigro in album, aut medijs vt si a fusco in pallidum, & exemplificat dicens, puta corpus est sanum & rursus postea laborat & fit egrum manes illud idem corpus, & metallum quandoque est rotundum quandoque est angulare manẽs idem ens secundũ substantiam & subiectum. Deinde cum dicit.

Quando autem totum transmutatur non manẽte aliquo sensibili vt subiecto eodem, sed quasi ex semine toto sanguis aut ex aqua aer, aut ex aere omni aqua generatio iam hoc tale. huius autem corruptio.

Ostendit quid est generatio quomodo habet esse & duo facit, quia primo ostendit quõ habet esse generatio simpliciter. Secundo ostẽdit quõ esse habeat generatio manifesta. Secunda ibi [Maxime autem generabitur.] Dicit ergo quòd qñ totum transmutatur in totum non manente aliquo sensibili nec eodem subiecto idest, non manente eadem substantia, & non ente sensibili & in actu, vt ex semine totum.i. ex scientiæ totaliter fit sanguis, aut ex aqua aer, aut ex aere omni.i. toto fit aqua hic quod est totale, idest causa totalis transmutationis est generatio huius, corruptio autem huius. Deinde cum dicit. Tex.c.24.

Maxime autem generabitur & transmutabitur ex insensibili in sensibile, aut tactu, aut omnibus sensibus. puta quando aqua generatur aut corrumpitur in aërem, aer enim valde insensibile. Tex c.24.

Ostendit quæ sit generatio manifesta. nam quotiescunque totum transmutatur totum potest dici generatio simpliciter, sed tunc est generatio maxima, & manifesta si transmutetur ex sensibili in aliud sensibile, sensibile dico autem tactu aut omnibus sensibus condiuidit autem tactum contra, omnes sensus quia est sensibilior, & materialior omni sensu, ideo quando aqua generatur ex aere est generatio sensibilis, quan-

do corrumpitur in aerem corruptio est sensibilis aer enim valde insensibiles, habes habet passiones, tum quia rarus, tum etiam quia prius competit ei humiditas quæ est virtus passiua quàm caliditas quę est actiua. Deinde cum dicit.

In his autem si aliqua passio manet eadem contrarietatis in generato & corrupto puta quando ex aere aqua, si ambo diaphana aut humida, non oportet huiusmodi altereram passionem esse in quod transmutatur.

Declarat quædam dubia posibilia oriri ex dictis dixerat enim in generatione totum transmutari in totum crederet ergo aliquis contra rationem generationis esse si aliquid remaneret, iō duo facit, quia primo ostēdit quòd remanere passionem secundum ꝙ huiusmodi nō videtur contradicere generationi. Secundo manifestat ꝙ remanere idem subiectum generationi contradicit. ibi [Si autem nō.] Dicit ergo quòd in his generationibus, et corruptionibus dubitaret aliquis si passio aliqua contrarietatis. i. alicuius contrarietatis manet eadē in generatio, & corruptio, puta quando ex aere fit aqua, & subdit ꝙ passio symbola potest remanere, quia si ambo sit diaphana vel frigida, nō oportet huiusmodi in quod transmutatur esse alterum, idest esse alteratum quantū ad passionem symbolam. Deinde cum dicit.

Si autem non erit alteratio, verbi gratia musicus homo corruptus est, homo autem immusicus generatus est, homo autem manet illud idem. siquidem igitur huius non passio esse secundum se musica & immusica, huius quidem generatio esset, huius autem corruptio, ideo hominis quidem hæc est passio, hominis autem musici & hominis immusici generatio quædam & corruptio, nunc autem passio hæc manente, ideoque alteratio secundum talia.

Ostendit esse contra rationem generationis, manere idem subiectum. Continuetur autem sic licet, non videatur contra rationem generationis manere eandem passionem, est tñ contra rationem eius manere idē subiectum, quia si non. i. si non esset transmutatio ſm substantiam & subiectum erit alteratio nō generatio. v. g. musicus homo corruptus est, homo autem immusicus generatus est in hac autem transmutatione manet idem subiectum. siquidem igitur musica & immusica ſm se non esset passio huius. i. hominis, sed supple econuerso, homo esset passio musici cū ex immusico fieret musicus esset simpliciter generatio quidem. huius. i. musici corruptio autem huius est scilicet immusici. nam in hac generatione manerent homo, quod ponitur esse passio, & non maneret musicus, quod ponitur esse subiectum, verum, quia secundum veritatem, homo non se habet vt passio, sed vt subiectum, quia hæc. s. musica est passio hominis, ideo hominis musici, & hominis immusici non est generatio simpliciter, sed generatio quædam & corruptio quędam. ideo subdit, ꝙ quia nō ita est, quòd hæc. s. musica se habet vt passio & manente subiecto fit tale transmutatio, ideo secundū talia est alteratio non generatio. Notandum autem non esse de intentione Arist. definire hic, vtrum maneat eadem passio aut eadem qualitas symbola in generatio & corruptio, quia de hoc infra dicetur, sed intētio sua est ꝙ si nō manet idem subiectum & fit variatio in forma substantiali, quantumcunque maneat eadem passio, non tollitur generatio & corruptio, vtrum aūt sit possibile eandem qualitatem remanere, & quō potest manere eadē non est præsentis negotij, tñ si esset possibile & remaneret eadem passio transmutato subiecto talis identitas nō faceret generationem esse alterationem. nec hoc cōtradicit superius dictis, videlicet tunc generationem esse cum totum transmutatur in totum, vt cum ex toto semine sanguinis fit animal. nam accidentia non sunt entia, nisi quia sunt entis, & si accidentia sunt entis, hic accidens huius est entis, transmutato ergo subiecto toti dicitur transmutari & totum corrumpi, & si maneret qualitas vna aliqua, quia illa non remaneret vt est corrupti, sed vt est generati, sicut accidens intantū est ens inquantum est entis, ita intantum remanet inquantum remanet entis. Cū ergo ex aqua fit aer, quia quicquid est in aere generatio totum est ibi, vt est aeris, non autem vt est aqua, tota aqua dicitur trāsmutata in totum aerem, immo cum in tali trāsmutatione planum sit manere materiā eandē per essentiā, & tñ dr̃ tota aqua trāsmutata est aqua, sed vt est aeris, sic si maneret eadē passio, mutari in totum aerem, quia nō manet materia, vt quia maneret vt est generati non vt est corrupti totum in totum transmutari diceretur. si ergo fiat transmuta- ex. tio in subiecto & in forma substantiali, quia materia simpliciter habet esse per formam & accidens, per subiectum quantumcunque maneat eadem materiam & eadem passio non tollet rationem generationis simpliciter, vtrum autem esset magis generatio simpliciter si nō remaneret eadem passio, & vtrum sit possibile eandem passionem remaneret in secundo huius dicetur. Deinde cum dicit.

Quando quidem igitur secundum quantum est transmutatio contrarietatis augmentum & diminutio, quando autem secundum locum latio, quando autem secundum passiones & quale, alteratio est, quando autem nihil manet cuius alterum passio & accidens vniuersaliter & generatio est huius autem corruptio.

Ostendit per hanc differentiam quam habet generatio ad alterationem, videlicet, quia in ea est transmutatio substantialis ostendit generationem differre ab alijs motibus, sed in transmutatione substantiali est duo, cōsiderare id quod per generationem acquiritur, & id quod generationi subijcitur, duo itaq; facit. Primo. n. ostendit ex. c generationem differre ab omnibus motibus quantum ad id quod per generationē acquiritur. Secundo quā- ex. c tum ad id quod generationi subijcitur. Secunda ibi [Est autem hyle.] Dicit ergo ꝙ qñ est transmutatio cōtrarietatis secundū quantum, quia acquiritur contraria quantitas, tunc est augmentatio & diminutio, quando vero secundum locum dicitur, latio siue loci mutatio, quando autē secundum passionem & qualitatem dicitur alteratio, sed quando nihil manet & fit resolutio secundum formam substantialem, & non manet idem subiectum, sed factum est alterum, & diuersum, cuius subiecti passio & accedēs est generatio & corruptio vniuersaliter. i. simpliciter. Notandū ergo ꝙ ad hoc ꝙ sit generatio non sufficit ꝙ fiat transmutatio in ipsis accidētalibus vel in passionibus, sed oportet esse transmutationē in ipso subiecto, cuius sunt accidētia & passiones.

Notandum etiam ꝙ eo ipso ꝙ non manet passio vt est subiecti corrupti dicitur non remanere, immo quia nec materia nec aliquid manet, vt est corrupti dicitur nihil remanere, sed totum transmutari in totum. Deinde cum dicit.

Est autem hylæ maxime subiectum quidem proprium generationis & corruptionis susceptibile, modo autem aliquo alijs transmutationibus, quoniam omnia susceptibilia substantia contrarietatum aliquorum.

Separat generationem ab alijs motibus quantum ad id quod in ea subijcitur. nam non solum differt generatio ab alijs motibus quantum ad id quod per eam acquiritur, vt quia acquiritur substantia, in alijs autem motibus acquiritur accidens, sed etiam differt ratione subiecti, quia maxime & proprie quidem subiectum susceptibile generationis & corruptionis est hyle. In alijs autem transmutationibus non est hyle subiectum proprie, sed aliquo modo. nam omnia subiecta aliarū transmutatio-

mutationum sunt susceptibilia aliquarum contrarietatũ & quia Secunda reducitur in primam, omnes contrarietates aliorum generum reducuntur in formã & priuationẽ, quæ sunt prima contrarietas in genere substãtiæ, quia sicut contrarietates reducuntur in contrarietatem, sic subiecta reducũtur in subiectum, subiecta aliarum transmutationum reducuntur in hyle, quod subijcitur in transmutatione substantiali, ideo hyle est aliquo modo subiectum aliarum transmutationum.

De generatione quidem igitur siue est siue non est et quomodo est & de alteratione determinatum sit hoc modo.

Vltimo epilogat dicens, litera plana est.

Tex.c.25 *DE augmentatione reliquum est dicere quomodo differt à generatione & alteratione, & quomodo augmentatur vnumquodque quod augmentatur & diminuitur quodcunque diminuitur.*

In parte ista determinat philosophus de augmento, & duo facit; quia primo continuat se ad dicenda. Secundo exequitur de intẽto. ibi[Scrutandũ vtiq; primum.] Dicit ergo ꝙ reliquum est dicere de augmentatione. dicetur ergo de augmẽtatione ꝙ differt à generatione & alteratione, & etiam dicetur quomodo augmentatur vnumquodq; quod augmentatur, & quomodo diminuuntur quæcunq; diminuuntur. Deinde cum dicit.

Scrutandum vtique primum vtrum solum in circa quid eorum differentia adinuicem. verbi gra. quoniam hoc quidem ex hæc in hoc transmutatio vt ex potentia substantia in actu substantiam generatio est, quæ autem circa magnitudinem augmentatio & diminutio, quæ autem circa passionem alteratio, vtrorumque autem ex potentia entium in actum transmutatio dictorum est.

Exequitur de intento, & duo facit secundum ꝙ duo præmiserat. primo.n. determinat de differentia augmen-
Tex.c 26 ti ad alios motus. Secundo declarat circa quid & qualiter habet esse augmẽtum. ibi [Circa quod autẽ.] Circa
Tex.c.26 primum tria facit: quia primo distinguit augmentum à generatione & alteratione. Secũdo separat ipsum à motu locali. Tertio epilogat circa determinata. Secũda ibi [Alio autem modo.] Tertia ibi [Quoniam igitur trãsmutatio.] Circa primum duo facit secundũ ꝙ assignat duplicem differentiam augmenti ad generationem & alterationem. Secunda ibi[Aut etiam modus.] Dicit ergo primo scrutandum esse vtrum horum motuum sit solum differentia eorum adinuicem quantum ad genera siue quantum ad prædicamẽta circa quæ fiunt. nam huiusmodi motus versari circa diuersa genera nõ est dubium. v.g. quoniam trãsmutatio quæ est ex hoc in hoc .i. ex substantia in substantiam, vt ex potentia substãtia in actu substantiam est generatio, quæ est circa magnitudinem augmentatio, quæ est circa passionem .i. circa qualitatem alteratio. transmutatio.n. vtrorumq; dictorum .s. tam alterationis quàm augmenti est ex potentia entium in actu, omnis.n. motus est ex potentia in actum, cum semper motum mobile acquirat aliquid quod non habebat actu, erat tamen in potentia ad habendum illud. Deinde cum dicit.

Aut etiam modus differt transmutationis. Videtur autem quòd alteratur non ex necessitate transmutans secundum locum neq; quod generatur. Quod autem augmentatur aut diminuitur.

Ponit secundam differentiam. nam augmentum non solum differt à generatione & alteratione, ratione generis circa quod est, vt quia est circa quantitatem, generatio vero circa substantiam, alteratio autem circa qualitatem, sed etiam secundum trãsmutationem localem. nam modus transmutationis augmenti differt à modo transmutationis generationis & alterationis: quia illud quod alteratur non de necessitate transmutatur secundum locum, neq; quod generatur necesse est transmutari secundum locum, sed quod augmentatur aut diminuitur supple de necessitate transmutat locum. Deinde cum dicit.

Alio autem modo ab eo quod fertur, quod fertur quidem enim vniuersum alterat locum. Quod augmentatur quidem quemadmodum quod deducitur. hoc enim manente particule transmutarentur secundum locum.

Separat motum augmenti à motu locali. Et notandum ꝙ separare motum augmenti à generatione & alteratione pertinet directæ ad istud capitulum & quodammodo ad hunc librum, in quo intenditur de motu ad formam, sed separare augmentum à motu locali est quodammodo incidens, cum hic non intẽdatur de motu ad vbi, hoc tamen incidens ex hoc venit. dixerat.n. augmentum & diminutionem mutare locum: ne ergo aliquis crederet ꝙ similiter esset transmutatio localis in augmento & in motu ad vbi ostendit ꝙ non, ideo duo facit secundum ꝙ dupliciter separat motum augmenti a motu locali. nam primo separat ipsum à motu locali recto. Secundo à sphęrico. ibi[Non quemadmodum.] Dicit ergo ꝙ augmẽtum mutat locum, sed hoc est alio modo ab eo quod fertur localiter. nam quod fertur loquendo de motu recto alteratur .i. transmutatur secundum vniuersum locum, sed quod augetur non mutat totum locum, sed quemadmodum illud quod deducitur .i. quod extenditur manente eo in eodem loco particule transmutantur secundum locum: quia non mutat locum secundum totum, sed secundum partẽ, sic etiam quod augetur secundum partem mutat locum prout accupat locum maiorem. Deinde cum dicit.

Non quemadmodum quæ sphære, he enim in simili loco transmutantur manente toto. quæ autem eius quod augetur semper in ampliorem locum, in minorem autem quæ eius quod diminuitur.

Ostendit augmentum non transmutare locum sicut sphæra dicens, particulas augmenti non transmutare locum cum sint sicut particule quæ sunt sphære: quia in motu sphęrico manente toto in simili loco, idest in loco equali & eodem, he .s. particule sphære transmutantur secundum locum, augmẽtatum.n.& diminutum nunquam est in loco simili vel æquali, sed partes quæ sunt eius quod augetur sunt in locum plenum occupando maiorem locum, pars vero quę est eius quod diminuitur in minorem. Deinde cum dicit.

Quoniam autem transmutatio differt non solum in circa quæ, sed sic eius quod generatur & alteratur & augmentatur manifestum est. Tex.c.29

Epilogat circa determinata dicens, manifestum esse quòd transmutatio eius quod generatur & alteratur & augmentatur non solum differt in generibus circa quæ sunt tales motus, vt quia augmentum est circa quantitatem & non aliæ transmutationes, sed etiam differt in situ .i. in modo transmutationis localis: quia augmentata de necessitate transmutant locum, non tamen sic est de generato & alterato.

CIrca quid autem est transmutatio augmentationis & diminutionis. circa magnitudinem autem videtur esse augeri & diminui. Et qualiter suscipiendum. Tex.c.27

Ostenso quomodo differt augmentum ab alijs motibus. In parte ista ostendit circa quid & qualiter habet esse augmentum. & duo facit: quia primo præmittit quod intendit. Secundo exequitur de intento. ibi[Vtrum ex impotentia.] Dicit ergo ꝙ dicendum est circa quid est transmutatio augmentationis & diminutionis. nam augeri & diminui videntur esse circa magnitudinem, ideo suscipiendum est qualiter circa magnitudinem talia contingat. Deinde cum dicit

Vtrum

Vtrum ex impotentia quidem magnitudine & corpore, actu vero incorporeo & sine magnitudine generari corpus & magnitudo, & hoc dupliciter contingit dici, qualiter augmentatio fit, vtrum ex separata ipsa secundum esse materia, aut existente in alio corpore.

Exequitur de intento, & duo facit secundum ꝙ augmentum dupliciter potest sumi, large & proprie. large enim semper cum quantum additur quanto augmentum efficitur, secundum quem modum & inanimata crescunt, augmentatur.n. paries cum lapis lapidi additur, proprie autem augmentum sumitur cum quælibet pars aucti est aucta, vt cum per nutrimentum ad singulas partes alimentum trahitur, & sic non augmentãtur nisi animata. Et sicut dupliciter potest sumi augmẽtum, large & proprie, sic & aliqua possunt respicere augmentum communiter, aliqua vero proprie. Duo ergo facit philosophus. primo.n. inquirit quæ respiciunt augmentum communiter, vt ꝙ augmentum fit ex aliquo corporeo & quanto. Secundo inuestigat respicientia augmentum proprie, vt ꝙ quælibet pars aucti debet esse aucta, & quęlibet pars diminuti diminuta, & cetera huiusmodi.
Tex.c.32. Secunda ibi [Suscipiendum vtrũq; magis.] Notandum autem ꝙ subiectum circa quod versatur augmẽtum potest accipi dupliciter. s. radicaliter & proprie. Radicaliter.n. subiectum in generatione est aliquo modo subiectum in alijs transmutationibus vt supra dicebatur. proprie tñ quælibet transmutatio habet subiectũ suum & addit subiectum cuiuslibet transmutationis supra subiectum generationis. duo ergo facit secundum quod ex subiecto augmenti dupliciter ostẽdit, augmentum fieri ex quanto & corporeo. nam primo ostendit hoc ex subiecto augmenti siue ex eo circa quod versatur augmentum radicaliter. Secundo ex eo circa quod
Tex.c.31. versatur proprie. Secunda ibi [Amplius autem talis.] In prima parte intendit talem rationem, materia circa quam versatur generatio naturalis nunq̃ est separata à corporeitate & magnitudine, & ab huiusmodi formis & morpheis, sed idem est subiectum generationis naturalis & augmenti. ergo idem circa quod versabitur augmentum nunq̃ erit separatum à corporeitate & magnitudine. tria ergo facit secundum ꝙ hęc ratio tres partes habet. Nam primo ostendit materiam nunq̃ separari à corporeitate & magnitudine. Secundo manifestat eandem esse materiam, & idem esse subiectum augmenti & gñationis naturalis. Tertio concludit id circa quod versatur augmentum, & ex quo fit augmentum non esse separatum à magnitudine & corporeitate. Secunda
Tex.c.31 pars ibi [Qm̃ autem est & substantiæ corporeæ materiæ.] Tertia ibi [Manifestum autem ex quęsitis.] Prima pars in qua ostendit materiam generationis naturalis non separari à magnitudine & corporeitate, diuiditur in partes duas secundum quod dupliciter hoc ostendit. primo.n. ostendit hoc rationibus ad impossibile. Secun
Tex.c.29 do rationibus ostẽsiuis. Secunda ibi [Sed nec pũctos.] Circa primum tria facit; quia primo sub distinctione præmittit modos quibus potest intelligi materiam esse separatam à corporeitate & magnitudine. Secũdo modos illos improbat. Tertio concludit materiam inseparatam esse.
Tex.c.29 Secunda ibi [Aut impossibile.] Tertia ibi [Melius ergo omnibus.] Dicit ergo inquirendum esse, vtrum corpus & magnitudo generari possit ex corpore & magnitudine in potentia non in actu, sed actu erit incorporeum & sine magnitudine, & quia vt circa finem lectionis dicetur idem est subiectum generationis naturalis & augmẽti, si generabitur corpus ex non corpore augmentabitur etiam ex non corpore, & quia fieri generatio & augmentum ex non corpore & ex materia non separata à corporeitate simpliciter dupliciter contingit dici, ideo inquirẽdum si hoc est verum qualiter fiat augmentatio. vtrum fiat ex materia separata secundum se non solum secundum esse sed in loco, aut fiat ex materia separata à corpore secundum locum, sed existente in aliquo corpore. Deinde cum dicit.

Aut impossibile vtrumque, separata enim ens, aut nullum possidebit locum, vt punctus aliquis, aut vacuum erit, aut corpus non sensatum. Horum autem hoc quidem tunc contingit hoc autem necesse in aliquo esse. Semper enim alicubi erit quod generatur ex eo Quapropter & illud aut secundum se aut secundum accidens.

Improbat vtrumq; membrum. Ad cuius euidẽtiam notandum materiam secundum veritatem non esse separatã à corpore loco: ita ꝙ materia sit quid per se existens sine corpore, immo quia est in ipso corpore in eodem loco existit in quo est corpus. rursum non est separata secundum esse, vt sic sit in eodem loco materia & corpus in quo est sicut vinum & dolium sunt in eodem loco: quia aliud est esse vini, & aliud dolij. duo ergo facit; quia primo probat materiam non esse separatam à corpore loco. Secundo ostẽdit eam non esse separatam secundum esse. ibi [Sed si in aliquo existit.] Dicit ergo ꝙ aut impossibile est vtrumq; : videlicet materiam esse separatam, & loco & esse: quia si est ens. i. existens separata loco à corpore, tunc nullum possidebit locum, erit ergo vel sicut aliquis punctus vel sicut vacuum siue sicut corpus insensatum, vacuum.n. & corpus insensatum idem est; vel erit sicut corpus insensatũ. i. sicut corpus non accupans locum, hic autem horum dictorum quodcunq; ponatur non contingit rationabiliter ponere. nam hic. i. materia & subiectum ex quo generatur aliquid necesse est esse in aliquo loco. In eodem.n. loco in quo erat id quod est corruptum est postea id quod est generatum, & quia quod generatur ex eo. i. ex subiecto aliquo semper est alicubi, quapropter & illud ex quo fit generatio vel secundum esse vel secundum accidens supple necesse est alicubi esse, sed si materia poneretur separata magnitudine & poneretur per se existere nõ esset in loco, nec per se nec per accidens. ergo nihil potest fieri: quia tunc factum ex ea nusquam esset. Deinde cum dicit.

Sed si in aliquo existit siquidem separatum ita vt nullius secundum se aut secundum accidens aliquid sit contingunt multa & impossibilia.

Improbat secundum membrum. videlicet. ꝙ materia non est separata secundum esse, & duo facit. quia primo dicit ad hanc positionem sequi impossibilia. Secundo narrat impossibilia illa. ibi [Dico autem.] Continuetur sic vt patet non potest poni materia separata, & per se existere, sed si diceretur ꝙ est in aliquo corpore, & non est separata loco, sed existit siquidem quid separatum. supple secundum esse, ita vt nullius corporis sit aliquid per se nec per accidens, sicut vinum est in vase, tamen quia separatum est à vase secundum esse, nihil est vasis nec per se nec per accidens, si sic dicamus de materia multa impossibilia contingunt. Deinde cum dicit.

Dico autem. verbi gratia. si generabitur aer ex aqua non aqua erit transmutata.

Narrat illa impossibilia quæ contingunt sic dicentibus, & tria facit secundum ꝙ tria talia inconuenientia adducit. Secunda ibi [Sed propterea.] Tertia ibi [Amplius neq;.] Dicit ergo, bene dico ꝙ multa impossibilia sequuntur ad dicentes materiam esse in corpore, & non esse separatam ab eo loco secundum esse, quia si hoc esset aer posset generari ex aqua siue ex materia quæ est in aqua, aqua non transmutata, quod est inconueniens, cum.n. generatio vnius sit corruptio alterius, quę enim differunt secundum esse per se loquendo, & secundum Tex.c ꝙ huiusmodi potest esse transmutatio in vno, alio non transmutato,

(Right margin beside "quo erat id quod est": Tex.c)

transmutato, non oportet ergo aquam transmutari, ad hoc ꝙ ex materia quæ est in ea aliquid generetur, cum ponatur non esse idem esse atque & materiæ quæ est in aqua. Deinde cum dicit.

Sed propterea quod vt in vase aqua inest materia eius cu ius est. Infinitas enim nihil prohibet materias esse. Quapro pter & generari actu.

Adducit secundum inconueniens dicens, ꝙ propterea quia ponitur, ꝙ vt aqua est in vase, sic materia est eius in quo est, nihil prohibet infinitas materias esse in aliquo, vt infinitas materias esse in aqua. nam cum materia non occupet locum, & ponatur sic esse in aqua, vt aqua in vase, qua ratione in aqua potest esse vna materia, pari ratione in ea poterunt esse infinitę materię. nam si aqua non occupat locum infinitę aque possunt esse in eodem vase, & quia semper ex materia potest aliquid generari infinita actu possent generari ex ipsa aqua in qua essent infinitæ materiæ quod est inconueniens, non enim ex eodem finito infinita actu generari possent. Deinde cum dicit.

Amplius neque sic videtur generari aer ex aqua vt exiens à manente.

Adducit tertium inconueniens. nam est inconueniēs hæc positio: quia repugnat apparentibus. nam si materia esset in aqua, sicut aqua in vase, generatio nihil esset aliud nisi exitus à manente, sicut. n. aqua exit à vase manente, & permanente vase sine transmutatione, sic exiret ab aqua quod generaretur ex materia existente in ipsa aqua, sed hoc repugnat apparentibus, non. n. videtur generari aer ex aqua vt exitus à manente, immo non ex aqua manente, sed ex aqua transmutata & corrupta est aer generatus. Vltimo cum dicit.

Tex.c.29 *Melius ergo omnibus inseparatam facere materiam esse, vt entem eandem & vnam numero, rationem autem non vnam.*

Concludit materiam inseparatam esse dicens, ꝙ omnibus. i. inter omnia melius est facere materiam esse inseparatam à corpore & à magnitudine, & facere eam nō entem eandem, & vnam numero per essentiam, ratione autem. i. secundum formam & esse debemus eam facere non vnam.

SEd neque puncta ponendum neq; lineas corporis materiam, propter easdem causas, illud autem cuius hæc vltima materia est, quare neq; vnquam neq; sine passione possibile est esse neque sine forma.

Positis rationibus ad imposibile ꝙ materia non potest separari à magnitudine & corporeitate. In parte ista ponuntur tres ostensiue. Ad cuius euidentiam aduertendum ꝙ indiuisibile secundum ꝙ huiusmodi, & sine magnitudine potest intelligi aliquid dupliciter. negatiue & priuatiue. negatiue. n. pūctus est indiuisibilis: quia non potest diuidi, sic etiam & linea est indiuisibilis non simpliciter, sed secundum latitudinem. priuatiue vero materia secundum se considerata est indiuisibilis: quia non potest diuidi secundum se, est tñ apta nata diuidi per quantitatem, priuatio. n. supra negationē addit aptitudinem, punctus igitur est indiuisibilis solū negatiue: quia nec diuiditur, nec est aptus natus diuidi. Duo ergo facit philosophus in ostendendo materiam secundum quod existit, & vt est aliquid in effectu, non esse separatam à magnitudine, & non esse quid indiuisibile negatiue, sicut punctus, vel etiam sicut linea quæ aliquo modo est indiuisibilis negatiue, inquantum secundum latitudinem nec diuiditur, nec est apta nata diuidi. Secūdo ostendit eam non esse quid indiuisibile priuatiue, vt ꝙ actu materia nullam habeat magnitudinem nec quantitatem, sed solum sit potentia diuisibiliter, & sit apta nata ꝙ sit quanta & magna. Secunda pars ibi [Generatur

Tex.c.30 quidem igitur.] Dicit ergo ꝙ non est ponendum materiam esse punctos neq; esse lineas corporis propter easdem causas. i. propter easdem positiones quas superius tetigimus. Ille. n. eædem rationes ducentes ad imposibile ostendentes materiam non esse separatam à magnitudine: quia tunc materia non esset alicubi, ostendere possunt materiam non esse puncta per se existētia, nec lineæ per se existētes, punctis. n. & lineis secundum ꝙ huiusmodi non debetur locus, & sicut propter illas causas, & propter illas rationes ducentes ad imposibile superius tactas ostendi potest materiam non esse puncta nec lineas, ita possunt adduci rationes ostēsiue ad ostendendum hoc idem. nam puncti & lineæ habent rationem vltimorum & terminorum, materia. n. de se est quoddam interminatum, interminatum. n. non est ipsi termini, sed est id quod per terminos terminatur & vltimatur, materia igitur non est puncti nec lineæ, sed est id cu ius hic. s. lineæ & puncti sunt vltima & termini, & quia terminabile non separatur à suo termino, cum materia terminetur & finiatur per puncta lineas formas & passiones, sicut nunq̄ est materia sine punctis & sine lineis vel sine magnitudine, ita nunq̄ est posibile eam esse, neque sine pasione, neq; sine forma. Deinde cum dicit.

Generatur quidem igitur simpliciter alterum ex altero, quemadmodum & in alijs determinatum est, & ab alio aut actu ente aut homogenus aut homoideus. verbi gratia. ignis ab igne, aut homo ab homine aut ab actu, durum enim à non duro generatur. Tex.c.30

Postq̄ ostendit materiam non esse quid indiuisibile negatiue: quia non est puncti neque lineæ, ostendit eam non esse quid indiuisibile priuatiue, vt ꝙ sit actu separata ab omni magnitudine & ab omnibus pasionibus. Et est ratio sua talis. quicquid fit, fit à sibi cōuenienti aliquo modo. nam vt est determinatum in alijs, vt in. 7. Meta. cum generatur alterum ex altero simpliciter, & generatur ab alio ente actu, vel generatur ab eo quod est actu homogeneos. i. eiusdē generis, vel ab eo quod est actu homoideos. i. eiusdem speciei. v. g. generatur homo ab homine, & ignis ab igne, sunt autē eiusdem speciei homo cum homine, & ignis cum igne, sed aliqñ generatio est ab actu secundum idem genus, generatur. n. durum à non duro: quia generatur à frigido, frigidum enim constringit & indurat, quicquid tamen fit semper generatur aliquid à sibi conuenienti aliquo modo, ita ꝙ agens & patiens in principio sunt disimilia, in fine vero similia, sed supplendum ꝙ materia separata ab omni actu & ab omni corporeitate, nec est similis, nec est disimilis, oportet ergo tam generans q̄ id ex quo generatur esse aliquid in actu, nunq̄ ergo materia ex qua fit generatio erit indiuisibilis priuatiue, vt ꝙ sit separata ab omni actu, & ab omni magnitudine, licet sit apta nata esse quanta & magna. Item sequitur illa pars. Tex.c.30 & 31.

Quoniam autem est & substentiæ corporeæ materia corporis talis, corpus. n. commune nullum, eadem passionis & magnitudinis est, ratione quidem separata. loco autem non separata, nisi & passiones separabiles. Tex.c.31

Quæ fuit diuisa contra totum præcedens. Continuetur autem sic. Postquam ostendit materiam generationis naturalis non esse separatam ab omni corporeitate & ab omni magnitudine. In parte ista ostendit eandem esse materiam augmenti & generationis naturalis. Intendit autem talem rationem. augmentum videtur respicere corpus & quantum secundum se. generatio vero respicit corpus in eo ꝙ naturale, sed idē est corpus & corpus naturale, cum non sit dare aliquod corpus separatum quod sit commune ad corpus secundum se & ad corpus naturale. ergo eadem erit materia substantię corporeæ, & substantiæ talis corporis. i. corporis naturalis, & si eadem est materia corporis & corporis naturalis, eadem erit materia pasionis. i. corporis pasionati siue

corporis

corporis naturalis.& per consequens generationis quæ respicit corpus tale & magnitudinis.i.augmentationis quæ respicit corpus magnum . ratione ergo & intellectu separata est materia generationis & augmenti. loco autem.i.subiecto & re non est separata materia huius & illius , nisi quis poneret passiones separabiles à substantijs,si.n.passiones separabiles essent,alia esset materia magnitudinum & passionum.& aliud est corpus & corpus naturale , & per consequens aliud esset materia generationis & augmẽti , sed de hoc in declarationibus tangetur. Deinde cum dicit.

Manifestum autem est ex quæsitis quoniam non est augmentatio transmutatio ex potentia magnitudine, actu autem nullam habentem magnitudinem . Separatum.n.eßet commune quidem , hoc autem quomodo impossibile dictum est in alijs prius.

Concludit conclusionem principaliter intẽtam.nam si materia generationis naturalis nunq̃ est separata à magnitudine & corporeitate, & eadem erit materia generationis & augmenti , manifestum est ex quæsitis,i.ex inuestigatis , quoniam augmentum non est transmutatio ex potentia magnitudine,actu autem nullam magnitudinem habentẽ:quia si hoc esset, separatum esset quidem quod est quid commune.i.separata esset materia à corporeitate,quod est quid commune,& vna in habentibus eam , vel aliter separatum esset quid commune.i. separatum esset aliquod corpus quod est commune ad corpus secundum se sumptum vel ad corpus naturale, quod est inconueniens vt prius dicebatur. vel etiam vt dictum est in alijs: quia in de cœlo & mundo ostensum est hoc esse impossibile, & si non est aliquod corpus,& corpus naturale, & non est alia materia secundum rem augmenti & generationis,nunquam materia augmenti separata erit à magnitudine , & corporeitate sicut nec materia generationis. Deinde cum dicit.

Amplius autem talis transmutatio non augmentationis propria, sed generationis. Augmentatio enim est existentis magnitudinis additamentum,diminutio autem minoramentum.ideo oportet habere aliquam magnitudinem quod augetur,quapropter non est sine magnitudine materia,oportet autem etiam & augmentationem & in actu magnitudinis, generatio autem magni corporis non augmentatio.

Adducit rationem sumptam ex parte proprij subiecti augmenti. nam ꝙ subiectum in generatione est corpus & ens in actu,hoc est per accidens: quia ens in potentia est proprium subiectum generationis, cum illud ens in potentia nunq̃ actu separatur à corporeitate, sed in augmento hoc est per se : quia subiectum proprium in augmentatione est corpus habens magnitudinem in actu,ideo ait ꝙ talis transmutatio in qua proprium subiectum esset ens in potentia non corpus in actu non esset propria materia augmentationis,sed generationis. & dicit propria: quia aliquo modo est eadem, & idem subiectum generationis & alterationis,proprium tamẽ subiectum hic & ibi differt. Quia autem in augmento non solum fit per accidens , sed etiam per se supponere corpus & magnitudinem,patet : quia augmentatio est existens additamentum magnitudinis,& diminutio est minoramentum,ideo oportet aliquam magnitudinem habere,quod augetur & quod auget,quapropter non sine materia magnitudine.i.non sine materia cum magnitudine oportet esse augmentum, & etiam debet esse materia in actu.i.secundum actum magnitudinis.aliter enim magis esset generatio corporis,non augmentatio.

Sed videtur ꝙ sibi philosophus contradicat. nam superius dixerat materiã generationis non separari à magnitudine , hic autem videtur innuere ꝙ in augmento materia non separatur à magnitudine , in generatione autem non sic . Ad quod dici potest ꝙ tam in augmento q̃ in generatione semper materia est coniuncta à magnitudini, sed in augmẽtatione videtur esse per se,in generatione autem non est per se,sed per accidens.

SVscipiendum vtiq; magis quasi tangentes quæstionem à principio , qualis alicuius entis augmentari & diminui causas quærimus.

Superius philosophus inquisiuit quæ videntur respicere augmentum cõmuniter. In parte ista venatur quæ videntur respicere augmentum pecialiter.Et duo facit: quia primo continuat se ad dicenda . Secundo exequitur de intento.ibi[Videtur vtiq; eius.]Dicit ergo ꝙ suscipiendum est vtiq; quasi magis specialiter tangentes quæstionem à principio.i.ad principale quęsitum. nam quia aliquo adueniente fit augmentum,& recedente fit diminutio,ideo quæramus causas & rationes de illo aliquo quo contingit augeri & diminui , cuius & qualis sit entis.i.entitatis.vtrum.videlicet.sit corpus vel incorporeum. Deinde cum dicit.

Videtur vtique eius quod augetur quæcunque pars aucta eße. similiter autem in diminutione minor esse generata. Amplius autem adueniente aliquo augmentari & recedente diminui.

Exequitur de intento: quia primo venatur causas & rationes augmenti:& ea quę specialiter requiruntur ad augmentum arguendo.Secundo soluendo. ibi [Quoniam autem quæsitum est.] Circa primum duo facit: quia primo præmittit duas conditiones quæ requiruntur ad augmentum. Secundo arguit contra ea quæ dixerat.ibi[Necesse est augeri.]Vna conditio quæ requiritur ad augmentum est: quia videtur eius quod augetur quæcunq; pars esse aucta, & in diminutione similiter quęlibet pars videtur esse generata minor.Amplius alia conditio quæ requiritur ad augmentum est aliquo adueniente augmentari , & aliquo recedente diminui. Deinde cum dicit.

Necesse autem augmentari aut incorporeo aut corporeo.

Arguit contra prædicta . Ad cuius euidentiam notandum prędictas duas conditiones sic se habere quod destructa secunda destruitur prima,destructo.n.non fieri augmentum aliquo adueniente destruitur ꝙ quælibet pars augmenti sit aucta.nam ideo quælibet pars aucti est aucta : quia cuilibet parti aliquid additur & ad quamlibet partem aliquid aduenit , ideo solum arguit contra secundam conditionem , ꝙ non fiat augmẽtum aliquo adueniente, & duo facit. quia primo facit quod dictum est . Secundo remouet quãdam cauillationem. ibi[Sed nec sic cõtingit.]Circa primum duo facit: quia primo ponit quãdam distinctionem. Secundo destruit vtrumq; membrorum.ibi[Si quidem igitur.]Dicit ergo ꝙ si fit augmentum aliquo adueniente necesse est augmentari aut corporeo aut incorporeo. illud.n.adueniens vel erit corpus aut nõ corpus. Deinde cum dicit.

Si quidem igitur incorporeo est separatum quod commune.impossibile autem materiam à magnitudine separari vel esse separabilem,quemadmodum dictum est prius.

Destruit vtrumq; membrum.primo.n.ostendit non fieri augmentum adueniente incorporeo. Secundo adueniente corporeo.ibi[Si autem corporeo.]Ad euidentiam autem primæ partis notandum philosophum supponere ꝙ de necessitate requiratur materia in augmento & in transmutatione. hoc autem supposito ait , ꝙ si fiat augmentum adueniente incorporeo , quia semper fit augmentum adueniente materia quæ supponitur in omni transmutatione , sequetur ergo ipsum materiale elementum quod est quid commune omnibus generabilibus esse separatum à corporeitate , sed quemadmodum dictum est primo . impossibile est materiam esse separabilem à magnitudine, & à corporeitate. Deinde cum dicit.

Si autem corporeo duo in eodem loco corpora erunt, & quod augetur & quod auget. Est autem & hoc impossibile.

Destruxit secundum membrum: quia fieret augmentum adueniente corpore. duo corpora erunt in eodem loco quod augetur & quod auget. Est aũt hoc impossibile ꝙ duo corpora simul ita sint. Deinde cum dicit.

Tex.c.33 *Sed nec sic contingit fieri ac generari dicere augmentationem & diminutionem, vt quando ex aqua aer, tunc enim maior tumor generatus est.*

Remouet quandam cauillationem. & duo facit: quia primo ponit cauillationem. Secundo eam destruit. ibi [Non.n. augmentatio.] Dicit ergo ꝙ non contingit sic dicere, sic generari & fieri augmentum & diminutionem sicut quidam dicebant. cauillose.n. & sophistice aliqui de augmento determinantes dicebant ꝙ cum ex aqua fit aer factum est augmentum: quia tunc maior tumor generatur, hęc autem positio si vera esset annihilaret argumenta philosophi: quia nec adueniente corporeo nec incorporeo fieret augmentũ. Deinde cum dicit.

Non autem augmentatio hæc, sed generatio quidem eius in quod transmutatur erit, corruptio autem contrarij. Augmentatio autem neutrius.

Destruit hanc cauillosam ostensionem. Ad cuius euidentiam notandum in prędicta generatione tria esse consideranda, aquam quæ corrumpitur, aerem qui generatur, & quod est idem vtriqꝫ. tria autem facit: quia primo ostendit in prædicta transmutatione non saluari augmentum quantum ad aquam quæ corrumpitur, vel quantum ad aerem qui generatur. Secundo ostendit non posse saluari augmentum quãtum ad id quod est commune vtriqꝫ. Tertio narrat cõditiones augmenti vt magis manifesta sint quę dixerat. Secunda ibi [Sed aut nullius.] Tertia ibi [Hæc autem tria sunt.] Dicit ergo ꝙ hic.s. prędicta transmutatio non est augmentatio, nec aeris nec aque, sed est generatio eius in quod transmutatur.s. aeris, & erit corruptio contrarij.i. aque quæ transmutatur in aerem, augmentatio tamen erit neutrius. Deinde cum dicit.

Sed aut nullius aut si aliquod commune amborum existit eius quod generatur & eius quod corrumpitur. v. g. si corpus, aqua autem non aucta est, neq; aer. hoc quidem deperiit, hoc autem generatur est, corpus autem est siquidem auctum est, sed & hoc impossibile. oportet autem saluare rationem & existentiam eius quod augetur & diminuitur.

Ostendit non esse augmentum eius quod est commune vtriqꝫ, augmentatum.n. debet manere & esse in tota trãsmutatione. ergo cum ex aqua fit aer. aqua non potest esse aucta: quia non manet, nec est in fine transmutationis, nec aer est auctus: quia solum incipit esse in fine transmutationis, aut ergo nullius est augmentatio, aut si aliquo volumus saluare augmentum dicemus ꝙ aliquid existit commune amborum, eius.s. quod generatur, & eius quod corrumpitur. ver. g. si corpus vel si materia est huius commune id forte dicetur auctum, aqua ergo non est aucta: quia deperit, nec est aer qui est generatus. si quod ergo auctum est corpus, aut materia quæ est quid commune prædictis videtur auctum esse, sed & hoc est impossibile, licet habeat quandam apparẽtiam: quia oportet saluare ratione & existentia substantiam eius quod augetur & diminuitur, sed substantia materiæ non manet eadem secundum existentiam & rationem.i. secundum esse & diffinitionem in aqua corrupta & in aere generato, ideo enim non competit ei augeri. Notandum autem quòd existentia & ratio competit materiæ per formam, ideo secundum quod mutat formam mutat rationem & esse. Item notãdum quòd philosophus cũ loquitur hic de materia quæ est quid commune aeri & aque nominat ipsum corpus: quia antiqui philosophi omnes posuerũt materiam esse corpus, ideo contra eos disputans more eorum loquitur nominando materiam esse corpus. vtrum autem possit intelligi quod hic Arist. ait de ipso corpore, forte in declarationibus dicetur. Deinde cum dicit.

Hæc autem tria sunt, quorum vnum est quantamcunq; partem maiorem esse eius quod augetur magnitudinis. v. g. si caro carnis, & adueniente aliquo, & tertium vt saluetur quod augetur & maneat.

Narrat conditiones augmenti vt magis manifesta sint quæ dixerat, & duo facit. quia primo facit quod dictum est. Secundo: quia ex conditionibus augmẽti apparet solutio cuiusdam quæstionis. mouet quæstionem illam. ibi [Queret autem aliquis.] Circa primum tria facit. quia primo narrat dictas conditiones. Secundo propter prædicta comparat augmentum ad generationem & alterationem. Tertio per huiusmodi cõditiones augmenti redit ad destruendam cauillationem prius positam. Secunda ibi [Cum generatur.] Tertia ibi [Si itaqꝫ erit.] Dicit ergo ꝙ hæc tria sunt quæ requiruntur ad augmentum, quorum vnum est, quãcunqꝫ partem eius magnitudinis quod augetur esse auctam & esse maiorem. v. g. si caro fit aucta quælibet pars carnis debet esse aucta. Secunda conditio augmenti est, ꝙ adueniente alio fiat augmentum. Tertium autem est ꝙ saluetur & maneat quod augetur. Deinde cum dicit. Tex.c.34

Cum generatur quidem aliquid simpliciter & corrumpitur, non manet idem, quod autem augetur aut alteratur aut minuitur manet idem. Sed tamen quidem passio aut magnitudo non manet eadem.

Propter ea quæ dixerat comparat augmentum ad alterationem & generationem. dixerat.n. augmentum manere, in hac autem conditione augmentum conuenit cum alteratione, & differt à generatione, ideo ait quòd cum aliquid generatur simpliciter, aut corrũpitur non manet, cum autem alteratur aut augetur aut minuitur manet idem quod augetur aut alteratur, sed tamen non manet eadem passio, nec eadem magnitudo, manet.n. quod alteratur, sed mutat passionem & qualitatem procedendo ab vno in aliam, sicut augmentatum mutatur secundum quantitatem procedendo à minori in maiorem. Deinde cum dicit.

Si itaq; erit prædicta augmentatio continget nullo adueniente neq; augeri & nullo recedente diminui, & non manere quod augetur, sed oportet hoc saluare, subiecta enim est augmentatio talis.

Redit ad destruendum cauillationẽ tactam per conditiones quas prędixerat de augmento. dicens, ꝙ si erit prædicta positio vera vt dicamus fieri augmẽtum cum ex aqua fit aer qui est rarior & fieri diminutionem cum ex aere fit aqua quæ est densior non saluabuntur conditiones augmenti: quia vt patet ponendo prædicta contingit augmentatio nullo adueniente, & continget aliquid diminui nullo recedente. Rursum vt patet per habita, continget non manere quod augetur, sed oportet saluare hic.i. has conditiones. subiecta.n. est.i. supposita est augmentatiuo esse talis. supponebatur.n. prius aliquo adueniente fieri augmentatum saluari atque manere quod augetur. Deinde cum dicit.

Quæret autem aliquis & quid est quod augetur, vtrum cui apponitur aliquid aut quod apponitur. verbi gra. si crus quod augetur hoc maius quod auget cibus, quare igitur non ambo aucta sunt, maius enim quod apponitur & cui, quemadmodum & quando miscens vinum aqua, similiter enim plus vtrunque. Tex.c.34

Ponit quæstionem quandam cuius solutio habetur ex prædictis, & tria facit. quia primo ponit quæstionẽ. Secundo soluit. Tertio manifestat quod in solutione sua posuerat.

posuerat. Secunda ibi [Aut quoniam huius.] Tertia ibi [Similiter & in alteratione.] Dicit ergo ꝙ quæret aliquis quid est quod augetur, vtrum augeatur id cui aliquid apponitur. ver. gra. si augetur crus hic est, ꝙ efficitur maius, & cui aliquid apponitur an supple augetur, id quod auget, quod autem auget est cibus, & quare non ambo dicuntur aucta, totum enim videtur maius quod apponitur, & cui apponitur, idest cibus & crus, quemadmodum quando miscens vinum aque vtrumque. i. totum videtur similiter auctum & esse plus. Deinde cum dicit.

Aut quoniam quidem huiusmodi substantia manet, huiusmodi autem non. v. g. cibi, quoniam & hic dominans dicitur in mixtione, vt quoniam vinum, facit. n. vini opus, sed non aque vniuersa mixtura.

Soluit dicens, ꝙ aut supple augmentatur crus cui apponitur aliquid vt cibus qui apponitur. Et est ratio: quia manet substantia huius, huius autem non manet substantia. v. g. cibi non manet substantia, sicut ergo in mixtione dominans dicitur augeri, ita & hic. crus autem quod dominatur & conuertit cibum ad naturam suam est id quod augetur. si ergo misceatur aqua cum vino & vinum conuertat ad se aquam, vinum dicetur auctum quoniam manet, facit. n. vini opus, sed illa vniuersa mixtura aque & vini nõ dicetur aucta, non enim est aucta aqua & vinum, sed solum vinum, cum solum cum ponitur faciat vini opus, & non aque. Deinde cum dicit.

Similiter & in alteratione, quoniam si manet caro ens & quod aliquid est, passio autem aliqua existit eorum quæ secundum se accidentium quæ prius passio non existebat alteratum est hoc.

Manifestat quod in solutione supposuerat. & duo facit secundum ꝙ dupliciter manifestat quod dixerat. Secunda ibi [Quia autem alteratum est.] Supposuerat. n. ꝙ quia non manet cibus, sed manet crus, augetur crus & non cibus, hoc autem manifestat per simile dicens, ꝙ similiter & in alteratione: quia manet caro ens, & ꝙ est aliquid permanens, passio autem aliqua de numero eorum accidentium secundum se. i. passio aliqua quæ secundum se est accidens existit quæ passio non existebat prius, ideo. s. alteratum est hic. i. alteratum est subiectum quod manet non passio supple quæ est de nouo introducta & non manet, & tunc complenda est ratio. videlicet. ꝙ est similiter in alteratione & augmẽtatione, cum in alteratione quia manet subiectum & non passio, alteratum est hoc. i. subiectum quod manet. ergo in augto: quia manet crus & non cibus augmentatum erit crus quod manet. Deinde cum dicit.

Quomodo autem alteratum est, hoc quandoque quidem nihil passum est, neq; alterata est substantia, quandoq; autem & illud. Sed alterans est principium motus in eo quod augmentatur & alteratur in his mouens, quoniam & ingrediens generatur vtiq; magis & accipiens illud corpus. v. g. si ingrediens fiat vtiq; id specie oportet corruptum esse hoc patiens & mouens non in hoc.

Manifestat hoc idem alio modo distinguẽdo de principio alterato dicens, id quod alteratum est hic tale principium alteratiuum, quandoq; quidem nihil est passum neque alterata est substantia eius. i. vnum principium effectiuum alterationis est alterãs inalteratum vt anima vegetatiua aliud alterans alteratũ vt cibus, ideo subdit quòd quandoque, & illud supple quod alterat, alteratur, alterans ergo primum quod est principium motus vt anima vegetatiua est in eo quòd augetur & alteratur sed in his. i. in alterantibus alteratis, ideo est mouẽs qm est ingrediens, ideo enim cibus alterat, quia ingreditur membrum transit in substantiam eius, quia si cibus esset accipiens id corpus. i. reciperet formam illius corporis ad quod trahitur. i. si reciperet formam carnis existens, per se, & vt ingrediens ad membrum generaretur vtique magis. i. esset ibi generatio magis quàm augmentum. verbi gratia si cibus ingrediens fiat vtique species. i. accipiat illam speciẽ, & illam formam carnis ad quam ingreditur, & hoc patiẽs corrumpitur, ita quod est mouens nõ hic. i. non ad formam propriã sed mouetur ad formam carnis, vel mouens non in hoc ꝙ mouens principale. i. anima vegetatiua. cum non in hoc. i. in cibo, sed in carne. Notandum ex verbis philosophi haberi quòd cum duplex sit alterans vnum inalteratum aliud alteratum, alterans inalteratum est in carne non in cibo, ideo caro manet, cibus autem quod est alterans alteratum non manet, & tunc supponenda est ratio eius quòd caro augetur quæ manet & non cibus. Item notandum quòd accipere aliquid formam carnis potest intelligi dupliciter. vel per se existens, & tunc est generatio. vel vt coniunctum alteri, & tunc est augmentum, vt infra dicetur. cibus ergo accipit formam carnis, sed accipit eam non per se existens, sed vt coniungitur membro. ideo dixit philosophus quòd si cibus non esset ingrediẽs ad corpus quod est membrum & acciperet formam eius magis vtique esset generatio quàm augmentum. Item notandum quòd cum cibus ingreditur ad membrum resoluitur in partes subtiles, & quia corpus subtile potest dici spiritus, ideo in illa transgressione potest dici factus spiritus, ideo cum alii textus habeant. si cibus ingrediens fiat vtique spiritus, & aliqui habeant. fiat vtiq; species. si considerentur prædicta vtrunq; exponi potest.

ex.

ex.

ex.

Qvoniam autem de his quesitum est sufficienter, oportet quæstionis tentare solutionem inuenire.

Postquam philosophus venatus est conditiones augmenti inquirendo & arguendo. In parte ista exequitur de intento soluendo & veritatem determinãdo, & duo facit. quia primo continuat se ad dicenda. Secundo exequitur de proposito. ibi [Saluantes manere id.] Dicit ergo quoniam quæsitum est. i. quærendo & arguendo quæsitum est sufficienter de his quæ requiruntur ad augmentum, oportet deinceps tentare inuenire solutionem quæstionis. Deinde cum dicit.

Saluantes manere id quod augetur & adueniente aliquo augeri, recedente autem diminui. Adhuc autem quodcunque signum sensatum aut maius aut minus generatum esse, & non vacuum esse corpus, neque due magnitudines in eodem, neq; incorporeo augeri.

Exequitur de proposito, & duo facit. quia primo narrat conditiones augmenti. Secundo dat modum augmenti saluando conditiones illas. Secunda ibi [Suscipiendum determinantes.] Ad euidentiam autem primæ partis notandum quòd quędam conditiones augmenti requiruntur ad augmentum tanquam saluanda, quædam vero tanquam vitanda. Saluanda enim sunt tria. primo quòd maneat id quod augetur. Secundo ꝙ augeri fiat aliquo adueniente, & diminui aliquo recedente, ad hoc autem saluandum est tertium quòd quęlibet pars aucti sit aucta & diminuta, ita quòd augmentum sit generatum maius secundum quodcunque signum sensatum. i. secundum quãcunque partem formalem & diminutum sit generatum minus. Conditiones autem vitande sunt tres. primo ꝙ non sit vacuum corpus. Secundo quòd non sint due magnitudines in eodem loco. Tertio quòd non contingat augeri adueniente incorporeo. Deinde cum dicit.

Suscipiendum determinantes prius vnumquodque quoniam anomiomera augentur, cum omiomera augentur, componitur enim ex his vnumquodque.

Dat

Dat modum augendi saluans conditiones prædictas & ostendit augmentum fieri non per vacuum, nec pro pter esse duo corpora in eodem loco, nec adueniente in corporeo, sed quia attrahitur alimentum ad singulas partes formales ipsius alimenti, secundum quem modum saluantur omnia quæ requiruntur ad augmentum. Duo ergo facit. quia primo secundum dictum modum saluat omnes conditiones augmēti. Secundo quia per alimentum saluare nititur conditiones illas quæ requiruntur ad augmentum, ideo de ipso alimento mouet quasdam quæstiones. Secunda ibi [Quæret autem aliquis.] Circa primum tria facit secundum quòd tres conditiones sunt saluande. primo enim saluat ꝙ quælibet pars aucti est aucta. Secundo quomodo manet id quod augetur. Tertio quomodo adueniente aliquo fit augmentum. Secunda ibi [Oportet autem intelligere.] Tertia ibi [Maius autem toto.] In saluando quamlibet partem aucti esse auctam tria facit. quia primo ostendit quomodo fiat augmentum. Secundo distinguit inter partem materialem & formalem. Tertio ex his quæ dixerat determinat veritatem intentam. Secunda ibi [Deinde quòd caro.] Tertia ibi [Quantumcunq; igitur.] Dicit ergo quòd suscipiendum est quomodo possunt saluari conditiones tacte, sed antequam hoc fiat determinemus prius vnumquodq; quomodo augetur. nam anomiomera .i. corpora partium dissimilium augentur cum augentur omiomera .i. corpora similium partium, vnumquodq;.n. dissimilium partium componitur ex his quæ sunt similium partium. manus.n. quæ est dissimilium partium: quia quęlibet pars manus non est manus cōponitur ex his quæ sunt similium partium: quia cōponitur ex carnibus ossibus & neruis quæ sunt similium partium, quęlibet.n. pars carnis est caro & ossis os & nerui neruus, ꝓpter quod augmētatis carnibus ossibus & neruis, quę sunt similium partium, & cōponunt manum, augmentatur & manus. Deinde cum dicit.

Tex.c.39 Tex.c.36 Tex.c.38

Deinde quidem caro & os, & vnaqueq; talium partium est duplex, quemadmodum & aliorum in materia speciem habentium, & enim materia dicitur & species, caro aut os.

Ponit quandam distinctionem de parte secundum formam, & secundum materiam. Ad cuius euidentiam notandum ꝙ pars secundum formam dicitur omne illud quod in se acceptum potest habere actionem talem, & in se consideratum habet formam talis. pars vero secundum materiam est illa quæ non nisi coniuncta potest habere actionem talem. ex quo apparet ꝙ non quælibet pars quantumcunq; minima est pars secundum formam: quia posset accipi ita modicum de carne, ꝙ si acciperetur minus, iam non haberet actionem carnis, vel non remaneret ibi species carnis, sed quælibet pars quantumcunq; minima est pars secundum materiā. nulla est enim pars adeo modica in qua non reseruetur species carnis, vt est coniuncta aliꝭ. licet non seruaretur ibi talis species si acciperetur secundum se, & quod dictum est de carne intelligēdum est de omnibus habentibus formam in materia. Prędictam enim distinctionem omnibus istis rebus materialibus adaptare possumus: quia est vinum secundum speciem & secundum materiam, vt dicatur vinum, vel lapis secundum speciem quod in se acceptum habet actionem vini, vel lapidis, secundum materiam vero quæ vt alteri coniuncta habet actionem talem. hoc viso leue est imaginari quomodo fit augmentum. In augmento enim transmutatur cibus ad singulas partes membri ad singulas partes quantumcunq; minimas, sed ad tales partes in quibus possit reseruari virtus & actio conuertendi ad se transmissum alimentum, & quia tales partes sunt secundum formam fit transmissio ad quamlibet partem secundum formam, & augetur quælibet pars secundum formam, non autem quęlibet secundum materiam: quia non fit transmissio ad partes minimas, in quibus non possit reseruari virtus, & actio per quæ fiat conuersio alimenti. primo ergo præmittit talem distinctionem quæ est caro, & os, & vnaqueque talium partium ex quibus componitur animal est dupliciter. videlicet secundum speciem, & secundum materiam: quia quemadmodum distinguendum est in aliꝭ rebus materialibus: quia vnumquodq; aliorum habentium speciem & materiam potest distingui hoc secundum speciem & hoc secundum materiam. est enim lapis secundum speciem, & secundum materiam, & vinum & secundum speciem & secundum materiam. & sic caro & os distinguenda sunt. est.n. caro materia, & caro species, & os materia & os species. Deinde cum dicit.

Qualemcunq; igitur partem augmentari & adueniente aliquo secundum quidem speciem est contingens. secundum autem materiam non est.

Præmissio quòd etherogenea vt manus & caput augentur per homogenea, idest per corpora similium partium, & ostenso quòd caro & os & talia similium partium dicuntur dupliciter, & secundum speciem & secundum materiam, determinat hic veritatem intentam quomodo hic corpora similium partium augentur secundum quamlibet partem. nam quamlibet partem talium corporum augeri adueniente aliquo est contingēs & est verum secundum speciem, non autem est verum secundum materiam. Deinde cum dicit.

Oportet autem intelligere quēadmodum si aliquis mensurabit eadem mensura aquam. semper.n. aliud & aliud quod generatur. sic vtiq; augmentatur materia carnis, sed non partium cuiuscunq; aliquid generatur. Sed hoc quidē defluit hoc aūt aduenit formæ, aut & cuiuscunq; speciei particule. Tex.c.36

Ostenso qūo quælibet pars aucti est aucta: quia est verum secundum speciem non ſm materiam. ostendit qūo oportet saluari & manere idem quod augetur, & quod minuitur idem secundum formam non ſm materiam. Duo aūt facit. quia primo facit quod dictum est. Secūdo redit ad manifestandum qūo quælibet pars aucti est aucta, adducens quoddam idoneum exemplum ad propositum. ibi [In anomiomeris.] Ad euidentiam Tex.c.37 autem primæ partis notandū ꝙ forma magis continet Tex.c.90. materiam ꝙ̄ materia formam. vnde sic circa finem primi de Anima scribitur ꝙ anima magis continet corpus ꝙ̄ corpus animam, sic ergo imaginari debemus ꝙ quā diu viuit animal tandiu manet idem ſm animam, & secundum formam, sed tn̄ anima & forma aīalis licet semper maneat eadem: aliqn̄ tamen est in plurali materia, vt cum animal augetur. aliqn̄ in pauciori, vt cum minuitur. forma ergo manet eadē. materia vero fluit & refluit. Ideo ait, ꝙ oportet sic intelligere augmētum, quēadmodum si aliquis mensuraret aquā eadem mensura vt eodē corio, siue eodem vtre: qa si ab eodem vtre flueret & reflueret aqua, semper aliud & aliud agereꝛ, quia semper alia & alia aqua flueret & reffueret, sed supple nunc continēs aquas semper maneret idē. sic vtiq; cum augmentatur aliquid materia carnis fluit & refluit, sed continens huiusmodi materiā semper manet idem. Ideo ait ꝙ cuiuscunq; partium ſcđm formam aggeneratur aliquid, sed partes secundū materiam hęc quidē defluit hic autē aduenit, ita ꝙ materia nō manet, sed defluit & aduenit, forma autē supple manet & cuiuscunq; particule spēi, & sint aliqd aggeneratur manet. ergo id quod augeꝛ manet ſm formā non ſm mām. Deinde cū dicit.

In anomiomeris autem hoc magis manifestum. ver. gra. manui quoniam proportionaliter auctum est manifestum. Tex.c.37

Reddit ad ostendendum quomodo quælibet pars aucti est aucta, & duo facit. quia primo adducit quoddam exemplum ad propositum. Secundo ostendit illud exemplum esse idoneum & bonum. ibi [Materia

enim alia.] Dicit ergo ꝙ hoc.s. videre quomodo quælibet pars aucti est aucta est magis manifestum in anomiomeris.idest in corporibus dissimilium partium. verbi gratia.in manu videtur quòd organum manus proportionaliter est auctum: quia proportionaliter quilibet digitus, vel quælibet pars manus augetur, quod nõ esset nisi ad quamlibet partem transmitteretur alimentum, & quælibet pars esset aucta. Deinde cum dicit.

Materia enim alia ens manifesta magis hic quàm in carne & omiomeris.

Ostendit hoc exẽplum esse conueniens & idoneum, & tria facit. quia primo facit quod dictum est. Secundo quod dixerat probat. Tertio concludit principale intentum. Secunda ibi [Ideo & mortui.] Tertia ibi [Qua propter est quidem.] Dicit ergo quòd materia quæ est alia ens & differens à specie est magis manifesta hic.s.in manu & brachio, & in alijs quæ sunt dissimilium partium quàm in carne vel in osse, vel in alijs omiomeris quæ sunt similium partium, & quia in istis sunt magis manifesta quæ sunt secundum speciem, & quæ sunt secundum materiã, ideo in talibus est manifestum quod diximus, videlicet quomodo quælibet pars aucti est aucta & quomodo quælibet pars secundum speciem augetur. Deinde cum dicit.

Ideo & mortui magis videtur esse caro & os quàm brachium & manus.

Probat quod supposuerat. dixerat enim quòd in manibus, & in talibus quæ sunt dissimilium partium est magis manifestum quid est secundum materiam, & quid non, vel quid est secũdum speciem, vel quid non, quàm in his quæ sunt similium partium. Ad cuius euidentiam notandum quòd actio facit scire formam, & quia actio manus & brachij & huiusmodi organorum quorum est mouere, & agere aliquas actiones extrinsecas est magis nota, quàm actio carnis, vel ossis quorum est conuertere alimentum & agere actiones extrinsecas, & ideo mortui magis videntur esse caro & os, quàm manus & brachium. secundum enim intentionem philosophi mortui nihil talium sunt, & nihil talium habent: quia secundum ipsum caro mortua non est caro, nec manus mortua est manus nisi equiuoce, tamen non est ita notam carnem mortuam non esse carnem, sicut manum mortuam non esse manum: quia non est ita nota actio carnis sicut actio manus. ergo eo ipso quòd caro mortua magis apparet caro quàm brachium mortuum appareat brachium. probatum est quod fuit suppositum, videlicet ꝙ in carne & osse magis latet quid est secundum speciem, & quid secundum materiam q̃ in manu & brachio. Deinde cum dicit.

Q uapropter est quidem sic quãtumcunq; carnis auctum est, est etiam vt non. secundum speciem quidem enim quodcunq; aduenit, secundum materiam non.

Concludit conclusionem intentam, videlicet quancunque partem carnis esse auctam, & quodcunque signum esse auctum. est autem vt sic, est autem vt non: quia secundum speciem vnicuiq; parti aliquid aduenit & quælibet pars est aucta: sed secundum materiam non. Deinde cum dicit.

Tex.c.38 *Maius autem totum generatur adueniente aliquo quod vocatur cibus, & contrarium transmutante in eandem speciem. verbi gr. si sicco adueniat humidum, cum autem adueniat transmutatur humidum et generatur siccum. Est quidem sint simile simili augmentatur, est autem vt dissimili.*

Ostenso quomodo saluatur vna conditio augmenti, vt quomodo quælibet pars aucti est aucta: quia quælibet pars secundum formam non secundum materiam & ostenso quomodo manet id quod augetur, & diminuitur: quia manet secundum formam non secundum materiam, cum materia fluat & refluat. ostendit quomodo adueniente aliquo fit augmentum dicens, quòd totum membrum generatur maius adueniente aliquo quod vocaẽ cibus, & huiusmodi cibus in principio est cõtrarius ipsi mẽbro, mẽbro dico transmutante ipsum cibum in speciem eandem.i.in speciem propriam: quia trahit ipsum ad materiam suam. verbi gratia. si membro sicco adueniat alimentum humidum cum aduenerit tale, tale membro sicco transmutatur in naturam mẽbri, & generatur & efficitur siccum quod erat prius humidum. Et ex hoc soluta est quæstio quam antiqui difficilem reputabant, vtrum augeretur aliquid per simile, vel dissimile. nam vno modo simile augetur à simili. alio modo à dissimili. alimentum enim per quod fit augmentum in principio est dissimile, in fine simile.

Notandum autem ꝙ philosophus sigillatim ostendit quomodo saluantur conditiones saluande in augmento: quia ostendit quomodo quælibet pars aucti est aucta, & quomodo manet illud quod augetur, & ꝙ aliquo adueniente fit augmentum. Quomodo autem vitantur conditiones vitande non ostendit: quia potest esse per habita manifestum. nam cum fiat augmentum per cibum, & cibus sit corpus, non fit augmentum adueniẽte incorporeo. rursum cum augeatur membrum: quia conuertitur cibus in ipsum, non fiet augmentum per vacuitatem, sed per cibi conuersionem. Amplius cum non conuertatur cibus in membrum, nisi quia cuilibet parti secundum formam aduenit aliquid ipsius cibi, cum ex hoc non sequatur duo corpora esse in eodem loco, non oportet ꝙ sint duo corpora in eodem loco, si debeat fieri augmentum.

Q Veret autem aliquis quale oportet esse ex quo augetur. Manifestum vtique quoniam potentia est illud. verbi gratia. si caro potentia carnem, actu autem aliud, corruptio vtiq; hoc caro generatum est. Tex.c

Postquam philosophus dedit modũ augmenti ostendendo augmentum fieri per attractionem alimenti ad suas partes formales secundum quem modum absque inconuenienti aliquo saluatur quæ requirunt ad augmentum. In parte ista mouet quasdam quæstiones circa alimentum & alitum, & duo facit. quia primo mouet quæstiones prædictas. Secundo quia ad augmentum concurrit tam generatio quàm nutritio, comparat augmentum ad generationem & nutritionem. ibi [Quantum autem nullæ.] Circa primum duo facit. quia primo mouet quæstionem de alimento secundum quod patitur ab alito. Secũdo mouet quæstionem de eo prout alitum patitur ab ipso. ibi [Quod igitur & ab hoc.] Circa primum duo facit. quia primo ostendit quomodo alimentum patitur ab alito quod conuertitur in ipsum. Secundo dat modum huius cõuersionis. ibi [Non igitur hic est.] Dicit ergo quòd quæret aliquis quale oportet esse quo augetur.i.alimentum quo aliquid augetur, & soluit quòd alimentum est potentia id quod auget. verbi gratia. si caro est illud quod augetur per alimentum, oportet ipsum alimentum esse potentia carnem. actu autem aliud: quia corrupto hoc.i.alimento generatum est, id quod est caro, ex quo apparet quòd alimentum patiatur: quia corrumpitur & conuertitur in alitum. Deinde cum dicit. Tex.

Non igitur hoc ipsum secundum se. generatio autem esset non augmentatio, sed quod augetur hoc.

Dat modum conuersionis, nam quòd in cibo generetur forma carnis potest intelligi dupliciter, vel quòd cibus per se existat & accipiat formam carnis, vel quòd huiusmodi cibus non per se existens, sed coniunctus

membro

membro accipiant talem formam. igitur in augmento hoc ipsum alimentum non secundum se existens conuertitur in carnem: quia tunc esset generatio non augmentatio. sed quod augetur est hoc supple quòd in se manet & conuertit ad se alimentum. Deinde cum dicit.

Quod igitur & ab hoc est patiens, auctum est aut mixtum. quemadmodum si quis vino superfundat aquam, hoc autem potest vinum facere, quod mixtum est. quemadmodum ignis facit vstum tangens vrenda. Ita in eo quod augetur & est actu caro quod inest augmentatiuum adueniente potentia carne facit actu carnem.

Ostenso quomodo membrum agit in cibum, ostendit quomodo patitur ab eo, & duo facit. quia primo facit quod dictum est. Secundo assignat modum talis passionis. ibi [Igitur simul ente.] Dicit ergo quod auctum igitur, idest membrum quod augetur est patiens ab hoc, idest ab alimento, & soluit aut mixtum, idest patitur mixtionem quandam. nam quemadmodum si aliquis vino perfundat aquam, hoc quod mixtum est potest facere quod vinum, idest potest facere opera vini, sed tamen non est vinum purum, sed vinum mixtum, ita alimentum conuersum in carnem facit carnem mixtam: quia non est caro ita pura sicut prius. & si quæratur quomodo caro potest ad se conuertere alimentum dicemus quòd quemadmodum ignis tangens vrenda facit id quod tangit vstum, idest adustum & ignitum ita in eo quod augetur quod est actu caro augmentum, idest alimentum quod inest sibi, & quod aduenit ei facit ipsum actu carnem. alimento dico adueniente existente carne potentia. q. d. ꝙ sicut ignis quia est actu talis facit potentia ignita, ita membrum quod est actu caro facit cibum, qui est potentia caro actu carnem. Deinde cum dicit.

Tex.c.22 *Igitur simul ente si enim seorsum generatio est. Est enim ignem facere ad existentem adiungentes ligna. sed sic quidem est augmentatio. quando autem ipsa ligna per se incenduntur generatio est.*

Dat modum illius passionis. nam hoc modo membrum patitur à cibo mixtionem quandam: quia cibus simul membro coniungitur, ideo ait, simul igitur ente. si enim alimentum seorsum & separatum acciperet formam carnis vt superius dicebatur generatio esset. est itaque, idest contingit duobus modis ex lignis facere ignem. vno modo quòd ad ignem existentem adiungantur ligna, & sic quidem illud est augmentatio, sed si ipsa ligna per se incenderentur esset generatio. sic si cibus acciperet formam carnis per se existens generatio esset, sed si sit coniunctus membro augmentatur. Deinde cum dicit.

Tex.c.40 *Quantum autem vniuersale quidem non generatur. quemadmodum quidem nec animal: nec quidem homo, nec aliquid singularium. sed vt hic vniuersale, illic autem quantum.*

Determinat de augmento per comparationem ad generationem & nutritionem, & duo facit. quia primo comparat augmentum ad generationem. Secundo ad nutritionem. ibi [Caro autem.] Dicit ergo quòd simile est de generatione & augmētatione, quòd nunquam generatur, nec fit quantum vniuersale, sicut nec generatur animal vniuersale, nec homo nec aliquid aliud singularium talium quale singulare est huiusmodi. consuetudo autem est philosophi appellare speciem singularem respectu generis. cum ergo ait quòd non generatur vniuersale nec singulare, intendit quòd non generatur genus nec species. alia autem litera. vbi nos habemus nec. habet nisi, & tunc est planus textus: quia non generatur vniuersale nisi aliquid singularium, & tunc exponendum est singulare pro indiuiduo non pro specie. addit autem quòd sicut hic, vt in generatione fit vniuersale, ita illic generatur quantum, siue generatur qui est quantus, & quod est quantum: quia generato quanto particulari generatur quantum vniuersale, sicut generato particulari homine generatur vniuersalis homo. Deinde cum dicit.

Caro autem aut os aut manus & horum omiomera adueniente quidem aliquo quanto, sed non carne quanta. Secundum id igitur quod potentia vtrumque. verbi gratia. quanta caro sic auget, etenim quantam oportet generari & carnem. secundum id enim quòd solum substantia caro nutrit. etenim sic differunt cibus & augmentatiuum ratione. Tex.c.41

Comparat augmentum ad nutritionem, & duo facit. quia primo facit quod dictum est. Secundo dat causam tam augmenti quàm nutritionis. ibi [Hæc species si materia.] Circa primum tria facit: quia primo comparat nutrire ad augere. Secundo dat differentiam inter ea. Tertio concludit nutrimentum & augmentum aliquo modo esse eadem aliquo modo diuersa. Secunda ibi [Ideo nutritur.] Tertia ibi [Et nutrimentum.] Dicit ergo quòd caro & os quæ sunt corpora similium partium, & manus quæ est quoddam totum ad horum omiomera, idest ad carnem, & os, & ad corpora quæ sunt de numero talium similium partium. talia autem augentur aliquo quanto adueniēte, sed non carne quanta in actu. cibus enim quod auget & est caro quanta in potentia, & secundum quòd potentia vtrunque auget & nutrit. verbi gra. nam secundum ꝙ est caro quanta auget. oportet enim augmentari carnem quātam, idest carnem magnam siue carnem maiorem ad hoc vt fiat augmentum. secundum id autem quod est solum caro nutrit, & illo modo differunt cibus & nutrimentum: quia alia ratione fit augmentum, & alia nutrimentum. Deinde cum dicit.

Ideo nutritur quis quousq; saluatur & diminuitur, augmentatur autem non semper.

Dat quandam differentiam inter augere, & nutrire dicens. quòd quousꝗ diminuitur animal, & etiam quousque saluatur, semper nutritur: quia semper generatur caro, sed non semper augetur: quia non semper generatur caro quanta, idest caro magna siue caro maior. aliquando enim est maior deperditio quàm restauratio, & tunc licet ex nutrimento generetur caro, non tamen efficitur caro quanta. i. magna cum restauratio sit minor deperditione. Notandum autem specialiter philosophum dixisse quòd quandiu diminuitur animal, & etiam quandiu saluatur quòd semper nutritur: quia non est dubium quin cum augmētatur nutritur. Cum generatio carnis quante præsupponat generationem carnis. sed dubium forte esset vtrum cum diminuitur, vel etiam vtrum quandiu viuit animat possit dici quòd nutritur. Deinde cum dicit.

Et nutrimentum augmentationi id idem est quidem esse aliud. Secundum id enim quòd id quod aduenit potentia quanta caro augmentatiuum carnis est. secundum id autem quod solum potentia caro nutrimentum.

Concludit nutrimentum & augmentum esse aliquo modo aliud. dicens, quòd nutrimentum est id idem augmentationi: quia idem est subiectum vtrique secundum rem & essentiam, tamen secundum rationem & secundum esse est aliud. nam secundum quod aduenit membro, & est caro quanta potentia est augmentum carnis. secundum vero quod est solum potentia caro nutrimentum facit. Deinde cum dicit.

Hæc autem ſpecies ſiue materia, vt immaterialis potentia aliqua in materia eſt. ſimiliter autem & aliud quodcunque organum. ſi autem aduenit aliqua materia ens potentia immaterialis habens & quantum potentia hæ erunt immateriales maiores. Si autem amplius facere non poteſt, ſed vt aqua vino ſemper amplius. mixta in fine aquaticum facit & aquam, tunc diminutionem faciet quanti, ſpecies autem manet.

Aſsignat cauſam tam nutrimenti quàm augmenti. cauſa enim horum eſt natura animalis, ſed natura animalis poteſt mihi dicere vel materiam tantum vel formam tantum, vel cõgregatum ex vtroq;: & quia actiones ſunt ſuppoſitorum tota natura animalis eſt quod operatur in cibum & conuertit ipſum, & licet à tota natura ſit huiuſmodi actio, eſt tamen à tota natura ratione formæ, non ratione materię, ita ꝙ principale in actione eſt forma, ideo ait quòd hæc cauſa nutrimenti & augmenti eſt ſpecies. i. forma & natura carnis ſiue materia: quia ratio & principium huius actionis non debet attribui materiæ, ſed aliqua potentia vt eſt immaterialis. i. vt eſt formalis ſiue ipſa forma quę habet eſſe in materia eſt cauſa huius nutrimenti & augmẽti, & quod dictum eſt de carne dictum eſt de manu & de quocunq; alio organo, ſiue de quocunque membro: quia natura & forma exiſtens in tali membro eſt ratio augendi & nutriendi. Ideo ait, ꝙ ſi adueniat membro ſiue carni aliquid quod eſt ens in materia & ens in potentia reſpectu eius vt cibus qui eſt caro in potentia, tunc potentia immaterialis, id eſt potentia & virtus formalis, ſiue ſpecies & forma ſic habens virtutem & potentiam qua poſsit facere potentia quantum. i. potentia magnum, vt quòd poſsit plus conuertere quàm fiat deperditio erunt augmentum, & hę partes immateriales erunt maiores: quia forma erit in pluri materia. cum autem nõ poteſt amplius facere, tunc deficit augmentum, vel etiam deficit animal, tanta poteſt eſſe debilitatio virtutis. Sic etiam imaginari debemus ꝙ alimento ſemper generatur caro mixta & impura & propter huius impuritatem ita debilitatur virtus ꝙ non poteſt plus conuertere, vel etiam nec tantum quanta fit deperditio, & tunc ceſſat tempus augmenti. ad vltimum autem debilitatur intantum ꝙ non poteſt vlterius conuertere, & tunc deficit & moritur animal. vnde eſt ſicut aqua vino mixta quæ ſemper amplius mixta in fine facit vinum aquaticum & quaſi aquam, & tunc quando erit caro aquatica & impura faciet diminutionem quanti: quia ceſſabit tempus augmenti cum non poſsit plus reſtaurare q̃ fiat deperditio, tamen quia non ſtatim cum ceſſat augmentum deficit animal. ideo ſpecies & forma manet. ſed ad vltimum, vt dictum eſt, oportet ꝙ totum fiat aqua & quòd animal deficiat.

Tex.c.43 *Q**Voniam autem oportet primum de materia, & de vocatis elementis dicere, ſiue ſint ſiue non. & vtrum ſempiternale vnumquodque aut generatur qualiter, & ſi generatur vtrum exinuicem generentur omnia eodem modo aut aliquod primum eorum vnum eſt. Neceſſe eſt vtique prius dicere de quibus indeterminate dicitur nunc.*

Vt dicebatur ſuperius in hoc libro intendit philoſophus determinare de ipſa generatione, & de alijs motibus annexis. In ſecundo vero de ipſis naturaliter generatis. Determinabitur enim in ſecundo de materia & de elementis quomodo ex ſeinuicem naturaliter generantur, & quia determinare de tactu, & de actione & paſsione & de mixtione deſeruit tam generationi de qua determinatur in ipſo quàm & ipſis generatis de quibus determinatur in ſecundo, ideo antequam incipiat materiam ſecundi libri exequitur de prædictis, & duo facit. quia primo oſtendit quòd determinare de actione & paſsione & tactu & mixtione ſpectat ad præſens negocium. Secundo exequitur de prædictis. Secunda ibi [Principium autem.] Circa primum duo facit. quia primo oſtendit quòd determinare de prædictis ſpectat ad præſens negocium: quia deſeruit materiæ ſecundi libri. Secundo oſtendit quòd determinare de talibus deſeruit ipſi generationi, de qua tractatur in primo libro. Secunda ibi [Eſt autem congregatio.] Circa primum duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo aſsignat cauſam dicti. ibi [Omnes enim qui elementa.] Dicit ergo quòd in ſecundo reſtat dicere primum, id eſt principaliter de materia, & de vocatis elementis ſiue ſint huiuſmodi elementa ſiue non: & dato ea eſſe oſtendetur vtrum vnumquodque elementorum ſit ſempiternum aut generatur, qualiter. i. aliqualiter vnum ex alio, vtrum eodem modo generentur omnia ex ſeinuicem aut eorum elementorum eſt aliquod vnum primum. De elementis enim fuit triplex opinio apud antiquos. quidam enim poſuerunt omnia elementa ingenerabilia & incorruptibilia, vt Empedocles & ſui ſequaces. Quidam autem dixerunt ſolum vnum elementum eſſe tale, & ſecundum hunc modum omnia elementa acceperunt iudicem præter terram: quia nullus dicit illud corpus incorruptibile, & principium omnium eſſe terram. ſed aliqui dixerunt ipſum eſſe ignem aliqui aerem aliqui aquam. Quidam vero poſuerunt omnia elementa generabilia, & corruptibilia partim & eodem modo: quia nullum elementorum poſuerunt principium omnium, ſed aliquod medium inter ea dixerunt eſſe aliorum principium, qualitercunque tamen elementa ſunt generabilia ſi de ipſis elementis generatis volumus tractatum facere. neceſſe eſt vtique dicere prius de illis de quibus nunc ab antiquis dicitur indeterminate. i. neceſſe eſt dicere de mixtione tactu actione & paſsione: quia antiqui de talibus non protulerunt determinatam ſententiam. Deinde cum dicit.

Omnes. n. qui elementa generantes & quæ ex elementis ſegregatione vtuntur & congregatione & facere & pati.

Manifeſtat quod dixerat dicens, quòd omnes generantes elementa, & ea quæ ſunt ex elementis vtuntur congregatione & ſegregatione, & ita mixtione vtuntur & tactu: quia in congregatione quædam mixtio & quidam tactus reſeruatur. determinare ergo de iſtis deſeruit ipſis elementis generatis. inquantum antiqui determinando de eis vtebantur iſtis & non manifeſtant quid nomine talium importabatur. Deinde cum dicit.

Eſt autem congregatio mixtura quomodo autem miſceri dicimus non determinatum eſt manifeſte.

Oſtenſo quòd determinare de prædictis deſerint ipſis elementaribus corporibus generatis. In parte iſta oſtendit quòd determinare de his deſeruit ipſi generationi ſimpliciter ſumpte, & quia in Primo libro Magis determinatur de generatione ſimpliciter. in Secundo libro Magis de generatione hac, vt de generatione elementorum. ideo oſtenſum eſt quomodo tractatus iſtæ deſeruit materiæ ſecundi libri. nunc autem reſtat oſtendere quomodo deſeruiat materiæ primi libri. Circa quod tria facit. quia primo oſtendit hoc de mixtione. Secundo oſtendit hoc de agere & pati. Tertio de tactu. Secunda ibi [Sed nec alterari.] Tertia ibi [Sed ſi de facere & pati.] Dicit ergo quòd quia congregatio eſt mixtura quædam, & ſupple: quia ſecundum opinionem omnium antiquorum, generatio

generatio quædam congregatio est. vel etiam secundum veritatem congregatio & segregatio ad generationem faciunt: quia segregata & congregata existunt leuiter generabilia & corruptibilia. Cum autē sit ab alijs philosophis determinatum manifeste quemadmodum contingit aliquid misceri & congregari. congruum est supple ꝙ nos determinemus & ostendamus quomodo fit mixtio, cum hoc deseruiat ipsi generationi. Deinde cum dicit.

Sed nec alterari possibile nec segregari & congregari nullo faciente aut patiente.

Ostendit hoc idem de agere & pati, & duo facit. quia primo ostendit hoc ex parte modi secundum quem fit generatio. Secundo ex parte materialis principij quod in generatione subijcitur. ibi [Etenim plura.] Generatio autem fit per hunc modum, videlicet per congregationem & segregationem vel saltem fit per ipsam alterationem, quia non est possibile generationem realem esse nisi præcedat alteratio, cum non sit possibile neque alterari neque segregari & congregari nullo faciente neq; patiente, determinandum est supple de ipsa actione & passione. Deinde cum dicit.

Etenim plura elementa facientes generant in faciendo & patiendo adinuicem.

Declarat hoc idē ex parte materialis principij quod in generatione subijcitur, & duo facit. quia primo ostendit hoc quantum ad ponentes plura principia materialia. Secundo quantum ad ponentes vnum tantum. ibi [Quāuis ex vno.] Dicit ergo ꝙ facientes plura elementa materialia generant in patiendo & faciendo adinuicem. ergo etiam secundum sic ponentes determinādum est de actione & passione. Deinde cum dicit.

Quamuis quidem ex vno necesse est dicere factionem. & hoc recte dicit Diogenes, quoniam si non essent ex vno omnia nec esset facere & pati adinuicem. v.g. calidum infrigidari, & hoc calefieri rursus. non. n. caliditas & frigiditas transmutantur adinuicem, sed manifestum quoniam subiectum.

Ostendit hoc idem quantum ad ponentes vnum materiale principium. & duo facit. quia primo facit quod dictum est. Secundo concludit quomodo se habet vnitas materialis principij ad actionem & passionem. ibi [Quapropter in quibus.] Continuetur autem sic. ꝙ quamuis facientes plura materialia principia ponerent actionem & passionem, tamen si faceremus omnia ex vno principio necesse esset dicere actionem, & passionem esse, & ideo Diogenes recte dicebat quoniam si nō essent omnia ex vno materiali principio non esset facere & pati adinuicem. verbi gratia. negata vnitate materiæ calidum non infrigidaretur, & rursus hoc. s. infrigidatum non calefieret. Et est ratio: quia non transmutatur forma in formam. Caliditas autem & frigiditas non transmutantur adinuicem, ita quòd vna fiat alia, sed est manifestius. i. est valde manifestum quoniam est dare subiectum vtriq; formæ si volumus transmutationem saluare. Deinde cum dicit.

Quapropter in quibus facere est & pati, necesse est vnam substantiam horum naturam. omnia igitur talia esse dicere non verum. sed in quibus quòd adinuicem sunt est.

Ostendit quomodo se habet vnitas materialis principij ad actionem & passionem. quo ostenso apparet in quo bene dicebat Diogenes & in quo non. Nam dicere ꝙ in quibus est agere & pati necesse est horum vnam esse subiectam materiam verum est, sed dicere omnia esse talia & omnia cōmunicare in materia quę est transmutationis subiectum, non est verum, sed solum in quibus est verum dicere ꝙ sunt adinuicem transmutabilia, est dare vnam talem materiam. Diogenes ergo ponendo vnitatem vt saluaret transmutationem in hoc recte dixit, sed dicendo omnia esse talia, & omnia equaliter esse ex vna materia, male dixit. Quomodo autem sunt intelligēda verba Ari. in declarationibus patebit. ostendetur enim quomodo est vna materia omnium corporalium & quomodo non. Deinde cum dicit.

Sed si de facere & pati & mixtura videndum necesse est & de tactu. non enim facere hæc & pati possunt proprie quę non possibile adinuicem tangere nec non tangentia adinuicem qualiter contingit misceri primum. Quapropter de tribus his est determinandum quid tactus quid mixtura, & quid factio.

Ostendit ꝙ etiam oportet determinare de tactu dicens, ꝙ si videndum & determinandum est de facere & pati & de mixtura, determinandum est de tactu: quia non possunt bene, idest agentia & patientia facere proprie & pati, quod non est possibile tangere adinuicem. rursum qualiter contingit misceri primum. i. principaliter & proprie quæ non sunt tangentia adinuicem ergo tam ad agere quàm ad misceri sequitur tactus, quapropter de his tribus est determinandum, videlicet quid sit tactus quid mixtura & quid factio, vel etiam quid passio. actio enim & passio idem dicunt.

Principium autem accipiamus hoc. necesse enim quibus est mixtura entium esse hæc adinuicem tangibilia & si aliquid facit hoc autem patitur principaliter, & his similiter, ideo primo dicendum est de tactu.

Ostenso de prædictis tribus determinandum esse. In parte ista exequitur de eis, & tria facit. quia primo determinat de tactu. Secundo de actione & passione. Tertio de mixtura. Secūda pars ibi [De facere & pati.] Tertia ibi [Reliquum autem videndum.] Circa primum duo facit: quia primo dat causam & rationem, quare determinandum est prius de tactu. Secundo incipit determinare de ipso. ibi [Fere quidem igitur &c.] Dicit ergo. principium accipiamus hoc. i. tactum, vt ꝙ prius determinemus de ipso quàm de mixtione & actione: qa hic quæ sunt de numero entium quibus est mixtura necesse est adinuicem esse tangibilia, & si hic aliquid agit aut patitur principaliter. i. proprie vel his similiter supple inest tactus, ergo tactus videtur esse quid communius & prius actione & mixtione: quia sequit̃ ad vtrunque. ideo primo dicendū est de tactu. Deinde cum dicit. Tex.c.46 Tex.c.81 Tex.c.44

Fere quidem igitur & aliorum nominum vnumquodque dicitur multifariam & hæc quidem omonyme, hæc autem altera ab alteris & prioribus sic habet & de tactu. Tex.c.44

Determinat de tactu, & duo facit. quia primo ostendit tactum multipliciter dici. Secundo determinat de vnaquaq; acceptione ipsius. ibi [Sed tamen principaliter.] Dicit ergo ꝙ vt fere vnumquodq; aliorum nominum dicitur multifariam. i. multipliciter: quia quædam omonyme. i. equiuoce. quædam vero analogice: quia dicūtur altera ab alteris & prioribus. i. secundum prius & posterius, sic & de tactu quasi dicat, ꝙ sicut fere omnia dicūtur multipliciter, sic & tactus, & dicit fere quia forte non omnia nomina sunt multiplicia, multiplicitas autem tactus in hoc consistit: quia potest sumi proprie & metaphorice. Deinde cum dicit.

Sed tamen principaliter dictum existit in habentibus positionem, positio quidem quibus & locus. Etenim in mathematicis similiter dandum est tactum & locum, siue est separatum vnumquodq; eorum siue alio modo.

Ostenso tactum sumi multipliciter, determinat de vnaquaque acceptione eius, & duo facit: quia Primo determinat de tactu vt proprie sumitur. Secundo vt sumitur metaphorice. ibi [Quoniam autem mouēs.] Circa primum duo facit: quia primo venatur diffinitionem tactus proprie sumpti. Secundo concludit diffinitionem illam tanquam venatam. Secunda ibi [Quapropter manifestū.]

nifestum.] Circa primum tria facit secundum ꝙ tria venatur circa tactum. primo enim ostendit tangibilia habere positionem. Secundo habere vltima simul. Tertio esse actiua & passiua adinuicem. ex quibus omnibus habetur diffinitio tactus, videlicet quòd tactus est in habentibus positionem, quorum vltima sunt simul actiuis & passiuis adinuicem. Secunda pars ibi[Si igitur est vt determinatum.] Tertia ibi [Quoniam autem positio.] Dicit ergo ꝙ tactus si sit quid dictum principaliter.i.proprie existit in habentibus positionem, positio autem inest quibus & locus, & supplendum est: quia non possunt se tangere aliqua nisi sint in loco, oportet quibus inest tactus inesse positionem: addit autem ad maiorem expressionem veritatis ꝙ tactus & locus ita se cōitantur quòd mathematicis similiter dandum est tactum & locum, siue est separatum vnumquodq; eorum siue alio modo. Notandum autem ꝙ de mathematicis fuit duplex positio. vna fuit Platonis qui posuit ea esse separata secundum esse à sensibilibus. alia fuit Aristo. qui posuit ea esse in sensibilibus, sed secundum considerationem ea esse separata. est ergo intentum Aristot. ꝙ locus & tactus ita se inseparabiliter concomitantur quòd vbi ponimus vnum & aliud & eodem modo, & similiter sicut ponimus vnum & aliud. Deinde cum dicit.

Si igitur est vt determinatum est prius. tangere vltima habere simul. hæc vtique se tangunt adinuicem quæcunque determinatas megnitudines & positionem habentia simul habent vltima,

Inuestigat secundam conditionem dicens. ꝙ si ita est vt est determinatum prius.s. in.6. Physico. vbi dictum est ꝙ tangere est habere vltima simul oportet tangentia habere vltima simul. hic ergo vtiq; tangent adinuicem quæcunq; habent determinatas magnitudines & positionem & habent vltima simul. Deinde cum dicit.

Tex.c.22 *Quoniam autem positio quidem in quibus & locus existit. loci autem differentia sursum & deorsum, & prima talia oppositorum omnia ad se inuicem tangentia grauedinem vtiq; habent aut leuitatem aut ambo aut alterum. talia autem passibilia & actiua.*

Inuestigat tertiam conditionem, ꝙ tangentia debent esse actiua & passiua adinuicem dicens. ꝙ positio inest quibus existit locus, loci autem prima differentia est sursum & deorsum. talia autem sunt oppositorum, oportet autem ꝙ se tangentia habeant aliquam oppositionem adinuicem: ideo ait ꝙ omnia se tangentia adinuicem habent grauitatem, aut leuitatem, aut ambo, quantum ad elementa media, aut alterum quantum ad extrema. terra enim est solum grauis & ignis solum leuis, aer autem & aqua habent vtrunq;: quia respectu ignis sunt grauia respectu terræ leuia: quia ergo talia se tangentia sunt in loco, & competit eis differentia loci vt sursum & deorsum, cum hoc nō sit sine oppositione, oportet quòd talia oppositionem habeant, & ꝙ sint actiua & passiua adinuicem. Deinde cum dicit.

Quapropter manifestum est quoniam hæc tangere nata sunt adinuicem, quorum diuersis magnitudinibus simul vltima sunt existentibus motiuis & mobilibus adinuicem.

Concludit diffinitionem tactus tanquam venatam dicens. manifestum esse quòd illa sunt apta nata se tangere adinuicem quorum existentibus diuersis magnitudinibus, quantum ad conditionem primam quòd debet habere magnitudines determinatas & positionē, sunt vltima simul, quātum ad conditionem secundam motiuis & mobilibus adinuicem.i.actiuis & passiuis quantum ad conditionem tertiam. Deinde cum dicit.

Quoniam autem mouens non similiter mouet quod mouetur, sed hoc quidem necesse est motum & ipsum mouere, hoc autem immobile ens, manifestum quoniam in faciente dicemus similiter.

Postquam inquisiuit de tactu proprie, incipit inquirere de tactu metaphorice, & duo facit. quia primo cōparat actionem ad motum, & agentem ad mouentem. Secundo ex huius comparatione facta venatur quomodo habeat fieri tactus mathematicus. ibi [Id igitur manifestum.] Circa primum duo facit, quia primo cōparat mouentem ad agentem secundum conuenientiam. Secundo secundum differentiam. ibi[Et enim mouens.] Ostendit ergo ꝙ quia mouens non similiter mouet mobile quod mouetur, sed hoc quidem mouens necesse est ipsum mouere motum, hoc mouet ens immobile. manifestum est quoniam in agente dicemus similiter: quia quoddam agens cum agit patitur, quoddam agit impassibile manens. Deinde cum dicit.

Etenim mouens facere aliquid inquiunt & agens mouere. Sed tamen differunt & oportet determinare non.n. possibile & mouens omne agere & facere si facere opponitur patienti. hoc autem in omnibus in quibus est motus, passio autem secundum quòd alteratur solum. v.g. calidum & album. Sed mouere amplius agere est.

Posita conuenientia inter agentem & mouentem q est deuenire ad agens in passum sicut ad mouens in mobile, ponit hic differētiam inter ea dicens. ꝙ quidam inquiunt mouens agere aliquid & agens mouere, sed tamen non est ita, immo differunt, & oportet determinare quomodo differunt. Si vero facere opponitur patienti, non est possibile omne mouēs agere, sed tunc solum mouens agere cum mobile patitur, ergo hoc verum est solū in his in quibus motus est passio, & exponit quid appellat passionem dicens. passio autem est id secundum quod aliquid alteratur solum. verbi gratia. calidum album &c. talia sunt passiones, secundum quas est alteratio. Differt ergo mouere ab agere: quia est vniuersalius: quia omne quod agit mouet, sed non econuerso, ideo ait, quòd mouere amplius agere est.i.est magis amplum & est vniuersalius, & in plus quàm agere. Deinde cum dicit.

Illud igitur manifestum quoniam est quidem vt motiua immobilia tangunt. est autem vt sic, est autem non sic.

Ex comparatione præmissa venatur tactum metaphoricum. huiusmodi autem tactus dupliciter sumi potest. tactus.n.semper est aliquid duorum. vel ergo sumetur huiusmodi metaphora tam ex parte tangētis quàm tacti vel ex parte tangentis tantum. duo ergo facit. quia primo venatur tactum metaphoricum ex vtraq; parte. Secundo ex altera parte tantum. Secunda ibi[Est quidem igitur vel multum.] Circa primum duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo exponit diffinitionem tactus superius datam, siue addit ad diffinitionem illam. ibi[Sed determinato tangere.] Dicit ergo ꝙ id non est immanifestum, quoniam motiua vniuersalia siue motiua immobilia, vt habet alia litera. vt tangunt mobilia.i.vt tangunt corpora superçęlestia quæ mouentur ab eis. est autem vt sic, est autem vt non.i.vno modo tangunt ea, alio modo non: quia tangunt ea metaphorice non proprie. & ꝙ sit huiusmodi tactus metaphoricus causa est ex vtraq; parte: quia nec illa proprie agunt, nec cęlestia proprie patiuntur. Deinde cum dicit.

Sed determinato tangere vniuersaliter quidem quòd est positionem habentium, & hoc quidem motiuo, hoc autem mobili abinuicem aut motiuo & mobili in quibus existit agere & pati.

Exponit diffinitionem tactus superius datam, vel addit ad ipsam dicens. quòd sic determinato tangetur, vt dictum est, vniuersaliter, id est, simpliciter est tactus habentium positionem: hoc quidē motiuo hic aut vt mo-

vt mobili abinuicē aut motiuo & mobili.q.d.non sufficit adhoc ꝙ sit tactus ꝙ vnum sit mouēs & aliud motum, sequitur ꝙ mobile se habeat motiue, ita ꝙ viceuersa se habeat mouens, & mouens non moueatur immobiliter, sed sit motiuum mobile siue motiuum motum, & hic quibus existit facere & pati superius autem data diffinitione de tactu dicebat tactum esse in habentibus positionem, quorum vltima sunt simul motiuis & mobilibus adinuicem, quæ diffinitio non arguit tactū proprie sumptum nisi per motiua & mobilia intelligamus agentia, & patientia, quod ergo hic habetur vel expositiuū diffinitionis illius vel est completiuum eius.

Deinde cum dicit.

Est quidem igitur vt multum tactum quod tangit, tangens enim mouet mota omnia feræ quæ & in conspectu nostro, quibus necesse est & videtur tactum tangere quod tangit. Est autem vt aliquando inquimus mouens tangere solum id quod mouetur, quod tangitur autem nō tangere quod tangit. Sed quæ mouet mota, quia homogenea, necesse videtur esse quod tangitur tangere.

Inuestigat tactum metaphoricum cuius causa maxime videtur esse ex altera parte tātum, & duo facit, quia primo ostendit ꝙ vt plurimum in his quę videmus est tactus propriæ sumptus, se aliquando est in eis motus metaphoricus. Secundo concludit quomodo contingit inuenire tactum metaphoricum. ibi [Quapropter si quidem.] Ostendit ergo quòd est in multum.i.vtplurimum, quòd tactu ita tangitur ꝙ etiam tangit tangens, quia fere omnia quæ sunt in conspectu nostro mouent mota quibus necesse est, & videtur sic esse dicendum tactum tangere quod tangit.i.tangentem. Est autē vt aliqñ inquimus.i.dicimus mouens solū tangere id quod mouetur, ita quòd tangitur.i.tangentem; sed ea quæ mouet mota quia sicut homogenea.i.eiusdem naturæ, necessarium videtur esse quod tangitur tangere, & qđ tangit tangere tactum, vel quod mouet mouere motum. Deinde cum dicit.

Siquidem mouet immobile ens illud quidem tangit quod mouetur, illud autem non. Inquimus enim aliquando tristātem tangere nos, sed nos non eum. De tactu quidem igitur, in naturalibus determinatum sit hoc modo.

Concludit quomodo contingit inuenire tactum metaphoricum dicens, ꝙ si aliquid mouet ens immobile, tunc illud tangit quod mouetur, sed illud quod mouetur non tangit ipsum, inquiuimus.n.idest dicimus aliqñ tristantem tangere nos, & tñ nos non tangimus eū & illo modo videntur tangere corpora supercelestia. Notandum autem tactum triplicem esse, proprium & mataphoricorum duplicem, vel quia causa huius est in vtroque extremorum vel in altero tm̄ videmus.n.substantias separatas mouere corpora supercelestia, corpora supercelestia mouere hæc inferiora, & hæc inferiora mouere seipsa adinuicem. intelligētiæ autem mouent supercelestia corpora nō mote nec passe, supercelestia mouent hæc inferiora mota, sed non passa hæc autem inferiora mouent seipsa adinuicem mota & passa, ideo quādo intelligentiæ mouent corpora supercelestia est omnino tactus metaphoricus tam ex parte tangentis q̄ tacti quia nec intelligentiæ propriæ agunt, nec supercelestia corpora patiuntur, sed cum supercelestia corpora mouent hæc inferiora est ibi tactus metaphoricus, sed causa huius videtur oriri ex altera parte tantum. nā ex parte horum inferiorū bene est aptus natus reperiri tactus propriæ, sed non ex parte supercelestium, quia tangūt impassibiliter. Cum vero hæc inferiora se tangunt adinuicem est ibi omnino tactus proprie, & quia pluribus modis secundum quòd spectat ad naturalem reperitur tactus, ideo philosophus solum determinat de hoc triplici tactu vno proprio, & duplici metaphorico, qūo autem & in qua parte determinat de vnoquoque istorum patet per eaque in sententiando dicta sunt. Vltimo epilogat, quòd de tactu in naturalibus determinatum sit hoc modo.

De facere et pati dicendum deinceps suscepimus enim a prioribus subcontrarios sermonibus adinuicem. Tex. c.46.

Postquam philosophus determinauit de tactu. In parte ista determinat de agere & pati, & duo, facit quia primo determinat de actione & passione, secundum opinionem aliornm. Secundo secundum propriam. ibi [Quomodo autem existit generare in entibus.] Circa Tex. c.77.
primum duo facit. quia primum ostendit quid senserunt antiqui de agere & pati quātum ad qualitates actiuorum & passiuorum. Secundo quantnm ad modum agendi & patiendi. ibi [Quomodo autem contingit.] Tex. c.55.
Circa primum duo facit, quia primo continuat se ad dicenda & pręmittit intētionem suam circa opinionēs antiquorum. Secundo exequitur de eis. ibi [Multi quidem enim.] Dicit ergo ꝙ deinceps postquam dictum est de tactu, dicendum est de facere, & pati, & addit quòd à prioribus.i.ab antiquis suscepit de agere, & pati sermones adinuicem subcontrarios. Deinde cū dicit.

Multi quidem enim dicunt hoc concorditer, quod simile, quidem a simili omne impassibile est propter non magis actiuum. quàm passiuum esse alterum ab altero, omnia enim similiter existunt hæc similibus, dissimilia autem & differentia facere & pati adinuicem sunt innata.

Exequitur de dictis opinionibus. dixerat.n.antiquos subcontrarię sensisse de agere & pati, ideo duo facit, qa primo narrat huiusmodi opiniones. Secundo ostendit eas esse subcontrarias. ibi [Videntur autem hoc modo.] Circa primum duo facit, quia primo ponit opinionem dicentium dissimile à dissimili pati. Secundo ponentium quòd simile a simili patitur. Secunda ibi [Democritus autem vltra.] Circa primum duo facit, quia primo narrat opinionem prædictam quantum ad agentes & patientes. Secundo quantum ad rationem agendi & patiendi. ibi [Etenim quando minor.] Dicit ergo ꝙ multi dicunt hoc concorditer, quòd omne simile est impassibile à suo simile. & dicit multi quia plures erant de hac opinione quàm de alia. assignabant autem causam & rationem quare simile non patitur à simili, quia vt dicebant non esse alterum magis passiuum ab altero quā actiuum. Cum ergo similibus secundum quod huius omnia existant similia non potest poni similia scđm ꝙ huiusmodi actiua & passiua esse, quia tunc idem scđm quòd idem ageret, & pateretur, quod est inconueniēs dissimilia ergo & differētia sunt innata facere & pati adinuicem. Deinde cum dicit.

Tex.c. 48
Tex.c.47

Etenim quando minor ignis a maiori corrumpitur propter contrarietatem hoc inquiunt & pati adinuicem, contrarium enim esse multum pauco.

Narrat positionem quantum ad rationem agēdi, & patiendi, prædicti enim non solum ponebant dissimilia agere, & pati adinuicem, sed & volebant, ꝙ ratio agendi & patiendi esset dissimilitudo quia quando minor ignis à maiori corrumpitur inquiunt minorē ignē corrumpi & pati à maiori propter dissimilitudinem & contrarietatem quia contrarium est multum pauco.

Deinde cum dicit.

Democritus autem vltra alios dixit solus singulariter. Inquit enim idem & simile esse faciens & patiens quia altera & differentia non contingit pati adinuicem. Tex.c 47.

Narrat positionem dicentium simile à simili pati, & duo facit, quia primo narrat hanc positionem quantū ad actiua & passiua. Secundo quantum ad rationem agendi

agendi & patiendi. ibi [Sed ſi altera entia.] Dicit ergo quod Democritus vltra alios. i. præter alios vel vltra alios, quia quodammodo ſubtilius alijs ſolus dixit ſingulariter, inquit enim idem & ſimile eſſe faciens & patientes, quia altera & differentia non contingit pati adinuicem, Deinde cum dicit,

Sed ſi altera entia faciunt aliquid inuicem non ſecundū quod altera, ſed ſecundum quod idem aliquid exiſtit ſic hoc accidere eis. Quę dicuntur igitur hæc ſunt.

Narrat dictam poſitionem quantum ad rationē agēdi & patiendi, non ſolum. n. Demo. ponebat ſimile a ſimili pati. ſed addebat quòd ratio paſsionis erat ſimilitudo. volebat. n. quòd ſi entia altera. i. diuerſa faciunt aliquid inuicem hoc non eſt ſecundū ꝙ ſunt altera, ſed dicebat accidere. i. ꝙ agerent & paterentur adinuicem ẜm quod exiſtit eis aliquid idem, ideſt ſecundū ꝙ conueniunt, addit autem quaſi epilogando ꝙ quæ dicuntur ab antiquis, hic ſunt quæ dicta ſunt. Deinde cum dicit.

Tex.c. 48. *Videntur autem hoc modo dicentes ſubcontrarios dicere ſermones, cauſa autem contradictionis eſt quoniam opportunum totum aliquid inſpicere partem aliquā dicunt ambo.*

Dicit dictas opiniones eſſe ſubcontrarias, & duo facit. quia primo pręmittit quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum. ibi [Simile. n. omnifariam.] Dicit ergo quòd dicentes hoc modo vidētur dicere ſermones ſubcontrarios, & eſt ratio, quia cauſa contradictionis eorum fuit quantum opportunum fuit totum aliquod inſpicere ambo. i. ambe prædicte opiniones dicūt partem aliquam non totum. Notandum aūt ſubcontraria opponi ſecundum particularem oppoſitionem, & ideo nō eſt inconueniens ſubcōtraria eſſe aliquo modo vera aliter, & aliter accepta, vt hominem currere poteſt verificari pro ſorte, & non currere pro Platone. quicunque ergo dicit aliquid, quod vno modo eſt verum, & alio modo non particulariter & defectiue loquitur, & in talibus ſermonibus eſt oppoſitio cōtraria. ſimile enim pati a ſimili eſt verum vno modo, & falſum alio, antiqui ergo ſic loquentes ſubcontrariæ loquebantur, & licet quælibet dictarum opinionum aliquo modo eſſet vera reſpiciendo particularem contradictionem, reſpiciendo tñ totum negocium quælibet ſimpliciter erat falſa. non enim abſolute dicendum eſt ſimile pati a ſimili, vel diſsimile a diſsimili, ſed dici debet quòd agens & patientes vno modo ſunt ſimilia, & alio diſsimilia. igitur, priores philoſophi defectiue loquebantur & conſiderabant partem cum deberent conſiderare totum. Deinde cum dicit.

Simile enim & omnifariam & omnino indifferens rationabile eſt non pati a ſimili. nihil quidem enim magis actiuum erit alterum quam alterum.

Manifeſtat quod dixerat. dixerat. n. eos defectiuæ locutos fuiſſe & conſideraſſe partem & non totum, circa quod duo facit ſecundum quòd in dictis opinionibus duo eſt cōſiderare. videlicet ꝙ dicebāt de actiuis & paſsiuis, & quòd ponebant de ratione agendi & patiendi. primo ergo dicit eos defeciſſe quantum ad actiua & paſsiua, quia non debebant abſolute dicere ſimile pati à ſimili nec diſſimile à diſsimili, ſed dicendum erat agens, & patiens eſſe aliquo modo ſimilia, aliquo diſsimilia. Secūdo oſtendit huius defectum quantum ad rationem agēdi & patiendi. Primo ergo oſtendit ꝙ nō eſt dicendum vt antiqui dicebant ꝙ tota ratio actionis, & paſsionis, ſit ſimilitudo vel diſsimilitudo, ſed vtrunq; eſt aliquo modo huius ratio. Secunda ibi [Et ẜm rationem aūt.]

Tex. c 52. Circa primum duo facit, quia primo probat agens, & patiens non eſſe omnino ſimilia nec omnino diſsimilia Secundo oſtendit qūo ſit ſimilia & qūo diſsimilia. ibi

Tex.c. 50. Sed quoniam non.] Circa primum duo facit, quia primo oſtendit agens & patiens non eſſe omnino ſimilia, Secundo non eſſe omnino diſsimilia. ibi [Et omnifariam alterā.] Prima pars diuiditur in tres partes ſcd̄m ꝙ tres rationes adducit ad propoſitū. Secūda ibi [Sed quia à ſimili.] Tertia ibi [Quamuis his entibus.] Dicit ergo primo ꝙ ſimile omnifariam & omnino indifferens rationabile eſt non pati, & nihil ſuſtinere à ſimili. Et eſt ratio, quia hoc poſito ꝙ magis eſſet actum alterum altero, nō ergo poſſet poni ꝙ vnū eſſet agens & aliud patiens ex quo oīno ſimilia. eo. n. ipſo ꝙ vnum ponitur agens & aliud patiens ponūtur differre & recedere ab hypotheſi ſint omnia ſimilia. Deinde cum dicit.

Sed ſi ſimile à ſimili pati aliquid poſſibile, & ipſum à ſeipſo,

Ponit rationem ſecundam quia ſimile eſſe poſsibile aliquid pati a ſimili per omnem modum ipſum a ſeipſo pateretur, quod inconueniens. Deinde cum dicit.

Quamuis his entibus ita nihil vtique erit neque incorruptibile neque immobile, ſed ſimile quod ſecundum quòd ſimile actiuum, ipſum enim ſeipſo mouebit omne.

Ponit tertiam rationem q̃uis rationes ſupradicte ſufficienter concludant ſimile à ſimili omnifariam pati nō poſſe. his tamen entibus ita & hac poſitione poſita ſequitur aliquid inconueniens, quia nihil erit incorruptibile vel erit immobile. ſubſtantiæ enim ſeparate quæ ponuntur immobiles, vel etiam deus ipſe qui per omnem modum eſt immobilis maxime eſt idem ſibi. ſi ergo ſimile ſcd̄m ꝙ ſimile & ſecundū ꝙ idem eſſet actiuū omnino mouebit ſeipſum ſeipſo, immo prima cauſa & ſubſtantiæ ſeparate maxime erunt mobiles, quia maxime ſunt eædem ſibi. Notandum autem ꝙ hæc ſimilitudo accipitur large pro omni identitate & conuenientia nam licet res non ſit propriæ ſimilis ſibijpſi, eſt tñ eadem ſibi. Deinde cum dicit.

Et omnifariam alteram & nullatenus idem ſimiliter, neque enim patietur albedo à linea aut linea ab albedine, preterquàm ſecundum accidens puta ſi accidat albam ſiue nigram lineam eſſe.

Probat agens & patiens non omnino eſſe diſsimilia, & duo facit ſecundū quòd duas rationes adducit. Secūda ibi [Non exterius. n.] Dicit ergo quòd ſi patiens ſit omnifariam alterū & nullatenus idem ſimiliter ſupple. non patietur non enim quodlibet patitur à quolibet, quia albedo non patitur à linea, nec linea ab albedine, niſi forte ſcd̄m accidens, puta ſi accidat lineam eſſe albam aut nigram, quia plus diſtat linea ab albo cum non ſint eiuſdem generis q̃ albū à nigro. non in quacunq; ergo diſtantia agunt & patiuntur. Notandum aūt philoſophum non curare hic dici exemplis. Conſtat enim lineā non eſſe ſubiectum albedinis, ſed ſuperficiem rurſum album & nigrū non propriæ immutantur realiter, ſed intentionaliter tamen ſufficit dictum exemplum ad propoſitum. vult enim phyloſophus non quantumcunque diſtant ad ſeinuicem agere, ſed oppoſita, & ſi alia agunt hoc eſt inquantum in eis reſeruatur oppoſitio. Deinde cum dicit.

Non exterius enim ipſa ſeipſa a natura faciunt quæcunque neque contraria neque ex contrarijs ſunt.

Adducit ſecundam rationem quæ eſt quaſi expoſitiua rationis primæ dicens, quæcunq; non ſunt contraria ex.c. nec ex contrarijs non faciunt ſe exterius à natura ſua. i. non corrumpunt ſeipſa, ſed ſupplendū eſt, quęcunq; nō corrūpunt ſeipſa non agūt & patiūtur ad ſeinuicē oportet ergo eſſe contraria quę ſunt ſic actiua & paſsiua, ſed inter contraria eſt aliqua conuenientia, & contraria non per omnem modum diſtant. ergo actiua, & paſsiua nō ſunt omnifariam altera. Deinde cum dicit.

Sed quoniam non quocunque innatum eſt pati & facere ſed quæcunque aūt contraria ſunt aut contrarietatem habet

neceſſe

necesse est patiens & faciens genere quidem simile esse, & idem, specie autem dissimile & contrarium.

Postquam ostendit actiua & passiua esse non omnino altera nec omnino similia, declarat quō sunt altera, & quō similia, quia sunt similia genere, & altera specie & duo facit. quia primo præmittit q̄d intendit. Secundo probat q̄d dixerat. ibi [Innatum est.] Dicit ergo ꝙ nō quodcunque est innatum pati & facere in quodcunq; sed quæcunque aut sunt contraria aut habent cōtrarietatem sunt sic actiua & passiua, cum ergo contraria sint eadem genere, & diuersa specie, necesse est patiens & faciens genere esse simile, & idem specie aut dissimile, & contrarium. Deinde cum dicit.

Innatum est enim corpus à corpore saporem autem à sapore, colorem autem à colore pati, vniuersaliter autem homogeneum ab homogeneo. Huius autem causa quoniam contraria in eodem genere omnia, faciunt autem & patiuntur contraria abinuicem.

Probat quod dixerat, & duo facit secundum ꝙ dupliciter illud probat. primo enim probat illud inductione. Secundo ratione ibi [Etenim vniuersaliter generatio.] Circa primū duo facit, quia primo inducit in pluribus quō contrariū à contrario patitur. Secūdo cōcludit conclusionem intentam ibi [Quapropter necesse.] Dicit ergo ꝙ innatum est corpus pati a corpore, saporem à sapore, colorem à colore, & vniuersaliter homogeneum. i. eiusdem generis, ab homogeneo. i. ab alio eiusdem generis. causa autem huius est, quia contraria sunt omnia in eodem genere, & talia quæ sunt contraria faciunt & patiuntur abinuicem. Notandum autem ꝙ cum dicitur corpus pati, à corpore accipit ibi corpus naturale, quod est coniunctum qualitatibus actiuis & passiuis. Rursum per saporē & colorem intelligit qualitates actiuas, & passiuas inherentes corpori naturali, per quas fit actio & passio, vel possumus dicere quòd color patitur à colore, & sapor, à sapore, & qualitates secunde a qualitatibus secundis, inquantū in huiusmodi qualitatibus secundis reseruatur virtus qualitatum primarum vt nigrum patitur ab albo inquantū album est coniunctum frigido & nigrū calido. Deinde cum dicit.

Quapropter necesse est qualiter quidem esse eadem faciēs & patiens, qualiter autem altera & dissimilia abinuicem. Quoniam autem faciens & patiens genere quidem eadem, & similia sunt, specie autem dissimilia, talia autem contraria manifestum quoniam actiua, & passiua sibijnuicem sunt & contraria & media.

Concludit conclusionem intentam dicens. ꝙ si est necesse faciēs & patiens esse eadē qualiter. i. aliqualiter siue aliquo modo, & esse aliqualiter altera, & dissimilia ad inuicem. sunt enim faciens & patiens & similia & dissimilia quia genere sunt eadem & similia, specie autem dissimilia, & quia talia sunt contraria, manifestum est contraria & media esse actiua & passiua sibijnuicem, & dicit contraria medio, quia in ipsis medijs reseruatur aliqua ratio contrarietatis rursum, quia tam contraria q̄ media sunt eadem genere, & diuersa specie quū talia sint actiua & passiua tam contraria quàm media actiua & passiua erunt. Deinde cum dicit.

Tex.c. 51. *Et enim vniuersaliter generatio, & corruptio in his, ideo rationabile iam ignem calefacere, & frigidum infrigidare, & vniuersaliter faciens assimilare sibijpsi patiens, faciens enim & patiens contraria sunt & generatio in contrarium, quapropter necesse est faciens & patiens transmutari, sic enim generatio in contrarium erit.*

Quod probauerat inductione, probat per rationem quę talis est. Ex quib⁹ in quibus est generatio, & corruptio ex his & in his est actio, & passio, quia actio & passio ad generationem ordinantur, sed vniuersaliter generatio & corruptio est in his. i. in contrarijs. ergo supple actio, & passio inter contraria habet esse. Et quia ita est, rationabile est vnū oppositorū agere in aliud & trahere ipsum ad naturam suam. rationabile est ergo ignē calefacere frigidum & frigidū infrigidare calidū, & vniuersaliter faciens assimilare sibijpsi patiēs, & rationabile est dicere ꝙ faciens & patiens sunt contraria cum generatio sit in contrarium, quapropter quia ita est, necesse est patiens transmutari in faciens, quia sic. i. illo modo generatio, erit in contrarium. si vnum oppositorum transmutetur in aliud, & patiens transmutetur in naturam agentis.

Secundum rationem autem non eadem sunt dicentes. ambos tamen est tangere naturam. Tex. c. 51.

Postquàm philosophus ostēdit quare antiqui philosophi discordabant in loquendo de actiuis, & passiuis, quia vt dicebatur non respiciebant ad totū, sed ad partē In parte ista ostendit quare discordabant in assignando rationem agendi, & patiendi, non. n. eandem rationem assignabant omnes, sed quidam dicebant huius rationē esse conuenientiam & similitudinem. quidā vero dissimilitudinem, quod ideo contingebat, quia non respiciebant ad totū, sed ad partem. nam sic similitudo nec dissimilitudo est ratio agendi vel patiendi, licet vtrunq; ibi concurrat. Duo ergo facit. quia primo præmittit q̄d intendit. Secundo declarat propositum ostendens tam similitudinem q̄ dissimilitudinem siue tam conuenientiam q̄ disconuenientiam concorrere ad actionem, & passionem. Secunda ibi [Dicimus. n. pati] Dicit ergo. quòd secundū rationem supple agendi, & patiendi antiqui philosophi non erant dicentes eadem, quia non assignabant eandem rationem actionis, & passionis, sed quidam dicebant huius rationem esse similitudinē, quidam vero dissimilitudinem ambos. vero sic dicentes verum est tangere. i. contingere tangere naturam agendi, & patiendi. Notandum aūt quòd dicit tangere, quia cum quęlibet dictarum opinionum deficeret, & nulla consideraret ad totum nulla comprehendebat naturam actiuorum, & passiuorum, sed quęlibet secundum partem tangebat eam. Notandum etiam quòd dicit naturam. nam natura secundum philosophum Secundo physicorum dicitur de materia & forma: quarū quælibet facit aliquo modo ad actionē & passionem, quęlibet ergo dictarum opinionem tāgebat aliquo modo naturam agendi, & patiendi, aliter tamen & aliter, quia dicentes similitudinem & conuenientiam esse huius rationem tangebant naturam materiæ. dicentes vero dissimilitudinem tangebant naturam formæ. Deinde cum dicit.

Dicimus enim pati quandoq; subiectum quidem verbi, gratia sanari hominem & calefieri & infrigidari, & alia eodem modo quandoque autem calefieri frigidum, sanari autem laborans, ambo autem sunt natura. eodem modo & de faciente. quandoque autem calefacere hominem inquimus, quandoque autem calidum.

Manifestat propositum, videlicet quòd nec conuenientia tantum nec disconuenientia est ratio agendi, & patiendi, sed quodammodo vbi vtrunq; concurrit, & duo facit. quia primo facit quod dictum est. Secundo quod dixerat agens & patiens cōuenire in materia ostēdit quomodo hoc sit verum. Secunda ibi [Eodem modo suscipiēdum.] Circa primum duo facit quia primo comparat agens, ad patiens. Secundo ex tali comparatione cōcludit veritatem intentam. ibi [Est quidē enim Tex.c. 52. Dicit ergo quòd quandoq; dicimus pati subiectū verbi gratia dicimus hominē sanari calefieri & infrigidari, & alia eodem modo, sed quandoque dicimus pati contrarium vt calefieri frigidum sanari laborans, ambo autē sunt vera. i. naturaliter vera sed vnum est verum per naturam

turam formæ.aliud per naturam materię,& quod diximus de patiente eodem modo dicendum est de faciente nam quandoque dicimus agere subiectum, vt cum inquimus calefacere hominem qđ non est contrariũ frigido vel frigidato quod calefit, sed vnum & idem manēs potest subijci calido, & frigido. quandoque autem dicimus calefacere calidum quod est contrarium frigido.

Deinde cum dicit.

Est quidem enim vt materia patitur, est autem vt contrarium ad id quidem igitur respicientes, idem oportere habere existimauerunt facere & pati, ad alterũ autē contrariũ.

Concludit veritatem intentam dicens,quod quia aliquid patitur vt materia aliquid vt contrarium, & vt forma, respicientes ad idem vt ad materiam quæ est eadem sub vtroque contrariorum estimauerunt facere, & pati oportere habere idem, ita quòd identitas erat ratio agendi, vel patiendi. respicientes autem ad alterum vt ad formam & contrarium dixerunt contrarium ponentes diuersitatem & contrarietatem esse talem rationem. Deinde cum dicit.

Tex.c. 53. *Eodem modo suscipiendum est de facere & pati quo et de moueri & de mouere,dupliciter enim dicitur & mouens in quo enim est principium motus videtur hoc mouere,principium enim prima causarum. & rursus vltimum aliquid id quod mouetur ad generationē,similiter aũt et de faciēte.*

Probat quod supposuerat. dixerat enim quòd in actione ex differentia ex parte formæ & contrarij,& cōuenientia ex parte materiæ & subiecti.ostēdit ergo qũo agens & patiens conueniunt in materia. Ad cuius euidentiam notandum quòd inter agētia solum agens proprium est id quod agit in passum,& cōuenit in materia cũ passo,sed propriũ vno modo diuiditur contra Metaphoricũ.alio modo diuiditur contra vniuersale & primum,ideo duo facit.quia primo ostendit qđ agens vniuersale & primũ non agit in passum, nec cōicat in materia cum eo.Secundo ostendit hoc de agente metaphorico.Secunda ibi [Est autem factiua causa vnum principium.]

Tex.c.55. Circa primũ tria facit,quia primo narrat & ostēdit ordinem ipsorum agentium. Secundo qđ dixerat exponit in terminis. Tertio ex ordine narrato cōcludit veritatem intentã. Secunda ibi [Etenim medicũ.] Tertia ibi [Quæcunq; autem nō habent.] Dicit ergo quòd sicut est ordo inter mouentia & mobilia sic est ordo inter actiua, & passiua eodem ergo modo videtur suscipiendum esse de facere & pati, quod de mouere,& moueri,mouens aũt dr̄ aliquid dupliciter vnum in quo est principium motus.i.mouens, principale,& hoc vr̄ mouere non motum. supple quia huiusmodi principiũ est prima causarum.i.cā principalis non mota rursus. Alio modo dr̄ mouens aliquid vltimũ.i.aliquid qđ est vltimũ & proximũ, & immediate mouens.i.qđ cum supple mouet a generationem mouetur, & de faciente eodem modo dicendũ est, quia sicut est deuenire ad mouens immobile, ita est deuenire ad agens in passum.

Consequenter cum dicit.

Etenim medicum sanare dicimus & vinum. primum igitur mouens nihil prohibet in motu quidem immobile esse, in quibusdam autem & necessarium, vltimum autem semper mouere motum. in actione autem primum quidem impassibile, vltimum autem & ipsum patiens.

Exponit in terminis quod dixerat.dicens, quòd nos dicimus medicum siue artem medicine sanare, & dicimus vinum sanare, sed tñ ars medicine sanat in motu, vinum aũt sanat cũ assumitur in alimentũ & alteratur, & transmutatur.Primũ ergo mouēs nihil prohibet esse immotũ & immobile,immo in quibusdam est necessarium quia est de necessitate deuenire ad motorē immobilem, sed mouens alterũ.i. proximũ & immediatum necesse est semper mouere motum, & sicut in motu est sic, & in actione se habet,quia primum agens agit impassibile, vltimũ autem cum agit, & ipsum patitur siue est patiens. Deinde cum dicit.

Quæcunque autem non habent eandem materiam faciũt impassibilia entia verbi gratia medicina enim ipsa faciens sanitatem nihil patitur à sanato, cibus autem faciens ipse patitur etiam, aut enim infrigidatur aut calefit, aut aliud quid patitur simul faciens, est enim medicina quidem vt principium, vltimum autem cibus est tangens. Quæcunque quidem igitur non in materia habent formam, hæc quidem impassibilia sunt actiuorum quæcunque in materia passiua. c. 5

Concludit veritatem intentam,& duo facit.quia primo facit quod dictum est. Secundo assignat rationem dicti. Secunda ibi [Materia quidem enim,] Dicit ergo quod quæcunq; non habent eandem materiam faciunt impassibilia entia.i.cum agũt non patiuntur verbi gratia ipsa medicina.i.ars medicine,quia non cōicat in materia cum corpore sanato, quia non est in materia corporali, sed in anima, ideo cũ facit sanitatem nihil patitur,à sanato,cibus autem quia cōicat in huiusmodi materiam faciens sanitatem, ipse etiam patitur, quia cum assumitur in alimentum aut calefit, aut infrigidatur,aut aliquid aliud patitur simul patiens.i.simul agendo patitur,& quia sic est medicina est principium.i.agens principale.cibus autem est agens vltimum & tangens.i.proximum & immediatum:patet ergo quę cōicant in materia & quæ non quia illa quæ agũt passa cōicant in materia, quę vero agunt impassibilia non cōicant in materia, ideo ait quòd quæcunque in materia non habent formam sunt de numero eorum actiuorum quæ sunt impassibilia,quæcunq; autem habent formã in materia agunt passiua. Deinde cum dicit.

Materia quidem dicimus omnes similiter eandem vt ita dicam esse oppositorum cuilibet & vt genus ens, potens autem calidum, esse præsente calefaciente & approximante, necesse est calefieri.

Assignat causam dicti,& duo facit.quia primo facit quod dictum est. Secundo concludit distinctionē prius datam,de actiuis & passiuis esse veram.ibi [Ideo quemadmodum.] Dicit ergo quòd omnes dicimus esse materiam eandem, vt ita dicam cuiuslibet oppositorum.dicit, vt ita dicam,quia non est eadem per omnē modum est enim eadem secundum essentiam non secundũ esse, & huiusmodi materia est vt agens ens,nam sicut genus se habet ad differentias oppositas, & contrahitur ad diuersas species per eas, & intelligitur per abnegationem eorum, sic & materia se habet ad formas oppositas & determinatur per eas, & intelligitur per abnegationem earum,& quia materia est sic susceptiua oppositarũ formarum approximante & pręsente calefaciente necesse est calefieri.ergo agens approximatum, quia cōicat in materia de necessitate agit passum. Notandum autē quòd non est actio & passio nisi inter contraria, vt calidũ non agit nisi in contrarium vt in frigidum, & si agit in tepidũ hoc est inquantum tepidum comparatum ad calidum habet rationem frigidi, & quia in tali actione calidum appropinquat frigido & econuerso, vtrũq; agit & patitur, ideo agentia approximata, quia communicant in materia sunt simul actiua, & passiua. Deinde cum dicit. c. 6

Ideo quemadmodum dictum est, hæc quidem impassibilia actiuorum,hæc autem passibilia, & quemadmodum, & in motione eodem modo habet & in actione. Illic enim primitus.mouens immobile, & in effectiuis primitus faciens impossibile.

Concludit distinctionem prius datam esse veram,nã si agentia principia, quia communicant in materia simul

mul cum agunt patiuntur, non cõmunicantia aūt non ideo quemadmodum dictū est hic actiuorum sunt impassibilia, hic quidem passibilia, quia quemadmodū se habet in motione eodem modo se habet in actione, illic enim. s. in motione primitus mouēs est immobile, & in effectiuis primitus faciens est impassibile. Deinde cum dicit.

c. 55. *Est enim factio causa vt vnde principium motus, cuius autem gratia non actiua. Nam sanitas non factiua est nisi secundum metaphoram.*

Vt superius dicebatur agens quod cõicat in materia est agens proprium, prout propriū diuiditur contra metaphoricū. Ostenso ergo ꝙ agentia in materia sunt propria, quia non sunt vniuersalia & prima, hic ostendit huiusmodi agentia esse propria quæ non sunt metaphorica, & tria facit. qa primo distinguit inter agens propriū & metaphoricum. Secundo ostendit agentia propria cõicare in materia & agere passiua. Tertio ostendit agētia metaphorica sm ꝙ huiusmodi nõ cõicare in materia quia non agunt passa. Secunda ibi [Etenim facientes.] Tertia ibi [Ignis igitur habet.] Dicit ergo ꝙ cā factiua est duplex. vna vnde est principium motus. i. efficiēs, & alia est finis, vtrunq; enim tam finis q̄ efficiēs facit, & mouet, sed efficiens, proprie, finis metaphorice, ideo ait. talia aūt gratia. i. causa finalis nõ est factiua supple proprie nam sanitas non est quid factiuum nisi secundum metaphoram. Deinde cum dicit.

Etenim facientes quidem quando existit generatur aliquid patiens, habitibus autem præsentibus non adhuc generatur aliquid, sed est iam. Species autem & finis habitus quidem materia autem secundum quòd materia passiuum.

Posita distinctione inter agēs proprium & metaphoricum. Ostendit ꝙ agens proprium cõicat in materia cum passo, quia assimilat sibi ipsum, qđ esse non posset nisi ageret passum & cõmunicaret in materia cum passo, ideo ait ꝙ quando faciens existit præsens generatur aliquid patiens. i. passiuum patitur quousq; introducatur forma, & assimiletur agenti, sed habitibus præsentibus in materia. i. introducta forma non adhuc generatur aliquid nec vlterius assimilatur, sed iam est completa assimilatio. nam assimilatur secundum formam quæ est species, & habita est finis passionis, patitur autem sm materiam, quia materia secundum ꝙ huiusmodi est quid passum. Deinde cum dicit

c. 60. *Ignis quidem igitur in materia habet calidum, si aliquid separatum calidum erit, hoc nihil pateretur, hoc quidem igitur forsitan impossibile separatum esse. Si autem sunt quædam talia in illis vtique erit verum quod dicitur. Quid quidem igitur facere & pati, & in quibus existit, & quare & quomodo determinatum sit hoc modo.*

Ostendit agentia metaphorica nõ cõicare in materia quia non agunt passa. dicens, ꝙ quia ignis habet calidū. i. formam caloris in materia, ideo supple agit passum, sed si esset aliquod calidum separatum à materia hic in agendo nihil patietur, & addit ꝙ videlicet calidum forsitan impossibile est esse separatum. nam agentia naturalia non habent esse separatum. quędam talia quæ habēt esse separatum in illis vtiq; erit verum qđ dr. videlicet. qđ agerent impossibilia. ergo quæ agunt passa cõicant in materia & econuerso, & tunc supplendū est ꝙ cum fines, & agentia metaphorice, quia agunt impassibilia, iō talia secundū ꝙ huiusmodi non oportet cõicare in materia. de ratione. n. finis est sm huius ꝙ moueat īmobile vtrum aūt aliquod agēs metaphoricū cõicet in materia cum passo in declarationibus patebit. Notandum autem quòd dicit forsitan calidum non potest habere esse separatū, & dicit si aliqua sunt talia quæ habeāt esse separatum, quia hoc postulat negociū metaphoricum, ideo hic de hac materia dubitando, & sub conditione loquitur. ideo secundum veritatem calidum non habet esse separatū. sunt nihilominus aliqua agētia habētia esse separatum. Vltimo epilogat quòd quid est de facere & pati, & quibus existit. vtrum similibus & dissimilibus & quare, siue quæ sit causa actionis, & passionis. vtrū similitudo vel dissimilitudo, quomodo se habeant agētia & patientia, vt vtrum cõicent in materia vel non determinatum sit hoc modo. Notandum autem intellectum totius lectionis consistere in tribus. Primum est quod agens & patiens differunt in forma, & conueniunt in materia. Secundū est, non omnia agentia communicare in materia, sed agētia particularia nõ vniuersalia. Tertium est ꝙ agentia quæ mouent mota & agunt passa, & cõicant in materia, & assimilant sibi passum, sunt agentia proprie non agentia metaphorice. Finis. n. secundum quòd huiusmodi non assimilat sibi passum quia non mouet materiam. sed mouet efficientem tangentem. hic aūt sic debet adapatari ad propositum. Intentio. n. philosophi in tota lectione est ꝙ sicut non est simpliciter concedendum conueniens pati à conuenienti, sed debemus dicere agens, & patiens aliquo modo differre & aliquo modo conuenire, sic nec conuenientia est tota causa actionis & passionis nec differentia, sed vtrunq; ibi concurrit. nam ex parte materiæ est ibi cõuenientia, ex parte formæ differentia. Rursum ex parte agentium particularium est ibi conuenientia in materia, non autem ex parte vniuersalium. Amplius est ibi assimilatio ex parte agentis proprie, quod mouet materiā & transmutat ad sui similitudinē. non aūt proprie loquendo, & secundū ꝙ huiusmodi est ibi assimilatio ex parte mouentis metaphorice quòd non mouet materiam, sed agentem.

Quomodo autem contingat hoc accidere rursus dicamus.

Postquam philosophus determinauit de agere & pati secundum opiniones antiquorum quantum ad qualitates actiuorum & passiuorum. & vtrū simile patiatur à simili, vel dissimile à dissimili. & vtrū similitudo vel dissimilitudo sit ratio actionis & passionis. In parte ista determinat de agere & pati quantum ad modum agendi, vel patiendi, vt vtrum actio & passio fiat per poros vel quomodo aliter, & duo facit. quia primo continuat se ad dicenda. Secundo exequitur de intento. ibi [His Tex.c. 56 quidem videtur.] Continuetur aūt sic, dictum est qualiter debet esse agens & patiens, & rursus dicamus quomodo contingat accidere hic fiat actio, & passio. Deinde cum dicit.

His quidem videtur pati vnumquodque per quosdam poros ingrediēte faciēte vltimo et principali, & hoc modo videre, et audire nos inquiunt et secundū alios sensus sentire oēs. Tex. c.56.

Exequitur de intento, & tria facit, quia primo narrat opiniones antiquorū circa modum agendi & patiendi. Secundo comparat huiusmodi opiniones seinuicē. Tertio arguit contra eos. Secunda pars ibi incipit Leucip- Tex.c. 60. pus autem existimatus est.] Tertia ibi [De indiuisibili- Tex. c. 63. bus autē planitiebus diximus prioribus sermonibus.] Circa primum tria facit secundū ꝙ tres opiniones narrat. primo. n. ponit opi. Empedo. Secundo Democriti Tertio Melissi. Secunda ibi [Compendiose aut maxi- Tex c. 57. me.] Tertia ibi [Quidam enim.] Notandum aūt ꝙ Empedo. cuius opinio primo ponitur posuit ꝙ actio, & passio fieret per poros per quos non solum saluabat agere & pati, sed etiam sensum & mixtionem dicens, mediantibus poris habere esse sentire & misceri. duo ergo facit. quia primo dicit quòd Empedo. saluabat per poros actionem & sensum. Secundo ꝙ saluabat mixtionem. ibi [Hi igitur in quibusdā. Circa primū duo facit. quia

quia primo premittit quod intendit. Secundo manifestat quod dixerat. ibi [Amplius videri.] Dicit ergo ꝙ his.i.Empedocli & suis sequacibus videtur pati vnumquodque, ex eo ꝙ faciens.i.agens tam vltimum quàm principale ingreditur per quosdã poros, & hoc modo, videlicet per huiusmodi poros inquiunt nos videre & audire & sentire ꝑm oẽs alios sensus. Deinde cum dicit.

Amplius videri per aerem & aquam & per transparentia, quia poros habẽt inuisibiles quidẽ propter paruitatẽ, spissos autem & secundum ordinem & magis habent transparentia magis.

Manifestat quod dixerat. ostendens quomodo Empedocles saluabat talia per poros, dicebat enim ꝙ videri fit per poros & aerem & per aquam, quia aer & aqua quæ sunt transparentia habent poros & huiusmodi pori sunt inuisibiles propter paruitatem, & sunt spissi, & ordinati modo debito, & quanto magis corpora sunt transparentia, tanto magis habent tales poros, & quod dictum est de visu intelligendũ est de omni sensu, & vniuersaliter de actione & passione, quia omnia talia per poros saluabant. Deinde cum dicit.

Hij igitur in quibusdam determinauerunt ita, quemadmodum & Empedocles non solum in facientibus, & patientibus, sed & misceri inquiunt ea corumperi adinuicem sunt commensurabiles.

Ostendit quomodo per poros saluabant mixtionem dicens, quòd hi.s.sequentes Empedoclem in quibusdã .i.in agere & pati & etiam in mixtione ita determinauerunt quemadmodum & Empedocles. nam Empedocles, & sui sequaces non solum in facientibus & patientibus, sed etiam in misceri determinant per poros, inquiunt enim ea bene misceri quorum pori sunt adinuicem commensurabiles. Deinde cum dicit.

Tex. c. 57. *Compendiose autẽ maxime & de omnibus vno sermone determinauerunt Leucippus & Democritus principium facientes secundum naturam quod est.*

Ponit viã Democriti. nã Democritus & Leucippus maxime cõpẽdiose & vno sermone determinãt de omnibus.nã faciẽtes principium corpus indiuisibile, ꝙ ꝑm eos est principiũ ꝑm naturã, per talẽ principiũ saluabant agere, & pati & oẽs motus naturales. Deinde cũ dicit.

Quidam enim antiquorũ opinati sunt ex necessitate esse vnum omne & immobile.

Ponit opinionem Melissi qui negauit omnem motũ huic ergo non fuit cura dare causam actionis & passionis, quia cum negauit vniuersaliter motum negauit actionem & passionem. dixit enim tantum vnum esse & illud vnum posuit immobile & infinitum. In narrando autem positionem eius duo facit, quia primo ostendit quomodo Melissus posuit vnum & immobile. Secũdo quomodo posuit illud infinitum. ibi [Et infinitũ quod-

Tex.c. 58. dam.] Circa primum duo facit. quia primo premittit positionem Melissi. Secundo assignat positionis rationem. ibi [Vacuum.n.] Dicit ergo ꝙ quidam antiquorum, vt Melissus & sui sequaces opinati sunt esse ex necessitate tm̃ vnum ens, & immobile. Deinde cum dicit.

Vacuum quidem enim non ens, moueri autem non posse non ente vacuo separato.

Assignat rationẽ dicti, & duo facit. quia primo ostẽdit qua ratione Melissus negabat motum. Secũdo ostẽdit qua ratione negabat pluralitatem. ibi [Neq; rursus] Dicit ergo ꝙ Melissus dicebat vacuũ non ens, & ponebat non posse moueri aliquod mobile non ente vacuo separato in quo reciperetur, intendebat talẽ ergo rationem. si motus est, vacuũ est mobile.n. cum mouetur nõ potest recipi in pleno, quia duo corpora essent in eodẽ ergo recipitur in vacuo: igitur ad destructionẽ Cõsequẽtis, cũ vacuum nõ sit, motus non erit. Deinde cũ dicit.

Neque rursus multa esse non segregante.

Ostendit quare negauit multitudinem multitudo autem tripliciter potest poni. Primo qđ dicantur esse multa quæ nec sint continua nec contigua. Secundo ꝙ huiusmodi multa ponuntur contigua. Tertio si ponantur continua ideo tria facit. quia primo ostendit ꝙ ꝑm opi. Melissi non possunt esse multa nec continua nec contigua. Secundo ꝙ non pñt esse multa contigua. Tertio ꝙ non possunt continua. Secunda ibi [Hoc.n. nihil differt.] Tertia ibi [Diuisum fore multa.] Dicit ergo ꝙ rursus non possunt multa poni esse ita supple, quia nec sunt continua nec contigua, quia talia non possunt poni esse non segregante vacuo, si enim multa entia essent & non continuarentur nec contiguarentur oporteret quòd vacuum diuideret inter ea, sed vacuum non est ergo talis multitudo non est. Deinde cum dicit. ex.

Hoc enim nihil differt vt si quis existimet non continuum esse omne, sed tangere. ex.

Ostendit quomodo ꝑm opinionem Melissi non pñt poni multa contigua, ipse enim non distinguebat inter continuũ & contiguũ, quia scđm ipsum nihil differt si quis existimet omne non esse continuum, sed tangere & esse contiguũ, & quia vt patebit nõ possunt poni multa continua. ergo nec multa contigua. qũo aũt sit intelligendum quòd Melissus non distinguebat inter continuum & contiguum in declarationibus patebit. Deinde cum dicit.

Diuisum & foræ multa & non vnum esse & vacuum. Si enim vbique diuisibile nihil esset vnum quapropter neque multa, sed vacuum omne. Si autem tum tamen diuisibile quidem, tum autem non, ficticium aliquod hoc vtique videbitur, vsque quantum enim, quare hoc quidem habet ita esse & totale & plenum est, hoc autem diuisum.

Ostendit qũo non pñt esse multa continua, & duo facit. quia primo facit quod dictum est, quia ex prædictis adducit specialẽ rationem ꝙ oportet negare motũ. Secunda ibi [Amplius autem sic fore.] Diceret forte aliquis ꝙ sunt multa, quia est dare corp⁹ continuũ vel contiguum, & cum huiusmodi corpus erit diuisum oportet multa fore, cui obuiabat Melissus, quia si ponatur tale corpus diuisibile in vna parte, poterit diuidi vbiq; & diuiso vbique non remanebit aliquod corpus, & ideo facta tali diuisione necesse est quod remanet nõ esse vnũ sed esse vacuum. nam si corpus est vbiq; diuisibile nihil esset vnum.i. nihil remaneret continuũ diuisione completa; quapropter nec etiam esset multa, sed vacuũ esset. Si aũt dicatur corpus tum quidem diuisibile, tum aũt non videbatur ficticium. nam si dicamus corpus esse diuisibile vsq; quantũ, id est, vsq; ad aliquid, ita ꝙ vlterius non progrediatur diuisio, quæretur quare hoc vtique habet esse totius.i. habet esse totale & est plenum, & non potest vlterius diuidi, hoc autẽ est diuisum quasi dicat non est dare causam, quia ergo Melissus non poterat videre quod facta diuisione secundũ quodcunq; signum, ꝙ remaneret corpus inane & vacuũ, vt negaret vacuũ negauit talem diuisionem, quia qua ratione potest diuidi corpus scđm vnum signũ potest diuidi scđm quodcunq; signum, vt non cogeretur concedere illud esse diuisibile scđm quodcunq; signum negauit omnẽ diuisionem. ideo dixit nullo modo esse multa nec actu nec potentia, cum poneret illud vnũ esse nõ solum indiuisum sed etiam esse indiuisibile. Deinde cum dicit.

Amplius autẽ & sic fore necessarium non esse motionẽ.

Ex prædictis adducit specialem rationẽ qũo negabat motũ, & quia ad sensum videmus motũ esse, ideo duo facit. quia primo ponit rationẽ prædictã: Secundo ostẽdit quare Melissus negabat sensum. ibi [Ex his igitur.] Dicit ergo. Amplius aũt sic.i. propter prædicta, vt quia non possunt esse multa, necesse est motionem non fore, idest

idest non esse, cum motus semper requirat multa, requirit enim motorem & mobile. Deinde cum dicit.

Ex his igitur vtique sermonibus transcendentis sensum & despicientes eum enuntiãt ac si conueniens rationem sequi vnum & immobile omne eße dicunt.

Et concludit ex dictis quõ negabat sensum dicens: ꝙ Melissus & sui sequaces propter sermones prædictos erant in transcendentes sensum & despicientes eum dicentes, ꝙ conueniens esse sequi rationem & nõ sensum ideo dicebant esse vnum & immobile, quia hic iudicabat ratio, licet sensus diceret contrarium. Deinde cum dicit.

Tex.c. 58. *Et infinitum quoddam, finem enim finire vtiq; ad vacuũ.*

Vt dicebatur. Ostendit illud vnum imobile esse infinitum, & tria facit. quia primo facit quod dictum est. Secũdo epilogat circa determinata. Tertio increpat Melissum de sui demẽtia. Secunda ibi [Hi ergo ita.] Tertio ibi Amplius autem in sermone.] Dicit ergo & infinitũ quoddam.i.illud immobile ponebant esse quoddam infinitum, finem enim non dabant ei quia vt dicebant finire est ad vacuum. Notandum autem ad euidentiam dicti Melissum sic arguisse, si finitur aliquid vel terminatur ad aliquid, & ad plenum vel ad nihil, & ad vacuum sed si dicatur quòd terminatur ad plenum, tunc quæro de illo pleno, vtrum terminetur ad vacuum vel ad plenum, & quia Melissus valde abhorruit vacuum, vt non cogeretur ponere ipsum, maluit ponere processum in infinitum dicens illud vnum immobile non habere finem. Deinde cum dicit.

Tex.c. 59. *Hi vero propter causas has enuntiant ita de veritate.*

Epilogat circa determinata dicens, ꝙ hi.s.Melissus & sui sequaces propter dictas causas ita enuntiauerunt de veritate, id est, de eo quod credebant esse verum. Deinde cum dicit.

Tex. c. 59. *Amplius autem in sermone videtur hoc quidem contingere in rebus autem dementiæ est simile opinari ita nullum enim dementium egredi intantum vt ignem & glatiẽ vnum esse existimet, sed solum bona & apparentia, propter assuetudinem hæc quibusdam nihil videntur differre propter dementiam.*

Increpat Melissum de sua dementia dicens, ꝙ in sermone hoc videtur contingere posse. potest enim homo dicere ꝙ est vnum tantum immobile & infinitum, sed opinari ita esse in rebus est simile dementiæ. & dicit simile & non dicit equale, quia hoc transcendit omnem dementiam. nullum enim de numero dementium videmus intantum egredi a veritate, vt determinaret vnum esse ignem & glaciem quod exterminabat Melissus cũ diceret omnia esse vnum. Sed dementes propter consuetudinem male eligendi solum videtur deficere, quia non discernunt inter bona simpliciter & apparẽtia, quibusdam.n.propter dementiam hæc.s.bona simpliciter, & apparentia nihil videntur differre.

Tex. c. 60. *Leucippus autem existimatus ex habere sermones, qui ad sensum confeßa dicentes. non enim destruebat generationem neq; corruptionem, neq; motũ neq; multitudinem entium, confitebatur autem ea apparentibus.*

Narratis opinionibus antiquorum. In parte ista comparat eos ad seinuicem, & tria facit. quia primo cõparat opinionẽ Demo. ad opinionẽ Melissi. Secũdo coparat dictã opinionẽ ad opinionẽ Empedo. Tertia cõparat eã ad opinionẽ Platonis. Secũda ibi [Sed vt Empedo.] Tertia ibi [Similiter aũt & aliorũ omniũ.] Circa primũ tria facit qa primo narrat opinionẽ Demo. & Leucippi. Secũdo narrat opinionẽ Melissi. Tertio ex opinionibꝰ narratis dat differentiã inter eas. Secunda ibi [Constituentibus autẽ vnum] Tertia ibi [Sed omne quod tale.] Dicit ergo ꝙ Leucippus siue Democritus, fuerunt enim

Tex.c.61. Tex.c.62.

Leucippus & Democritus collegę, & socij, & quod dicebat vnus dicebat alius. dictus ergo Leucippus siue Democritꝰ existimatus est habere sermones qui sermones erant dicentes confessa ad sensum, quia non destruebat nec generationem nec corruptionem neque motũ neque multitudinem entium, confitebatur autem omnia ea quę apparent an sensum. Deinde cum dicit.

Constituentibus autem vnum vt non entem motionem, si non vacuum facere vacuumque non ens & entis nihil non ens inquit esse, principaliter enim & plenum est ens.

Narrat opinionem Melissi dicens, ꝙ constituentibus vnum.i.Melisso & suis sequacibus qui dicebant omnia vnum esse, contingit dicere non esse motionem, si non sit facere vacuum esse non ens, & esse nihil entis. plenum autem vt dicebant est ens principale. Deinde cum dicit.

Sed omne quod tale, non vnum sed infinita multitudine, & inuisibilia propter paruitatem tumoris, hęc autem in uacuo ferri, vacuum enim esse.

Narratis opinionbus dat differentiam inter eas, & tria facit. quia primo separat opinionem Democriti ab opinione Melissi quantum ad principia. Secundo quantum ad ea quę sequuntur ex principijs. Tertio quantum ad vtrunq; Secũda ibi [Et constantia quidẽ.] Tertia ibi [Secundum.n. id non vnum.] Continuetur sic, ita dixit Melissus, quia posuit tãtum vnum quod vocabat plenum, & negauit vacuum, sed Democritus omne quod erat tale.i. ꝙ erat plenum non dixit esse vnum tm̃, sed ponendo principia rerum dixit ea esse infinita multitudine, dixit ea inuisibilia propter paruitatem tumoris.i.magnitudinis. Rursum non negauit vacuum sed dixit hic.i.talia corpora fieri in vacuo, ponebat.n.esse vacuum. Deinde cum dicit.

Et constantia quidem generationem facere, dissoluta autem corruptionem, facere autem & pati secundum quòd existunt tangentia.

Separat opinionem Demociti ab opinione Melissi q̃tum ad ea quæ sequuntur ex principijs, non enim solum differebant in ponendo principia, quia vnus posuit infinita alius vnum tantum, sed etiam Democritus potuit saluare transmutationem & motus quę sequuntur ex principijs. non autem Melissus. dicebat.n.Democritus prædicta corpora indiuisibilia scd̃m ꝙ erant constãtia & coniuncta generationem facere, dissoluta autem corruptiones, secundum vero quòd existebant tangentia se causabant facere & pati. Deinde cum dicit.

Secundum.n.id non vnum esse, & composita & complicata generare. Et secundum autem veritatem ex vno non contingit generari multitudinem neque ex veræ multis unum, sed esse hoc impossibile. Tex.c.61.

Separat dictas opiniones quantũ ad principia & principiata simul. Demo. enim ponebat mixta & composita nõ esse simpliciter vnum, quia poterãt diuidi, sed indiuisibilia corpora erant vnum simpliciter & secũdum veritatem, dicebant enim corpora indiuisibilia composita & complicata generare mixtum, & secundum id quod generabant tale mixtum dicebat ea non esse vnũ simpliciter, quia secundum veritatem, & simpliciter. nec ex vno contingit generari multitudinem nec ex vere multis vnum, sed hoc est impossibile, saluabat ergo Democritus veritatem simpliciter quantum ad principia & vnitatem quodammodo quantum ad mixta q; sunt ex principijs quod non poterat saluare Melissus cũ poneret tm̃ vnum esse. Deinde cum dicit.

Sed ut Empedocles & aliqui aliorum inquiunt pati per poros, ita & omnem alterationem et omne pati hoc modo generari per uacuũ facta dissolutione & corruptione similiter autem & augmentationem subintrantibus solidis. Tex.c.61.

Comparat opinionē Empedoclis ad opinionē Democriti, & duo facit. quia primo cōparat dictas opiniones ſm conuenientiam. Secūdo q̄tum ad differentiā. ibi [Et ad eorū poſitiones.] Circa primū tria facit. quia primo oſtendit dictas opiniones conuenire in poſitione pororum. Secūdo in poſitione corporum indiuiſibiliium. Tertio epilogat circa determinata. Secūda ibi [Fere aūt, & Empedocles.] Tertia ibi [Modi quidē igitur.] Dicit ergo ꝙ contingit dicere Demo. vt Empedoclē, & vt ali qui aliorum ſui ſequaces inquiunt pati per poros ita ꝙ oēm alterationem & omne pati ſupple per poros ſaluābant, & hoc modo loquebatur Demo. qui dicebat generari per vacuum, & corrumpi facta diſſolutione, & corruptione in vacuo, ſic etiam & augmentationē dicebat fieri quia ſolida ſubitrabant vacuitates quaſdam ſed ſupple idē eſt ponere poros ſecundū quos intrēt corpora & ſe contingat & agant, q̄d faciebat Empe. & ponere vacuitates per quos hæc fiant q̄d faciebat Democritus, & ideo in poſitione pororum nō differunt dicte opiniones. Deinde cum dicit.

Tex.c.62. *Feræ autem & Empedoclem neceſse dicere vt Leucippus inquit, et enim eſſe quædam ſolida & indiuiſibilia, aut ſi non vbique pori & continui ſunt, hoc autem impoſſibile nihil enim aliud ſolidum extra poros, ſed omne vacuum, neceſſe igitur tangentia quidem eſse inuiſibilia, media autem eorum vacua quos ille dicit poros, ita autem & Leucippus dicit de facere & pati.*

Oſtendit dictas opiniones cōuenire in poſitione corporum indiuiſibilium, dicens ꝙ Empedoclē fere neceſſe eſt dicere vt Leucippus inquit. neceſſe eſt.n. ſcd̄m Empedoclē eſſe indiuiſibilia ſolida inter poros quia ſi hoc non ponatur pori erunt vbique & continui, quod eſt impoſsibile, quia tunc ſolidum non eſſet aliud præter, poros, ſed eſſet totum vacuum, vt ergo pori non ſe tangant, neceſſe eſt eſſe aliqua corpora indiuiſibilia ſiue inuiſibilia tangentia ſe, media autem horum corporum eſſe vacuitates quas ille dicit eſſe poros, ita & Leucipus dicit de facere & pati ponens corpora indiuiſibilia ſe cōtingere propter quaſdam vacuitates. differētia ergo erat in modo loquendi, quia il'e dicebat eſſe vacuitates quas ſub ingrediebantur corpora indiuiſibilia. Empedocles vero dicebat eſſe poros. Aduertendum aūt nouam trāſlationem in hoc paſſu defectiuam eſſe, recurrendū eſt ergo ad veterem vt habeatur intentio auctoris. Deinde cum dicit.

Modi igitur ſecundum quos, hęc quidem faciunt hæc autem patiuntur. fere hi dicuntur, & de his, quidem & quomodo dicunt maifeſtum eſt.

Epilogat circa determinata, q̄d modi ſm quos hic corpora faciunt, hic autē patiuntur fere hi dicuntur qui dicti ſunt, & addit ꝙ manifeſtum eſt quomodo dicuntur de his. i. de agere & pati. Deinde cum dicit.

Et ad eorum poſitiones quibus vtuntur fere confeſse videtur contingens. aliȷs autem minus. verbi gratia. Empedocli quomodo erat generatio & corruptio & alteratio non eſt manifeſtum.

Dat differentiam inter dictas opiniones, & duo facit. quia primo dat huius differentiam. Secūdo quod dixerat manifeſtat. ibi [His.n.erant.] Dicit ergo ꝙ ad poſitiones eorū ſupple contingit aſsignare differentiā q̄tum ad ea quibus vtūtur. nam contingens aut ſupple ſcd̄m Democritum. i. id quod Democritus dicebat cōtingere & eſſe fere videntur eſſe confeſſe, quia ſenſus apparentia videntur confiteri illud, ſed cum Empedocles in ſaluando apparentiam dixit minus aliȷs, ideo ſubdit quaſi exponendo quod dixerat ꝙ Empepocles. i. ſcd̄m dicta Empedoclis non eſt manifeſtum quomodo erat generatio, & corruptio vel etiam alteratio, quia in loquendo de talibus non complete ſaluauit confeſſa, & apparentia. Deinde cum dicit.

His enim erant corpora indiuiſibilia prima corporum formis differentia ſolum, ex quibus primum componuntur & in quæ vltimo diſsoluuntur.

Manifeſtat dictam rationem, & duo facit. quia primo oſtendit ꝙ Demotritus ſaluabat plures apparentias. Secundo ꝙ Empedocles ſaluabat pauciores. ibi [Empedocles autē.] Oſtendit ergo ꝙ his. ſ. Democrito & ſuis ſequacibus erant corpora indiuiſibilia prima. i. principia aliorū corporū quę indiuiſibilia principaliter, ſupple ſolum differrebant formis ex quibus corporibus indiuiſibilibus primū componuntur alia corpora, & vltimo diſſoluuntur in ea, & vt patet per habita & per huiuſmodi principia oēs apparentias ſaluabat. Notandum autem Democritū voluiſſe indiuiſibilium corpora diſferre tripliciter. forma ſiue figura, poſitione, & ordine, tn̄ quia differentia per formam erat differentia principalis. iō dicit hic differre ſolum formis. Deinde cum dicit.

Empedocles autem alia quidem manifeſtum, quoniā vſq; ad elementa habent generationem & corruptionē, ipſorum vero elemētorum quomodo gegeneratur et corrumpitur, coaceruata quantitas, neque manifeſtum neq; contingit dicere ei non dicenti & ignis elementum eſſe.

Oſtendit quomodo Empedocles tot apparentias ſaluare non poterat, dicens, quòd Empedocli manifeſtum eſt quidem quomodo generantur alia mixta, quoniam ſecundum ipſum talia mixta vſque ad elementa habent generationem & corruptionem, & ſed quomodo coaceruata quantitas. i. quomodo corporalis magnitudo horum ipſorum elemētorum generatur & corrumpitur ſed dicta eius non eſt manifeſtum, nec contingit dicerę ei non dicenti elementum ipſius ignis eſſe quaſi dicat quòd ex quo ignem terram & aerē, & aquam ponebat prima ſimpliciter, & ipſorum non ponebat alia principia & elementa, non poterat ſaluare generationem & corruptionem eorum, ſed Democritus poterat hoc, quia ponebat talia reſolui in corpora indiuiſibilia. Notandum autem quòd ignis & terra & cætera huiuſmodi habent ſua elementa & ſua principia in quæ reſoluuntur, quia habent materiam & formam, ideo ſunt generabilia & corruptibilia ſed ſiquis poneret huiuſmodi corpa eſſe ſupple prima & nō reſolubilia in alia, negaret eorum generationem & corruptionem, & quia hæc poſuit Empedo. talia ſaluare non potuit. Tex.c.7
Deinde cum dicit.

Similiter autem aliorum omnium vt in Thimeo ſcripſit Plato.

Comparat opinionem Democriti ad opinionem Platonis, & duo facit. quia primo dat conuenientiam inter eas. Secundo differentiam. ibi [Intantum differt.n.] Tex.c.5
Continuetur ſic. Empedocles non poſuit quòd ipſius ignis eſſet aliquod elementum & principium, ſimiliter autem & omnium aliorum elemētorum, vt terrę aquę & aeris ſupple non poſuit aliqua priora principia, vt Plato poſuit & ſcripſit in Thimeo, vbi voluit ignem terrā & alia poſſe reſolui in aliqua priora, in quo ſupple cōueniebat Cum Democrito. Deinde cum dicit. ex. c.64

Intantum differt enim vt non eodem modo Leucippo dicat, quoniam hic quidem. ſolida, hic autem planities dicit indiuiſibilia.

Dat differentiam inter Platonem & Democritum, & facit, ſecundum quòd tres differentias aſsignat. Secunda ibi [Et hic quidem infinitis.] Tertia ibi [Leucippo quidem enim.] Dicit ergo ꝙ intantum differt Plato vt non eodem modo dicat ipſi Leucippo q̄m hic quidē, ideſt Leucippus indiuiſibilia in quæ reſoluuntur. oīa alia corpora dicit eſſe ſolida, ſed hic. ſ. Plato huiuſmodi indiuiſibilia dicit eſſe planities. Deinde cum dicit. ex c. 70 ex.c.69

Et

Et hic quidem infinitis terminari figuri indiuisibilium solidorum vnumquodque. hic autem terminati, quoniam indiuisibilia vtique dicunt terminata figuris. ex his itaq; generationes, & segregationes & corruptiones.

Dat secundam differentiam, quia hic.s. Democritus vnumquodq; indiuisibilium solido.i.oĩa indiuisibilia corpora posuit determinari infinitis figuris.hic autem.s. Plato posuit sua indiuisibilia differre figuris terminatis .i.infinitis dicunt.n.Platonici indiuisibilia esse terminata figuris,ponebat.n.fieri resolutionem vsq; ad superficies triangulares quas appellabat indiuisibiles.iõ indiuisibilia nõ posuit infinitarũ figurarũ.sed dixit ea esse triãgularia.addit aũt q ex his & diuisibilibus faciebãt Platonici generationes & corruptiones. Deinde cum dicit.

Leucippo quidem.n.duo modi erant vtiq; per vacua & tactum.hic.n.indiuisibile vnumquodq;. Platoni autem secundum tactum solum vacuum enim non esse inquit.

Dat tertiã differentiã quia Leucippus duob⁹ modis saluabat huiusmodi trãsmutationes naturales p vacuũ & per tactum. nã hic.i. Demo. vnumquodq; principiorũ ponebat indiuisibile.oportebat ergo eũ ponere inter huiusmodi solida indiuisibilia aliquas vacuitates vt fieret magnitudo.Plato aũt quia inquit nõ esse vacuũ,nõ potuit saluare generationẽ,& tales transmutationes naturales nisi per tactũ solum. Est ergo hic triplex differẽtia assignata, quia Demo.principia aliorũ dixit esse solida, & infinitarũ figurarũ & posuit vacuũ.Plato vero huiusmodi principia dixit esse superficies & posuit ea finitarũ figurarum & negauit vacuum. Aduertendũ aũt translationem nouam etiam in hoc passu esse defectiuam.

De indiuisibilibus autem planitiebus diximus in prioribus sermonibus, de indiuisibilibus autẽ solidis amplius est dicere. ideo hoc accidens relinquitur nunc.

Positis opinionibus antiquorũ & cõparatis ei ad seinuicem. In parte ista improbat eas, Opiniones aũt superi⁹ tacte fuerunt quatuor.s.melissi Democriti Empedoclis & Platonis, sed Melissus negauit actionẽ & passionem, ideo de eo non est hic cure. Platonis aũt opinio incidẽtaliter fuit adducta.iõ hic accidentaliter reprobat principaliter igitur redarguntur Demo.& Empedocles propter qd hæc pars diuiditur in partes duas.qa primo philosophus improbat opinionẽ Democriti ponẽtis actionẽ & passionẽ fieri per contactũ indiuisibiliũ corporũ.Secundo arguit cõtra opinionẽ Empedoclis q ponebat actionem & passionẽ per poros ibi [Quicunq; igitur per pororum.] Circa primũ duo facit.quia primo cõtinuat se ad dicenda.Secũdo exequitur de intẽto. ibi[Vt aũt parũ.]Dicit ergo q planitieb⁹.i. de indiuisibilib⁹ planitiebus vt supplet alia litera dixim⁹ in priorib⁹ sermonibus .i.Tertio de cęlo & mũdo.q.d. q cõtra opinionẽ Platonis ponentis superficies indiuisibiles, non oportet hoc principaliter dicere, cũ de ea alibi sufficiẽter dictum, sed de indiuisibilibus solidis.i.de opinione Domocriti est amplius dicere, quia non est de ea sufficienter dictũ.ideo hoc accidens.i.hoc consequens relinquatur nunc, quia non contingit dicere de eo. Deinde cum dicit.

Tex.c.75 [left margin, beside "nem & passionẽ per poros"]

Tex.c.5. [left margin, beside ".i.Tertio de cęlo"]

Tex.c.64. *Vt autem parum disgredientes dicamus, necessarium & impossibile vnumquodque dicere indiuisibilium, non enim possibile pati nisi per vacuum nullius actiuum passionis, neq; enim calidum nec frigidum oportet esse indiuisibile.*

Exequitur de intẽto improbãdo opinionẽ Democriti,& duo facit.quia primo improbat ea qtum ad actionem,& passionẽ.Secundo quantũ ad corpora indiuisibilia quæ per actionẽ & passionem, saluabat.ibi [Amplius aũt inconueniens.[Circa primũ duo facit quia primo facit qd dictũ est.Secũdo ex his quæ dixerat arguit cõtra Platonẽ.ibi]Hęc.n.in solida.] Democritus aũt in loquendo de actione & passione quasi contradictoria implicabat ponebat.n.corpora indiuisibilia & ponebat in eis qualitates actiuas & passiuas ponendo corpora indiuisibilia negabat actionẽ & passionẽ. ponẽdo qualitates actiuas, & passiuas cogebatur ponere actionẽ & passionẽ.tria ergo facit.quia primo ostendit Democritũ nõ posse saluare actionem & passionẽ.Secundo ostendit q oportebat eum talia ponere.Tertio quoddã qd supposuerat probat.Secũda ibi[Quamuis hoc inconueniẽs.] Tex.c.65.
Tertia ibi[Sed tñ inconueniens.] Dicit ergo vt aũt parum disgredientes. dicamus q necessariũ est dicere ẽm opinionẽ Democriti vnumqdq; indiuisibilium corpus est impossibile.i.non posse pati,vel esse impossibile pati per vacuũ.Cum ergo indiuisibili corpore non possit esse vacuũ non erit tale corpus actiuum. vel etiam susceptiuũ alicuius passionis.vnde nec erit durũ nec frigidũ. Notãdum aũt q ex dictis pñt formari duo media contra Democritũ vt sit mediũ primũ quia cũ poneret actionem per vacuum, ẽm indiuisibilia corpora, nec põt esse actio quia in indiuisibili non potest esse vacuũ.Secundũ mediũ erit q corpus indiuisibile non erit passionis actiuũ,& actio & passio inter talia corpa reseruari nõ poterit quia frigidum & durum & alie qualitates passionabiles per quas est agere, & pati in indiuisibili reseruari non possunt Deinde cum dicit. Tex.c. 68.

Tex.c.65. *Quamuis hoc inconueniens sit solum dare circulari figuræ, calidum necesse enim & contrarium frigidum alicui alij adaptare figurarum. inconueniens autem si hæc quidem existunt. dico autem caliditas & frigiditas, grauitas autem & leuitas durities & mollities non existunt.*

Ostenso Democritum non posse saluare actionem & passionem ostendit q oportebat eum talia ponere, & tria facit secundum quòd tripliciter, hoc ostendit. Secũda pars ibi [Sed tñ grauius.]Tertia ibi [Sed si durum] Tex.c.66.
Prima ratio talis est quia si Demo.adaptabat calidũ circulari figurę,quia dicebat athomos rotundos esse calidæ naturæ,inconueniens est hic, si solum calidum adaptabat tali figuræ, quia necessarium erat contrariũ.s.frigidum alicui alij figuræ adaptare,quia si vnũ contrariorũ est in natura & reliquum, & inconueniens est si existit hic.s.caliditas & frigiditas & non existunt grauitas & leuitas, durities & mollities, sed supple his existentibus est actio & passio. ergo Democrito oportebat reponere actionem & passionẽ, cum poneret ea per quæ actio & passio habet fieri. Deinde cum dicit. Tex.c. 77.

Tex.c.66. *Sed tamen grauius secundũ excedentiã inquit esse Democritus vnumquodq; indiuiduum quapropter & calidius, talia autem entia non pati adinuicem impossibile. verbi gratia à multum excedente calido leuiter calidum.*

Ponit Secundam rationem, quia Demo.vnumqdq; indiuisibiliũ.i.in vnoquoq; genere indiuisibiliũ ponebat aliquid grauius secundũ excedentiam, & ponendo vnum grauius alio ponebat vnum leuius alio quapropter etiam ponebat vnum calidius alio, sed talia entia non pati adinuicem est impossibile.v.g.a multum excedente calido patitur & corrumpitur id quod ex leuiter & remisse calidum. quare oportebat Democritum ponere actionem & passionem. Deinde cum dicit.

Tex.c.67. *Sed tamen si durum & molle, molle autem in patiendo aliud dicitur. sub actiuum enim & molle.*

Ponit tertiam rationem. nam Demo. dicebat aliqua entia esse dura sed si ponatur aliquid durum, vt quia forte frigidum ponitur esse durum, oportet quòd & molle ponatur aliquid, sed molle dicitur in patiendo aliquid aliud, sub actiuum est enim molle, durum autem magis actiuum, sed ponendo actiuum & subactiuum vt ponendo durum, & molle oportebat eum ponere actionem, & passionem.ergo, & cetera. Deinde cum dicit.

c. 70. [left margin]
c.69. [left margin]

Sed tamen inconueniẽs ſi nihil exiſtit non ſolũ figura, et ſi exiſtit vnũ aũt ſolum verbi gratia hoc quidẽ frigidum, hoc autem calidum, neque enim vna aliqua eſſet natura eorum.

Quoddam quod ſuppoſuerat probat. ſuppoſuerat enim ſuperius huiuſmodi corpora indiuiſibilia nõ poſſe eſſe actiua, & etiam ſuſceptiua paſsionis, & non poſſe eſſe nec calida nec frigida quæ non ſunt omnino manifeſtat, ſuperius enim tetigit quaſi duo media ſimul oſtendendo Democritum non poſſe ſaluare actionem & paſsionem, ſed medium de vacuo ſatis fuit notum: aliud autem medium non ſic notum erat, ideo ſupplet hic rationem illam. dixerat enim auctor ſuperius huiuſmodi corpora indiuiſibilia non eſſe actiua, & paſsiua, quia non ſunt paſsionum ſuſceptiua, non enim poſſunt eſſe, neq; dura neque frigida, nec habere huiuſmodi paſſiones ſecundũ corpus, quia eſſe paſsionatum poteſt intelligi dupliciter, vel ꝙ habeat vnam paſsionem tantũ intranſmutabiliter, ita ꝙ ſit tantũ calidum, & non poſſit infrigidari, vel ꝙ habeat plures qualitates ſucceſsiue & tranſmutabiliter, ideo duo facit. quia primo oſtendit corpora indiuiſibilia non poſſe habere tm̃ vnam qualitatem tranſmutabiliter. Secundo ꝙ non poſſunt habere plures tranſmutatiuas. ibi [Similiter aũt impoſsibile.] Dicit ergo quod inconueniens eſt ſi corporibus indiuiſibilibus nihil exiſtit niſi ſolum figura, quia ſecundũ ſolam figuram non proprie eſt actio, & paſsio, & ſi exiſtet ei aliqua alia qualitas. quæro vtrum hoc ſit vnum ſolum verbi gratia ꝙ hoc ſit frigidum ſolum, ita ꝙ non poſsit eſſe calidum. hoc aũt calidũ ſolum quod ſtare nõ poteſt, quia non eſſet aliqua vna natura eorum. ſi ergo omnia exiſtentia in ſphæra actiuorum & paſsiuorum conueniunt in vna natura, quod eſt eorum materia. oportet talia eſt tranſmutabilia adinuicem, quòd non ſolum cõpetat eis vna qualitas tantũ. Notandum autẽ ꝙ incõueniens eſt corporibus indiuiſibilibus, ex quo ponuntur actiua & paſsiua dare eis ſolam figuram abſq; aliqua alia qualitate, quia ſm̃ ſolam figurationem non eſt actio & paſsio, cũ Mathematicis competat figuratio quę ſunt abſtracta ab actione, & motu. Deinde cum dicit.

Similiter autem impoſſibile ſi multa vni, indiuiſibile.n. ens in eodem habebit paſſiones, quapropter etſi patitur ſecundum quòd infrigidatur hoc aliquid & aliud faciet aut patietur, eodem autem modo & de paſſionibus alijs.

Dicit ꝙ corporibus indiuiſibilibus nõ poſſunt competere qualitates tranſmutabiliter, dicens. Similiter eſſe ĩpoſsibile multa.i.multas qualitates cõtrarias poſſe ineſſe vni corpori indiuiſibili, vt quòd de vna qualitate trãmutetur in aliam. Ad cuius euidentiam Notandum quòd ſicut in motu locali mobile non ſimul mutat totum locum ſuum, ſed prius mutat ſecundum vnam partem, poſtea ſecundum aliam, ita ꝙ mobile partim eſt in termino à quo, & partim in termino ad quẽ, ita quòd alteratur non ſtatim mutat totam qualitatem ſuam, ſed prius alteratur in parte propinquiori agenti, ita quòd cum alteratur alterabile eſt quodammodo ſub diuerſis qualitatibus. ſi ergo indiuiſibile ens ponatur alterari, quia, indiuiſibile non habet partem & partem, in eodem habebit paſsiones cõtrarias, quapropter ſi patitur .i.ſi alteratur indiuiſibile vt ſi infrigidatur hoc idem.i. ſecundum aliquid ſui & aliud.i.ſecundum aliud ſui faciet aut patietur aliquid aliud. dictum eſt enim alterarbile dum alteratur eſſe ſub oppoſitis qualitatibus, vel ergo indiuiſibile habebit partem & partem, ita quòd ſecundum aliud & aliud patiatur, & tunc indiuiſibile erit diuiſibile, vel idem habebit oppoſita, quorum vtrunq; eſt inconueniens, & q̃d dictum eſt de calido, & frigido eodem modo intelligendum eſt de alijs paſsionibus. nullo ergo modo indiuiſibile tranſmutari poteſt de vna tranſmutatione in aliam, Notandum autem ex his, declaratum eſſe medium ſuperius poſitum. nam ſi indiuiſibile non habet vnam qualitatem intranſmutabiliter nec poteſt habere qualitates ſucceſsiue & tranſmutabiliter, patet quòd inter talia non eſt actio & paſsio, nec aliquod talium eſt paſsionis actiuum vel ſuſceptiuum, cum nullum indiuiſibilium habere poſsit aliq̃ paſsibilẽ qualitatẽ. conſequens eſt ergo ꝙ nec ſit durum nec frigidum vt medium ſupponebat. Deinde cum dicit, ex.c.7

Hæc enim & ſolida & planitiem dicentibus indiuiſibilia contingit eodẽ modo, neq; rariora enim neq; denſiora eſt poſſibile generari vacuo non ente in indiuiſibilibus.

Adaptat huiuſmodi inconuenientia contra Platonẽ dicens, quod dicentibus indiuiſibilia ſolida & indiuiſibile planitiem.i.Demo. & Platoni contingit dicere eodem modo quòd nullus iſtorum poterat proprię ſaluare actionem, & paſsionem. Rurſum quemlibet iſtorũ, oportebat ponere vacuum, quia indiuiſibilibus.i.ſecundum indiuiſibilia non eſt poſsibile generari rariora, & ex.c.7 denſiora non ente vacuo. Ad euidentiam autem dictorum notandum quòd ſi vnum indiuiſibile attingeret aliud non faceret magnitudinem, ſed oportet quòd interponatur vacuum inter indiuiſibilia, ſi debet magnitudo conſtitui, & tunc ſecundum quandam apparentiam ſaluabitur denſum cum indiuiſibilia erunt propinquiora, & rerum cũ erunt remotiora. Notandũ etiã quod ſi eſt inconueniens non ſaluare actionem, & paſſionem & ponere vacuũ inconueniens eſt omnis poſitio, de indiuiſibilibus, cum huiuſmodi indiuiſibilia dicantur eſt planities, vt dicit Plato, ſiue cum dicãtur eſſe ſolida vt poſuit Demo. intantũ tñ peius dixit Plato quã Demo. quia cũ oporteret eũ ponere vacuũ negauit ipſũ licet.n.ſit inconueniens ponere vacuũ, bene tñ fecit Democritus quòd poſuit ipſum ex quo ſequebatur ad potentiam ſuam, inter cetera enim maxime eſt attendendũ in ſcientia non dicere repugnans & non ignorare quanti ponderis ſit vox propria.

Amplius autem inconueniens & parua quidem indiuiſibilia eſſe, magna autem non nunc quidem magis rationabiliter maiora confrigentur, quàm parua quidem non diſſoluũtur facilius paruis verbi gratia magna quidem procedunt ex multis, indiuiſibilia autem vniuerſaliter magis quàm magnis exiſtit paruis.

Poſtquam Philoſophus improbauit opinionem Demo. quantũ ad agere & pati. In parte iſta improbat eã quantũ ad corpora indiuiſibilia per quæ dicebat fieri, actionem & paſsionem, & tria facit ſecundũ ꝙ tripliciter improbat Demo. in ponendo corpora indiuiſibilia x.c.72 eſſe rerum principia & eſſe cauſas actionis & paſsionis, quia primo facit hoc accipiendo indiuiſibilitatem ſecundum quantitatem. Secundo accipiendo indiuiſibilitatem ſecundũ formam. Tertio accipiendo indiuiſibile abſolute. Secunda ibi [Amplius autem vtrũ vna.] Tertia ibi [Amplius aũt quidem quid eſt.] Dicit ergo ꝙ incõueniens eſt poſitio Domo. ponens parua eſſe indiuiſibilia & non magna, licet enim magis rationabiliter.i.magis prompte & agiliter manifeſtat cõſtringantur quã parua, quia.ſ.hic.ſ.magna diſſoluuntur.i.diuiduntur facilius paruis verbi gratia quia magna offendũt ex multis partibus hic enim corpora actiua & paſsiua de quibus loquimur, ſicut ſe habent ad offendere & agere, ita ſe habent ad offendi & ad pati ſiue ad diuidi, ideo dicit ex multis partibus offendunt & agunt, & ſicut ex multis partibus offendunt & agũt, ita de facili in multas partes diuidi & pati poſſunt. alia autem litera vbi nos habemus. offendunt. habet procedunt, & tunc eſt facilis intellectus. nam quia magna procedunt ex multis partibus, ideo ſunt de facili diuiſibilia, ſed vniuerſaliter.i.abſolute quare exiſtit.i.competit dicere magnis q̃ paruis q.d. non eſt dare cauſam, nam abſolute ratio diuiſionis eſt

est quantitats. Cum ergo tãm corpora magna quàm parua sint quanta & non sint magis quanta hic q̃ illa, quia quantitas non suscipit magis & minus non erãt hæc magis diuisibilia q̃ alia. Deinde cum dicit.

Amplius autem vtrum omnium vna natura illorum soli ex.c.71. *dorum aut differt alterum ab alteris, quemadmodum si hæc essent ignea, hęc autem terrea secundum tumorum siquidem enim vna natura est omnium. quid diuidens, aut quare non sunt tangentia vnum quemadmodum aqua aquam tangit, nihil enim differt posterior aqua à priori. Si autem alia qualia hæc, & manifestum quòd has ponendum principia & causas contingentium magis quàm figuras.*

Ostendit principia rerum nõ posse esse corpora indiuisibilia considerando indiuisibile scd̃m formam siue s̃m materiã, & duo facit. quia primo proponit qd̃ intendit. Secũdo assignat cãm dicti. Secũda ibi[Amplius aũt ex.c.72. differentia in natura.] Dicit ergo ꝙ si ponũtur corpora indiuisibilia esse principia rerũ, & esse causas actionis & passionis quærẽ de illis indiuisibilibus. vtrũ sit oĩum illorum solidorũ vna natura aut differt alterũ ab alteris, quẽadmodũ si hic quidem s̃m tumorem.i. s̃m naturalẽ quantitatem essent ignea.i. ignee naturæ, hic aũt terrea. Siquidẽ est vna natura oĩum illorum quid est diuidens .i. quid est distinguens inter ea, aut quare tangentia non sunt vnum quemadmodum qñ aqua tangit aquam. nihil.n. differt aqua posterior à prioiri. q.d. huiusmodi corpora indiuisibilia non pñt poni eiusdem naturę, quia cõposita ex his non distinguentur. nec essent differentia inter entia, sed sicut tota aqua est eiusdem naturæ cũ alia aqua, & cum guttis ex quibus componitur, sic quælibet mixta essent eiusdem naturę inter se, & haberẽt eandem naturam cum athomis ex quibus procederent. nõ ergo potest poni huiusmodi indiuisibilia esse indifferentia secundum naturam, cum in entibus videamus differentiã naturalem sed si ponantur alia qualia.i. si ponantur habere alietatẽ & differentiam in qualitatibus, & in naturalibus formis, manifestum est ꝙ has differentias, naturales est ponendum esse principia & causas rerum contingentium magis q̃ figuras.i. magis q̃ corpora figurata. ergo ea quę ponuntur principia, nec debent poni indiuisibilia secundũ quantitatẽ vt probat ratio prima, nec scd̃m naturam, vt probat hic ratio Secunda, & huiusmodi naturas diuersas magis est ponendum esse principia rerum, & esse causas actionis, & passionis, q̃ ipsa corpora figurata. Deinde cum dicit.

Amplius autem differentia in natura vtique faciens & .c.72. *patientur approximantia adinuicem.*

Probat quod supposuera. videlicet. differentia scd̃m naturã esse rerũ principia causas actionis & passionis. nã illa sunt talia quæ agunt & patiuntur approximata ad seinuicẽ, sed differentia in natura faciẽt & patiũtur ad se inuicẽ ergo talia sunt ponenda principia rerũ cõtingentium.i. rerum mixtarũ quæ contingit vt producantur ex athomis & ponenda sunt talia esse causas actionis & passionis. Deinde cum dicit.

Amplius quidem quid est quod mouetur. siquidẽ.n. aliud .c.73. *passiuum est. si autem ipsum seipsum vnumquodque autẽ diuisibile erit secundum aliud quidem mouens, secundũ aliud autem motum, aut secundum idem contraria existunt. Et* .c.74, *non solum materia erit sed & potentia vna numero.*

Adducit Tertiam rationem cõtra positionẽ Demo. de corporibus indiuisibilibus, ponebat.n. Demo. corpora indiuisibilia esse principia rerũ & tñ dicebat huiusmodi corpora moueri & ferri ĩ vacuo, sed tũc queritur qd̃ est quod mouetur.i. per quod mouetur huiusmodi indiuisibile. siquid.n. aliquid.i. si mouetur per aliud tũc est quid passiuum, & non est primũ corpus. prima.n. corpora. quia sunt principia rerũ non mouebantur ab alio principio extrinseco. si autẽ ipsum indiuisibile corpus mouetur scd̃m seipsum, tunc vnumquodq; tale corpus diuisibile erit, quia secundũ aliud est mouens, & scd̃m aliud motum. probatur.n. in 7. physicorũ ꝙ omne qd̃ Tex.c. 1. mouetur ex se est diuisibile & in talia duo, quorũ vnũ est per se mouens, & aliud per se motum, quia si non esset secundum aliud mouens & scd̃m aliud motum secundũ idem existerent contraria, quo posito materiam nõ solum esset vna potẽtia.i. scd̃m potentiam essentialẽ sed etiã esset vna potentia supple scd̃m esse sub vtroq; contrariorũ postq̃ in eodem simul contraria ponuntur, hic autem ratio simpliciter probat corpora quæ ponuntur rerũ principia nõ posse esse indiuisibilia. Notandũ aũt ꝙ alia litera habet hic econuerso. videlicet. ꝙ materia non esset vna numero, sed etiã vna potentia, qd̃ ad eundem intellectũ trahi debet, vt dicatur materia vna potentia.i. materia vna secundũ dispositionem, quia tũc aliqd̃ est proprie in potentia ad aliud qñ est materia propinqua & disposita respectu illius vt es absolute loqndo est in potentia ad statuã, non terra, vt probatur 9. Meta. Tex.c. 11. debet ergo textus alterius translationis sic exponi, ꝙ si in eodem ponuntur esse contraria materia non solũ erit eadem numero per essentiam, sed etiam est earundem potentia.i. erit eadem vt est propinqua & disposita, & vt accipitur secundum esse quod falsum est.

Qvicunq; quidẽ igitur per pororũ motionem inquiũt Tex.c.75. *passiones contingere, sed siquidẽ & plenis poris superfluunt pori. si.n. patitur aliquid ita esse, & si nõ poros habens patietur eodem modo sed ipsum cõtinuum ens.*

Improbata opinione de actione & passione scd̃m corpora indiuisibilia quę dicebatur esse Demo. In parte ista improbat opinionẽ per poros quę dr̃ esse Empedo. Diuiditur aũt hęc pars in duas partes. quia primo improbatur talis opinio q̃tum ad agere & pati. Secũdo q̃tum ad modũ agendi, & patiendi. ibi [Diuisibilibus aũt omnino corporibus.] Prima pars diuiditur in tres qa primo improbatur dicta opinio scd̃m ꝙ contrariũ agit in contrariũ. Secũdo prout sensibile agit in sensum. Tertio improbatur vniuersaliter q̃tum ad oẽm actionẽ & passionẽ Secunda ibi[Amplius aũt qũo contingit.] Tertia ibi [Vniuersaliter aũt poros facere] Ad euidentiã autẽ Tex.c.76. primę rõnis notandũ Empedo. posuisse actionẽ & passionem per poros, quia agẽs ingrediebatur per poros illos & replebat eos, quos replendo trãsmutabat passum contra hoc aũt arguens philosophus ait: ꝙ quicunq; inquiunt cõtingere passionem per motionẽ pororũ.i. per hoc ꝙ agẽs mouetur & ingreditur poros siquidẽ quia plenis poris fit passio. superfluũt pori, quia si aliquid patietur si ponatur ita esse habendo poros, patitur & eodẽ modo, & si nõ sic poros hñt sed sit ipsum ens continuũ. Notandũ aũt qd̃ ponẽtes passionẽ fieri p̱ poros ex quo ponebãt poros repleri ex ipso actiuo nõ plus faciebant ibi pori, nisi quia p̱ eos ponebatur agens iuxta passum. Cum ergo possit esse actiuum iuxta passiuum poris nõ existentibus superfluunt pori. Deinde cum dicit.

Amplius autem quomodo contingit de inspicere & vidẽ Tex.c. 76. *vt dicunt neq;.n. secundum tactũ contingit transire per trãsparẽtia neq; per poros si plenus vnusquisq;. Quid.n. differt non poros habere. omne.n sic erit plenum. sed & si vacua quidẽ hæc. necesse aũt corpora in eis habere. idẽ cõtingit rursũ.*

Improbat specialiter hanc rationẽ prout sensibile agit in sensum, & duo facit. quia primo præmittit rationem Secundo remouet quandam cauillationem. ibi [Si aũt talia.] Dicit ergo qũo contingit accidere de inspicere.i. de videre quasi dicat quomodo fit visio, si est ita vt dicunt, ponebat enim sic loquentes transparentia plena poris, vt per tales poros fieret visio, vt radij visuales transirent per illos, & tangerent rem visam, vel secundum ipsa visibilia transierẽt per eos & fieret qui-

dam contactus rei visibilis & visus, sed tunc quæretur de huiusmodi poris, aut sunt pleni aut vacui. si sunt pleni non poterit vere trāsire radius vel res visibilis, vt fiat contactus rei visæ ad visum. ideo ait quòd sensus tactus non contingit transire transparentia neq; per poros. i. pp poros si ponuntur pori pleni, quia sic oē. i. totū erit plenum, sed si ponantur pori vacui necesse est corpora habere in eis, tunc idē continget rursum. videlicet quòd non erit ibi transitus, & per consequens non erit ibi visio. Deinde cum dicit.

Si autem talia secundum magnitudinem suam sunt vt nō suscipiant corpus aliquod, rediculum paruum quidem existimare vacuum, magnum autem non esse vacuum, qualecunque autem vacuum aliquod existimare dicere nisi regionem corporis. Quapropter manifestum quoniam omni corpori, scilicet secundum tumorem simile erit vacuum.

Remouet quandam cauillationem, diceret forte aliquis quòd magni pori replentur corpore non parui. contra hoc arguens ait quòd si ponantur vacua talia. i. ita parua scdm magnitudinem vt nō suscipiant corpus aliquo, ridiculum est paruum existimare vacuum & non susceptiuum corporis, immo ridiculum est qualecunque aliquod vacuum existimare dicere esse simpliciter. vacuum enim non debemus dicere esse aliquid nisi regionem corporis, ideo licet possit esse vacuū ab hoc corpore vel ab illo, non tū potest esse vacuū simpliciter ab omni corpore, & quia in omni tali vacuo & in oī tali regione est aliquod corpus, manifestum est qm̄ oī corpori secundum tumorē. i. secundum magnitudinem est assignare equale vacuū. i. equale locū & equale regionem. Notandum aūt φ sicut materia absoluitur ab hac forma vel ab illa, nunq̄ tū absoluitur a forma simpliciter, ita locus absoluitur ab hoc corpore vel ab illo, nunq̄ tū absoluitur à corpore simpliciter. ergo est dare vacuum scdm quid, & huiusmodi vacuum nihil est aliud nisi regio siue loc⁹ priuatus vno corpore & plenus alio, & iō cuilibet regioni & cuilibet vacuo est adaptabile aliqđ corpus. Notandū etiā φ per hoc ratio prius assignata melius apparet, nam si visio fit per poros vt transeat inde visus vel res visa si illi pori ponuntur pleni impedictur visio. si autem ponuntur vacui, quia non pñt poni vacui simpliciter, sed oportet eos ponere plenos aliquo corpe quia erant in eis corpa aliqua Rursus cōtinget idē qa impedietᷣ actus vidēdi. Deinde cū dicit.

Vniuersaliter autem poros facere superfluum. siquidē n. nihil facit secundum tactum, neq; per poros transiens facit Si autē in tangendo & poris non entibus, hæc autē patientur hæc autem facient ad seinuicem hoc modo innatorum.

Ostendit quòd vniuersaliter non est poros ponere, & duo facit. quia primo facit qđ dictū est Secundo epilogat. Secūda ibi [Qm̄ ergo ita.] Dicit ergo quòd vniuersaliter poros facere superfluum est siquidē nihil facit . i. nihil agit scdm contactum, neq; transiens per poros aliquid faciens, cum pori non faciant nisi vt agens attingat passum. si autē in tangendo vniuersaliter est actio poris nō entibus, quia sine eis potest esse contactus, hic patientur, hic faciēt adinuicē modo innatorū. i. modo quo apta sunt nata agere & pati. Deinde cum dicit.

Quoniam ergo ita dicere poros vt quidā existimant aut mendacium aut inane est manifestum ex his.

Epilogat dicens, φ manifestum est, ex his quæ dicta sunt φ dicere ita esse poros, vt quidam existimant, aut est mendaciū, qđ est falsum, aut inane. s. superfluū, quia sine eis potest saluari actio, & passio. Deinde cū dicit.

Diuisibilibus autem omnino corporibus entibus poros facere ridiculum est. secundum id enim quòd diuisibilia sunt possunt separari.

Improbat positionem pororum quantum ad modū agendi, & patiendi. diceret forte aliquis φ non esset necessarium poros ponere propter actionē ipsam, sed propter modum agendi vt facilius fiat actio. nam actiuum ingreditur passum ideo est modicum agentis iuxta modicum passiui propter quod facilius fit actio & passio, ideo ait φ corporibus entibus omnino diuisibilibus ridiculum est poros facere. scdm id. n. φ diuisibilia sunt separari possunt & poterit supple esse modicū vnius iuxta modicum alterius absq; positione pororū, sicut apparet in mixtione humidorum. omnino ergo superfluum poros ponere vt dicebaturᷣ.

QVo autem modo existit generare in entibus & facere & pati dicamus.

In parte ista determinat philosophus de agere & pati secundum opinionem propriam, & duo facit, quia primo continuat se ad dicenda. Secundo exequitur de intento. ibi [Accipientes principium.] Dicit ergo. φ quo existit generare. i. fieri in entibus facere & pati. dicimus supple secundum opinionem propriam, exquo diximus, quomodo fit actio & passio secundum opinionē aliorum. Deinde cum dicit. Tex.c

Accipientes principium dictum multotiens. Si enim est hoc potestate hoc autem actu tale innatum est.

Exequitur de intento, & duo facit, quia primo inuestigat conditiones agentis, & patientis. Secundo ex huius conditionibus venatur defectū antiquorū ponentiū poros propter actionem & passionem. ibi [Tunc quidē existimare pati.] Circa primū duo facit. quia primo inuestigat conditiones agentis & patientis ex parte ipsius actiui & passiui. Secundo ex parte modi agendi, & patiendi. ibi [Magis autem & minus.] Circa primū duo facit scdm φ duas tales conditiones inuestigat. Secunda ibi [Non tū quidem pati, tum aūt non.] Dicit ergo qđ vna conditio actiui & passiui sumi debet accipiendo illud principium quod est dictum multotiens, videlicet quod si hoc. s. passum est potestate. i. est in potentia, hoc autem. s. agens est in actu tale est innatum agere, & pati est ergo hic conditio quòd tale debet esse patiens in potentia quale est agens in actu. Deinde cum dicit.

Non tum quidem pati tum autem non pati. Sed omnino secundum quantum est tale.

Ponit secundam conditionem quod patiens debet esse passibile scdm quodlibet sui, non tum pati. i. secundū vnam partem est passibile, tum aūt non pati. i. non patitur. sed omnino secundū quamcunq; partem debet esse tale. Deinde cum dicit.

Magis autem & minus, secundum quòd tale magis est et minus, & hac vtique poros aliquis dicet & magis inesse vt in metallicis, extendunt se passiue non continue.

Assignat conditiones agentis & patientis scdm modum agendi & patiendi, & tria facit, secundū quòd tres tales conditiones assignat. Secunda ibi [Continuū igitur.] Tertia ibi [Similiter aūt.] Dicit ergo φ patiens debet pati magis & minus scdm quòd est magis & minus tale. i. magis & minus dispositū, & addit quō potest ex hoc verificari positio de poris dicens, quòd hac intentione dicet aliquis magis congrue in esse poros, vt dicamᵘ poros nihil aliud esse q̄ partes magis passiuas, vt appa- ret in metallis. i. in nuclis vbi fondiuntur metalla nō extendunt se vene continue passiue, & si tales vene & tales partes magis passiuas vellemus appellare poros contingit paros esse. Deinde cum dicit.

Continuum igitur vnumquodq; et vnum ens impassibile.

Assignat Secundam cōditionem quòd passum si sit continuum, & vnumquodq;, & per omnē modum quod non sit scindibile. nec suscipiat peregrinas impressiones est impassibiles ens. Deinde cum dicit.

*Similiter autem & non appropinquantia, nec sibijpsis neque alijs quæ facere innata sunt & pati. dico autem. verbi gratia

gratia. non solum tangens calefacit ignis. Sed & si longe sit, aerem quidem ignis, aer autem corpus calefacit innatus facere & pati.

Ponit tertiam conditionem q non appropinquantia neq; sibiipsis neq; alijs quae sunt apta nata facere & pati. i. quando agens non appropinquat passo nec per seipsum, nec per medium nõ fit passio, & exponit quid est appropinquare alijs, & per medium dicens. v.g. non solum ignis tangens calefacit aliquod corpus, sed etsi longe sit potest ipsum calefacere, vt si ignis calefacit aerem, aer autem calefacit corpus remotum ab igne: tunc aer est innatus facere & pati. Notandum autem has esse tres conditiones ex modo & ordine agendi & patiendi: quia vt passum ordinatur ad agens debet esse aliquo modo dispositum, & debet esse aliquo modo scindibile, & debet esse improximatum, vel per seipsum, vel per medium. Deinde cum dicit.

Tex.c 79 *Tum quidem existimare pati. tum autem non, determinantes quòd in principio hoc dicendum. siquidem enim non vbique diuisibilis magnitudo. sed est corpus indiuisibile aut latitudo non vtique erit vbique passibile, sed neque continuum nullum.*

Ex conditionibus assignatis inuestigat defectum antiquorum, & duo facit, quia primo ostendit quomodo passum patitur secundum quodlibet sui. Secundo assignat antiquorum defectum. Secunda ibi[Si autem hoc mendacium.] Dicit ergo q existimare corpus tum pati, tum autem non. i. non pati secundum quodlibet sui vt determinemus & declaremus, istud dictum resumendum est q in principio tetigimus. dictum. n. fuit in principio cum soluebatur dubitatio Demo. & ostendebatur quomodo latebat peralogiçans q magnitudo est diuisibilis in semper diuisibilia. si ergo non esset vtique magnitudo diuisibilis in semper diuisibilia, sed supple relictum ex diuisione esset corpus indiuisibile, aut latitudo non vtiq; erit corpus passibile esse quamlibet sui partem: quia pars indiuisibilis non potest esse susceptibilis passionis, sed neq; continuum nullum esset corpus, supple si staret diuisio ad indiuisibilia. est ergo haec ratio: quia corpus patitur secundum omne sui: quia est diuisibile secundum partes omnifariam diuisibiles. licet ergo indiuisibile non sit susceptiuum passionis: quia nulla pars corporis est indiuisibile secundum omne sui, est passibile corpus. Deinde cum dicit.

Si autem hoc mendacium & omne corpus diuisibile nihil differt debere diuidi, aut tangere aut vtique diuisibile esse. si enim segregari potest secundum tactus, vt aiunt quidam, & si nondum est diuisum possibile erit diuisum. possibile enim diuisum esse.

Assignat ex hoc defectum antiquorum. Ad euidentiam cuius est notandum antiquos philosophos ponentes poros in hoc defecisse: quia credebant oportere corpus actu diuidi, vt fieret actio & passio, quod non est verum. sufficit. n. corpus esse diuisibile vt hoc fiat. potest. n. aer successiue per partes calefieri absq; eo q vna pars diuidatur actu ab alia parte. duo ergo facit in assignando huiusmodi defectum. quia Primo dicit q non oportet ponere passum esse actualiter diuisum ad hoc q patiatur. Secundo assignat inconuenientia quae sequuntur hic ponentes. ibi[Vniuersaliter autem hic generari.] Dicit ergo q si hoc est mendacium q corpus sit diuisibile in indiuisibilia, sed est diuisibile omne. i. secundum omnem partem nihil differt dicere corpus diuidi in actu, aut agens tãgere corpus actu diuisum, aut esse diuisibile: quia potest fieri passio absq; hoc q diuidatur in actu. nam si corpus potest segregari secundum tactus, vt quidam aiunt, & si nondum est diuisum actu possibile esset diuisum esse secundum tactum. Etenim pro quia, quia est possibile esse diuisum supple secũdum quantitatem. Notandum autem q diuidi secundum tactum est diuidi secundum actionem agentis. tunc. n. aer diuiditur secundum tactum ignis, quando prius tangitur & calefit ab igne secundum vnam partem quàm secundum aliam. Est ergo intentio philosophi q ad hoc q passum diuidatur per tactum agentis, non oportet q sit actu diuisum secundum quantitatem, sed sufficit q sit potentia diuisibile. Deinde cum dicit.

Vniuersaliter autem generari hoc modo scissis corporibus est inconueniens, destruit enim hic sermo alterationem.

Assignat inconuenientia quae sequuntur ponentes q vt fiat passio necesse est corpus actu diuidi secundum quantitatem & discontinuari, & duo facit secundum q ad duo inconuenientia adducit. primo. n. ostendit q haec positio destruit alterationem. Secundo quòd destruit augmentum. ibi[Amplius autem neq; augmentationem.] Circa primum duo facit. quia primo praemittit quod intendit. Secundo manifestat quod dixerat. ibi[Videmus. n. idem.] Dicit ergo quòd dicere vniuersaliter. i. absolutae & simpliciter generari hoc modo actionem & passionem scissis corporibus, ita quòd non possit fieri passio nisi corpora actu scindantur, hic sermo est inconueniens quia destruit alterationem. Deinde cum dicit. Tex.c.81 Tex.c.80

Videmus enim idem corpus continuum ens quandoq; quidem humidum, quandoque autem coagulatum, non autem diuisione & compositione hoc patiens, neque conuersione & tactu, sicut ait Democritus. neq; enim transductum neque transpositum secundum naturam neque transmissum coagulatum ex humido generatum. Tex.c.80

Manifestat quod dixerat, & duo facit secundum q dupliciter manifestat. Secunda ibi [Neq; autem nunc insunt.] Dicit ergo quòd praedicta positio repugnat apparenti alterationi, videmus. n. idem corpus cõtinuum ens non scissum quandoq; quidem humidũ quandoq; coagulatum, & hic non est patiens nec diuisionem, nec compositionem, vt q athomi diuidantur vel componantur adinuicem, nec conuersione, vt quia posteriores fiant anteriores, vel econuerso, vt dicebat Demo. ergo corpus quod non est transductũ. i. extensum, vel transpositum q pars anterior fiat posterior, nec est trãsmissum q pars superior fiat inferior. i. nullam scissuram. nullam diuisionem est passum in partibus, & tamen ex humido generatũ & factum est coagulatum. potest ergo esse alteratio absq; actuali diuisione. Deinde cum dicit.

Neque autem nunc insunt dura & coagulata indiuisibilia tumoribus, sed similiter omne nunc humidum, quandoq; autem durum & coagulatum est.

Manifestat hoc alio modo. dicens, q facta tali alteratione corpori sic coagulato. nunc de nouo non insunt corpora dura & coagulata & indiuisibilia tumoribus . i. secũdum magnitudinem, sed similiter omne. i. totum non habendo alias partes, vel plures vt diuisum. qñq; quidem est humidum, quandoq; autem est durum & coagulatum. Notandum autem q philosophus ait humidum fieri coagulatum absq; eo quòd insint ei corpora dura & coagulata. Ad remouendum opinionem Democriti qui cum poneret actionem & passionem fieri per corpora indiuisibilia, voluit humidum non fieri coagulatum, nisi aliqua corpora indiuisibilia dura & coagulata sub ingrederentur illud humidum. Deinde cum dicit.

Amplius autem neque augmentationem possibile esse & diminutionem, non enim quodcunq; erit factum maius siquidem, sed erit appositio & non esse transmutans aut mixto alio aut secundum se transmutante. Tex.c.81

Ostendit hanc positionem destruere augmentum. ponebatur

nebatur

nebant.n.antiqui alimentum ingredi poros aliti, & sic augmētare ipsum, sed si hoc esset nunq̄ cresceret ipsum alitum, sed solum pori eius essent repleti, sicut nec cresceret murus in altum si foramina eius obturarentur. ideo ait, q̄ secundum hanc positionem non est possibile esse augmentationem & diminutionem: quia hoc posito quodcunq;.i.quælibet pars aucti non esset factum quid maius, sed solum erit appositio ad illos poros. immo secundum hanc positionem non ponitur augmentum, eo q̄ alimentum conuertatur in membrum. ideo hoc posito cibus non erit transmutans & alterans membrum, & mēbrum non erit aliquid aliud mixtum propter ipsum cibum; quia cibus non admiscebitur membro, nec ingredietur ipsum proprie, sed solum subintrabit vacuitates eius, & membrum non erit secundum se transmutans ipsum alimentum, quæ omnia requiruntur ad augmentationem. Vltimo cum dicit.

Quid igitur est generare & facere & generari & pati adinuicem, & quomodo contingit & quomodo inquiunt quidam non, contingit autem, determinatum sit hoc modo.

Epilogat dicens, q̄ quid est generare & facere, & generari & pati adinuicem, & quomodo inquiunt, & locuti sunt antiqui determinatum sit hoc modo &c.

Reliquum autem videndum de mixtione secundum eundem modum methodi. hoc enim erat tertium propositorum à principio.

Postquā philosophus determinauit de tactu & actione & passione. hic Tertio determinat de mixtione, & duo facit. quia primo continuat dicta dicēdis. Secundo exequitur de proposito. ibi [Scrutandum autem quid Tex.c.82 est.] Dicit ergo q̄ reliquum videndum est de mixtione secundum eundem modum Methodi.i.secundum eundem modum artis superius assignatæ. hæc enim.s.mixtio fuit tertium propositorum à principio. Executis ergo duobus, vt de actione & tactu secundum illum Methodum, restat exequi de mixtione. Deinde cum dicit.

Tex.c.82 *Scrutandum autem est quid mixtio, & quid miscibile, & quibus existit entium, & quomodo. Amplius autem vtrum ne est mixtio, an hoc mendacium.*

Exequitur de intento, & duo facit. quia primo enumerat quæ sunt dicenda de mixtione. Secundo exequitur de illis. ibi [Impossibile est.n.] Dicit ergo q̄ scrutandum est quid est mixtio, & quid est miscibile, & quibus est entium, idest qualibus entibus existit mixtio, & quomodo fiat mixtio, aut est mendacium mixtionem esse. Deinde cum dicit.

Impossibile est enim alterum altero misceri quemadmodum dicunt quidam, entibus quidem adhuc mixtis & non alteratis, non magis nunc mixta esse quàm prius inquiunt, sed consimiliter se habere.

Incipit inquirere de prędictis. Ad cuius euidētiam notandum q̄ cum quinque sint proposita inter ea, tamen duo sunt ex quorum declaratione dependet veritas aliorum, nam si sciremus, an sit mixtio, & quomodo fiat mixtio, sciremus quid est mixtio, & quæ sunt miscibilia, & quibus.i.qualibus entibus existat mixtio siue quæ entia sunt miscibilia. duo ergo facit. quia primo inquirit an sit mixtio, Secundo quomodo fiat mix-
Tex.c.85 tio. ibi [Continuam autem his quæstionem.] Prima pars diuiditur in duas. quia primo obijcit mixtionem non esse. Secundo huiusmodi obiectionem soluit. ibi
Tex.c.83 [Hic quidem videtur sermo.] Miscibilia autem tripliciter se habere possunt: quia vel ambo manent vel ambo sunt corrupta, vel alterum est corruptum, & alterum manet. tria ergo facit. quia primo ostendit mixtionem non esse, si ambo miscibilia manent. Secundo ostendit non esse mixtionem si alterum corrumpatur. Tertio ostēdit hoc non esse si ambo sint corrupta. Secunda ibi [Altero autem corrupto.] Tertia ibi [Eodem autem modo.] Dicit ergo q̄ quemadmodum quidam dicunt impossibile est alterum alteri misceri: quia mixtio adhuc entibus.i.permanentibus, & non alteratis non magis inquiunt nunc mixta esse q̄ prius, sed contingit huiusmodi miscibilia consimiliter se habere nunc & prius, si ergo prius non erat mixtio, nec nunc. non ergo est mixtio si ambo miscibilia maneant. Deinde cum dicit.

Altero autem corrupto, non mixta esse. sed hoc quidem esse hoc autem non esse, mixtionem autem similiter habentium esse.

Ostendit mixtionem non esse si alterum corrumpatur, dicens, quòd altero corrupto non contingit mixta esse, sed hoc.s.manens contingit esse, hoc autem.s.corruptum non esse, & quia mixtio est similiter se habentium, cum hoc posito mixta non se habeant similiter, sed vnum sit corruptum & aliud manens non erit ibi mixtio. Notādum autem quòd mixta debent se habere similiter, non similiter debent se habere. similiter vt sunt in mixto: quia nullum eorum debet esse in actu sed quodlibet in potentia, sed ante mixtionem & post non debent se habere similiter: quia ante mixtionem debent esse in actu. cum vero sunt in mixto debent esse in potentia. prima ergo ratio ostendebat mixtionem non esse manentibus miscibilibus: quia se habebunt similiter miscibilia ante mixtionem & post. Secunda vero ratio ostendit mixtionem non esse altero miscibilium corrupto; quia non se habent similiter vt sunt mixta, & sic soluitur controuersia quę videtur esse in textu cum primo probatur mixtionem non esse: quia miscibilia se habent similiter. Secundo vero ostenditur hoc non esse: quia non se habent similiter. Deinde cum dicit.

Eodem modo & si ambobus conuenientibus corruptum est alterutrum mixtorum, nō.n.esse mixta nullatenus entia.

Ostendit mixtionem non esse si ambo miscibilia sint corrupta dicens. eodem modo mixtionem non esse.s. ambobus miscibilibus conuenientibus corruptum est alterum mixtorum. nam cum miscibilia sint corrupta, & sint nullatenus entia mixta esse non poterunt. Deinde cum dicit.

Hic quidem videtur sermo quærere quid differt actu mixtio à generatione & corruptione, & quid miscibile à generabili & corruptibili, manifestum enim quòd oportuit differre si est mixtio quapropter his entibus manifestis quæsita soluetur vtique.

Soluit ad obiectiones factas, & duo facit. quia primo dat modum & viam ad soluendum prędicta. Secundo illam viam prosequitur. ibi [At vero neq;.] Dicit ergo quòd iste sermo videtur quærere quid.i.in quo differt mixtio à generatione & corruptione, & quid differt miscibile à generabili & corruptibili. nam manifestum est q̄ si est mixtio, oportet eam differre à talibus transmutationibus. & subdit quomodo hæc valent ad quęsita. dicens, quòd manifestis his entibus, videlicet quomodo differt mixtio ab alijs quæsita soluuntur. Deinde cum dicit.

At vero neq; materiam igni misceri dicimus neq; misceri cum exardet, neque ipsam ipsis particulis nec igni, sed ignem quidem generari, hanc autem corrumpi.

Prosequitur dictam viam, & duo facit. quia primo separat mixtionem ab huiusmodi transmutationibus. Se- Tex c.8
cundo ex hoc soluit obiectiones. Secunda ibi [Quoniā autem sunt hæc.] Notādum autem quòd mixtio non solum est alia à generatione, sed etiam ab augmento & alteratione, ad generationem autem concurrunt materia & forma. ad augmentum vero nutrimentum & nutritum. ad alterationem quidem subiectum & accidēs, & quia materia non miscetur formæ, nec cibus corpori, nec

ri, nec figura cere. mixtum nec est generatio, nec augmentum, nec alteratio. tria ergo facit: quia primo separat mixtionem à generatione. Secundo ab augmento. Tertio separat eam ab alteratione. Secunda ibi [Secundum autem modum.] Tertia ibi [Neq; figura.] Dicit ergo ꝙ materiam non dicimus misceri igni, nec ignem dicimus commisceri combustibili cum exardet ipsum, ita ꝙ combustibile quod est quasi materia ignis, nec misceetur ipsi igni secundum se totum, nec etiam ipsis particulis ignis, sed ignem. siquidem ex tali combustione dicimus generari hanc autem materiam. s. conbustibile dicimus corrumpi propter quod differt mixtio à generatione. Deinde cum dicit.

Secundum autem modum eundem neque corpori cibum.

Separat mixtionem ab augmento. dicens, ꝙ secundum eundē modum differt supple mixtio ab augmento: quia cibum non dicimus commisceri corpori cibato: quia tale corpus manet, cibus autem corrumpitur. Deinde cum dicit.

Neq; figuram cere mixtam neq; figuræ tumorem neque corpus & album, neq; totaliter passiones & habitus posse esse mixta rebus, saluata enim videntur.

Separat mixtionem ab alteratione. ad alterationem enim concurrunt accidens & subiectum. ostēdere ergo mixtionem ab alteratione differre est ostendere accidēs & subiectum non esse miscibilia. tria autem facit. nam primo ostendit accidēs non misceri subiecto. Secundo ostendit quòd accidens non miscetur accidenti. Tertio ex his quę dixerat increpat opiniones quorundam philosophantium. Secunda ibi [Sed tamen nec album.] Tertia ibi [Sed hoc dicunt.] Dicit ergo ꝙ non dicimus figuram cere mixtam nec figuræ tumorem. i. quantitatem cere. q. d. quòd figura & cera non sunt miscibilia quantum ad artificialia, nec corpus & album misceri possunt quantum ad naturalia, & totaliter, idest vniuersaliter passiones & habitus, siue sint naturales, vt albedo corpori, siue artificiales. vt figura cere non conuenit esse mixta rebus. i. substantijs suis, & est ratio: quia talia saluata esse videntur. nam passio manet passio & subiectum manet subiectum, miscibilia autem non manent actu in mixto. Deinde cum dicit.

Sed tamen neq; album & disciplinam contingit misceri, neq; aliud non separabilium aliquod.

Ostendit passiones non esse miscibiles adinuicem. dicens, quòd si non conuenit simul misceri disciplinam & album, nec aliquod aliud de numero non separabilium quasi dicat. miscibilia possunt habere per se esse, & sunt separabilia. accidentia non sunt huiusmodi, ideo misceri non possunt. Deinde cum dicit.

Sed de hoc dicunt quidem non bene omnia quandoq; simul esse dicunt & mixta esse, non. n. omne omni miscibile, sed oportet existere separabile vtrunq; mixtorum, passionum autem nulla separabilis.

Increpat ex hoc opinionem quorundā antiquorum. dicens, quòd non bene dicunt quidam omnia aliquando simul fuisse mixta. non. n. omne omni est miscibile, sed oportet existere separabile vtrunq; mixtorum. passionum autem nulla est separabilis. Notandum autem ꝙ videtur fuisse opinio Anaxagore omnia fuisse mixta, vt patet ex. 1. Physicorum. Deinde cum dicit.

Tex c. 84 *Quoniam autem sunt hæc quidem potentia hæc autem actu entium: contingit mixta esse qualiter ꝙ non esse actu quidem ente aliquo generato ex ipsis, potentia autem adhuc vtroque quid erant antequam miscerentur & non partita, hic autem sermo quæsiuit prius.*

Ex differentia mixtionis ad alia soluit obiectiones factas. nam dicte obiectiones quærunt quomodo miscibilia maneant & sint in mixto, hic autem non manent vt penitus corrupto, cum mixtio differat à generatione & corruptione, nec manēt vt saluata, cum differat mixtio ab alteratione: quia non manent miscibilia saluata vt manent albedo & corpus. cum ergo quæritur num est mixtio, aut num manent ambo miscibilia, aut neutra, aut alterum dici debet quòd ambo manent potentia & virtute, neutrum autem manet actu & secundum esse. Duo ergo facit philosophus. quia Primo ostendit quomodo miscibilia manent, & quomodo non manent. Secundo quod dixerat manifestat. ibi [Videntur enim quę miscetur.] Dicit ergo quòd entium hæc quidem sunt potentia hęc autē actu. mixta vt sunt in mixto conuenit qualiter esse: quia sunt potentia, conuenit autem qualiter non esse: quia non sunt actu. nam actu aliquid est generatum ex ipsis, mixtum ergo est in actu quod generatur ex miscibilibus, non autem ipsa miscibilia sunt, sed potētia: quia ad hoc vtrunq; miscibilium sunt potentia vt redeant ad naturam suam, & non sint quæ erant anteq̄ miscerentur, & cum erant partita. i. diuisa, & addit quòd hic sermo quæsiuit prius. i. fuit primo quæsitus, obiectiones enim prius facte solum hoc quærebant, scilicet quomodo miscibilia sunt in mixto. Deinde cum dicit.

Videntur enim quæ miscentur prius ex separatis conuenientia & possibilia separari rursus, neque manent igitur actu vt corpus & album neque corrumpuntur, neque alterum neque ambo. saluatur. n. virtus eorum, ideo hæc quidem relinquantur.

Manifestat quod dixerat, videlicet, quòd miscibilia non manent actu, sed potentia dicens, quòd quę miscentur ex prius separatis fiunt conuenientia, & possibilia sunt separari rursum, igitur miscibilia non manent actu vt corpus & album: quia tunc ex eis non fieret aliquid vnum, nec corrumpitur supple omnino, neq; alterum neq; ambo, manent enim virtute & potentia, saluatur enim virtus eorum, & quia de his, videlicet vtrum sit dare mixtionem sufficienter dictum est, ideo hæc relinquantur.

Continuam autem his quæstionem dicendum vtrum ne mixtio ad sensum est. vt quando ita in parua diuiduntur quæ miscentur & ponuntur adinuicem hoc modo vt non manifestum sit sensui vnumquodq; tunc mixta sunt. Tex.c.85

Postquam philosophus venatus est vtrum sit possibilis mixtio. In parte ista venatur quomodo contingat mixtionem fieri, & duo facit. quia primo ponit opinionem aliorum. Secundo opinionem propriam. ibi [Sunt vtiq; vt diximus.] Circa primū duo facit. quia primo Tex.c.87 ponit aliorum opiniones. Secundo eas improbat. ibi [Quoniam autem non est.] Ad euidentiam autem dicendorum notādum omnes antiquos in hoc defecisse: quia non ponebant mixtionem fieri per mutuam trāsmutationem, ita quòd ex miscibilibus resultaret natura vna communis & media, sed ponebant mixtionem fieri eo quòd minimū vnius ponebatur iuxta minimum alterius, sed minimum tripliciter sumi potest. videlicet. secundum subiectum, secundum formam, & secūdum quantitatem. Prima ergo pars diuiditur in tres partes. quia primo ponit opinionem ponentium mixtionem quantum ad minima secundum subiectum. Secundo quantum ad minima secundum formam. Tertio quantum ad minima secundum quantitatem. Secunda ibi [Aut non sunt.] Tertia ibi [Si autem est omne.] Continuetur sic. ostensum est, an sit mixtio. Sed dicendum est vlterius continuam quæstionem his quæ dicta sunt, videlicet, quomodo mixtio est, vtrum ne est mixtio ad sensum vt dicamus ꝙ tunc miscibilia mixta sunt quando miscentur in ita parua quę diuiduntur & ponuntur hoc

hoc modo adinuicem vt vnumquodq; miscilium non sit manifestum sensui, ita quòd sit mixtio quantum ad minima secundum sensum. Deinde cum dicit

Aut non sunt sed vt quæcunq; secus quamcunq; sit particulam mixtorum dicitur illo modo. v.g. ordeum mixtum frumento quando quodcunq; secus quodcunq; ponetur.

Ponit secundam opinionem quæ ponebat mixtionem quantum ad minima secundum formam dicens, aut non sunt supple mixta quantum ad minima secundum sensum. sed cum quæcunq; particula supple secundum formam sit secus quācunque particulam, mixtorum illo modo dicitur mixtio, v. g. ordeum est mixtum frumento quandoq; granum ordei ponetur secus quodcunq; granum frumenti. Notandum autem ꝙ vnum granum ordei vel frumenti non est minimum se vnum granum ordei vel frmenti non est minimum secundum sensum: quia possumus sentire minus vno tali grano, nec est minimum secundum quantitatem: quia quodlibet tale granum quantitate est diuisibile in semper diuisibilia si est minimum secundum formam: quia diuiso vno grano frumenti non vlterius videtur ibi reseruari talis species, ideo de minimo secundum formam videtur hanc opinionem intelligendam esse. Deinde cum dicit.

Si autem est omne corpus diuisibile si est corpus corpori miscibile omiomeres quamcunq; vtiq;: oportet partem fieri secus quamcunque.

Ponit tertiam opinionem quæ dicit, ꝙ si corpus est diuisibile omne. i. totaliter, & corpus est miscibile corporei omiomeres. i. secundum vnam & eandem rationem in toto & in partibus, oportet quodcunq;. i. partem quācunq; minimam secundum quantitatem fieri secus quācunq; partem, ita vt sit mixtio totaliter, & secundum minimam quantitatem. Deinde cum dicit.

Tex.c.86 *Quoniam autem non est in minima diuidi. Neque compositio idem & mixtio sed aliud, manifestum quòd neq; secundum parua saluata oportet quæ misceantur dicere mixta esse. compositio. n. erit & non praxis neq; mixtio.*

Improbat prædictas opiniones, & tria facit. quia primo improbat secundam. Secundo improbat primam. Tertio improbat tertiam. Secunda ibi [Si autem secundum parua.] Tertia ibi [Neque diuisione.] Prima in duas secundū ꝙ dupliciter improbat. Secunda ibi [Neque habebit.] Dicit ergo quoniam autem non est diuidi in minima supple secundum formam vt compositio talium sit mixtio: quia neq; idem est cōpositio & mixtio, sed aliud ꝙ pro quia neq; quę miscentur secundum parua saluata. i. secundum minima in quibus saluatur forma & species. talia. n. non cōtingit dicere esse mixta, erit enim ibi compositio & non praxis. i. operatio & transmutatio, & per consequens mixtio. est ergo vis rationis, ꝙ quantum ad minima secundum formam non est mixtio: quia talia manent intransmutata secundum suam speciem & saluata. Deinde cum dicit.

Neque habebit eandem rationem cum toto pars. dicimus autem oportere si mixtum est aliquid, mixtum omiomeres esse. vt quemadmodum aque pars aqua ita & temperati.

Ponit secundam rationem. nam si sic esset mixtio, pars non haberet eādem rationem cum toto: quia non quęlibet pars mixti esset mixta, dicimus tamē hoc oportere si mixtum est aliud. oportet. n. mixtum esse omiomeres. i. eiusdem rationis in toto & in partibus, vt quēadmodum quęlibet pars aque est aqua, ita & quælibet pars temperati. i. mixti debet esse mixta. non ergo est mixtio quantum ad minima secundum formam, quia ibi esset signare partem non mixtā. Deinde cum dicit.

Si autem secundum parua compositio esset mixtio & nihil contingeret horum, sed solum quòd mixta ad sensum & idem huic quidem mixtum si non videt quis acute, lynceo autem non mixtum videbitur.

Improbat opinionem primam ponentem mixtionem quantum ad minima secundum sensum dicens, ꝙ si fiat mixtio. s. parua quantum ad sensum, mixtio esset idem ꝙ compositio, & hoc posito nihil contingeret horum quę requiruntur ad mixtionem, sed solum diceremus ꝙ mixta essent ad sensum. In mixtione. n. requiruntur ꝙ quęlibet pars mixti sit mixta, & ꝙ miscibilia non maneant actu, manerent. n. miscibilia, & non quælibet pars mixti mixta esset, sed si fieret mixtio ad sensum nihil horum esset, & vlterius est inconueniens hoc dicere, quia idem huic esset mixtum si non videret acute. lynceo autem qui acute videt, non videbitur mixtum: quia non latebit visum eius, quod potest latere visum alterius. Deinde cum dicit. x c.8

Neq; diuisione vt quæcunq; secus quamcunq; pars. impossibile. n ita diuidi, aut igitur non erit mixtio aut dicendum est hoc quomodo contingit fieri rursus.

Improbat opinionem de minimo secundum quantitatem dicens, ꝙ neq; diuisione quantitatiua supple contingit mixtionem fieri, vt quæcunq; pars sit secus quācunq; partem. nam imposibile est ita diuidi corpus. s. in minima secundum quātitatem, aut igitur non erit mixtio, aut dicendum est rursus secundum opinionem propriam: quomodo contingit fieri hoc, idest fieri mixtum. Deinde cum dicit.

Sunt vtique vt diximus entium, hæc quidem actiua, hæc autem passiua ab his. hæc igitur conuertuntur quorum eadem natura est actiua & passiua adinuicem. hæc autem faciunt impaßibilia entia quorum non est eadem materia.

Ostēdit quomodo fit mixtio secundum opinionem propriam, & duo facit. quia primo præmittit quædam necessaria ad propositum. Secundo ostendit quomodo fiat mixtio. ibi [Actiuorum autē & pasiuorum.] Circa primum duo facit secundum ꝙ duo talia præmittit: Secunda ibi [Horum quidem igitur.] Dicit ergo, quòd vt prius diximus quædam entium sunt actiua & pasiua ab his. i. ad seinuicem. quædam non, & addit quòd conuertuntur: quia quorum est eadem materia sunt actiua & pasiua adinuicem & econuerso, & quæ faciunt & agunt impasibilia entia. non ergo est eadem materia & econuerso. Deinde cum dicit. x.c.90

Horum quidem igitur non est mixtio ideoq; neq; medicina facit sanitatem, neq; sanitas est mixta corporibus.

Ponit præambulum dicens, ꝙ horum non habentium eandē materiam non est mixtio, ideo medicina. i. ars medicine non facit sanitatem supple miscendo sed neq; sanitas est mixta corporibus. Notandum autem quòd ars medicine non communicat in materia cum sanitate: quia talis ars est in anima. sanitate vero in corpore. Rursum sanitas non communicat in materia cum corporibus: quia corpora habent materiam ex qua. sanitas vero & omnia accidentia non habent materiam ex qua, sed in qua. Deinde cum dicit.

Actiuorum autem & passiuorum quæcunq; sunt facile diuisibilia multa quidem paucis & magna paruis composita non faciunt mixtionem, sed augmentationem dominantis: transmutatur. n. alterum in dominans, ideo gutta vini mille millijs amphoris aque non miscetur. soluitur. n. species & transmutatur in omnem aquam.

Postquam ostendit quòd communicantia in materia sunt adinuicem impasibilia & miscibilia, non communicantia vero nec agunt passa, nec miscentur adinuicem. In parte ista ex his præambulis ostendit quomodo fiat mixtio, & duo facit. quia primo ostēdit quomodo non contingit fieri mixtionem. Secundo vero quō contingit eam fieri. Secunda ibi [Quando autem potentijs.]

tijs.]Dicit ergo quòd quęcunq; de numero actiuorum & passiuorum adinuicem communicantia in materia sunt facile diuisibilia si in talibus multa misceantur paucis & magna paruis, si composita non faciunt mixtionem,sed augmentationem dominantis, vincunt.n.magna & non miscentur cum paruis, sed augmentantur ex eis, transmutatur enim alterum.i.paruum in dominans.i.in magnum & multum,ideo si gutta vini ponatur in mille millijs amphoris aque non miscetur, idest non est ibi mixtio.soluitur enim species vini & transmutatur.i.conuertitur in omnem, idest in totam aquam. Deinde cum dicit

x c.89 *Quando autem potentijs adequantur equaliter tunc transmutatur vtrunq; in dominans ex sui ipsius natura. non generatur.n. alterum sed medium commune.*

Ostendit quomodo fit mixtio dicens, ꝙ quando miscibilia adequantur equaliter.i.aliqualiter potētijs,tunc vtrunq; ex natura suiipsius transmutatur in dominans .i.transmutatur in naturam mediam quæ dominatur in mixtione, ideo addit quòd non generatur ibi alterum miscibilium, ita ꝙ vnum totaliter dominetur & conuertat alterum ad naturam suam, sed generatur ibi medium commune.i.aliqua natura media in qua non actu, & secundum esse, sed potentia & virtute reseruatur vtrunq; miscibilium.Cum ergo quæritur quomodo fit mixtio debet dici ꝙ si miscibilium communicantium in materia, & actiuis & passiuis adinuicem adequatis aliqualiter in potentia & virtute.

Manifestum igitur quoniam hæc sunt miscibilia quæcunque contrarietatem habent facientium,hæc sunt enim adinuicem passiua.

Postquam philosophus ostendit quomodo contingit mixtionem fieri.In parte ista soluit alia quęsita quorum veritas dependet ex declaratione horum, & tria facit secundū ꝙ tria sunt talia quæsita.Nam prima ostendit quæ sunt miscibilia. Secundo declarat quibus & qualibus entibus existit mixtio,siue qualia sunt miscibilia. Tertio manifestat quid est mixtio. Secunda ibi [Et
.c.90 parua autem paruis.]Tertia ibi[Mixtio autem miscibilium.]Ostendit ergo primo quę sunt miscibilia dicens, manifestum esse ꝙ miscibilia sunt quæcunq; de numero facientium, idest agentium. habent contrarietatem, & est ratio: quia talia sunt passiua adinuicem. Deinde cum dicit.

Et parua autem paruis posita secus magis, facilius.n.inuicem transeunt, multum autem à multo tardius hoc operatur,ideo & bene determinabilia diuisibilium & passiuorum miscibilia, diuiduntur enim hæc in parua facilius, hoc enim est bene determinabile esse. v.g humida miscibilia maxime corporum,bene determinabile enim maxime humidum diuisibilium, si non viscosum sit. etenim vtique ampliorem & maiorem solum tumorem faciunt.

Ostendit qualia sunt bene miscibilia. Siue quibus & qualibus entibus existat mixtio, & duo facit. quia primo ostendit qualia sunt bene miscibilia.Secundo declarat qualia non sunt bene miscibilia.ibi[Quando autem alterum solum.]Dicit ergo ꝙ parua posita secus paruis magis sunt miscibilia.& est ratio: quia facilius inuicem transeunt.i.facilius se transmutant,sed multum à multo tardius hoc operatur.i.tardius transmutatur.Ideo bene determinabilia.i.humida quæ bene terminantur termino alieno:quia talia sunt de numero diuisibiliū & passiuorum.Ideo sunt bene miscibilia, & est ratio: quia hæc facilius diuiduntur in parua. Nam hoc est esse bene determinabile termino alieno ꝙ est in parua diuisibile, & tale est bene miscibile,& exponit se dicens.v.g.humida de numero corporum sunt maxime miscibilia. Nam humidū est maxime determinabile, & maxime de numero miscibiliorum. Ita tamen ꝙ si tale humidum non sit viscosum. Vnctuosa enim non bene miscentur humidis, vnde oleum non bene miscetur aque, sed supernatat ei, & oleum cum aqua non facit mixtionem, sed solum facit ampliorem & maiorem tumorem.i.ampliorem & maiorem quantitatem: quia plus occupat de loco humidum, & vnctuosum quàm humidum solum, & maiorem obtinet locū oleum & aqua simul quàm aqua solum. Notandum autem ꝙ oleum & alia vnctuosa non bene miscentur aque & alijs corporibus humidis triplici ratione.prima est:quia in vnctuosis superabundat humiditas aerea. Ideo talia supernatant aquis sicut & aer aquam excellit. Secunda quia huiusmodi vnctuosa sunt valde viscosa. Ideo non sunt bene diuisibilia, quia partes eorum nimis conglutinantur adinuicem,& per consequens non sunt bene miscibilia.Tertia quia in huiusmodi vnctuosis videntur esse ampli pori, immo propter magnitudinem pororum dicunt quidam se expertos esse ꝙ si ponatur digitus in oleo bullienti,& cito extrahatur,inde lesuram nō patitur. Cum ergo in magnis poris sit receptio multi aeris: quia aer naturaliter supernatat aque,oleum super aquam natat. videmus autem ꝙ de plumbo potest vas confici quod propter inclusionem aeris supernatat aquis. credo tamen ꝙ lisciuium oleo miscibile esset: quia propter sui siccitatem euaporare faceret partes aereas ꝓpter quod oleum cum lisciuio mixtionem faceret, licet aque simplici oleum misceri non possit. Deinde cum dicit.

Quando autem alterum solum passiuum erit, aut vehementer hoc autem valde parum, aut nihil. amplius mixtum ex ambobus,aut parum,quod contingit circa stagnum & es.

Ostendit quæ non sunt bene miscibilia, & duo facit. quia primo facit quod dictum est.Secundo epilogat circa determinata.ibi[Manifestū igitur ex his.] Circa primum tria facit.quia primo proponit quæ non sunt bene miscibilia. Secundo quod dixerat manifestat per quoddam simile.Tertio vtrum inter talia reseruetur aliqualis mixtio. Secūda ibi[Quædam.n.balbutiuntur.] Tex.c.90
Tertia ibi[Videntur qualiter enim.]Dicit ergo, ꝙ si alterum miscibilium erit solum passiuum, aut erit vehementer passiuum,hoc autem.i.aliud miscibile est valde parum passibile,tunc ex ambobus talibus aut nihil amplius.i.nihil plus erit mixtum, aut parum inter ea erit de mixtione,quod contingit esse stagnū & es. stagnum enim est valde passiuum,es autem est modicum passibile,ideo talia non sunt bene miscibilia.Deinde cum dicit.

Quædam enim balbutiuntur adinuicem & epanfoterizantur. Tex.c.90

Manifestat quod dixerat per simile,vt sicut quędam vocabula ab aliquibus balbutiuntur adinuicem, ita ꝙ balbutientes vnam literam bene perferunt, aliam literam non bene proferunt,sed solum secundum quędam modum sonant eam & epāfoteriçant.i.anticipant, vel sunt anticipantia,vt habet alia litera.balbutientes.n.anticipant literas, quia antequam bene proferant primam accipiunt secundam. Est ergo intentia philosophi: quia sicut coniunguntur literæ in ore balbutientis: quia vna bene sonatur.alia autem quasi euanescit, sic coniunguntur stagnum & es: quia stagnum quasi euanescit es autem manet,& quod dictum est de stagno & ere, intelligēdum est de quibuslibet miscibilibus. quorum vnum est multum passiuum aliud autem parum. Deinde cum dicit.

Videntur enim qualiter & mixta remisse, etenim alterum quidem susceptibile,alterum autem species quòd in ipsis contingit, stagnum enim vt passio aliqua eris, sine materia eris, fere euanescit mixtum omne colorans. solum idem autum hoc contingit & in alijs.

Ostendit

Oſtendit vtrum inter talia ſit aliqua mixtio dicens, ꝙ videntur qualiter.i.aliqualiter mixta ſupple eſſe talia, ſed remiſſe: quia alterum in talibus eſt quaſi ſuſceptibile & ſubiectum. alterum autem eſt ſpecies & paſsio, quod contingit in ipſis metallis præaſsignatis. ſtagnum.n. mixtum eri efficitur quaſi ens aliqua paſsio eris, & efficitur quaſi ſine materia: quia modicum remanet ibi de ſubſtantia ſtagni. mixtum autem ſtagnum eri bene euaneſcit totum.i.totum ſtagnum. ſolum autem videtur eſſe colorans es. & dicit pene: quia non euaneſcit tota ſubſtantia ſtagni nec euaporat penitus materia eius, ſed ex quo remanet colorans es inters poros, eris aliquid remanet de ſubſtantia ſtagni. hoc autem idem quod dictum eſt in ſtagno & ere contingit, & in alijs ſi ſe habeant, ſicut ſtagnum & es, ꝙ vnum ſit multum paſsiuum. aliud autem parum. Deinde cum dicit.

Manifeſtum igitur ex his quæ dicta ſunt quòd eſt mixtio, & quid eſt mixtio, & quare eſt, & quæ ſunt miſcibilia entium, quoniam ſunt quædam qualia paſſiua adinuicem & bene determinabilia & bene diuiſibilia, hæc.n. neq; corrupta eſſe neceſſarium quando mixta, neque adhuc ſimpliciter eadem eſſe quæ prius, neque compoſitionem eſſe mixtionem eorum neq; ad ſenſum, ſed eſt miſcibile quodcunq; bene determinabile ens paſſiuum fuerit & actiuum, & tali miſcibile eſt, ad omiomeron enim miſcibile.

Epilogat circa determinata dicens, manifeſtum eſſe ex his quæ dicta ſunt, ꝙ eſt mixtio, & quid eſt mixtio, & quare.i. quomodo eſt miſtio, & quæ de numero entium ſunt miſcibilia, quoniã ſunt ea quæ ſunt quædam qualia.i. contraria paſsibilia adinuicem & bene determinabilia ſicut ſunt humida, & bene diuiſibilia ſicut ſunt non vnctuoſa nec viſcoſa. & manifeſtũ eſt neceſſarium, ꝙ hic.ſ. miſcibilia quando ſunt mixta nec eſſe corrupta ſimpliciter, neq; ad hæc ſimpliciter eſſe eadem, eadem dico ꝙ prius: quia non manent in actu ſecundum eſſe, etiam manifeſtum eſt mixtionem non eſſe compoſitionem, neq; eſſe ad ſenſum tantum, ſed vt dictum eſt miſcibile eſt quodcunq; bene determinabile, quod eſt ſimul paſsiuum & actiuum, & dictum eſt non quodlibet eſſe miſcibile cuilibet, ſed eſſe miſcibile tali quod eſt ei aliquo modo equatum in potentia & virtute, & habitum eſt ꝙ miſcibile & quod ipſum mixtum eſt omiomerum.i. eſt eiuſdem rationis in toto & in partibus, & quælibet pars mixti eſt mixta. Vltimo cum dicit.

Mixtio autem eſt miſcibilium alteratorum vnio.

Ex prædictis determinat hanc quæſtionem quid eſt mixtio quæ in enumerando quæſita fuit primo propoſita, & ait ꝙ mixtio eſt vnio miſcibilium alteratorum.

Ad cuius euidentiam notandum ꝙ ſicut manent miſcibilia in mixto ſic vniuntur in eo, non autem formaliter & in actu manent ſecundum ſubſtantiam, ſed manent ſecũdum virtutem, ſaluatur.n. virtus eorum quia manent ſecundum qualitates actiuas & paſsiuas, mixtum.n. poteſt eſſe actu frigidum vel actu calidum, nunquam tamen eſt actu ignis vel actu aqua, formaliter ergo & in actu qualitates primæ reſeruantur aliquo modo in mixto, ſed formaliter & in actu formæ ſubſtantiales elemẽtorum in mixto reſeruari non poſſunt, quia tunc mixtum non eſſet eſſentialiter aliquod vnum, & quælibet pars mixti non eſſet mixta, vtrum autem tales formę aliquo modo reſeruentur in mixto dicetur in declarationibus, & etiam hoc tangetur in ſecundo libro
Tex.c.46 in illo cap. De elementis autem ex quibus corpora conſtituta ſunt. Nulli.n. dubium eſſe debet, ꝙ magis formaliter & in actu ſunt qualitates primæ in mixto quàm formę elementorum, immo dicere poſſumus ꝙ omnes qualitates primæ reſeruantur in quolibet mixto. nam mixtum quia nec habet humiditatem nec ſiccitatem ſecundum excellentiam & in ſummo, ſed habet tales qualitates fractas & remiſſas aliquid participat de humido & ſicco, ſic etiam quia nec habet frigiditatem nec caliditatem, ſecundum excellentiam aliquid participat de calido & frigido. ſi ergo miſcibilia nõ manent ſecundum ſubſtantiam: quia generatio & corruptio reſpiciunt ipſam ſubſtantiam, mixtio non eſt proprie vnio miſcibilium generatorum nec corruptorũ, immo dicere mixtionem eſſe vnionem miſcibilium corruptorum eſt dicere oppoſitum in adiecto. corrupta.n. ſecundum quòd huiuſmodi non manẽt, cum igitur mixtio non ſit vnio miſcibilium niſi vt manẽt & vt ſunt in mixto cum non ſint in eo nec maneant vt ſunt corrupta, non eſt bene dictum, quòd mixtio ſit miſcibilium corruptorum vnio. Quia autem non ſit mixtio vnio miſcibilium generatorum de leui patet; quia ex mixtione non generantur miſcibilia, ſed generatur aliquid commune vt ipſum mixtum. bona eſt ergo ſentẽtia philoſophi ꝙ mixtio eſt miſcibilium alteratorũ vnio. nam cum alteratio reſpiciat virtutes & qualitates actiuas & paſsiuas: quia ſecũdum talia vniuntur & manent miſcibilia in mixto. ideo ſecundum hoc mixtio eſt vnio miſcibilium alteratorum. dicitur autem vnio miſcibilium alteratorum, non tamen ſaluantur miſcibilia in mixto ſecundum virtutes excellentes & in ſummo, ſed remiſſe & alterate, ideo eſt miſcibilium alteratorum vnio. In hac autem declaratione ſi eſt aliquid præmiſſum forte ſuo loco alibi ſupplebitur. Et in hoc terminatur ſumma primi libri de Generatione. Ideo conſequenter ſecundum aggrediamur.

INCIPIT LIBER SECVNDVS.

*D*E MIXTIONE *quidem igitur, & tactu & de facere & pati dictum eſt quomodo exiſtant tranſmutantibus ſecundum naturam. Amplius autem de generatione, & corruptione aliqua, & ſimpliciter, & quomodo eſt, & propter quam cauſam. Similiter autem & de alteratione dictum eſt quid eſt alterari, & quam habet differentiam eorum. Reliquum autem conſiderare circa vocata elementa corporum.*

POſtquam philoſophus determinauit primo lib. de Generatione & corruptione. In hoc ſecundo vt dicebatur determinat de natura Generatorum & corruptorum. Generatio autem & corruptio naturaliter in eſt rebus propter naturam elementarem, quicquid.n. eſt naturaliter generabile & corruptibile vel eſt elementum vel elementatum. Nam qualitates primæ actiue & paſsiue ſine quibus non ſit tranſmutatio ad formam per ſe & primo inſunt elementis. Cum ergo philoſophus in hoc.2.lib. determinat de generatione elementorum & elementatorum in quadam vniuerſalitate, & vt exigit libri materia: quia talia ſunt naturaliter generabilia & corruptibilia. determinat hic de natura generatorum & corruptorum: quia determinat de corporibus naturaliter generatis & corruptis. Poſſumus ergo ſic cõtinuare hunc librum ad præcedentẽ: quia in primo libro determinauit philoſophus de generatione & corruptione, & de alijs motibus ſimplicibus, & de mixtione & tactu, & actione & paſsione, quæ deſeruiunt generationi & corruptioni, & corporibus generatis. In parte iſta determinat de ipſis corporibus naturaliter generatis & corruptis. Circa quod tria facit. quia primo cõtinuat dicta debendis. Secundo aſsignat rationem eius quod dixerat. Tertio exequitur de intento. Secunda ibi [Generatio quidem & corruptio.]

ptio.] Tertia ibi[Horum autem subiectam materiam.] Dicit ergo ꝙ de mixtione & tactu, & de facere & pati dictum est q̄uo existant in transmutationibus ſm naturam, & hoc quantum ad ea quæ deseruiunt tam generationi q̄ corporibus generatis. Amplius aūt dictum est de generatione & corruptione, prout habet esse simpliciter, & prout est aliqua & ſm quid, & dictum est propter quam causam gñatio & corruptio sunt in rebus, similiter etiam dictum est de alteratione, & etiā supple de augmento, & dictum est etiam quid est alterari, & quam dr̄iam habet eorum.i.dictum est quę est differentia inter ea. Dictum est.n.q̄uo alteratio & augmentum & alia huiusmodi differūt, & hic tractata sunt in primo lib. In hoc ergo secundo est reliquum considerare circa illa quæ sunt vocata elementa de numero corporum. Notandum aūt dicta in primo libro reduci ad tria.s.ad gñationem & corruptionem & ad simplices motus, vt ad alterationem & augmentationem, & ad ea quæ seruiunt huiusmodi transmutationibus. videlicet. mixtioni & tactui, & facere & pati. Deinde cum dicit.

Generatio quidem et corruptio omnibus natura subsistentibus substantijs est non sine sensibilibus corporibus.

Assignat causam dicti dicens, ꝙ generatio & corruptio omnibus existentibus subiectis. i. omnibus generabilibus, vt est natura siue sensibilibus corporibus siue elementis. cum ergo per naturam elementi insit naturaliter generatio & corruptio rebus, quia in hoc secundo libro intendimus de natura generatorum & corruptorum, dignum est vt consideremus de generatione eorum quæ vocantur elementa. Deinde cum dicit.

Tex.c. 2. *Horum aūt subiectam materiam hi quidem esse inquiunt vnam, vtputa aerem ponentes, aut ignem, aut aliquod medium horum aliquod & corpus ens separabile, hi autem plura per numerum vno. Hi quidem ignem et terram. Hi aūt et hæc & aerem tertium, hi autem & hæc & aquam quartum vt Emped. ex quibus congregatis & segregatis & alteratis ait contingere generationem & corruptionem rebus.*

Exequitur de intento, & duo facit. qa in primo ostendit q̄uo generatio & corruptio inest naturaliter elementis. Secundo manifestat q̄uo per elementa inest naturaliter elementis. ibi[De elementis aūt ex quibus corpora (Tex.c.46) constituta sunt.] Ad euidentiam aūt primæ partis notandum ꝙ elementa sunt naturaliter gñabilia & corruptibilia pp materiam & ꝑpter contrarietates quæ sunt principia elemētorum, vt sunt transmutata adinuicem. Tria autem facit philosophus. qa primo determinat de principijs elementorum ſm ꝙ sunt naturaliter gñabilia & trāsmutabilia adinuicē. Secundo ex huiusmodi principijs determinatis oñdit numerum elementorū, & manifestat quot sunt elementa. Tertio determinat de naturali gñatione & corruptione ipsorum elementorum. Secunda ibi[Qm̄ autē quatuor elemēta.] Tertia ibi[Qm̄ aūt determinatum est prius.] (Tex.c.16, Tex.c.24) In determinādo quidē de principijs elementorum, vt sunt naturaliter gñabilia & transmutabilia adinuicē, etiam duo facit. quia primo determinat de huius principio materiali. Scd̄o de formali. (Tex.c. 6.) ibi[Determinatum aūt est de his.] Prima pars diuiditur in duas. quia primo determinat de principio materiali (Tex.c. 6.) ſm opinionem antiquorum. Secūdo ſm propriam. ibi [Nos aūt dicimus.] Circa primum duo facit. quia primo narrat quid senserūt antiqui de materiali principio. Secundo specialiter descendit ad opinionē Platonis. ibi [Vt aūt in thimęo.] (Tex.c. 4.) Prima pars in duas. qa primo narrat antiquorum opiniones. (Tex.c. 3.) Scd̄o exequitur de eis. ibi [Qm̄ quidem igitur.] Dicit ergo ꝙ hi de nnmero horū antiquorum inquiunt esse vnam materiam subiectam, & hanc subiectā materiam sunt ponentes, puta aerē aut ignem, aut aliquod medium horū inter aerem, & ignē, quod medium dicebāt esse corpus ens separabile à contrarietatibus. hi aūt & alij posuerunt plura principia materialia q̄ vnum, & isti fuerunt diuisi: quia quidā posuerunt duo, vt ignem & terram. hi autem.s. alij posuerunt tria: quia posuerunt hic.s. ignem & terram, & addiderunt tertium.s. aerem. Alij aūt posuerūt quatuor: quia posuerunt hic.s. tria prædicta, & addiderunt quartam, videlicet, aquam. vt Empe. qui posuit quatuor elementa esse materialia principia rerum, ex quibus congregatis & alteratis dicebat contingere generationem & corruptionem rebus. Deinde cum dicit.

Qm̄ quidem igitur prima principia et elementa, bene habet dicere, quòd sit confessū ex quibus trāsmutatis aut secundum congregationem aut segregationē vel secundum aliam transmutationē contingit gñationem esse & corruptionem. Tex.c. 3.

Exequitur de dictis opinionibus, & duo facit. quia primo exequit̄ de ponētibus plura materialia principia. Scd̄o de ponentibus vnum & maxime de ponentibus illud esse mediū aliquod & separabile. ibi[Sed facientes vnam materiam.] Exequit̄ ergo primo de ponentibus plura materialia principia commendando eos q̄tum ad aliqua, dicens ꝙ ponentes plura principia materialia, & dicentes ea esse elemēta, bene hn̄t dicere ꝙ sit confessum .i. id quod confitentur est bene dictum. Confitebant̄.n. ꝙ ex huiusmodi elementis transmutatis ſm congregationem & segregationem, ꝙ ſm aliam trāsmutationem contingebat gñationem esse, vel huiusmodi philosophi dicebant confessa, quia saluabant gñationem & corruptionem quę ad sensum confessa sunt. Notandum aūt hos philosophos male dixisse ponendo prima principia materialia esse elementa, sed exquo ponebant esse plura bene dixerunt, quia ex transmutatione eorum saluabāt generationem & corruptionē in rebus. hos autem philosophos hic non increpat, quia per ea quæ dicta sunt in primo libro & dicentur in hoc secundo satis apparet quia oportet esse vnam materiam omnium habentium transmutationem ad seinuicem. Deinde cum dicit.

Sed facientes vnam materiam extra prædicta, hanc autem separabilem & corpoream peccant, impossibile.n. sine contrarietate esse corpus hoc sensibile, aut.n. leue aut graue aut calidum aut frigidum necesse eße infinitum hoc quod quidam dicunt esse principium.

Exequitur de facientibus vnam materiā & maxime de ponentibus eam separabilem increpando eos dicēs, ꝙ facientes vnam materiam extra prædicta elementa, quia non ponebant eam esse aliquod elementorū, cum poneretur hanc materiam corpoream & separabilem à contrarietate peccabant: quia impossibile est corpus aliquod sensibile esse sine contrarietate: quia aut leue aut graue, aut calidum aut frigidum, necesse est ergo ꝙ infinitum.i. hoc materiale elementū, quod dicunt primum esse supple cum contrarietate, & non esse separatū à contrarijs. Notandum aūt ꝙ inter cęteros antiquos philosophos isti magis accesserunt ad naturā materiæ. In fundamento.n. naturæ nihil est distinctū: quia materia non est de se in actu aliquod contrariorum, sed est in potētia ad vtrunq;. Ergo eo ipso ꝙ elementis insunt qualitates contrarie, & hi non posuerunt materiā esse aliquod elementorum, sed posuerūt eam esse aliquod medium inter ea, vt separent ipsam à contrarietate multum appropinquabant ad naturam materiæ, deficiebant tn̄ in duobus. Primo quia materia quantum est de se non est aliquid in actu. quantūcunq; ergo dicerent materiam esse medium inter elementa, ex quo dicebant eam esse corpus dicebant ipsam esse aliquid in actu. Secundo deficiebant, quia licet materia secundum se non sit aliquid in actu, tamen secundum esse quod habet in rerum natura loquendo de materia horum trāsmutabilium nunquam est separabilis à contrarietate peccabant, ergo isti, tum quia ponebant materiam esse corpus, tumquia

dicebant esse actu separabilem à contrarietate. Notandum quòd hic specialiter increpat hos philosophus ne aliqui crederent eorum opinionem esse veram, eo ꝙ multum accedebant ad naturam materiæ. Notãdum etiam hos posuisse materiale principium infinitum.i.indeterminatũ:quia exquo ponebant ipsum separatum à cõtrarietate non dabant sibi spãlem formam per quam determinaretur,& in hoc male faciebant.Nam licet materia de se sit quid indeterminatum, tamẽ vt habet esse, & vt existit in rerum natura semper determinatur per aliquam formam. Deinde cum dicit.

Tex.c.4. *Vt aũt in thimeo scriptũ est nullam habet terminationẽ, non.n.dixit manifeste pandeches si separatur ab elementis.*

Specialiter descendit ad opinionem Platonis, & tria facit ẽm ꝙ tripliciter increpat ipsum in opinione sua.Se

Tex.c.5. cunda ibi[Neq; vtitur.]Tertia ibi[Sed elementis entibus.]Increpat autẽ ipsum primo de insufficientia, quia indeterminate locutus est, dicens illud quod scriptũ est à Platone in thimæo nullam hẽt determinationem.i.est insufficienter & immanifeste dictum:quia non dixit manifeste quomodo pandeches.i.q̃ũo materia quæ est receptiua elementorum oĩum separatur ab elementis. & quomodo est in potentia ad ea.non.n.declarantur quæ sunt declaranda de materia. Deinde cum dicit.

Neq; vtitur nihil dicens esse subiectum aliquod vocatis elementis prius, vt aurum operibus aureis, certe & hoc non bene dicitur hoc modo dictum.Sed quorum quidem est alteratio ita,quorum autem est generatio & corruptio impossibile illud enutiari ex quo generatum est.

Increpat Platonem: quia nõ fuit visus materia vt debuit, posuit.n.vel oportebat eum ponere ẽm dictã sua materiam secundum se esse aliquid in actu,ergo duo facit.quia primo facit quod dictum est.Secundo manifestat quod dixerat.ibi[Sed tñ inquit.]Dicit ergo ꝙ neque vtitur nihil.i.in nullo vtitur supple materia vt debet dicit.n.materiam ita prius præexistere & esse tanq̃ subiectum aliquod uocatis elementis,vt aurum subijcitur operibus aureis,sed certe & hoc quod hoc modo dictũ est non bene dixit,ẽm ea quorum est alteratio ita se habeat,sed de his quorum est generatio & corruptio,Impossibile est illud enunciari. videlicet. ꝙ subiectum de quo generatum est sit aliquid in actu & se habeat sicut aurum ad opera aurea. Deinde cum dicit.

Sed tamen inquit longe verius est esse aurum dicere vnũquodq; esse.

Manifestat quod dixerat dicens, ꝙ vnumquodq; artificialium longe.i.multo verius est dicere esse aurum q̃ esse quid artificiale, & hoc Plato inquit.i.concedit & confitetur.de artificialibus.n.verius.i.substantialius prędicatur materia q̃ aliud: quia tota substantia artificialium est materia,& omnes formæ horum sunt accidentia,si ergo hoc Plato inquit & confitetur,oportet secundum totam substantiam elemẽtorum esse materiam, & formas elemẽtorum esse accidentia ad quas se hẽt materia sicut aurum ad opera aurea.gñatio ergo & alteratio & materia ẽm se erit aliquid in actu & erit tota substãtia rerum nãlium,quod est inconueniens. Deinde cũ dicit.

Tex.c.5. *Sed elementis entibus solidis vsque ad planitiem facit dissolutionem, impossibile autem matrem & materiam primam planam esse.*

Increpat tertio Platonem: quia videbatur velle ꝙ materia esset ipsa superficies,dicens ꝙ elementis entibus solidis Plato facit dissolutionem.i.dissoluit elementa vsque ad planitiem. ergo planities est idẽ ꝙ materia, cum ad eam stet vltima resolutio corporum, sed impossibile est materiam primam quam dicimus matrem & nutricem receptaculorum formarum esse planam,idest esse idem quod superficies. Deinde cum dicit.

Tex.c.6. *Nos autem dicimus esse aliquam materiam vnam corporum sensibilium, sed hanc non separabilem, sed semper cum contrarietate ex qua generantur vocata elementa.*

Determinat de materiali principio secundum opinionem ꝓpriam,dicens,ꝙ nos dicimus esse vnam aliquam materiam sensibilium corporum contra eos qui ponebant plura materialia principia,& hanc materiam dicimus non separabilem à contrarijs, sed semper esse cum contrarietate ex qua generantur vocata elementa, & hoc contra eos qui licet ponerent vnum materiale principium,ponebant tamen ipsum separatum à contrarijs.

Notandum autem ꝙ elementum vt probatur in.5. Meta.per se & primo dicitur de materia prima:quia elementum est illud ex quo cõponitur res primo,& est in eo & non diuiditur ẽm formam,vt in eodem.5.dicitur quæ proprie non competunt nisi materiæ primæ. Ideo philosophus ignem aquam aerem, & terrã dicit esse vocata elementa: quia eis non cõpetit nomen elementi ꝓprie & per oẽm modum,q. q̃ũo verum sit infra patebit sed tamen cõi appellatione dicunẽ & vocanẽ elementa.

Determinatum est autem de his certius & in alijs, sed quoniam tamen huiusmodi & hoc modo sunt prima corpora determinandum & de his.

Postq̃ philosophus determinauit de principio materiali elemẽtorum. In ista parte determinat de principijs formalibus,& duo facit.quia primo continuat se ad dicenda.Secundo exequitur de intẽtõ.ibi[Principium & primum.]Dicit ergo ꝙ de his.i.de elementis, & de grauibus & leuibus determinatũ est certius in alijs.i.in lib. Cœli & mundi,sed cum prima corpora.i.elemẽta sunt hoc modo.s.ex materia vt est subiecta contrarietati determinandum est, & de his in hoc lib.supple:quia hoc in lib.Cęli & mundi non est cõplete traditum. Notandum aũt q. dicit certius est determinandum de elementis in lib. Cęli & mundi q̃ hic: quia in materia naturali quanto demõstrationes sunt magis cões & vniuersales, tanto sunt nobis magis certe. Iuxta illud.1.Physi.Sunt nobis manifesta confusa magis, & quia in lib.Cœli & mundi vniuersalius tractaẽ de corpore mobili q̃ in hoc libro vt.s.ostensum fuit,ideo illas demonstrationes appellat certiores. Notandum etiã ꝙ elementa absoluto noĩe appellauit corpora prima, cum tñ simpliciter & absolute corpora cœlestia sint prima corpora:quia sermones sunt inquirendi ẽm materiam,cum in hoc libro non intendaẽ de corpore mobili simpliciter,sed de corpore mobili ad formã,quia elementa sunt prima corpora respectu corporũ transmutabilium ad formam.Ideo ẽm exigentiam materiæ huius libri possunt dici absolute prima, non abstãte ꝙ supercęlestia corpora sint priora. Notandum etiam non esse incõueniens in diuersis libris determinare de eisdem.dum tñ non determinetur de eis in libris illis sub eadem rõne.Nam non solum diuersi libri, sed etiam diuersę scientiæ non possunt determinare de eadem,nisi sub alia & alia ratione, vt probat Cõmen.in.12.Meta.Ideo licet de corporibus primis,& de elementis sit determinatum in lib. Cœli & mundi, potest & de eisdem determinari hic,& hoc quia non eodem modo determinatur hic quo ibi,hic.n.per se intenditur de elementis,vt constant ex materia subiecta contrarietati, secundum quam subiectionem sunt transmutata ad formam, secundum hunc autem modum non principaliter determinaẽ de eis in lib.de Cęlo & Mundo: quia & si ibi aliquid de generatione elementorum dicitur, tñ ibi non principaliter intenditur de motu ad formam, sed ad vbi. Quo viso apparet quare introducta sit illa particula textus quam nunc sententiamus: quia ideo introducta est vt ostendatur, quia aliter intenditur hic tractare de elementis, aliter in libro Cœli & mundi. Deinde cum dicit.

Principium quidẽ et primũ existimantes esse materiã inseparabilem

separabilem quidē, subiectam aūt contrarijs, neq;.n.calidū materia est frigido, neq; hoc calido, sed subiectū amborum.

Exequitur de intēto, & duo facit. quia primo exequitur de principijs formalibus elemētorum in vniuersali. Secundo in speciali. Secunda ibi[Et etiam non minus.] Principia aūt formalia elementorum ſm quę sunt trāsmutata sunt qualitates sensibiles & contrarietates ipse. tria ergo facit. quia primo ōndit ꝙ oportet dare materiam vnam subiectam qualitatibus sensibilibus & contrarietatibus quæ sunt principia transmutationum. Secundo dat ordinem horū principiorum adinuicē. Tertio ex his quæ dixerat reprehendit Empedoclē & alios philosophos sequētes ipsum. Secunda ibi[Quapropter quidem primum.] Tertia ibi[Hæc quidem.n.transmutantur.] Dicit ergo ꝙ materiam inseparabilē quidem à contrarietate & subiectam contrarijs debere existimare esse id quod est primū & principium supple elementorum vt sunt transmutata. Quod aūt oportet dare mām subiectā vtriq; contrariorum, patet: quia calidum non est materia frigido, nec hoc.s.frigidū est materia calido. Sed aliquod subiectum amborum, quod aliqñ est sub forma vnius, aliqñ sub forma alterius. Deinde cū dicit.

Quapropter quidē primum potentia corpus sensibile principium. secundo autem primæ contrarietates, dico autē. v g. caliditas & frigiditas. tertio autem ignis & aqua & talia.

Quia dixit materiā subiectam cōtrarietatibus esse primum & principium respectu elementorum transmutabilium, ostendit qūo hæc principia hñt ordinem adinuicem. Nam principium transmutationis est materia quę est potentia & corpus sensibile, vel est huiusmodi principium ipsum corpus sensibile, quod est potētia ad contrarietates, & etiā principium transmutationis sunt ipse contrarietates, vt calidum & frigidum, & ipsa elemēta, vt ignis & aqua & talia, sed hæc principia hñt ordinem adinuicē. quia primum tale principium est corpus sensibile potentia. Scdo sunt contrarietates. Tertio sunt elementa, vt ignis & aqua. Ad euidentiam aūt dictorum notandum ꝙ aliquid (vt diceb ſ superius) non est de rōne rei vno modo, quod est de rōne rei alio mō. ideo qualitates iste sensibiles & contrarietates licet non sint principia elementorum, vt sunt substantia, & vt considerantur ſm se, sunt tñ de ratione ipsorum vt hñt esse naturale, & vt sunt actiua & passiua, & vt considerantur à physico. Sunt.n.primo modo de rōne eorum vt hñt esse naturale. nam vt elementa sunt actu in rerum natura, nunq̄ separanſ penitus à qualitatibus primis, immo si expoliareſ penitus natura alicuius elementi à qualitatibus primis. non vlterius saluaretur natura illa, vt si natura ignis expoliaretur à calido & à sicco, non vlterius remaneret ignis, ꝙ non esset nisi caliditas & siccitas aliquo modo esset de rōne ignis vt est in effectu, & vt hēt esse naturale. Secundo tales qualitates contrarie sunt de rōne elementorū vt sunt actiua & passiua & vt trāsmutant se adinuicem, quia non sunt talia nisi vt sunt coniuncta qualitatibus, siue vt sunt qualia, & sic qualitates esse de rōne corporis qualis ſm ꝙ huiusmodi non est inconueniens. Tertio tales qualitates sensibiles sunt de rōne elementorum, vt consideranſ à physico. physicus .n.non abstrahit à materia sensibili, & quia res non sunt sensibiles si accipiātur ſm suam simplicem rōnem quidditatis, sed vt sunt coniuncta qualitatibus sensibilibus, ideo de consideratione physici sunt qualia & sensibilia ſm ꝙ huiusmodi, & quia oportet qualitates sensibiles esse de rōne elementorū vt sunt sensibilia. ideo caliditas & frigiditas, & tales qualitates sensibiles possunt esse de rōne elementorum, vt consideranſ à physico. Notandum etiam consideratione physicam habere gradus secundum abstractionē, ita ꝙ vnum & idem pōt considerari à physico sub esse magis abstracto & minus abstracto. Scientia.n.naturalis & est scientia & est naturalis. ratione qua est scientia ſm abstractionem habet statum in infimo, rōne qua naturalis habet statum in supremo. nā cum scientia non sit particularium, quia particularium non est scīa neq; diffinitio vt dr̄. 7. Meta. quare scīa naturalis eo ꝙ sciētia est, hēt statum in infimo, & non potest descēdere vltra spēm specialissimam. Sed quia naturalis est ꝙ non abstrahit à materia sensibili habet statum in supremo, & non pōt ascēdere vltra corpus sensibile. vnde etsi de alijs considerat hoc est vt comparatur ad talia corpora. Naturalis ergo primo considerat de corpore sensibili, postea considerat de tali corpore sensibili, vt de corpore hñte contrarietates. Vltimo considerat de corpore sensibili quod est spēi specialissime, vt de igne & terra. Notandum etiam ꝙ sicut tota scīa habet suos terminos & suum statū, ita quilibet liber partialis suos terminos & suum statum habet. Nam sicut tota scīa naturalis per se & ſm ꝙ huiusmodi non transcendit sensibile simpliciter siue corpus transmutabile absolute: Ita liber iste de gñatione qui est liber partialis per habita habet suos terminos, qui termini sunt magis contracti. Nam non solū consideratio debita huic lib. non trāscendit corpus transmutabile simpliciter, sed etiam non trāscendit corpus trāsmutabile ad formam. Ideo primum ſm considerationem huius libri non est corpus sensibile absolute, sed est corpus sensibile potentia ad contrarietates. Erit ergo hic ordo, ꝙ prius ſm considerationem debitam huic lib. cōsiderabitur corpus sensibile quod est potentia ad contrarietates. Nā sicut genus est in potētia ad proprias drīas, & potest considerari genus non consideratis contrarijs differentijs, ita non abstrahēdo à materia sensibili pōt considerari corpus sensibile, quod est in potentia ad contrarietates sensibiles, non consideratis huiusmodi qualitatibus contrarijs, quæ sunt quasi drīæ dicti corporis. primum ergo vt pertinet ad hanc materiam erit considerare corpus sensibile potentia ad tales contrarietates. Scdo erit considerare corpus sensibile vt informatur drījs contrarijs. Tertio erit considerare corpus sensibile non solum vt est in potentia ad qualitates contrarias, vel etiā vt informatur qualitatibus cōtrarijs quocunq; mō, sed vt perficiſ talibus qualitatibus contrarijs ad quas sequiſ esse ignem vel aquam vel aliquod aliud spāle elementum. Notandum aūt ꝙ si considerantur p̄dicta. textus Ari. dupliciter pōt exponi. primo vt designeſ ordo considerationum. nam ſm considerationem physicam (vt ōnsum est primū est corpus sensibile potētia ad contrarietates. Scdo est corpus sensibile informatum contrarijs drījs. Tertio est corpus sensibile informatum talibus contrarijs vt ignis vel aqua. Scdo pōt exponi q̄tum ad ordinem principiorū ad principiatum & cōponētium ad cōpositum. Nam sicut dictum est caliditas & frigiditas & tales qualitates cōtrarię, licet non sint de rōne elemētorum, vt consideranſ ſm suam quidditatem absolute, sunt tñ de ratione elementorum vt hñt esse naturale, vt sunt actiua & passiua, & vt considéranſ à physico, & vt tales qualitates sunt de rōne elemētorum, & sunt quasi drīæ formales eorum, prius intelligitur materia quæ est potentia, siue primo intelligitur ipsum corpus sensibile in potētia ad contrarietates. Scdo ipse qualitates, vt caliditas & frigiditas intelliganſ aduenire tali materię & tali corpori, & tertio ex cōiunctione talium contrarietatū ad tale corpus resultat inde elementū, vt aqua & ignis & est simile. Nam sicut quia homo constat ex aīa & corpore, prius intelligo corpus esse in potentia ad aīam, & postea aīam coniungi corpori. Et tertio intelligo hoīem resultare ex cōiunctione animæ ad corpus, sic quia elementū, vt est actiuum & passiuum constat ex corpore sensibili, quod est in potētia ad qualitates sensibiles, & ex ipsis qualitatibus sensibilibus. Ideo primo intelligo tale corpus sensibile. & Tex.c.53

secundo intelligõ q ei adueniant qualitates contrariæ, & tertio ex coniunctione talium cõtrarietatum ad tale corpus intelligo q resultat inde elementum vt aqua & ignis. Est.n.primo intellectus generis quod se habet quasi materia. Secundo est intellectus differentiarũ quæ se hñt sicut forma. Tertio est intellectus speciei quæ constituitur ex genere & differẽtia tanq̃ ex principio materiali & formali, & quia corpus sensibile, vt spectat ad propositũ, quod est potentia ad contrarietates, se habet quasi genus & materia, contrarietates qualitates ipse se hñt quasi drĩæ formales. elementa vero ipsa vt transmutant se adinuicem, & sicut actiua & passiua se hñt quasi constituta ex prædictis. Ideo primo est corpus tale sensibile. Secundo sunt ipse contrarietates. Tertio sunt ignis & aqua, & talia elementa quæ sunt actiua & passiua & constituunt ex eis. Harum autem duarum expõnum licet vtraq; vera sit, secunda tñ magis concordat ad intentionẽ textus. Sed tñ ideo ambe adducte sunt, quia vna facit ad intellectũ alterius. Notandũ etiam q sicut elemẽta appellat philosophus corpora prima, cum tñ non sint prima simpliciter, nec sunt prima vt sunt de cõsideratione naturalis absolute, sed sunt prima vt ptinent ad considerationẽ huius libri in quo considerat de corporibus transmutabilibus ad formã, & inter corpora sic transmutata elemẽta sunt prima corpora, sic dicere possumus q corpus sensibile quod est in potentia ad contraria, non est primo ẽm considerationem absolutã, nec etiam est primo ẽm considerationem physicam. physicus.n.prius considerat corpus sensibile absolute q̃ corpus sensibile tale, quod est in potẽtia ad contraria. tñ vt spectat ad considerationem huius libri in quo non consideratur de corpore sensibili siue transmutabili simpliciter, sed de transmutabili ad formam, quia non est sic transmutabile, nisi quod est in potẽtia ad contraria, corpus sensibile, qđ est sic in potentia est primum ẽm considerationẽ, vt spectat ad p̃sentem mãm. Deinde cũ dicit.

Hæc quidem transmutantur adinuicem, & non vt Empedocles & alij dicunt, semper.n.neq; esset alteratio, contrarietates autem non transmutantur.

Ex his quæ dicta sunt: Reprehendit Empedoclem & suos sequaces dicens, q hæc.s. elementa transmutantur adinuicẽ, cum dictum sit ea esse subiecta contrarijs, & non sunt trãsmutata, vt Empe.& alij sui sequaces dicũt. nam si elementa essent transmutabilia ẽm substantiam, vt ponebat Empe. non esset vna materia eorum, & per consequens neq; esset alteratio, quia contrarietates non transmutantur adinuicem. caliditas.n.non fit frigiditas, sed quia est vna materia horũ transmutabiliũ, quod est sub forma vnius efficit postea alterius. Deinde cũ dicit.

Tex.c.6. *Sed & non minus erit corporis qualia & quanta dicendum principia, alij quidem.n. supponentes vtuntur & dicunt, quare aut hæc aut tanta.*

Exequitur de dictis differẽtijs formalibus in speciali, & duo facit, quia primo continuat se ad dicenda. Scđo exequitur de intento. ibi[Qm̃ igitur quærimus.] Continuatur sic, non sufficit dicere qualitates contrarias esse differentias formales elementorũ, vt sunt actiua & passiua, sed non minus.i.nullo modo dicẽdum est qualia & quanta sunt principia corporis elementaris.i.dicendum est quales & quot sunt tales qualitates sensibiles drĩę formales. Alij.n.incomplete tradentes non õndunt. quare principia huiusmodi sunt hæc aut tanta, sed supponẽtes talia principia esse vtuntur eis. Deinde cum dicit.

Tex.c. 7. *Quoniam igitur quærimus corporis sensibilis principia, hoc autem habente est tangibile, tangibile autem cuius est sensus tactus manifestum, quoniam non omnes contrarietates corporis species & principia faciunt, sed solum quæ secundum tactum, & secundum.n.contrarietatem differunt, & secundum tangibilem contrarietatem.*

Exequitur de intento, & duo facit. quia primo õndit tales differentias formales esse qualitates tangibiles. Secundo declarat quas qualitates ponendum est esse tales differẽtias. ibi [Ipsorum aũt tangibilium.] Circa primũ tria facit. quia primo ostendit qualitates tangibiles esse drĩas. Secundo ostendit qualitates alias non esse drĩas tales. Tertio remouet quandam cauillationẽ. Secunda ibi [Ideo neq; albedo.] Tertia ibi[Quãuis prior visus.] Dicit ergo q nos q̃rimus principia corporis sensibilis hoc aũt sensibile corpus, quod quærimus est tangibile. Et q̃a tangibile est illud cuius est sensus tactus, ideo manifestũ est q non oẽs qualitates corporis, nec oẽs qualitates sensibiles faciunt.i.faciendo sunt, vt habet alia litera, & spẽs.i.formæ siue formales drĩæ & principia elementorum, sed faciẽtes recte solum faciunt talia principia qualitates quę sunt ẽm tactum.i. qualitates quæ differunt secundum contrarietatem.i. ẽm tangibilem. Notãdum autem q corpus sensibile tangibile est illud cuius principia q̃rimus: quia tale sensibile hic consideratur, à quali sensibili non abstrahit consideratio huius libri, & vt spectat ad materiam istam. dictum est aũt q in hoc lib.intenditur de corpore trãsmutabili ad formam, licet ergo corpus sensibile absolute posset forte abstrahi à qualitatibus tangibilibus, corpus tñ vt transmutabile ad formam nunq̃ abstrahitur à talibus qualitatibus, & quia hic intendit de coporc supple transmutabili corpus hoc quæsitum est corpus tangibile. cum ergo principia & formales differentiæ corporis tangibilis secundum q huiusmodi sint contrarietates tactus, oportet tales contrarietates hic esse quæsitas. Deinde cum dicit.

Ideo neq; albedo & nigredo, neq; dulcedo et amaritudo, similiter autem neque aliorum sensibilium contrarietatum aliqua facit elementum.

Ostendit ex hoc alias contrarietates non esse q̃sitas dicens, q neq; albedo, neq; nigredo, neq; dulcedo, neque amaritudo, & similiter neq; alia aliarum cõtrarietatum sensibilium ab alijs sensibilibus q̃ à sensu tactus, nulla.s. talium facit elementa.i.principium elementorum, vel est differentia formalis eorum, vt sunt tangibilia, vel vt sunt actiua & passiua. Deinde cum dicit. Tex.c.

Quãuis prior visus tactu, quapropter et subiectum prius. Sed non est corporis tangibilis passio secundum quòd tangibile, sed secundum aliud, & si contingat natura prius. Tex. c.

Remouet quandam cauillationẽ dicens, q licet visus sit prior tactu, ꝓpter quod & obiectum visus prius est obiectio tactus, sed tñ quia qualitas visibilis nõ est passio corporis tãgibilis, secundum q tangibile, sed ẽm q aliud, vt ẽm q visibile, cum nos quæramus principia corporis vt est tangibile, non vt est mutabile, & sic contingit visum esse prius natura: quia talis prioritas accidit & alienatur à consideratione nostra. Ideo drĩas visibiles non est ponendum esse drĩas formales elementorum vt sunt tãgibilia, & sunt actiua & passiua. Deinde cũ dicit.

Ipsorum autem tangibilium diuidendum quæ primæ differentiæ & contrarietates. Sunt autem contrarietates secundum tactum he. calidum & frigidum, humidum & siccum, graue & leue, durum molle, lubricum aridum, asperum lene, grossum & subtile. Tex.c.

Postq̃ philosophus dixit qualitates tangibiles esse elementorũ formales differentias & esse principia eorum. Modo vt dictum est ne laborer in equiuoco: quia multe sunt qualitates tangibiles ostendit in parte ista quas qualitates de numero tãgibilium ponendũ est esse tales differentias & talia principia. Ideo duo facit: quia primo enumerat diuersas contrarietates tangibilium. Secundo ostendit quas illarũ ponẽdum est esse talia principia. ibi [Horum aũt graue.] Dicit ergo q dicendum est contrarietates ipsorum tangibilium, & õndendum est quæ sunt primæ differentię & contrarietates tangibiles, sunt autem Tex.c.

aũt cõtrarietates ſm tactũ, hæc.7.ſ.Prima eſt calidum
& frigidũ.Scđa humidũ & ſiccũ.Tertia graue & leue.
Quarta durũ & molle.Quinta lubricũ & aridũ. Sexta
aſperũ & lene.Septima groſsũ & ſubtile.Deĩde cũ dič.

Horum autem graue quidem & leue, neq; actiua neque
paſsiua, non.n.in faciendo aliquid aliud, neq; in patiendo ab
alio dicuntur. oportet autem actiua inuicem & paſsiua eſſe
elementa, miſcentur.n.& tranſmutantur adinuicem. cali-
dum.n.& frigidum, humidum & ſiccum, hæc quidem quia
actiua ſunt, hæc autem quia paſsiua dicuntur.

Exequitur de prædictis, & duo facit.qa primo oſten
dit quid tenendum ſit de graui & leui. Secundo quid
de alĳs qualitatibus.ibi[Calidum.n. eſt.] Dicit ergo ꝙ
horum ſiue harum qualitatum tangibilium, graue qui
dem & leue non ſunt actiua & paſsiua: quia non dicun
tur.i.non deſcribuntur, nec diffiniuntur graue & leue.i.
faciendo aliquid aliud, neq; in patiendo ab alio, & quia
elementa vt de eis loqmur oportet eſſe actiua & paſsiua
adinuicẽ.Ideo ſupple vt ad propoſitum ſpectat graue &
leue non pñt eſſe elementorũ principia.Deinde cũ dicit.

Calidũ n.eſt quia cõgregat homogenea, ſegregare.n.quod
inquiunt facere ignem, congregare aũt eſt quæ eiuſdẽ tribus,
contingit.n.extollere alienigena, frigidum aũt quod coniun
git & congregat ſimiliter & ſingenea & non eiuſdẽ tribus.

Dicit quid ſit tenendum de alĳs qualitatibus, & pro
bat ꝙ calidum & frigidum, humidum & ſiccum ſunt il
læ qualitates quæ ſunt elementorum principia, vt ſunt
actiua & paſsiua. Ad cuius euidentiam notandum ꝙ
qualitates tangibiles quæ ponuntur elementorũ princi
pia non ſunt tranſmutata adinuicẽ duo in ſe habere de-
bent.primo quidem debent eſſe actiue & paſsiue: quia
ſine actione & paiſione non fit tranſmutatio. Secundo
non debent reduci in alias qualitates, quia ſi in alias qua
litates reducerentur iam non eſſent primæ, nec deberẽt
dici principia. Duo ergo facit.quia primo oſtendit cali-
dum & frigidum, humidum & ſiccum eſſe huius princi
pia, quia ſunt actiua & paſsiua. Secundo ꝙ non redu-
ex.c.15 cuntur in alia, ſed magis alia reducuntur in ipſa.Secũda
ibi[Manifeſtum igitur qm̃ omnes.]Circa primũ duo fa
cit. quia primo oſtendit calidum & frigidum eſſe talia
ex.c.9. principia, quia ſunt actiua. Secundo oſtendit hoc idem
de humido & ſicco, eo ꝙ ſint paſsiua.ibi[Humidũ.n.in
determinatũ.] Dicit ergo ꝙ calidum & frigidum poſ-
ſunt eſſe huiuſmodi principia: quia ſunt actiua.Nam ca
lidum eſt actiuum: quia congregat homogenea, & ſe-
gregat etiam etherogenea.ideo ſapiẽtes inquiunt ignẽ fa
cere ſegregare alienigena & etherogenea, cõgregare au-
tem homogenea quæ ſunt eiuſdem tribus & eiuſdem
prolis, ſed extollit & ſegregat alienigena, ſupple etiã frigi
dum eſt actiuum, quia coniungit & congregat omnia
ſimiliter.i.vniformiter, ſiue fuerint ſingenea omnigenea
.i.homogenea & non eiuſdem tribus.i.ſicut etheroge-
nea. Notandum autem ꝙ calidum rarefacit & rarefa
ciẽdo quicquid eſt ibi ſubtile eleuatur & euaporat.Ideo
dicitur congregare homogenea, quia groſſa & grauia
relinqui deorſum, leuia autem & ſubtilia facit aſcendere
ſurſum, & quia calor coniungit leuia leuibus & groſſa
relinquit cum groſsis, ideo dicitur cõgregare homoge-
nea. Frigidum autem conſtipat & conſtringit & habet
immobilitatem, ideo ſiue ſint homogenea ſiue etheroge
nea per frigidum congregantur. frigidum.n.nõ ſeparat
ſubtilia à groſsis, ſed coagulat ea ſimul. Deinde cũ dicit.

ex.c.9. *Humidum enim indeterminatum proprio termino bene*
terminabile ens. ſiccum autem bene terminabile proprio ter
mino difficulter terminabile alterius.

Oſtendit humidũ & ſiccum eſſe talia principia, quia
ſunt paſsiua, & duo facit. qa primo facit quod dictum
eſt. Secundo vt oſtendat ꝙ humidum eſt ponendũ tale
ex.c.24. principium diuidit humidũ & ſiccum. Secunda ibi[Di
citur autem ſiccum & humidũ.] Circa primum duo fa
cit.quia primo oſtendit de humido & ſicco quod dictũ
eſt.Secundo oſtẽdit qualitates alias tangibiles non poſſe
eſſe talia principia: quia reducũtur in humidum & ſic-
cum.ibi[Subtile autem & groſſum.]Dicit ergo, ꝙ hu Tex.c.10
midum habet rationem paſsiui, eſt.n.humidum indeter
minatum proprio termino, eſt bene ens terminabile ter
mino alieno. ſiccum autem econuerſo eſt bene termina
bile termino proprio & difficile terminabile alterius ter
mino, & quia bene terminari ſiue termino proprio ſiue
alieno ſonat in paſsionem, ideo humidum & ſiccum
ſunt paſsiua. Deinde cum dicit.

Subtile autem & groſſum lubricum & aridum, & du- Tex.c.10
rum & molle, & aliæ differentiæ ex his ſunt.

Oſtendit alias qualitates tãgibiles non poſſe eſſe talia
principia, quia non ſunt qualitates primæ, ſed reducun
tur in alias, circa quod duo facit. quia primo præmittit
quod intendit.Secundo exequiť de intento.ibi[Qm̃.n.
repletiuũ.] Dicit ergo ꝙ ſubtile & groſſum, lubricum
& aridum, durum & molle, & aliæ differentiæ tangibi
les non ſunt primæ, ſed ſunt ex his.i.reducuntur ad has
vt ad humidum & ſiccum. Deinde cum dicit

Quoniam.n.repletiuum eſt humidum: quia non eſt termi
natum quidem.bene autem terminabile ens, & quia ſequi-
tur tangentem, ſubtile autem repletiuum, ſubtilium autem
partium & paruarum partium repletiuum, totum.n.totum
tangit, ſubtile autem maxime tale, manifeſtum quoniam
ſubtile quidem erit humidi, groſſum autem ſicci.

Exequitur de intento, & tria facit, quia primo oñdit
hoc de ſubtili & groſſo. Secundo de lubrico & arido.
Tertio de duro & molli.Secunda ibi[Et rurſum lubri-
cum.]Tertia ibi[Amplius molle quidem.] Dicit ergo Tex.c.13
ꝙ humidũ eſt quid repletiuum: quia non eſt determina
tum termino proprio & eſt bene terminabile termino
alieno, & quia humidum tangentem, quia accipit for-
mam & figuram eius quod tangit, ideo ſupple eſt humi
dum repletiuũ, aqua.n.& quodlibet ſubtile repletiuum
eſt, immo ſubtile eſt maxime tale.i.maxime repletiuũ,
eſt.n.repletiuum paruarum partium per poros, eſt.n.de
rõne ſubtilis ꝙ totum attingat, ſubtile.n.ſm ꝙ huiuſ-
modi ſic ſubĳcitur ꝙ totum attingit & replet totũ, &
quia replere conuenit rei per naturam humidi, manife-
ſtum eſt ꝙ ſubtile erit humidi, & ſi ſubtile eſt humidi, &
reducitur in humidũ. groſſum erit ſicci & reducetur in
ipſum. Notandum aũt ꝙ ſicca & ſolida bene termi-
nantur termino proprio ideo non accipiunt figuram
eius in quo ſunt, nec bene replent ipſum, vas.n.bene re
pletur ex aqua, non autem bene repletur ex lapidibus:
quia aqua ſequitur figuram vaſis & coaptat ſe eis, non
autem lapides. Deinde cum dicit.

Et rurſus lubricum quidem humidi. Lubricum autem ali Tex.c.11
quid humidum paſsiuum eſt velut oleum. Aridum quidem
ſicci, aridum.n.quod perfecte ſiccum, quapropter & coagu Tex.c.12
lata ſunt propter defectionem proprie humiditatis.

Reducit lubricum & aridum dicẽs, ꝙ lubricum erit
humidi.i.reducetur in humidum. lubricum.n.eſt humi
dum paſſum aliquid à ſicco velut oleum, quod eſt lu-
bricum & viſcoſum: quia eſt ibi & ſiccitas annexa hu-
miditati: quia cum inabundat humiditas lubricum re-
ducitur in humidum, aridum autem eſt ſicci.i.reduci-
tur in ſiccum. eſt.n.aridum quod eſt perfecte ſiccum,
quapropter & coagulata vidẽtur arida & ſicca propter
defectum proprie humiditatis, deficit.n.in talibus pro-
pria humiditas: quia eſt conſtricta & cõſtipata propter
coagulationem. Deinde cum dicit.

Amplius molle quidem humidum, molle.n.quod ſubĳci- Tex.c.13
tur in ſeipſum & non tranſmutans quidem quod facit humi
dum, ideo enim ſi eſt humidum molle., ſed molle humidi, du-

 rum

rum autem ficci, durum enim aſt quod coagulatum eſt, coagulatum enim ſiccum.

Reducit molle durum dicens ꝙ molle erit humidi. Nam molle eſt id quod ſubijcitur in ſeipſum.i.quod cedit non transmutans aut.i.& non reſiſtit, & quia hoc facit humidum & eſt proprium eius cedere.ſ.& non reſiſtere, ideo non eſt humidum reducibile in molle, ſed molle eſt humidi, & reducitur in ipſum. participat.n. molle proprietates humidi, non econuerſo. addidit autem quòd durum eſt ſicci. Nam durum eſt quaſi idem quod coagulatum. coagulatum autem eſt ſiccum. i. reducitur in ſiccum vt prius dicebatur. ergo & durum in ſiccum reducetur. Deinde cum dicit.

Tex.c.14 *Dicuntur autem & ſiccum & humidum multifarie, opponitur autem ſicco & humidum & vdum, & rurſus humido & ſiccum & coagulatum, omnia autem hęc ſunt ſicci & humidi primorum dictorum.*

Diuidit ſiccum & humidum, vt oſtendat ꝙ humidum & ꝙ ſiccum debent poni qualitates primę. Ad cuius euidentiam notandum ꝙ humidum & ſiccum reperiunť in elementis & elementatis, & vt reperiuntur in elementatis habent eſſe dupliciter. Quædam.n.mixta ſunt ſimpliciter humida quædam autem ſunt talia per accidens. quę.n.ſunt humida non per ſe ſed per accidēs, poſſunt dici humida & rorata, ſicut lapides ꝑfuſi aqua, humidi & rorati dici poſſunt. ſic etiam quędam ſunt ſicca ſimpliciter. quædam ſunt ſicca per accidens ratione frigoris conſtipantis. Sed ſi reductionem horum ſcire volumus dicere poſſumus & humidum & roratum deducitur in humidum elementatum. humidum autem elementati in humidum elementi, quod proprie & ſimpliciter eſt primum humidum. ſic etiam coagulatum in elementatis reducitur in ſiccum elementati. ſiccum autem elementati in ſiccum elementi, quod eſt primũ ſiccum. Ideo principia tranſmutationum ponēda ſunt primum ſiccum & primũ humidum. Duo ergo facit. quia primo præmittit quod intendit. Secundo declarat propoſitum. ibi [Quoniam.n.humido.] Dicit ergo ꝙ humidum & ſiccum dicitur ſiue dicuntur multifarie. Opponitur.n.ſicco humidum & vdum, & rurſum humido opponitur ſiccum & coagulatũ, & omnia hæc prout ſunt in elementatis ſunt ſicci & humidi dictorum primorum.i.ſunt ſicca & humida prout ſunt in elementis. ſunt enim aliquo modo primæ qualitates in elementatis. tamen non ſunt in eis ſimpliciter: quia mixta & elementata non habent huiuſmodi qualitates primas in ſuis excellentijs, ſed habent eas fractas & remiſſas, vt ſuperius dictum eſt. Deinde cum dicit.

Quoniam enim humido opponitur ſiccum, & humidum quidem eſt quod habet alienigenam humiditatem ſuperficietenus. infuſum autem quidem quod in profundo. ſiccum autem quod priuatur hac manifeſtum quoniam humidum quod erit humidi oppoſitum & ſiccum primi ſicci.

Manifeſtat quod dixerat, & duo facit. quia primo oſtendit humidum & vdum opponi ſicco, & quòd ſiccum reducit in primum ſiccum.ſ. ſiccum elementati in ſiccum elementi. Secundo oſtendit ſiccum & coagulatum opponi humido. & quòd humidum reducitur in primum humidum. Secunda ibi [Rurſus autem humidum.] Dicit ergo quòd humido opponitur ſiccũ. nam
Tex.c.15 humidum quidem.i.vdum eſt id quod habet alienigenam humiditatem ſuperficietenus, ſicut id quod roratum eſt. infuſum autem eſt quod habet alienigenam humiditatem in profundo. ſiccum autem ſimpliciter erit quod priuatur hac vtraq; humiditate, propter quod manifeſtum eſt, ꝙ humidum ſecũdum ſuperficiem erit humidi ſimpliciter. vel vt habet alia litera & planius, vdum erit humidi, ſicut etiam ſiccum quod eſt oppoſitum humidi, eſt ſicci primum.i.redducitur in primum ſiccum. Notandum autem ꝙ eo ipſo ꝙ vdum opponitur ſicco: quia ſiccum eſt proprium oppoſitum humidi, ſequitur ꝙ vdum ſit aliquo modo humidum, & quia quod eſt ſecundum quid & quodammodo, reducitur in id quod eſt ſimpliciter. Ideo bene dictum eſt ꝙ vdum reducitur in humidum: quia opponitur ſicco per naturam humidi. Deinde cum dicit. Tex.c.

Rurſum autem humidum & coagulatum ſimiliter, & humidum quidem eſt quod habet propriam humiditatem in profundo. infuſum autem quod habet alienam humiditatem in profundo. coagulatum autem quod priuatur hac. quapropter & horum erit hoc quidem ſicci. hoc autem humidi.

Oſtendit hoc idem de ſicco & coagulato. dicens, ꝙ humidum & coagulatum ſimiliter opponuntur: quia humidum eſt quod habet propriam humiditatem in profundo. infuſum autem quod habet alienam humiditatem in profundo, coagulatum autem quod priuatur hac.ſ.humiditate in profundo. ergo coagulatũ opponitur humido per naturam ſicci. non inquãtum participat aliquid de humiditate ſicut vdum opponebatur ſicco prout participat aliquid de humiditate. Quapropter ex his quæ dicta ſunt patet ꝙ horum hoc.ſ.coagulatum erit ſicci. hoc.ſ.vdum erit humidi. Notandum autem ꝙ non ſolum vdum, ſed infuſum reducitur in humidum. tam.n.infuſum ꝙ̃ vdum ſunt humida per accidens, habent enim alienigenam humiditatem, ſed aliter & aliter: quia vdum habet huiuſmodi humiditatem in ſuperficie, infuſum autem in profundo. verum quia vdum habet hoc per accidens, cum eſſe per accidens reducatur ad per ſe, tam vdum quàm infuſum reducentur ad humidum. Deinde cum dicit.

ex. c.2
ex.c.2
ex.c.1

Manifeſtum igitur quoniam omnes aliæ differentiæ reducuntur ad primas quatuor. hę autem non amplius in minores. neq; enim calidum quod ſiccum aut quòd humidum. neq; humidum quod calidum aut quod frigidum. neq; frigidum quod ſiccum. neq; ſub inuicem. neq; ſub calido & humido ſunt, quapropter neceſſe quatuor eſſe has.

Concludit ꝙ prædicte quatuor differētiæ.ſ.calidum & frigidum humidũ & ſiccum non reducuntur in alias nec in ſeipſas ſed aliæ reducuntur in eas. Ideo aut ꝙ omnes alienæ.i.omnes aliæ differentiæ reducuntur ad has differētias primas, hoc autem non amplius in minores: quia nec reducuntur in alias nec in ſeipſas. Calidum.n. non eſt quod ſiccum, aut ꝙ humidum: quia actiuum non eſt quod paſsiuum, neq; humidum quod calidum aut frigidum: quia paſsiuum non eſt quod actiuum, ſic etiam frigidum & ſiccum non ſunt ſub ſeinuicem: quia actiuum non eſt quod paſsiuum, nec ecõuerſo, nec ſunt ſub calido & humido, non quòd frigidum ſit ſub calido, & ſiccum ſub humido: quia oppoſitum non eſt ſub oppoſito. Quapropter neceſſe eſt has quatuor differentias eſſe principia trãſmutationum & non plures & nec pauciores. Notandum aũt quòd cum fuerint aſsignatę.7.contrarietates qualitatum tangibilium ſolum duę ſunt ponende tanquam primæ differentiæ & tanquam principia tranſmutationum, videlicet, calidum & frigidum, humidum & ſiccum: quia hæc ſunt actiua & paſſiua, & non reducuntur in alias. Aliæ autem.5.contrarietates non debēt dici talia principia: quia nec ſunt actiua nec paſsiua. vt graue & leue, vel reducuntur in alias, vt ſubtile & groſſum, lubricum & aridum, durum & molle, aſperum & lene. aſperum.n.& lene reducuntur in humidum & ſiccum. licet philoſopus non reduxerit ea, lene.n.reducitur in humidum, humida.n.propter ſui fluxibilitatem habēt lenitatem in partibus & in eis vna pars non ſupereminet alteri, ſicca.n.quia ſunt bene terminabilia termino proprio poſſunt habere aſperitatem in partibus, & in eis vna pars poteſt alteri præeminere.

Quoniam

Tex.c.16. *QVoniam autem quatuor elementa, eorum autẽ quatuor sex coniugationes sunt contraria autem non innata sunt coniungi calidum enim & frigidum esse idem, & rursus humidum & siccum impossibile. manifestum autem quoniam quatuor erunt elementorum coniugationes, calidum & siccum, calidum & humidum, & rursus frigidum & humidum, & frigidum & siccum.*

Postquam philosophus ostendit quatuor esse qualitates primas actiuas & passiuas. In parte ista ex numero illarum qualitatũ probat numerũ elementorũ. Ad cuius euidentiã notandũ ꝙ ad transmutationem & ad generationẽ & corruptionem nõ solum requiritur ꝙ elemẽtum sit actiuũ & passiuum, sed ẽt ad hoc facit locus, & etiã ordo ad huiusmodi qualitates. Nã ẜm ꝙ elementum est in alio & alio loco, sic aliter & aliter se habet ad generationẽ & corruptionem. sic ẽt prout elementum habet alium ordinẽ ad qualitates actiuas & passiuas, aliter & aliter se habet ad agendũ & patiendũ, & aliter & aliter trãsmutat, & trãsmutatur. Tria facit. qa primo ex numero qualitatũ actiuarũ & passiuarũ probat numerũ elementorũ. Secũdo determinat de loco eorum. Tertio ostẽdit quem ordinẽ habent elementa ad qualitates actiuas, & passiuas. Secũda ibi [Entibus aũt quatuor.] Tertia ibi [Et tñ simpliciter.] Circa primum duo facit. quia primo facit quod dictum est. Secundo ostendit opiniones antiquorum aliquo modo cõcordare opinioni suæ. Secunda ibi [Omnes. n. qui simplicia.] Prima pars diuiditur in duas. quia primo proponit quod intendit. Secũdo manifestat propositum. ibi [Et assecutum est hoc.] Dicit ergo quòd sunt quatuor elementa, idest quatuor sunt qualitates actiue & passiue. elemẽtum. n. quasi idẽ sonat quod principium & quia huiusmodi qualitates primæ habent aliquo modo rationem principij. vt ostẽsum est. ideo elementa appellari possunt. Istarum autem quatuor qualitatum, siue istorum principiorũ sunt sex coniugationes. i. combinatione, quia sex modis combinare possumus. sed due combinationes sunt inutiles, qa contraria non sunt innata coniungi quia possibile est idem corpus esse calidum & frigidum, vel esse humidũ & siccum. Manifestum est ergo ꝙ possibiles coniugationes elemẽtorum. i. qualitatum primarum erunt quatuor. poterunt enim combinari & cõiungi, calidum & siccum, calidum & humidum, & frigidum & humidũ & frigidum & siccum, & quia secundum numerum harum combinationum est numerus primorum corporũ ideo contingit est quatuor prima corpora. Notandũ autem ꝙ philosophus vtitur equiuoce nomine elementi. nam aliquando elementa appellat prima corpora vt ignem & huiusmodi quæ sunt elementa respectu mixtorum quæ constant ex eis aliquando autem appellat elementa qualitates actiuas & passiuas quę sunt elementa & principia primorum corporum nõ simpliciter, & absolute, sed vt sunt actiua & passiua adinuicem vt superius dicebatur, & sic accipit elementa hic. quorũ combinationes sunt sex quatuor possibiles & due impossibiles. Notandum etiam ꝙ elementum quodlibet siue quodlibet primum corpus requirit duas primas qualitates, & quia due primæ qualitates in eodem corpore non pñt contingi nisi quatuor modis, ideo sunt quatuor prima corpora. Deinde cum dicit.

Et assecutum est hoc secundum rationem simplicibus apparentibus corporibus, igni & aeri, & terræ & aquæ. ignis enim calidus & siccus, aer autem calidus, & humidus. velut euaporatio enim aer. aqua autem frigida & humida, terra autẽ frigida & sicca. vt ergo rationabiliter distribuantur differentię primis corporibus, & multitudo eorum sit secũdum rationem quatuor.

Hic manifestat quod dixerat, dicens, ꝙ he. s. combinationes primarum qualitatum secundum rationem. i. rationabiliter assecutum est his quæ apparẽt simplicia corpora. s. igni & aeri, aquę & terræ. Nam in his quatuor corporibus reperiuntur prædictæ quatuor combinationes ignis enim est calidus & siccus, aer calidus & humidus. Nam aer est velut euaporatio quædam quæ est calida & humida, aqua est frigida & humida, terra frigida & sica. Vt ergo rationabiliter distribuantur primę differentiæ primis corporibus secundum rationem sit multitudo eorum. videlicet primorum corporum supple secundũ multitudinem primarum qualitatum sunt. n. quatuor prima corpa quę sunt quatuor primæ qualitates, & sunt earũ quatuor combinationes possibiles.

Notãdum autem ꝙ euaporatio dupliciter potest cõsiderari. vel quantum ad id quod est, & sic est humida, vel quantum ad calorem incorporatum qui facit eam ascendere, & sic est calida, frigida enim ẜm ꝙ huiusmodi non ascendit, & ideo cõiter ponitur ꝙ euaporatio à materia habet humiditatem, sed ab efficiente. i. à sole & à supercelestibus corporibus habet calorem incorporatum. Ideo dictum est ꝙ aer est calidus & humidus, quia est quasi euaporatio quædam. Notandum etiam philosophum hic quasi supponere ꝙ ad quodlibet elementum requiritur combinatio duarum qualitatum, & ex numero talium cõbinationum arguit numerũ elementorũ. Quidam aũt volẽtes huiusmodi rationem assignare dixerũt hoc esse, quia oportet actiuũ habere suum proprium subiectũ. propriũ aũt subiectũ sũmi calidi nõ põt esse humidũ, quia calidũ in summo facit euaporare humidum. ignis ergo habet duas qualitates, quia est calidus & siccus sed calidũ cum temperamẽto fundatur in humido, ideo aer est calidus & humidus sic etiam frigidũ cum temperamento fundatur in humido, vt frigidũ aqueum, frigidũ aũt cum excessu expellit humidũ, vt frigidum terræ. Ideo oportet elementũ habere duas qualitates primas ẜm ꝙ vna sequitur ad aliam & habet ordinem ad eam. Sed hoc dupliciter non vr̃ bene dictũ. Primo quia per accidens videtur ire ad mẽtem philosophi. philosophus enim intendit de elementis, & de numero eorum vt transmutant se adinuicem & sunt actiua, & passiua, ideo ex ipsa actione & passione magis q̃ ex ordine qualitatum debet summi prædicta ratio. Amplius supponebatur in illa ratione ꝙ idem subiectũ haberet frigidũ in summo, & calidũ in sũmo. vt calidũ ignis, & frigidum terræ, quæ dicebant esse talia in summo ponebant fundari in sicco. hoc autem videtur ipsis apparentibus repugnare, quia subiecta propria non pñt esse eadem contrariorum maxime si accipiantur in sua excellentia, cum actus actiuorum sint in patiente & disposito, Possumus ergo vtroque modo assignare rationem, quare ad vnum elementum concurrunt due qualitates prima erat ex ipsa actione, & passione. Nam quæcunq; transmutãtur adinuicem sunt simul actiua & passiua vt probatum fuit supra cap. de mixtione, & etiã in cap. de tactu & de actione. Si ergo hic arguitur de elementis vt sunt transmutata oportet agere de eis vt actiua & passiua. cuilibet ergo elementorum dabimus duas qualitates. vnam actiuam & aliam passiuam, quod concordat apparentibus. Nam in igne qualitas actiua est calor passiua siccum. In aere passiua qualitas est humidũ actiua calidum, & sic de alijs. nullum est enim elementum quod non habeat vnam qualitatem actiuam, & aliam passiuam, & hoc modo videtur ire ad mentem philosophi. Possumus tamen si volumus ex ordine ipsarũ qualitatum ostendere quõ ad quodlibet elementum concurrunt due qualitates, tenebimus tñ modum alium à modo pędicto non enim dicemus ꝙ terra sit frigida in summo, sed ꝙ aqua, quo posito de leui patet dicta combinatio. Nam ignis qui est calidus in summo de necessitate fundatur in sicco, quia summa caliditas facit euaporare

Tex.c.22.
Tex.c.23.
Tex.c.17.

porare humidũ, aqua aũt quę est frigida in summo qua si ei opposita requirit oppositũ susceptiuũ, ideo frigidũ aquę fundatur in humido, aer aũt qui habet calidum cũ temperamento fundatur in humido, frigidum aũt terrę oppositum fundatur in sicco ita ꝙ calidũ in summo nõ compatitur secum humidũ, sed calidũ cum temperamẽto, & frigidum in summo non compatitur secum siccũ sed frigidum cum tẽperamento, quare autẽ terra non est frigida in summo, cum summæ distet à cęlo infra patebit. Deinde cum dicit.

Tex.c.17 *Omnes enim quidem qui simplicia corpora elementa faciunt hi, quidem vnum, hi autem duo, hi autem tria hi autem quatuor faciunt.*

Adducit opiniones antiquorum ad confirmandum veritatẽ prædictã, & duo facit. quia primo narrat antiquorum opiniones. Secundo exequitur de eis, ibi] Quicunq; quidem.] Dicit ergo ꝙ non est ponendum plura elementa q̃ quatuor, quod patet ex dictis antiquorum. Nam qui faciunt corpora simplicia esse elementa, hi faciunt vnum tale corpus, hi aũt duo, hi tria, hi quatuor numerum autem quaternarium nullus excessit. Deinde cum dicit.

Quicunque quidem igitur vnum dicunt solum. Deinde densitate & raritate alia generant. his contingit duo facere principia, & rarum & densum, aut calidum & frigidũ hæc.n.actiua vnum autẽ supponitur quemadmodũ materia.

Tex.c.18. Quia fecerat mentionem de opinionibus antiquorũ exequitur de eis, & duo facit. quia primo exequitur de facietibus vnum elementũ. Secundo de facientibus plura. ibi [Qui autem mox duo.] Dicit ergo quicunq; dicunt vnum solũ esse elementũ, addunt illi elemento materialia alia principia formalia & actiua, ideo ait ꝙ deinde ex illo principio materiali per raritatem & densitatẽ generantur alia, contingit autem his facere duo principia formalia, vt rarum & densum, calidũ & frigidũ, hęc enim sunt principia actiua & vnũ supponitur eis tanq̃

Tex.c. 18. materia. Deinde cum dicit.

Qui autem mox duo faciunt. vt Parmenides ignẽ & terram, mediam mixturã faciunt horum. puta aerẽ & aquam.

Exequitur de ponentibus plura, & tria facit ẽm ꝙ hi tripliciter diuersificati fuerunt primo ergo exequitur de facientibus duo principia. Secundo de facientibus tria. Tertia de facientibus quatuor. Secũda ibi [Similiter aũt

Tex.c. 19. & quidem.] Tertia ibi [Quidam & mox.] Dicit ꝙ qui mox.i. statim faciunt duo principia vt Parme. & Melis. qui ponunt ignẽ & terrã faciunt mediam mixturã horum, puta aerem & aquam quę sunt media inter ignem & terram. dicunt esse mixturam terræ, & ignis. Deinde cum dicit.

Tex. c.19. *Similiter autem & qui tria dicunt, quemadmodum Plato in diuisionibus. medium enim mixturam facit, & feræ eadem dicunt & qui duo, & qui tria dicunt, præterquàm quòd hi quidem incidunt in duo media, hi autem vnum solum faciunt.*

Exequitur de ponentibus tria. dicens, ꝙ similiter quidam dicunt esse tria principia. quẽadmodum Plato in diuisionibus.i. in tractatu de diuisione principiorũ posuit tria principia.s. magnũ paruum, & ideam aũt ponebat mediũ inter magnum & paruũ, quia influebat in materiam magis & minus dispositã, huiusmodi ideã dicebat esse mixturã, quia influebat formã & materiam quę ammiscebatur ei. vel possumus dicere & forte melius ꝙ Plato posuit duo principia materialia.s. magnũ & paruum. posuit tñ nihilominus Tertiũ principiũ materiale quod erat quasi mediũ & mixtum ex his, quia sicut ponebat magnũ & paruũ & vnum dispositũ, ita ponebat eam dispositã medio modo, & id medium dixit quasi mixturã magni & parui. quia illo medio reseruabatur magnũ & paruum sicut in medio reseruantur extrema. Addit ꝙ fere eadem dicunt qui dicunt duo elementa & qui tria. vtrique.n. horũ ponunt extrema & medium sed differenter. quia hi qui ponunt duo elemẽ x.c.2
ta incidunt.i. secant & diuidunt vt habet alia litera medium in duo. vt patet de positione Parmenidis, qui ponendo principia duo.s. ignẽ & terram ponunt duo media inter ea, aerẽ & aquam. hi aũt.s. antiqui qui ponunt tria principia faciunt vnum solum medium, vt patet in solutione Platonis. Deinde cum dicit.

Quidam autem & mox quatuor dicunt, vt Empedocles congregat autẽ et hæc in duo. igni.n. omnia alia cõtra ponit.

Determinat de positione Empedoclis qui ponebat quatuor elementa, & duo facit. quia primo ponit positionẽ eius. Secundo ostendit qũo ex dictis principijs saluabat generationẽ rerũ. ibi [Non est aũt.] Dicit ergo ꝙ quidã mox dicunt esse quatuor principia, vt Empedocles, & hæc quatuor principia congregat in duo contraria, quia igni oĩa alia contraponit. Notandum autẽ ꝙ quia ignis erat valde actiu⁹ ne vniuersum cito corrũperetur posuit oĩa alia elemẽta habere amicitiã adinuicẽ, & opponi igni. posuit argo quatuor principia. sed inter ea erat solum vna contrarietas. Deinde cum dicit.

Non est autem ignis & aer & vnumquodque prædictorum simplex sed mixtum. simplicia autem talia quidem sunt, non tamen eadem. verbi gratia quod quidẽ igitur igni simile igneum non ignis, & quod aeri aereum similiter autem & in alijs. Ignis autem est superabundantia caliditatis quemadmodum & glaties. frigiditatis. Coagulatio quidem & arsio superabundantiæ quædam sunt. hæc quidem frigiditatis, hæc autem caliditatis. si igitur est glacies coagulatio frigidi, & humidi, ignis erit arsio calidi & sicci, ideo nihil ex glacie generatur neque ex igne.

Ostendit qũo ẽm Empedo. ex talibus elemẽtis fiebat generatio. Ponebat.n. ꝙ vnumquodq; elementorũ inueniebatur esse dupliciter. videlicet. ẽm esse purũ & ẽm c. 2
esse mixtum. Dicebat.n. ꝙ ignis & aer & vnumqdq; elementorũ non est simplex vniuersaliter, sed põt esse mixtum & ponebat ꝙ simplicia elementa sunt talia.i. sunt similia, mixtis elementis. non tñ sunt eadẽ eis. verbi gratia simile igni dicebat esse igneũ & nõ ignis. simile aeri dicebatur esse aerẽ.i. aereum vt habet alia litera. similiter, aũt & in alijs, quia simile aq; dicebatur aqueum, & terræ terreũ. Ignis aũt purus secundũ ipsum est superabundãtia caliditatis. sicut glacies frigiditatis. nã sicut glacies dicitur coagulatio sic ignis dicetur arsio, quia talia sunt quædam superabundantia. Nã hic.s. coagulatio est superabundantia frigiditatis hæc.s. arsio superabundantia caliditatis, propter quod si glacies est coagulatio humidi & frigidi, ignis erit arsio calidi & sicci. Cum ergo distingueret Empedocles sic elementa ponebat hoc modo fieri generationẽ ex eis, quia ex elemẽtis puris denominantibus superabũdantiã nihil ponebat generari. Dicebat.n. quòd nihil generatur neq; ex glacie, neque ex igne. sed supple fit generatio ex mixtis elemẽtis. Notandum autem opiniones antiquorum concordare cũ opinionibus Arist. quantũ ad tria. Primo quia omnes posuerunt plura principia. Sed aliqui posuerunt illa plura esse materialia. aliqui vero posuerunt vnum materiale & addiderunt illi materiali plura principia actiua, & formalia. vt si ponebant illud meteriale principium aerem per caliditatem & frigiditatem, vel per raritatem & densitatem generabant alia vt aer calefactus & rarefactus inter ea fiebat ignis, & densatus & infrigidatus fiebat aqua. Secundum conueniebant cũ philosopho quia ponentes plura principia posuerunt aliquã contrarietatem inter ea. Tertio conueniunt cum eo quia loquendo

quendo de simplicibus corporibus non excesserunt numerum quaternarium. Deinde cum dicit.

Tex.c.22. *Entibus autem quatuor simplicibus corporibus, duorum vtrique primorum esse vnumquodque, ignis quidem & aer eius qui ad terminum fertur, aqua autem, & terra eius qui ad medium, & extrema quidem sincera ignis, & terra, media autem mixta magis aqua, & aer, & vtraque vtriusque contraria. igni quidem enim est contrarium aqua, aeri autem terra, hæc enim ex contrarijs passionibus constituta sunt.*

Determinat de loco elementorum. dicens, ꝙ entibus quatuor corporibus simplicibus. vnumquodq; duorũ primorum corporũ est locus vtriq;.i.alijs duobus corporibus. Nam ignis est locus aeris, & aqua est locus terræ, ideo ignis & aer habent vnam differentiã loci, vt ei⁹ loci qui ad terram sursum fertur. terra quidẽ & aqua feruntur ad mediũ deorsum. licet ergo sint quatuor corpora, competunt tñ eis, due differentiæ locorũ sursum, & deorsum, & ẽm has differentias saluamus in eis generationem, & corruptionẽ, quia quantum generans dat elemento de forma, tm̃ dat ei de loco. Aduertendum tñ ꝙ licet quatuor elementis demus duas differentias sursum, & deorsum, non damus eas eis vniformiter sed extrema, vt ignis, & terra habent has differentias sinceras.i.puras, media autem vt aqua & aer habẽt ea magis mixta, & subdit ꝙ hic media.s.aqua & aer sunt in contraria.i.habent dispositionem contrariã ad extrema. videlicet ad ignem & terrã. Nam igni contrariũ est aqua aeri aũt terra. sunt.n.hæc constituta ex contrarijs passionibus. vt patet intuenti. Notandum aũt ꝙ duobus elementis damus vnũ locum. vt igni & aeri sursum. terræ autem & aqua deorsum. Aer.n.dicitur esse sursum non ꝙ sit sursum simpliciter, sed quia respectiue est magis, sursum est.n.deorsum respectu vnius. vt ratione ignis, sed est sursum respectu duorum, & est sursum respectu vnius. Deinde cum dicit.

c. 23. *Sed tamẽ simpliciter quatuor entia vnius vnumquodq; est. terra quidem enim sicci magis quàm frigidi, aqua autem frigidi magis quã humidi, aer autẽ humidi magis quàm calidi, ignis autem calidi magis quàm sicci.*

Determinat de ordine horũ elementorũ ad suas qualitates. dicens ꝙ cum elementa sint simpliciter quatuor entia habentia binas & binas qualitates. vnumquodq; tñ elementorum est magis vnius qualitatis q̃ alterius. vt terra est magis sicci q̃ frigidi, aqua magis frigidi q̃ humidi aer magis humidi q̃ calidi, ignis magis calidi q̃ sicci.

Notandũ autem ꝙ elementũ prout habet magis, & minus ordinẽ ad aliam, & aliã qualitatem, est magis & minus actiuũ & passiuum. vt ignis est maxime actiu⁹ quia habet magis ordinẽ ad qualitatẽ magis actiuam, vt ad calidũ. aqua aũt est subactiua quia habet magis ordinem ad qualitatẽ subactiuam, vt ad frigidum. aer aũt est maxime passiuus, qui habet ordinem ad qualitatem maxime passiuam vt ad humidum, terra vero est subpassiua, vt ad siccum.

Dubitaret forte aliquis vtrũ sic se habeant elementa ad suas qualitates vt philosophus ait. Nã si de igne non est dubiũ ipsum esse sũme calidũ, & de aere ꝙ sit primo humidũ, de terra tñ & aqua dubiũ est vr̃.n.quòd aqua nõ debeat poni primo frigida sed terra, cũ magis distet à cœlo q̃ aqua. Ideo dixerunt aliqui quòd cũ dicimus ignem esse primo calidũ, & aquam esse primo frigidã. ly primo, non denotat ordinem elementorũ. sed qualitatum. Non.n.est sensus ꝙ aqua sit primo frigida, quia est frigidor ceteris elementis, sed sensus est aquã esse primo frigidam, quia cum sit frigida, & humida per prius ei competit frigiditas q̃ humiditas, volunt.n.isti essentialiter terrã frigidiorẽ esse aqua, quod probant per celestem distantiã. Sed istud nõ videtur posse stare secundum.n.sententiã philosophi ille quatuor qualitates vñr constituere numerũ quatuor primorũ corporũ, quod nõ esset nisi cuilibet elementorũ competeret aliqua istarum qualitatũ primo. sed quòd est primo tale est maxime tale. vt innuitur 2. Meta. Ignis.n.est maxime calid⁹ quia est primo calidus. aqua ergo erit maxime frigida, q̃a est primo frigida. erit ergo omnibus frigidior. Amplius quod plus stringit est quia hæc positio vr̃ tollere mixtionẽ, quia.n.ignis est primo calidus. quodcunque mixtum est calidũ est tale per naturã ignis, nisi.n.mixta participarent naturã ignis calida esse non possent, & sicut participant mixta naturã ignis quia calida, sic participant naturã aeris, quia humida & isto modo omnia calida reseruãtur in mixto, quia mixta participant aliquo modo virtutes & qualitates oĩum elementorũ. nisi ergo aliqua qualitas cõpeteret elemento primo & per se, ita quòd oĩbus alijs elemẽtis cõpeteret per ipsam, nõ posset saluari qũo elementa oĩa concurrunt ad cõpositionem cuiuslibet mixti. Cũ ergo aque non possit cõpetere humiditas primo, cũ competat aeri, cõpeteret ei primo frigiditas. erit ergo aqua frigida primo non solũ ex ordine qualitatũ, vt quòd sit primo frigida q̃ humida, sed etiam ex ordine subiectorũ, quia aqua est frigidior omnibus alijs. Amplius si assignaremus solum primo ex ordine qualitatum iremus extra mentẽ philosophi. posset.n.vna & eadẽ qualitas inesse primo pluribus elementis vt si aer esset primo humidus, non respectu aliorum elementorũ. sed solum diceretur primo tale respectu caloris, quia magis esset humidus q̃ calidus, non esset inconueniens aliud elementũ esse primo humidum respectu alterius qualitatis, non igitur esset numerus elementorũ secundũ numerũ quatuor qualitatũ si possent esse plura elementa quàm qualitates, cum vna qualitas pluribus elemẽtis posset primo competere. Si igitur via philosophi necessitatem habere debet, oportet quòd primo dicat excessum respectu oĩum aliorũ elementorum vt aer est humidus primo.i.est humidior ceteris elementis, ideo nullum aliud elementũ poterit esse humidũ primo, immo semper vna qualitas erit vnius elementi primo. congrue ergo ẽm numerum primarũ qualitatum erit numerus primorum corporũ. Notandum quòd quodlibet elementũ habet vnam qualitatẽ primo nõ solum ex ordine qualitatũ vt quòd ei magis cõueniat vna qualitas q̃ alia, sed etiam ordine subiectorum, quia elementũ illud cui cõuenit aliqua qualitas primo cõuenit ei magis & perfectius q̃ alijs. elemẽtis imo mixta & elementata ex hoc participãt primas qualitates, quia participant naturã illorum elementorũ, quibus primo cõpetunt qualitates ille. Vtrum aũt vnum elementũ participet aliud, vt vtrum aer dicatur calidus, quia participat naturam ignis infra dicetur, ad præsens aũt sufficit scire ꝙ ignis est primo calid⁹ respectu aeris & respectu aliorũ elementorũ, quia est magis calidus omnibus elementis & quod dictum est de igne respectu caliditatis, intelligẽdum est de omnibus elemẽtis respectu qualitatum quæ competunt eis primo sed si sic dicimus quòd credimus bene dictum, quia sic ponendo ponimus aquam frigidiorem terra, restat nobis dare modũ & viam qũo hoc sit possibile, cum terra remotior sit à cęlo q̃ aqua. Ideo notandum qđ possumus distinguere duplicẽ calorẽ, elementarẽ.s.& celestem. hos autem duos calores differre, & non esse eiusdẽ rationis probat Cõmenta.in.12. Metaphi.& adducit ad hoc auctoritatẽ philosophi in libro de animalibus dicẽs, quòd iste calor celestis receptus in seminibus figurat mẽbra & format, calor aũt elementaris desiccat & attenuat. pręterea vt ait, calor celestis generat animalia. elementaris vero corrumpit & destruit, & ideo subdit quòd homo generatur ab homine & à sole quia calor ille in cuius virtute membra formantur & figurantur

Tex. c. 4.

gurantur, virtute solis efficitur. Sicut ergo duæ qualitate. vt calor & sapor, sunt in eodem pomo, quia hæ duæ qualitates non sunt eiusdem rationis, sic in eodem igne non possunt esse duo calores, igneus. s. & celestis cũ huiusmodi calores eiusdem rationis non sint. Ignis. n. cum habet calorẽ consequentẽ speciem & naturã propriam. habet. n. calorẽ qui acquiritur ex motu cęli, & sicut distinguimus duplicẽ calorem. sic distinguere possumus duplicẽ frigiditatẽ, elementarem & celestẽ, vt dicamus aliqua habere celestẽ frigiditatẽ, quia modice participant de celesti calore, & inquantum priuatur à tali calido inducunt rationẽ oppositam & pariter quodãmodo de frigida. Dicamus ergo aquã esse frigidiorem terra quantũ ad frigiditatem elementarẽ & sequentem speciem in naturã propriam. siue quantũ ad frigiditatẽ de qua loquimur. terra tñ est frigidior aqua, q̃a magis priuatur calore celesti non ergo simile de calorę ignis ratione aeris, & de frigiditate terrę respectu aquę. Est. n. ignis calidior aere duplici calore, elementari & celesti elementari quidem, quia talis calor primo cõpetit igni. celesti vero quia ignis est cœlo propinquior. aqua vero frigidior est terra frigiditate elementari. terra vero frigidior est aqua, quia plus priuatur calore celesti. Notandũ etiã ꝙ cognita vna qualitate primo conueniente alicui elemento qualitates alias primo conuenientes elementis alijs statim contingit cognoscere. vt si scimus quę qualitas cõpetit primo aeri. Cũ. n. aer sit calidus & humidus, caliditas non contingit ei primo, quia posita est hic conuenire primo igni. conueniet ergo ei primo humiditas, quo scito scimus quæ qualitas conueniat primo aqua. Nã non humiditas cũ hæc conueniat primo, aeri frigiditas ergo primo ei conueniat. sic ẽt cum terra sit frigida & sicca. scire possumus ꝙ frigiditas non conueniet primo terræ, quia conuenit aqua. erit ergo terra primo sicca. cognita ergo prima qualitate vnius elemẽti aliorum qualitates primas conuenit cognoscere. quod declarare volebamus.

Tex.c.24 *Quoniam autem determinatum est prius quòd est simplicibus corporibus ex inuicem generata, simul autem secundum sensum videntur generatio. non enim esset alteratio secundum tactus enim passiones alteratio est, dicendum quis modus adinuicem transmutationis. vtrum omne ex omni generari possibile, aut hoc quidem possibile, hoc autem impossibile.*

Quia elementa se transmutant adinuicem, quia habẽt alias & alias qualitates, & quia aliter & aliter ordinantur ad qualitates illas, & quia habent alias & alias differentias locorũ. Ideo postq̃ determinatum est de qualitatibus elementorũ, & ostensum est q̃uo differenter elemẽta ordinantur in suis locis, & dictum est quẽ ordinem habent elemẽta ad suas qualitates, quia per talia est trãsmutatio in elementis. ideo hic determinatur de transmutatione elementorũ, & ostenditur q̃uo elementa generãtur & corrũpuntur adinuicẽ. Circa q̃d philosoph⁹ duo facit. quia primo continuat se ad dicenda. Secundo exequitur de intento. ibi Q̃m quidẽ igitur.] Dicit ergo. determinatũ est prius. s. in libro cœli & mundi. ꝙ generatio est simplicibus corporibus ex inuicẽ. similiter etiã & secundũ sensum vñr hec elementa generata ex inuicem, non. n. esset alteratio elementorũ nisi posset esse eorũ generatio alteratio. n. est s̃m passiones tactus. passio autem tangibilis magis facta abijcit à substantia notũ ergo est generationem esse possibilem. postquã ad sensum elementa videmus alterari s̃cdm tangibiles qualitates. supposita ergo eorum transmutatione dicã quis est modus transmutationis elementorũ adinuicẽ. vtrum omne sit possibile generari ex omni, aut hic est possibile, hoc aũt impossibile, ita ꝙ non quodlibet elementum generatur ex quodlibet. Deinde cum dicit.

Quoniam quidem igitur omnia innata sunt adinuicem transmutari manifestum est.

Exequitur de intento & duo facit. Nã primo ostẽdit elementa esse generabilia adinuicem. Secundo reprehendit Empedoclẽ qui hoc negauit ibi [Admirabitur aũt aliquis dicẽs.] In prima parte intendit talẽ rationẽ Ignis terra aqua & aer generantur, & corrũpuntur adinuicẽ, t.c.2 sed hæc sunt prima corpa & elemẽta. ergo elementorũ est adinuicẽ generatio. In hac aũt ratione sic procedit q̃a primo ostendit ignẽ aquam aerẽ & terram adinuicẽ generari. Secundo probat talia corpora esse prima & elementa, ita ꝙ vnum non est elementũ respectu alterius, sed oĩa debent dici prima elementa. Secunda ibi [Sed tñ adhuc.] Circa primũ duo facit quia primo probat q̃dlibet tale corpus generari ex quodlibet. Secũda dat modum generationis eorũ. ibi [Differt aũt & in citius.] Circa primũ tria facit quia primo præmitt quòd intendit. Secundo proba propositum. Tertio concludit intentũ Secunda ibi [Generatio idem.] Tertia ibi. [Quapropter vniuersaliter.] Dicit ergo manifestum esse ꝙ omnia alia talia corpora innata, sunt adinuicem transmutari. Deinde cum dicit.

Generatio quidem enim in contraria & ex contrarijs elementa autem omnia habent contrarietatem adinuicem quia differentiæ contrariæ sunt, sed his quidem enim ambe contrariæ verbi gratia igni & aque. hoc enim calidum & siccum, hoc autem frigidum & humidum, his autem altera solum verbi gratia aeri & aquæ, hoc enim calidum & humidum, hoc autem frigidum & humidum.

Probat quod dixerat. dicens, quòd generatio est in contraria & ex contrarijs. elementa autẽ oĩa, id est, oĩa talia corpora habent contrarietatẽ adinuicẽ quia differentiæ eorum, id est, primæ qualitates contrariæ sunt, sed his, id est, aliquibus talibus corporibus sunt ambæ differentiæ contrariæ igni igitur & aqua, quia hoc, scilicet, corpus ignis est siccum & calidũ, hoc autem scilicet aqua est quid frigidum & humidũ, sed his, id est aliquibus talibus corporibus est cõtraria alia qualitas solum verbi gratia aeri & aquæ, hoc enim, id est aer est quid calidum & humidum hoc autem, id est, aqua est frigida & humida est igitur in talibus maior & minor contrarietas. In omnibus tamen est contrarietas, & quia oĩa sibi adinuicem contrariantur omnia sunt adinuicem generabilia. Deinde cum dicit.

Quapropter vniuersaliter quidem manifestum quoniam omne ex omni generari innatum est. iam autem secundum vnumquodque non est difficile videre, quomodo omnia ex omnibus erunt.

Concludit intentum, dicens manifestũ esse ꝙ omne est innatum generari ex omni, quia secundũ prædicta iam non est difficile videre secundũ vnumquodq; tale corpus, quomodo omnia erunt ex omnibus, quia ex quo in vnoquoque est contrarietas, secundum vnumquodq; erit generatio. Deinde cum dicit.

Differt autem in citius, & tardius, & facilius, & difficilius. quæcunque enim habent symbolum adinuicem velox horum transmutatio. quæcunque autem non habent tarda. x.c.26 *Quia facilius vnum quam multa transmutare.*

Dat modũ generationis eorũ, & duo facit, quia primo ostendit q̃uo vnum tale corpus generatur ex vno. Secundo q̃uo vnum ex duobus: ibi [Si autẽ vniuscuiusq;] Circa primum duo facit, quia primo præmittit q̃d intendit. Secundo manifestat propositum: ibi [Verbi gratia ex igne quidem] Dicit ergo ꝙ differt generatio. Secundorum corporum in citius & tardius, & in facilius & difficilius, quia quęcunq; habent symbolum, & conuenientiam adinuicem horum velox erit transmutatio, quæcuunq; autem non habent, tarda erit corum

rum transmutatio, & est ratio, quia facilius est transmutare vnum quàm multa. Deinde cum dicit.

Verbi gratia. ex igne quidem enim erit aer altero transmutato. hoc enim erit calidum & siccum, hoc autem calidum, & humidum.

Manifestat propositum & duo facit. quia primo ostē-
T.c.26 dit quorum generatio est facilis, & velox. Secūdo ostē dit quorum est difficilis & tarda. ibi [Ex igne aūt aqua [Circa primum duo facit. quia primo declarat. Secundo concludit intentum. Secunda ibi [Quapropter manifestū ꝙ in circuitu.] Dicit ergo ꝙ ex igne erit aer altero transmutato, id est, facta transmutatione in altera qualitate. ideo erit eorum transmutatio velox quia habent symbolum. est enim hoc scilicet ignis quid calidū & siccum, hoc autem, id est, aer quid calidum & humidum, quapropter si dominabitur, siccum ab humido aer erit. i. ignis fiet aer rursus. autem ex aere aqua fiet quia dominabitur calidum à frigido. nam aer est calid⁹ & humidus, aqua & frigida & humida. In humido ergo non differunt aer, & aqua, quia transmutato calido & facto frigido, aer, aqua erit. Eodem autem modo ex aqua terra, & ex terra ignis fieri poterit, habent enim ambo ad ambo symbola. i. conuenientiam. aqua. n. cōuenit cum terra cum sit humida & frigida, terra autem frigida & sicca, quare dominante humido terra erit, id est fiet supple aqua, & rursus, quoniam ignis conuenit cum terra quia ignis est calidus & siccus, terra frigida & sicca, si corrumpatur frigidum terræ ignis erit ex terra. Deinde cum dicit.

Quapropter si dominabitur siccum ab humido aer erit, rursus autem ex aere aqua erit si dominabitur calidum à frigido, hoc quidem enim fuerat calidum & humidum, hoc autem frigidum & humidum, quapropter transmutato calido aqua erit, eodem modo & ex aqua terra, & ex terra ignis. habent enim ambo ad ambo symbola, aqua quidem humida & frigida, terra autem frigida & sicca, quapropter dominante humido erit, & rursus ignis, quoniam calidus & siccus, terra autem frigida & sicca, si corrumpatur frigidum ignis erit ex terra, quapropter manifestum quòd in circuitu erit generatio in simplicibus corporibus, & facilis hic modus transmutationis, quia symbolum existit his quæ deinceps.

Concludit quod intendit. dicens, ꝙ simplicibus corporibus erit generatio & in circuitu, & erit facilis hic modus transmutationis, quia existit symbolum. i. conuenientia his quę deinceps. i. elementis quæ se habēt cō uenienter. Notandum autem ꝙ hic accipitur consequenter non absolute, sed secundum circuitum, aqua enim est consequens terræ, & aer, aquę & ignis aeri, & sic est cōuersio circularis, quia non possumus vltra ignē ascendere oportet ꝙ ex igne reuertatur circulariter ad terram, ita ꝙ ignis, scdm circulum erit deinceps, & cō ueniens terræ. In omnibus autem his est symbolum, terra enim habet symbolum cum aqua, aqua cum aere aer cum igne, ignis cum terra. ideo inter talia est facilis transitus. Deinde cum dicit.

T.c.26 *Et igne autem aquam, & ex aere terram, & rursus ex aqua & terra aerem & ignem contingit quidem generari. difficilius autem quoniam plurium est transmutatio. necesse enim si erit ex aqua ignis corrumpi frigidum & humidum, & rursus si ex terra aer corrumpi & frigidum, & siccum. similiter autem si ex igne & aere aqua & terra. necesse enim ambo transmutare, hæc quidem igitur generatio tardior est.*

Ostendit in quibus est transitus. dicens, quòd si ex igne fiat aqua ex aere terra, & rursum econuerso. si ex aqua conuenit quidem generari ignem, & ex terra aerem, hoc erit difficilius, qm̄ est transmutatio plurium qualitatum, necesse enim est si ex aqua erit ignis corrūpi in aqua vtrasque qualitates. i. frigidum & humidum: & rursus si ex terra fiet aer. oportet corrumpi in terra duas qualitates videlicet frigidum, & siccum. similiter etiam si fiat econuerso, vt ꝙ ex igne fiat aqua, & ex aere terra, necesse est transmutare ambo. i. ambas qualitates, quia in talibus non est symbolum, igitur eorum erit tardior generatio.

Dubitaret forte aliquis vtrum qualitas symbola maneat. videtur. n. ad vtrāque partem rationes concurrere, quia si non manet qualitas symbola, vt si non manet calidum aeris, si ex aere fit ignis, corrumpūtur due qualitates aeris, si ignis generetur ex aere. cum ergo corrūpantur duæ qualitates aque cum ignis generatur ex aq̄ non conuertetur difficilius vel tardius aqua in ignem q̄ aer ꝙ si hoc est falsum videtur ꝙ symbola qualitas maneat. Amplius hoc expresse videtur dicere philosophus in hoc 2. & etiam in cap. de alteratione. Sed si hoc Tex.c.25. concedimus consurgit grauior dubitatio. nunq̄ enim re & 26. manet accidens, corrupto subiecto. Cū ergo corrumpatur aer si ex eo fiat ignis nulla qualitas eius remanebit.

Amlius si remanet aliqua qualitas aeris cum ex aere fit ignis tunc remanet subiectum sensatum & totū non conuertetur in totum, quare non esset ibi generatio sed alteratio. Ad hoc autem dici potest ꝙ in generatione & corruptione manet materia vbi manet forma. si enim ex aere fit ignis, non mant forma aeris. manet tn̄ materia, quia illa eadem materia quæ erat sub forma aeris, efficitur postea sub forma ignis. Ideo quia dimensiones indeterminate magis se videntur tenere ex parte materiæ, alia autem vel vnr sequi formam, vel forte sequuntur materiā, vt est subiecta formæ. ergo qualitates, quia vel sequuntur formā vel sequuntur materiā vt est subiecta formæ, nō vnr remanere eodem numero. Est etiam specialis ratio quare qualitates actiue & passiue elementorum non pnt remanere eadem numero, cum ex vno elemento generatur aliud, vt declarari habet in cap. de mixtione opposita autem his non est difficile soluere.

Nam cum dicitur ꝙ si corrumperetur omnes qualitates aeris cum ignis generatur ex eis non generaretur facilius ignis ex aere quàm ex aqua dicit debet ꝙ difficultas generationis accipitur ex eo ꝙ aliquid corrumpitur per se & a contrario. Videmus enim ꝙ forma nō habens contrariū ꝙ à deo generatur faciliter ꝙ eorum generatio est in instanti. lux enim in instanti multiplicatur in aere, quia in eo contrarietatem non habet facilius igitur ex aere fit ignis q̄ ex aqua, quia cum ex aqua fit ignis vtraꝙ qualitas aquæ corrumpitur per se à contrario. sed cum ex aere fit ignis humiditas corrumpitur ibi per se & à contrario caliditas vero corrumpitur ibi per accidens vel ex incorruptione subiecti. Quod vero ad debatur de philosopho quòd videtur velle qualitatem symbolam remanere, dici debet cōiter ponitur quòd remaneat eadem specie, non autem oportet quòd remaneat eadem numero.

Dubitaret forte aliquis si remaneret eadem qualitas, vtrum esset ibi generatio simpliciter, ad quod dici debet quòd generatio vt superius dicebatur est ex non ente in ens. dupliciter ergo potest accipi generatio simpliciter, vel quia est in ens simpliciter, vel quia est ex non ente simpliciter quòd si quæratur quod istorum est potius, debet dici quòd magis est generatio simpliciter ex eo quòd est in ens simpliciter, q̄ ex eo quòd est ex non ente simpliciter. motus enim & mutatio recipiunt speciem ex termino ad quem, non ex termino ex aliquo. vt habet declarari. 5. philosophi. omnis ergo illa trāsmu Tex. c.4. tatio per quam acquiritur forma substātialis & ens sim & 48. pliciter generatio simpliciter debet dici, esse igitur pluribus modis generatio simpliciter, si esset ex ente simpliciter

pliciter & in ens simpliciter. dato tñ ꝙ remaneret qualitas, symbola & fiere transmutatio in formã substantialẽ & in ens, simpliciter generatio simpliciter posset dici.

Dubitaret forte aliquis vlterius, si remaneret qualitas, symbola cum ex aere fit ignis: vtrum dici posset quòd ex toto aere fit totus ignis. Ad quod dici debet quòd sicut remanet materia cum ex aere fit ignis, & tamen hoc non obstante ex toto aere fit totus ignis, quia nõ remanet materia vt est aeris corrupti, sed vt est ignis generati. Ita & si aliquid aliud remaneret, quia non remaneret vt est corrupti, sed vt est generati ex toto posset dici fieri totum.

Tex.c.27. *SI autem vniuscuiusq; alterum corrumpetur facilis quidem. nõ adinuicẽ aũt transmutatio sed ex igne quidẽ et aqua erit terra et aer et ex aere et terra ignis et aqua.*

In parte ista ostendit philosophus qũo ex pluribus talibus corporibus generatur vnũ, & duo facit. quia primo præmittit qđ intendit. Secundo declarat propositũ

Tex c.27. ibi [Qñ.n.aque.] dicit ergo ꝙ si accipiãtur duo elemẽta quorũ vniuscuiusq; corrũpatur alterum.i.altera qualitas, huiusmodi transmutatio erit facilis, sed nõ erit adinuicem, quia vnum illorũ elementorũ non conuertetur ĩ aliud, sed ex duobus cõstituetur tertiũ, vt ex igne & aqua poterit esse terra & aer, & ex aere & terra ignis & aqua. Notandum autem quòd nunquàm ex duobus elementis potest fieri tertium, nisi illa duo habent contrarietatem adinuicem. secundũ vtranq; qualitatẽ. Ideo ex igne & aqua potest generari tertiũ, vt terra vel aer, & ex aere & terra poterit etiam generari tertium, quia talia opponuntur secundum vtranq; qualitatem. Deinde cum dicit.

Quando quidẽ.n.aque frigiditas corrumpetur ignis aũt siccitas aer erit. relinquitur.n.huius quidem calidum huius autem humidum. Quando autem ignis quidem calidũ aque autem humidum terra erit, quia relinquitur huius quidem siccum, huius autem frigidum.

Manifestat quod dixerat, & duo facit. quia primo ostendit ex quibus duobus potest fieri tertium. Secundo ex quibus non põt. Secunda ibi [In his aũt quę per

Tex. c.29. conuenientiã.] Circa primũ tria facit. quia primo ostendit ꝙ ex igne & aqua põt fieri tertium, vt terra & aer. Secũdo ꝙ ex aere & terra põt etiã fieri tertiũ, vt ignis vel aqua. Tertio ꝙ dixerat manifestat per quoddã sensibile extremũ. Secunda ibi [Similiter aũt & ex aere] Tertiã ibi [Cõfessa aũt & sensui.] Dicit ergo ꝙ qñ aque cor

Tex.c. 28. rumpitur frigiditas & ignis siccitas, aer erit. relinquitur .n.calidũ huius.i.ignis & humidũ huius.i.aque, & quia aer est calidũ & humidum, ex talibus duobus generabitur quoddã tertiũ, vt aer. potest etiã ex igne & aqua generari aliud tertium, vt terra, quia si corrumpitur calidum ignis, & humidum aque, terra erit, quia ex tali corruptione relinquitur siccum huius.i.ignis frigidũ huius.s.aque. sequitur ergo inde generari terra quę est frigida & sicca. Deinde cum dicit.

Similiter aũt et ex aere & terra ignis et aqua, quando.n. aeris corrumpetur calidũ, terræ autem siccũ aqua erit. relinquitur.n.huius humidũ, huius autem frigidum quando autẽ aeris humidum. terræ autem frigidum ignis, quia relinquitur huius quidem calidum, huius autem siccum quæ quidem erant ignis.

Ostendit ꝙ ex aere & terra generatur tertium. sicut .n.ex aqua & igne, quia opponebantur in vtrisq; qualitatibus, poterat ex eis generari dupliciter tertium, vt terra vel aer, similiter autem ex aere, & terra quæ opponuntur in vtrisque qualitatibus poterit videri generari dupliciter tertium, vt ignis & aqua quia qñ corrũpetur calidum aeris, & siccum terræ, aqua erit relinquitur enim humidum aeris & frigidũ terrę, quę sunt qualitates aque, sed si corrumpetur aeris humidũ & terræ frigidum generabitur inde aliud tertium, vt ignis, quia relinquitur calidum aeris & siccũ terræ, quę erant qualitates ignis. Deinde cum dicit.

Confessa autem ad sensum ignis generatio maxime enim ignis flamma. hæc autem est fumus ardens. fumus autem, ex aere & terra.

Manifestat qđ dixerat per sensibile extremũ dicens, ꝙ huius generatio ignis est cõfessa & manifesta sensui, & maxime cum generatur ignis flamma, hæc autem flamma est fumus ardens, fumus autem fit ex aere & terra. Vapores enim terrestres aut mixti aeri fumum efficiũt, si ergo ex tali fumo generatur flãma erit generatio eius ex aere & terra. Deinde cum dicit.

In his autem quæ per consequentiã non contingit corrumpi in vtroq; altero elementorum, fieri transmutationem in vnum corporum, quia relinquitur in ambobus aut eadẽ, aut contraria, ex neutro autem contingit generari corpus. ex.c. 3

Ostendit ex quibus duobus non potest generari tertium, & tria facit. quia primo præmittit quod intendit. Secundo declarat propositũ. Tertio ponit q̃dam conclusionem sequentẽ ex dictis. Secunda ibi [Verbi gratia si ignis.] Tertia ibi [Quapropter simul.] Dicit ergo ex.c. 3 ꝙ in his elemẽtis quę se habent per consequentiam nõ cõuenit ex duobus talibus fieri transmutationẽ in vnum corporum.i.in vnum corpus, quia non conuenit ex eis generari tertium corrupto in vtroque talium altero elementorum.i.altera primarum qualitatum, quia relinquunt in ambobus talibus, vt eadem qualitatum, aut contraria. ex neutro autem modo contingit generari corpus elementare. elemẽtum enim nec constat ex vna qualitate tm̃ nec ex qualitatibus contrarijs. Notandum aũt ꝙ appellat hæc elementa se habere per consequentiã quę sequuntur, se habent immediate vt terra & aqua, aqua & aer, & aer & ignis, & q̱a vltra ignem nõ x.c. 3 est elementum, oportet ex igne redire ad terram, ita q̃ terra & ignis se hñt aliquo modo consequẽter nõ loco, sed per replicationem & per quendam circulum. In circulo enim primum & vltimum principiũ & finis consequenter se hñt, talia autem elementa sic consequenter se habentia semper conueniunt in altera qualitate, & ex duobus eorum non fit tertium. Deinde cum dicit.

Verbi gratia. si ignis quidem corrumpetur siccum, aeris autem humidum, calidum aũt in ambobus relinquetur. Si aũt x.c. 32 ex vtroq; calidum relinquentur contraria siccũ & humidum. similiter autem & in alijs. in omnibus.n.his quę per consequentiã existunt, hoc quidem idem, hoc autem contraria.

Manifestat quod dixerat. Nam ex igne & aere quę se habent consequenter non generatur tertium. ignis enim & aer differunt in sicco & humido & conueniunt in calido. Quia si corrũperetur siccum ignis & humidũ aeris.i.si corrumperetur in eis qualitas contraria, nõ fit ex eis tertium, quia relinquitur in ambobus qualitas vna & eadem, vt calidum, ex vna enim qualitate non fit elemẽtum. si vero ex vtroque corrumpatur qualitas symbola, vt calidum. non fiet inde tertium, quia relinquitur qualitas contraria, vt siccum & humidum, ex quibus cum sint contraria non potest cõstare vnum & idẽ elementũ. Nullo ergo modo ex igne & aere fiet tertium. siue corũpitur in eis qualitas symbola siue contraria, & qđ dictũ est de igne & are similiter intelligendum est & in alijs se habẽtibus cõsequenter, quia in oĩbus his quę se hñt per consequentiã existit hoc quidẽ.i.hęc qualitas idem.i.eadem hoc aũt contrarium. omnia.n.se habentia consequenter differunt in vna qualitate & conueniunt in alia. Deinde cum dicit.

Quapropter simul manifestum quoniam quæ ex vno in vnum transeunt vno corrupto generantur, quæ autem fiunt ex duobus in vnum pluribus.

Conclu-

Concludit quandam concluſionẽ ſequentẽ ex dictis dicens. manifeſtum eſſe ꝙ quando ex vno fit tranſmutatio in vnũ, vt cum vnum elementũ generatur ex vno elemento, talia generantur & tranſeunt vno corrupto, ex corruptione.n.vnius qualitatis poterit generari vnũ elementum ex alio, ſed qñ ex duobus elementis fit vnũ elementũ, ſemp fit talis generatio pluribus qualitatibus corruptis. Notandum aũt ꝙ generatio vnius elementi ex alio põt eſſe in habẽtibus ſymbolum, vt ex igne poteſt generari aer, & quia qualitas ſymbola manet, ideo talis generatio eſſe põt altera qualitate corrupta, ſed ex duobus elementis nunquam fit circulum, niſi contrarietur ſibi in vtraque qualitate ideo ad talem generationem ſemper requiritur corruptio plurium qualitatum. Vltimo cum dicit.

ex.c.30. *Quoniam quidem ergo omnia ex omni genurantur, et quo modo ex inuicem tranſmutatio generatur dictum eſt.*

Epilogat circa determinata. dicens, dictum eſſe ꝙ ex omni elemento generãtur omnia elementa, & dictũ eſt quomodo eſt tranſmutatio elementorum ex inuicem, & quomodo generantur ex inuicem.

x.c.31. *SEd tamen adhuc & ſic aſpiciemus de eis. ſi enim eſt naturalium corporum materia videtur quibuſdam aqua, & aer quæ talia. neceſſe aut vnum eſſe, aut duo hæc, aut plura.*

Poſtquam philoſophus probauit ignem & aquã & terrã tranſmutari adinuicem. In parte iſta probat oĩa talia corpora eſſe prima corpora tranſmutata, & ſi ſunt prima corporea talia ſunt elementa. erit ergo elementorum generatio & corruptio ex quo talium corporum eſt generatio, & corruptio. Diuiditur autem hęc pars in duas ſecundum dupliciter oſtendit talia corpora prima. Secunda pars ibi [Quoniam autem quæ tranſmutantur.] Ad euidentium primæ partis notan-
.c.35. dum ignẽ & aerem & talia corpa, eſſe corpora prima tranſmutata, quia nec reducuntur in ſeipſa, nec in aliud corpus tranſmutabile. ſicut enim arguebatur ſupra, calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum eſſe qualitates paſsiuas, quia nec reducebantur in qualitates actiuas, nec in ſeipſa. ſic & prædicta corpora ſunt prima, quia nec reducuntur in corpora alia tranſmutata nec in ſeipſa. Diuiditur aut pars prima in duas parte. quia primo oſtendit talia corpora non poſſe reduci in ſeipſa. Secundo oſtendit huiuſmodi corpora non eſſe reducibilia
c.32. ſupple in aliquod aliud corpus. Secunda ibi [Neque tamen aliquid aliud.] Circa primum duo facit. quia primo præmittit quod intendit. Secundo manifeſtat propoſitum. ibi [Vnum quidem vtique.] Continuetur autem ſic. oſtenſum eſt ignem aerẽ & terrã corpora eſſet tranſmutata adinuicem, ſed adhuc inſpicimus de eis, ſi materia huiuſmodi naturalium corporum ſupple eſt aliquod corpus, vt videtur quibuſdam, ꝙ ſit aqua aut aer & quæ ponuntur eſſe talia quę ſunt aliquorum materia vel erunt vnum vel duo vel plura. Notandum autẽ omnes antiquos philoſophos poſuiſſe materiam eſſe aliquod corpus in actu, quod quidam dixerunt eſſe aerẽ, quidam vero aquam, quidam vero poſuerunt tale corpus eſſe vnum, quidam vero plura, ꝙ ſi vnum eſſet nõ eſſent quatuor prima corpora tranſmutatiua. ſi enim omnia eſſent ex aere, ignis & aqua non eſſent prima corpora. vult ergo philoſophus oſtendere ꝙ ſi huiuſmodi corpora reducuntur in aliquod vnum exquo ſunt non reducũtur in aliqđ corpus, ſenſibile ſed inipſam materiã Ideo hæc corpora non ſunt prima ſimpliciter quia ſunt compoſita ex materia & forma. habent ergo aliquid prius ſe exquo ſunt vt ipſam materiam, ſed non habent aliquod corpus ſenſibile prius ſe ex quo ſint. poſſunt ergo dici prima corpora ſenſibilia. Notandum etiam quòd hic loquimur de ſenſibili accipiẽdum eſt ſenſibile ſm ſenſum tactus, qa tale ſenſibile quęrimus vt ſupra dicebatur. Si.n.vellemus accipere ſenſibile vt ſe extendit ad omenm ſenſum, hæc corpora non deberent dici prima corpora ſenſibilia. ſuperceleſtia enim ſunt priora, eis quæ ſentiri poſſunt ſenſu viſu. Deinde cum dicit.

Vnum vtiq; omnia non eſt poſſibile. verbi gratia. aerem omnia. aut aquam, aut ignem, aut terram, ſi tranſmutatio eſt incontraria, & hoc trãnſmutat in contrarium. ſi enim erit aer ſiquidem permanet, alteratio erit, & non generatio.

Manifeſtat quod dixerat. circa quod duo facit. quia primo facit quod dictum eſt. Secũdo remouet quandã cauillationem, ibi [Sed cum neque ignis. [Circa primum duo facit ſm quòd dupliciter manifeſtat intentũ. Secunda ibi [Similiter autem neque videtur.] Dicit ergo quòd non eſt poſsibile omnia talia corpora eſſe vnũ verbi gratia. vt omnia eſſe aerem aut aquam, aut ignẽ, aut terrã, quia tranſmutatio eſt in contraria, & ſi eſt aer hoc corpꝰ ex quo oĩa ſunt, aer permanet, ſed permanẽte aere vel permanente alio corpore, qđ poteſt eſſe materia aliorum, & facta tranſmutatione in contrarijs qualitatibus alteratio erit, non generatio, poſitio ergo illa deſtruit generationem ponens naturam eſſe aliquid in actu. Notandum autem quòd ſubiectum tranſmutationis oportet manere in tota tranſmutatione. ſicut ergo materia ſemper manet eadem & recipit formas contrarias, ſic ſi poneretur aer vel aliquod aliud corpus eſſe talia ſubiectum ſemper maneret corpus actu ſenſatum. omnis ergo talis tranſmutatio alteratio eſſet. Deinde cum dicit.

Similiter autem neq; ita videtur vt & aqua ſimul ſit & aer, & aut aliud quodcunque, erit igitur aliqua contrarietas & differentia cuius, habebit aliquid altera particula ignis verbi gratia caliditatem.

Adducit ſecundam rationem. dicens, quòd non videtur ꝙ idem corpus ſit ſimul aqua, & aer, aut quòd ſit aer, & quodcunque aliud corpus. Quia autem ſit inconueniens ponere idem corpus eſſe ſimul aquam, vel aerem, & aliud corpus, vt aerem, & ignem. patet quia eſt aliqua contrarietas & aliqua differentia inter talia duo corpora, cuius contrarietatis altera habebit aliquid, id eſt, erit in aliquo illorum corporum, & alia particula erit ſupple erit in aliquo. verbi gratia ſi ignis habebit contrarietatem caliditatem alia particula contrarietatis vt frigiditatis erit in alio corpore ſi igitur vnũ & idem erit, plura corpora ſimul in eodem erunt contraria qđ eſt inconueniens. Notandum autem ꝙ ponentes aerem, vel aliquod aliud corpus eſt materiam aliorum, ex quo alia fiunt, oportet eos dicere vnum, & idem eſſe duo ſimul, vt eſſe aerem & ignem, vel aerem & aquam. Nam vt dictum eſt ſecundum talem poſitionem oportet aerem manere in tota tranſmutatione. aer ergo manens aer, ſi ex eo fiat ignis formã, & erit ſimul aer, & ignis. Notandum ergo quòd corpus genitum & corpus ex quo generatur habent aliquam contrarietatem adinuicem, quia omnis generatio eſt ex contrarijs & in contraria, & illius cõtrarietatis vna particula, erit in vno corpore & alia in alio. ſi ergo ex aere fit ignis aer ad ignem contrarietatem habebit, quare ſi aer manens, & aer fieret ignis & idem eſſet aer, & ignis, in eodem eſſet contrarietas, quod eſt inconueniens. Deinde cum dicit.

Sed tamen neque ignis aer calidus. alteratio enim tale & non videtur.

Remouet quandam cauillationem, & duo facit, quia primo facit quod dictum eſt Secundo quia oſtenderat non eſſe aliquod elementum, ſenſibile ex quo ſunt omnia, talia corpora, concludit tale aliquid in

quod resoluuntur, huiusmodi elementa esse non corpus aliquod, sed materiam aliquam communem. ibi [Aliud aliquid igitur.] Circa primum duo facit secundum ꝙ dupliciter remouet cauillationem illam. Secũda ibi [Similiter autem rursus.] Cauillaret forte aliquis dicens, hoc modo ex aere esse omnia alia quia aer infrigidatur, & efficitur aqua calefit & efficitur in ignis, ita quòd ignis nihil est aliud quàm aer calidus, hoc remouens philosophus ait quòd ignis nõ est aer calidus, quia talis alteratio esse, non videtur autem quòd cum fit ex aere ignis ꝙ sit ibi alteratio solum. Deinde cum dicit.

Similiter autem rursus si erit aer ex igne calido in contrarium transmutatio erit, existet igitur aeri hoc, & erit aer frigidum aliquid, quapropter impossibile ignem aerem calidum esse simul enim idem calidum & frigidum erit.

Adducit aliam rationem. dicens quòd sic dicendo simul cum hoc in conuenienti quòd generatio erit alteratio, sequitur aliud inconueniens, quia in eodem erunt opposita. quia si, rursus aer erit, id est, fiet ex igne calido, quia transmutatio est in, contrarium existet igitur aeri hoc, scilicet oppositum calidi, & erit aer aliquid frigidum, dicere ergo aerem calidum, cum aer sit quid frigidũ, est dicere frigidum calidũ, quare impossibile est ignẽ esse aerem calidũ, quia idem simul erit calidum, & frigidum. Notandum aũt ꝙ phylosophus hic non curat de exemplo, accipit enim calidum, & frigidum pro qualibet contrarietate, & cum ait ignem esse calidum, aerem frigidum, intendit ignem ad aerem habere aliquam oppositionem, cum ignis fiat ex aere & generatio, fit ex oppositis, quare si aer manens aer fiet ignis in eodem erunt opposita.

Dubitaret forte aliquis non oportere quòd si aer est quid de se frigidum, & ignis est aer calidus, quòd ignis sit calidus, & frigidus, ita quòd dicere aerem calidum nihil aliud sit dicere quàm frigidum calidum. Videmus enim aquam esse de se frigidam, & tamẽ calefit, nec propter hoc in eodem sunt simul opposita. Sciẽdum igitur quòd si aer esset materia aliorum corporũ & remaneret in tota transmutatione, ita quòd manens aer fieret ignis vel aqua, oporteret debere quòd aer transmutatus à qualitatibus suis reciperet qualitates ignis cum fieret ignis, ita quod simul esset siccus, & humidus & reciperet qualitates aque cum fieret aqua, ita ꝙ simul esset calidus & frigidus. hoc autem sic patet. ostensum enim fuit in declarationibus prioribus cum circa principiũ primi lib. disputabatur cõtra Emp. ꝙ suo modo sic loquendum est de generatione & de alteratione, & de transmutatione ad formam substantialẽ, vt de trãsmutatione ad formã accidẽtalem. Dicebatur.n.ꝙ transmutatio ad formam accidentalem est quasi via ad tranmutationem formæ substantialis. Ideo si est possibilis, alterio est possibilis generatio & econuerso, & sicut est possibilis generatio, sic suo modo est possibilis alteratio si ergo aer esset materia aliorum corporum, & manens aer efficitur ignis, tunc non abijcendo vnam formã substantialem vt formam aeris acciperet aliam formam substantialẽ vt ignis, & qua ratione erit simul sub diuersis formis substantialibus erit simul sub diuersis accidentalibus disponentibus ad illas formas. Immo ex quo suo modo sic loquimur de transmntatione ad formas accidentales, non de transmutatione ad substantiales, vt secundum positionem tactam, aer non abijciens formam aeris accipiat formam ignis sequendo positionem illam dicemus quòd pari ratione aer non abijciens qualitates aeris suscipiet qualitates ignis, ĩmo ꝙ materia nõ solum non corrumpitur, sed etiã impossibie est vt corrũpatur sed si aer haberet rationem materiæ corrumpi non posset, & quia quod corrumpi non potest proprias qualitates amittere non potest, cum semper passio magis facta abijciat à substãtia aer habebit simul oppositas qualitates, & erunt in eodem oppositas, quod declarare volebamus. Deinde cum dicit.

Aliud aliquid igitur præter ambo idem erunt & aliqua alia materia communis, eadem autem ratio de omnibus quoniam non est vnum horum, ex quo omnia.

Concludit ꝙ omne illud ex quo sunt omnia elementa non est corpus aliquod sensibile, vt elementũ aliqđ, sed est materia cõis. dicẽs, ꝙ erit aliqua alia materia cõis & ignis genitus, & aer ex quo generatur erunt aliquid idem quia habebit eandem materiam, quę materia erit aliquid aliud præter ambo, quia de se non erit in actu aliquid illorum, sed erit in potentia vtrunque, & subdit ꝙ eadem ratio est de ambobus alijs elementis quæ est de igne, & aere, quoniam non est vnum elemẽtum vel vnum sensibile corpus ex quo sunt omnia alia elementa, sed est vna materia communis ex qua sunt talia corpora. Deinde cum dicit. Tex. c

Neque tamen aliquid aliud pręter hęc velut medium aliquid aeris & aque, & aeris & ignis, illorum aũt grossius, horum aũt subtilius, erit.n. illud aer & ignis cũ contrarietate.

Quia probauerat illud ex quo sunt elementa non esse aliquod elementorum, ostendit hic illud non esse aliquod corpus quod est medium, & duo facit. quia primo ostendit qđ dictum est. Secundo epilogat circa determinata. ibi [Necesse igitur aut.] Circa primum tria facit. quia primo facit quod dictũ est. Secundo remouet quandam cauillationem. Tertio concludit conclusionẽ intentam. Secunda ibi [Sed priuatio contrariorum.] Tertia ibi [Similiter igitur quodcunq;.] Continuetur, sic illud ex quo sunt elementa est aliquod medium cõe, sed huiusmodi medium est materia & non est medium corpns, ꝙ sit aliquid aliud præter elementa, nõ ꝙ sit medium aque & aeris, vel aeris & ignis, ita ꝙ sit illorum aut grossius horum autem subtilius, ponentes enim tale corpus medium inter ignem & aerem dicebant illud esse igne grossius, aere subtilius, vel erat aere grossius & aqua subtilius, si erat medium inter aerem, & aquã.

Quia autem tale corpus non possit esse illud ex quo sunt elementa. patet, quia tale corpus cum contrarietate. i. non admittens contrarietatem propriam erit. i. fiet aer & ignis, quod est inconueniens. Notandum autem quòd sicut probatur quod aer non amittens qualitates proprias suscipiebat contrarietates ignis & fiebat ignis, sic si tale corpus medium ponitur esse materia aliorum, quia materiam oportet manere non amittens formam propriam accipiet formas aliorum. ergo pati ratione non amittens qualitates, & contrarietates proprias accipiet qualitates & contrarietates aliorum, & in eodem erunt contraria quod est inconueniens.

Deinde cum dicit.

Sed priuatio contrariorum alterum, quapropter non contingit illud solum esse vnquam vt quidam inquiunt infinitum compræhendens.

Remouet quandã cauillationem, diceret forte aliquis hoc corpus esse priuatum cõtrarietate. Ideo suscipit qualitates ignis & fit ignis & fiũt in eo solũ qualitates ignis & non alie, quia de se nullam contrarietatem habet, sed est priuatum ea. Contra hoc arguens phylosophus ait ꝙ priuatio est alterum contrariorum. i. est annexa alteri contrariorum, nunquam. n. proprie aliquid priuatur dua forma, nisi quia induitur forma contraria quapropter illud corpus non conuenit nunquam esse solum. i. esse separatum à contrarietate, immo cum ponitur priuatum vno contrario ponitur indutũ alio, non est ergo vt quidam inquiunt corpus aliquod medium comprehendens alia, vt ex eo alia omnia generentur & sic infinitum. i. indeterminatum, & separatum à contrarietate. Deinde cum dicit. Tex. c.

Similiter

Similiter igitur quodcunque horum, aut quidem nihil. Si igitur vtiq; nullum sensibile prius his, hæc utiq; erũt omnia.

Concludit conclusionem intentam dicens, ꝙ quodcunq; horum elementorũ est similiter ponendũ principium & elementũ, quia vnum non est elementũ & principium respectu alterius, aut ergo sunt principia & elementa aut non immo si nullum corpus sensibile, est prius eis, omnia hęc erunt vtique. supple principia elementa, & tunc compleatur ratio prius facta videlicet quia generatur, & corrumpitur adinuicem, ignis aqua, aer & terra, cum omnia talia sint principia prima corpora sensibilia & elementa omnium elementorum, erit generatio, & corruptio adinuicem.

Dubitaret forte aliquis vtrum natura elementi magis conueniat istis corporibus primis, vel materiæ quæ est generationis subiectum. Ad qđ dixerunt quidam ꝙ nomen elementi magis competit istis corporibus q̃
Tex. c. 4. primę materiæ, sed hoc non videtur bene dictũ. Ad cuius euidentiam notandum ꝙ hæc prima corpora sensibilia communi nomine elementa appellari pñt. est. n. elementum ex quo primo componitur aliquid & est in eo, & non diuiditur secundum formam, vt dicitur in. 5. Metaphy. hęc autem prima corpora sensibilia ex quo prima sunt, ex eis primo componitur aliquid, & sunt in eo, quia miscibilia aliquo modo sunt in mixto, & non diuiduntur ẜm formã, quia quęlibet pars aquę est aqua & quælibet pars terræ est terra. tñ primo componi aliquid ex aliquo potest intelligi dupliciter, vel simpliciter vel quodam modo. mixta. n. componuntur ex primis corporibus sensibilibus. primo non simpliciter, sed quodam modo. In genere. n. corporum non est dare aliqua alia ex quibus prius constent mixta q̃ vocata elementa mixtum. n. est prius ex igne, & terra, & ex aere, & aqua q̃ ex aliquibus alijs corporibus, sicut. n. corpus humanum qđ est quoddã mixtum organicũ non cõponitur primo ex manu & pede, quia manus & pes resoluũtur, in carnes & ossa, nec componitur primo ex carnibus, & ossibus, quia talia resoluuntur in quarta elemẽta, sic non ponitur primo ex quarta elementis, quia talia elementa resoluuntur in materiam & formam, materia ergo prius est de compositione mixti q̃ vocata elementa.

Rursus, esse in aliquo põt intelligi dupliciter, vel simpliciter & secundum essentiam, vel quodammodo, & prout saluatur virtus eius, materia autem reseruatur in mixto simpliciter, & secundum suam essentiam. vocata autem elementa sunt in eo inquantum saluatur virtus eorum. Amplius non diuidi secundũ formam põt intelligi dupliciter, vel quia nõ diuiditur in diuersas partes formales, & sic aqua non diuiditur secundũ formã quia quęlibet pars aque est aqua. alio modo potest intelligi non diuidi secũdum formã. quælibet enim pars materiæ est materia, & materia secundũ se non diuidit aliquit in actu, nec aliquid distinctum per formam, materia ergo quæ est generationis subiectum magis primo est de compositione mixti q̃ ipsa elemẽta. & magis simpliciter est in eo q̃ ipsa, & pluribus modis non diuiditur secundum formam q̃ vocata elementa. Ideo hæc diffinitio elementi quę est ex quo primo componitur aliquid, & cætera. magis competit materiæ q̃ vocatis elementis, pñt. n. hæc prima corpora cõi nomine appellari elementa, & sufficit ad rationem elementi ꝙ non diuidatur in diuersas partes formales, & si diuidatur in diuersas partes quantitatiuas hoc tamen non obstante nomen elementi magis competit materię q̃ primis corporibus, vt patet per diffinitionem eius tñ cum de re constat de nomine non est multum curandũ. Ideo siue sic dicatur. dum tamen in re non erretur, non est magna vis facienda. Deinde cum dicit.

x. c. 33. *Necesse igitur aut semper manentia & immutabilia inuicem, aut transmutabilia, & aut omnia, aut hæc quidem hec autem nõ, vt in Thimeo Plato scripsit. Quoniã quidem igitur transmutari inuicem necesse est, dictum est prius.* Tex. c. 34.

Epilogat circa determinata, & tria facit secundũ ꝙ tres epilogos ponit. Secunda ibi [Et qm̃ non similiter.] Tertia ibi [Siquidem igitur contrarietas.] Dicit ergo ꝙ necesse est hæc elementa aut esse semper manentia & immutabilia adinuicem, aut esse transmutata, hoc autem non sicut Plato scripsit in Thimeo, qui posuit terram intransmutabilem, quia figura terræ non erat apta ad transmutationem, vt ponebat, voluit tñ Plato per figuram & planities saluare transmutationes naturales sic ergo loquebantur antiqui de transmutatione elementorum, sed qm̃ secundum veritatem necesse est elementa transmutari demonstratum est, prius. Deinde cum dicit.

Et quoniã non similiter cito aliud ex alio dictus est prius quoniam habentia quidem symbolum citius generantur ex adinuicem, non habentia autem tardius.

Ponit secundũ epilogum dicens dictum est prius ꝙ non similiter cito nec eque velociter aliud, elementum fit, ex alio qm̃ habentia symbolum & conuenientiam citius generantur adinuicem, non habentia autem tardius. Deinde cum dicit.

Siquidem igitur contrarietas vna est secũdum quã transmutantur, necesse duo esse, materia enim medium insensibilis ens, & insepa-abiles, quoniam plura videntur entia, due vtique erunt qui minime, duabus igitur entibus non possibile est esse tria, sed quatuor quemadmodum videtur, tot enim erunt coniugationes, sex enim existentibus duas impossibile est generari, quæ contrariæ sunt adinuicem. De his quidem igitur dictum est prius.

Ponit tertium epilogũ dicens, ꝙ si contrarietas scđm quam transmutantur elementa esse vna, necesse esset esse duo contraria. Quælibet enim oppositio contrarietatis habet duo extrema contraria, & si sic esset ad illa duo contraria haberet ordinẽ materia, quæ esset quid medium inter ea, & de se est ens insensibilis, quia est quidem in potentia. est tamen ẜm actualem existentiam inseparabilis à contrarietate. sic ergo diceremus si contraria essent inde duo, sed qm̃ contraria videntur esse plura entia ad minus erunt due contrarietates, secundum quas erit transmutatio elementorũ. Entibus autem duabus contrarietatibus, quia minime. i. ad minus oportet tot ponere, cum quælibet contrarietas habeat duo extrema contraria tm̃, sed quatuor quemadmodũ videtur. i. sicut manifeste apparet, calidum. n. & frigidum humidum & siccum, sunt due oppositiones contrarietatis, & sunt vnius contraria secundum ꝙ transmutantur elementa, & quot sunt ibi contraria, tot sunt eorũ combinationes possibiles, & tot sunt elementa, quia sex existẽtibus combinationibus talium qualitatum secundum duas impossibile est generari elemntum quia sunt contraria adinuicem. calidum. n. cõbinatur cum humido & frigidum cum sicco, vt fiat elementum erunt quatuor elementa tantum, sed hoc modo dimittatur, quia de his dictum est prius.

Quoniam autem quæ transmutantur adinuicem impossibile est principiũ aliquod esse horũ, aut in extremo, aut medio ex his manifestum. in extremis quidem, igitur non erit, quoniam ignis non erunt aut terra omnia, & eadem ratio si dicamus ex igne aut terra esse omnia. Quoniam autem neq; medium vt videtur quibusdã. Tex. c. 35.

Postquam phylosophus probauit vnum elemẽtum non esse principium aliorum, quia non poterat poni aliqđ elementũ esse aliquod materiale subiectũ quia tũc generatio & contraria essent in eodẽ. In parte ista ostendit hoc idem alia ratione quę talis est. Si aliquod elemen

torũ esset aliorũ principiũ & haberet se ad omnia, sicut materiale subiectũ illud oporteret manere & esset intrã mutabile, sed oĩa elementa suut adinuicẽ trãsmutabilia. ergo omnia debent dici prima corpora & nõ est vnum aliorum principium nec materiale subiectũ. Circa hoc autem sic procedit, quia primo ponit rationem. Secun-

Tex.c.26. do contra rationem adducit quandam cauillationem. ibi [Aer quidem & etiam ignem.] Dicit ergo qm̃ quidem transmutãtur adinuicem, supple oĩa elementa, impossibile est aliquod elemẽtum esse principium horum .i. aliorum. Nam manifestum erit ex his .i. ex dicendis, ꝙ tale principium non potest poni in extrema .i. ꝙ sint aliquod extremorum, nec in media ꝙ sit aliquod mediorum. In extremis quidem non erit qm̃ omnia non sunt ignis aut terra, & eadem ratio est de medijs, qm̃ eadem ratio est si dicamus omnia esse ex aere vel ex aqua sicut dicit omnia ex igne vel ex terra, qm̃ neque mediũ est ex quo sunt omnia, licet hoc videatur quibusdam. Est ergo vis rationis ꝙ nec medium nec extremum est ex quo sunt omnia, quia tã media quàm extrema trãsmutantur & nullum ipsorum manet. Deinde cũ dicit.

Aer quidem & in ignem transmutatur & in aquam, aqua autem & in aerem & in terram, vltima autem non amplius inuicem.

Ponit quandam cauillationem, & duo facit. quia primo ponit eam. Secundo remouet cauillationem illam. ibi [Oportet quidem stare.] Dixerat enim philosophus tam extrema quàm media esse transmutabilia. contra hoc forte cauillaret aliquis dicens quòd elementum transmutatur in elementum proximum sed non in remotum, vt aer transmutatur in ignem & in aquam, & aqua in aerem & terram, sed vltima .i. extrema non amplius transmutantur adinuicem. Notandum autem quòd hic accipiuntur vltima & remota non secundum locum, sed secundum differentiam formalẽ. Ignis enim plus distat ab aqua quàm à terra, non loco, sed forma, volunt ergo isti proxima posse transmutari adinuicem propter non magnam differentiam, extrema autem non posse propter differentiam magnam. Deinde cum dicit.

Oportet quidem stare non in infinitum ire hoc in rectitudine ad vtraque, infinite enim contrarietates in vno erunt.

Remouet cauillationem istam, circa quod tria facit quia primo pręmittit quandam suppositionem. Secundo illa suppositione supposito destruit cauillationem tactam. Tertio quod supposuerat probat. Secunda. ibi [Terra sit igitur.] Tertia ibi [Quoniam autem nõ infi-

Tex.c.36 nitum.] Est autem suppositio talis, quia oportet stare in elementis ad vtranque partem .s. secundum sursum & deorsum, & non ire in infinitum secundum rectitudinem. Si enim incipimus à terra deorsum & ascendimus sursum dicendo terra aqua, & cætera inuenimus finita elementa, & si incipimus à sursum, & descendimus deorsum etiam finita inuenimus. Nam si essent elementa infinita infinite qualitates essent in vnoquoque elemento, quod est inconueniens, quod quõ verum sit ad præsens supponatur. Deinde cum dicit.

Terra sit .g. aqua .y. aer .a. ignis .p. si vtique .a. transmutatur in .p. & in .y. contrarietas erit eorum aque .a. p. sit hæc albedo & nigredo. rursus, quia in .y. a. erit alia, non enim idem .p. & .y. sit quidem siccitas & humiditas .a. quidem siccitas .y. autem humiditas. Quapropter siquidem manet album existet aqua humida, & alba, sin autem nigra, erit aqua in contraria enim transmutatio. necesse igitur aut albam aut nigram esse aquam, sit itaque album primũ. Similiter igitur existit & .p. y. siccitas, erit igitur & .p. ignis transmutatio in aquam, contraria enim existit, ignis enim prius niger erat, deinde autem sicccum; aqua autem humida, deinde autem alba.

Ex suppositione facta ostendit extrema esse transmutabilia adinuicem si sunt transmutabilia cum medijs, sed vt dictum est hic accipitur, extremum vltimum secundum differentiam non secundum locum, ita quòd ignis est extremus respectu aque, quia per omnem modum differt ab ea, aer autem est medius inter ea, quia partim conuuenit cum aqua cum sit humidus & partim cum igne cum sit calidus, sic etiam aer est extremus respectus terræ, cum per omnem modum differat ab ea. Duo ergo facit, & quia primo ostendit ignem & aquam quæ sunt extrema transmutari adinuicem si transmutantur cũm aere, quod est medium. Secundo ex hoc ostendit aerem & terram quæ sunt alia extrema adinuicem transmutabilia esse. Secunda ibi [Palam vtique quoniam.] Nominat autem primo elementa secundum cõmunes terminos dicens, sit terra .g. aqua .y. aer .a. ignis .p. Nominatis autem elementis procedit ad rationem intentam dicens, quòd si à .i. aer transmutatur in .p. & .y. i. in ignem, & aquam contrarietas erit eorum quæ .a. p. i. aer habebit contrarietatem, sit autem hæc contrarietas albedo, & nigredo non curat de exemplo, accipit enim albedinem, & nigredinem pro quacunque contrarierate, subdit autem, quòd quia .a. in .y. supple mutatur .i. aer mutatur in aquam, erit alia contrarietas inter aerem & aquam supple quam inter ignem & aerem. Nam non est idem .p. & y. i. ignis & aqua, si ergo talia non sunt eadem non possunt ad vnũ & idem eandem contrarietatem habere. sit ergo inter aerem & aquam hæc contrarietas, id est, siccitas & humiditas, ita quòd .a. conueniat siccitas & y. humiditas. aliqui autem textus habent x. quidem siccitas, & videtur esse textus corruptus, sed si vellemus ipsum exponere diceremus quòd variat terminos, quia intelligit per x. aerem quem prius intelligebat per a. subdit autem quapropter si manet album, cum ex aqua fit aer, cum non manet nisi qualitas symbola aqua conueniat cum aere in albo: existet ergo aqua humida & alba, sin autem, id est, si non est alba nigra erit aqua. In contraria enim est transmutatio quasi dicat quòd siue dicas aquam esse albam siue nigram oportet eam habere contrarietatem ad aerem ex quo transmutãtur adinuicem, semper enim transmutatio est in contraria transmutabilia igitur adinuicem possunt habere maiorem & minorem contrarietatem, semper tamen aliquam contrarietatem habebunt, ideo subdit necesse esse aut albam aut nigram esse aquam, si enim erit nigra habebit maiorem contrarietatem ad aerem. si enim erit alba habebit minorem contrarietatem. Congruum enim est ex quo aer est proximus aque quòd non habebit ad eam maiorem contrarietatem, non ꝙ differat in vtraque qualitate sed debet habere minorem contrarietatem. ergo ex quo positum est aquam differre ab aere in humido, & sicco, non est congruum quòd differat in albo & nigro erit ergo alba sicut a. vnde aliqui textus habent ponat vtiq; primum a. i. ponatur aqua alba sicut a. i. sicut aer, & sicut aqua & aer conueniũt in albo, similiter, & p. i. ignis existet y. siccitas. i. existet siccitas quę intelligitur p y. ita quòd ly y. accipitur equiuoce vno modo vt nominat aquã. alio modo vt nominat hanc qualitatẽ quæ est siccitas. Conueniet ergo aer cum igne in siccitate, & cum aqua in albedine, sed si aliam & aliam conuenientiam & aliam & aliam contrarietatem habet aer cum Tex.c.66

igne & cum aqua, aqua & ignis sic contrariabitur & quia in contraria est transmutatio vnum in aliud transmutabitur. Ideo ait ꝙ erit trãsmutatio .p. ignis in aquã, cõtraria .n. existit aqua igni. ignis .n. primo dicebat esse nigrũ in quo differebat ab aere Deinde aqua dicebatur alba in quo conueniebat cũ aere. qualitates ergo aque contrariatur

contrariantur qualitatibus ignis ergo vnum in aliud transmutari potest. Notandum autem philosophum nō nominare proprias qualitates ignis, vel proprias qualitates aque, vt ostendat se arguere in materia communi & in terminis communibus. habet enim hæc demonstratio veritatem in quibuslibet terminis. Notandū etiā vim rationis in hoc esse, videlicet ꝙ si ignis & aqua tansmutantur in aerem, & habent aliam, & aliam cōtrarietatē ad ipsum sunt contraria inter se, & per cōsequens transmutantur adinuicem. si ergo extrema contrariantur medijs contrariantur inter se, & si transmutantur cum medijs transmutantur inter se. Notandum etiā ꝙ illatio hęc quę dicta est dupliciter impediri posset primo quia diceret aliquis nō oportere si extrema habent contrarietatem ad media ꝙ habeant contrarietatem inter se. Ideo philosophus in ratione prædicta non solum ostendit extrema habere contrarietatē ad media, sed et probat ea habere aliam & aliam contrarietatē quo posito necesse est ea inter se esse contraria. nunq̄.n. aliqua ratione eiusdem habent aliā & aliam contrarietatē, nisi sibijnuicem contrarientur. Secundo posset dicta illatio impedire, quia diceret aliquis non oportere si extrema sint contraria quòd sint adinuicem transmutabilia, quia non transmutatur extremum in extremum, nisi posset fieri transmutatio in alia media. diceretur ergo. media ergo infinita & nō esse statum in elementis. quo posito extrema non transmutabuntur adinuicem. contra hāc obiectionem valet suppositio prius facta. videlicet ꝙ in elementis est status. quo posito patet per rationem iam dictam ꝙ extrema transmutantur inter se si transmutātur cum medijs. Deinde cum dicit.

Palam quidē vtiq; quoniam omnibus adinuicē erit transmutatio et in his, & quoniam in.g. terra existūt reliqua duo symbola, nigrū & humidū, hæc.n. non coniunguntur vnquā.

Concludit ex dictis omnium esse transmutationem. non.n. solum transmutatur aqua in ignem sed etiam terra in aerem, ideo ait palam esse qm̄ omnibus ex adinuicem erit transmutatio, non solum in medijs, sed etiam in his.i. in extremis. Nam in.g. terra existunt reliqua duo symbola.i. reliquę due qualitates symbole. videlicet nigrum & humidum. erit ergo terra contraria aeri, quia hic.s. qualitates terræ nō coniunguntur vnq̄ cum qualitatibus aeris, sed cōtrariantur eis. terra igitur trāsmutabitur in ipsum aerem. Notandum aūt philosophum appellare nigrum & humidum qualitates symbolas quia scd̄m hypothesim factam aer qui ponitur albus & siccus differt ab igne in nigro, quia ignis est niger & siccus. ab aqua vero differt in humido, quia aqua dicebatur humida & alba. He autem due qualitates humidum & nigrū in quibus differt aer ab igne, & aqua congregantur in terra, ita ꝙ terra habet eas symbolas & conuenientes cum igne & aqua, quia cum igne conuenit in nigro, cum aqua in humido, quare terra cōtrariatur aeri, quia si vellemus hoc ad materiam specialem cōtrahere & nominare varias qualitates elementorum, patet verū esse quod dr̄. Ignis vero differt ab aere quia siccus, aqua vero differt ab eo quia frigida, frigidū autē & siccum conueniunt in terra, & terra conuenit cum igne & aqua scd̄m siccum & frigidum, quibus ignis & aqua differunt ab aere. Intentio ergo philosophi est probare terram esse contrariā aeri propter cōtrarietatem q̄ habent ad ipsum ignis & aqua, & ex hac contrarietate vult arguere transmutationē, & quia omnia elemēta tā extrema q̄ media contrarietatē habent, omnia sunt ad-
t.c.66. inuicē transmutabilia. Deinde cum dicit.

Quoniam autem non infinitum possibile est ire quod futuri ostendere ad hoc prius venimus manifestum ex his.

Probat quod supposuerat, & duo, quia primo continuat dicta dicendis. Secundo exequitur de intēto. ibi [Si.n. rursus ignis.] Dicit ergo ꝙ infinitum non est possibile ire quòd futuri eramus ostendere. superius.n. hoc supposuerat tanq̄ id quod erat futurus ostendere, ideo ait quòd prius venimus ad hoc.i. ex priori inētione ad hoc venimus vt ōnderemus statū in elementis, vt manifestum est ex his.i. ex dictis. Deinde cum dicit.

Si enim rursus ignis.p. in alio transmutatur & non reuoluitur verbi gratia in.x. contrarietas igitur inter p. & .x. alia existet præter prædictas. nulli enim supponitur .g.y.a.p. quàm .x. sit igitur .p.r. & .x.f.r. aut omnibus vtique existet .g.y.a.p. transmutantur enim inuicem. Sed quòd hoc quidem sit nondum demonstratum est sed illud manifestum quoniam si rursus .x. in aliud alia erit contrarietas, & quæ existet .g. & .p. similiter autem semper cum adiecto contrarietas aliqua existet his quæ ante, quapropter si infinita, & contrarietates infinite vni existunt. si autem hoc modo non erit diffinire neque generare, oportebit enim si erit aliud ex alio tot transire qualitates & amplius plures.

Probat huiusmodi statum ostendens numerum elementorum non esse infinitum. Secundo ex his quæ dixerat concludit inconuenientia quæ sequuntur ad ponentes positionem illam. Secunda ibi [Quapropter in quædam.] Dicit ergo quòd si rursus ignis.p. transmutatur in aliud.i. in quintum elementum & non reuoluitur.i. non trāsmutatur in elementa quæ sunt sub eo, sed trāsmutatur in aliud q̄ ipsum. verbi gratia.a.x.i. in quintum elementum, quod intelligitur per.x. contrarietas igitur erit inter.p. & .r. & illa contrarietas existet alia prędictas. Nam cum huiusmodi quintum elementū non sit idem cum aliquo aliorū quatuor, quia.x. non ponitur qđ sit idem cum.g.i.a.p.y. cum alijs quatuor oportet quòd.p. habet aliā contrarietatem ad.x.q̄ ad alia, sit ergo.y. in.p. & .f. in.x. ita ꝙ ignis & quintū elementū differatur.f.y. & .f.y. vtique existit omnibus quatuor elementis. videlicet.g.y.a.p. transmutant enim se adinuicem. quasi diceret: ꝙ posito quinto elemento oportet dare ignem aliam habere qualitatem ab his quæ habet vt per eam contrarietur quinto elemento & transmutetur cum ipso, sic etiam hanc qualitatē oportet dare omnibus alijs elementis, quia oīa sunt adinuicem transmutabilia, & subdit, quòd si hoc quidem sit necesse, nondū monstratum est. videlicet. quod omnia sint transmutabilia, illud tn̄ manifestum est quòd si rursus.x.i. vnū elementum transmutabitur in aliud.i. in sextū, alia erit cotrarietas quæ existet & g. & .p. in alijs elementis, semper .n. cū addito.i. elemento addito fit additio contrarietatis quia aliqua contrarietas existet his qui ante.i. prioribus elementis, vt possint differre ab elemento addito, quapropter si infinita sunt elementa, quia infinita non pñt differre, nisi per infinita, cum vnumquodque elementorum oporteat differre à quolibet aliorum vni.i. vnicuique elemento vt elementorum existant infinite qualitates contrariæ. Si autem hoc est ita non erit aliquid differre, quia diffinitio illa habet infinitas differentias, & ita peribit scientia, nec est aliquid generare, quia si generabitur aliquid ex alio oportebit pertransire tot qualitates & amplius plures.i. oportebit pertransire qualitates infinitas, quod si fieri non possit non erit generatio & per consequens nec alteratio. tollit ergo ista positio scientiam & transmutationes naturales. Notandum Tex.c.63.
autem quod qualitates infinitas appellat tot & amplius plures, quia infinitum vt scribitur 3. physicorum est cuius accipientibus semper est aliquid extra sumere, ita quod non possumus accipere tot in infinito quòd sem per non accipiamus amplius plures, & ideo non conuenit infinita pertransire. vult ergo philosophus dicere quod si ponantur infinite qualitates oportet pertransire tot qualitates & amplius plures, propter quod nunquam fieret generatio.

Dubitaret forte aliquis de eo qđ philosophus ait videlicet ꝙ si ponatur vnum elementum oportebit qualitatem illa secundum quam vnum elementum differt à quarto inesse omnibus alijs quatuor, vt si ignis differt à quinto elemento quia est.r.vtputa, quia est albũ oportet huius.r.s.albedinem inesse omnibus alijs elementis, vt omnia elementa possint differre à quinto elemento. Sed hoc videtur repugnare apparentibus. videmus.n. ꝙ aer est tertium elementum, & ignis est quartum, & aer differt ab igne quia est humidus, ignis vero siccus, humiditas autem secundum quam differt aer ab igne non inest omnibus alijs elementis, quia non inest terræ ergo à simili si poneretur vnum elementũ qualitas illa secundum quam differt quartum elementum à quinto non de necessitate inesset alijs, elementis. Ad hoc autem dici potest ꝙ elementum esse secundum ab alio vel esse tertium, & sic deinceps, duobus modis, potest intelligi. per contrarietatem formalem, vel per localem differentiam. si ergo intelligatur ratio philosophi secundum localem distantiam per se loquendo & gratia formæ nõ valet argumentũ nõ enim oportet oppositionẽ illã quã habet aer quod est tertium elementum ad ignem quod est quartum habere alia elementa, si intelligatur de distãtia formali verum est, aer.n.est secundum elemẽtum ab aqua, quia distat ab ea in vna qualitate, ignis vero est tertium elementũ ab ea, quia differt ab ipsa in duabus qualitatibus, propter quod aer est medius inter aquam & ignem, non solum secundum locũ, sed etiam secundum contrarias, qualitates, quia in vna qualitate differt ab aqua, & in alia ab igne, & in vna qualitate conuenit cum aqua, & in alia cum igne, & in tali ordine elementorum qui accipitur secundum contrarietatem formalẽ valet indubitanter quod dicitur, qualitas.n.illa secundũ quam differt aer ab igne conuenit aqua, & si rursus, daremus aliud elementum supra ignẽ, quòd secundũ formalem distantiam esset quartum ab aqua, qualitas, illa secundum quam differret ignis ab alio elemento conueniret aque & aeri, sic.n.se haberet illud elementum qđ ab igne differret in vna qualitate, quia esset immediatus sibi ab aere, differret in duabus, quia esset secundus ab eo, ab aqua in tribus, quia esset tertium ab ipsa. Oporteret.n.secundum hanc conditionem elemẽti supra has contrarietates calidum, frigidũ, humidũ, siccum, adderet nouam contrarietatem, vtputa album & nigrum, & secundum hunc ordinem formalem differret ignis ab illo elemento secundum cõtrarietatem additam, vtputa ignis esset nigrum, & vt patet intuenti sic ordinarentur illa elementa, quia aqua esset alba frigida & humida aer esset albus, calidus & humidus, ignis esset albus calidus, & siccus, illud vero elementum additum esset nigrum calidum & siccum. His conditionibus sic stantibus elementum additum esset primum ab igne, quia differret ab eo in vna qualitate solum, vt in nigredine & esset secundum ab aere, quia differt ab eo in duobus in nigredine & siccitate esset tertium ab aqua, quia differret ab eo in tribus in nigredine siccitate, & calore. Loquendo ergo de hoc ordine & de hac distantia illam differentiam quam haberet elementum additũ ad ignem ad aerem haberet & aquam, & si iterum secũdum hũc ordinem adderetur aliud elementum, sequeretur ꝙ oĩs illa differentia quam haberet elementum secundum additum ad elementum quod primo addebatur haberet etiam & ad alia. Quod vero arguebatur de terra equiuocabatur in distantia. terra enim nõ est quarta ab igne secundum contrarietatem formalẽ, sed secundum locũ immo plus distat ignis ab aquam scđm talem contrarietatem q̃ à terra, patet ergo rationẽ philosophi per se loquendo gratia formæ tenere in distantia & ordine ſm formalẽ differentiã, sed gratia materiæ vel propter aliq̃ specialem causam valere posset ſm omnem distantiam.

Vlterius dubitaret aliquis, quia dubitatio tacta & solutio eius aliam dubitationem secum trahit, dictum est .n.terram non esse quartam ab igne ſm formalem differentiam, sed secundum localem. Si ergo adderetur quintũ oporteret huiusmodi elementũ additũ habere talem oppositionem ad terram qualem haberet ad ignẽ, nec oporteret qualitatem illam secundum quam tale elementum differret ab igne inesse terræ. Diceremus ergo ꝙ addito tali elemento aqua, quæ est tertia ab igne loco & forma, esset quarta ab illo elemento loco & forma, aer vero qui est secundus ab igne loco & forma esset ab illo elemento addito, tertius locos & forma, terra vero quia est quarta ab igne loco & non forma, siue non formali differentia esset ab illo elemento, quinto non per differentiam formalem, sed per localẽ distantiam, & quia in tali distantia, vt dictum est, non habet locum, ratio data non oporteret terram sic differre ab elemento addito sicut differt ignis. Contrarium tñ huius philosophus dicit in litera, vult.n.ꝙ differẽtiam quam haberet elementum additum ad ignem, haberet ad omnia.4.elementa.s.ad.g.y.a.p.i.ad terram aquam aerem & ignem

Ad hoc autem dici potest ꝙ elemẽtum additum potest intelligi, quintum non solum secundũ localem distantiam, sed etiam ſm formalem differentiã ita ꝙ esset quintum à terra, quartũ ab aqua, tertium ab aere, & immediate igni secundũ formalem differentiam, vt ꝙ differat modice ab igne & multum à terra, & quia semper maius includit minus, in his quę sunt ordinata & per differentiam quam haberet ad ignẽ haberet ad terram & ad alia. Potest etiam & aliter dici ꝙ gratia materiei valet quòd dictum est qualitercunque ponatur quintum elementum additum. Nam multiplicatis elementis quantum multiplicari possunt secundũ calidum & frigidum humidum, & siccum addito quinto elemento oportet addere nouam cõtrarietatem, & ſm illam contrarietatem additam oportet omnia quatuor elementa differre ab illo quinto elemento, sufficiunt enim quatuor elementa, vt differãt oĩ modo quo pñt differre ſm quatuor qualitates actiuas & passiuas, a quinto ergo elemẽto si differrent sumerctur huiusmodi differentia per alias qualitates. addito ergo quinto elemento oportet addere circulum elementorum aliquam qualitatem vt per eam differant ab ipso. Et hoc sufficit ad saluandam intentionem philosophi.

Dubitaret vlterius aliquis, & hęc dubitatio rationabiliter sumeret ortum ex dictis ait.n.philosophus quòd addito quinto elemento, oportet addere aliquam qualitatem omnibus quandoque. dictum est enim hoc valere gratia materiæ, quia.4.elementa per duas contrarietates multiplicantur oĩ modo quo multiplicari possunt, & differunt omni modo quo differre possunt. Sed si propter additionem quinti elementi adderetur noua contrarietas secundum contrarietatem additam non differrent.5.elementa omni modo quo possent differre, quod sic patet. Nam semper contrarietas addita duplat elementa. vna enim contrarietas non potest constituere nisi duo elementa, vt si esset solum hæc contrarietas humidum & siccum constaret elementum ex vna qualitate & essent tantũ duo elementa, vtputa terra & aqua addita vero secunda contrarietate vt calidum, & frigidum constat elemẽtum ex duabus qualitatibus & sunt.4.elementa, quia quatuor modis combinari pñt dictæ qualitates. si vero adderetur tertia contrarietas & essent tres contrarietates primæ constitutiue elemẽtorum vtputa humidum siccum, calidum frigidum, album nigrum, cõstaret elementũ ex tribus qualitatibus, & essent octo elementa, quia tales qualitates exceptis continuationibus impossibilibus octo modis continuari possent possibiliter, ita quod Primum elementum esset frigidũ siccum album. Secũdum frigidum humidum album.

Tertium

Tertium calidum humidum albũ. Quartum calidum siccum album. Quintum frigidum siccũ nigrum. Sextum frigidum humidum nigrum. Septimum calidum humidum nigrum. Octauum vero calidum siccum nigrum. Ex quo patet ꝙ semper additio noue contrarietates duplat elementa, & vna contrarietas facit duo, due contrarietates quatuor, tres contrarietates octo, apparet etiam ꝙ omnes illę combinationes siue omnes illæ continuationes sunt posibiles: quia in nulla illarum congregantur opposite qualitates, ergo ex additione sexti elementi (vt patet per iam dicta) non oportet addere nouam contrarietatem: quia sufficiunt tres contrarietates non solũ ad constituendum sex elemẽta, sed etiam ad constituendum octo, cuius oppositum innuitur in textu. Ad hoc autem dici potest ꝙ potest accipi sextum elementum ẜm indifferentiam formalem, & tunc non habet dubium quod dicitur. Nam ex tribus contrarietatibus non possunt constitui octo elementa, ita ꝙ vnum elemẽtum sit octauum ab alio ẜm contrarietates & qualitates, quia secundum hunc ordinẽ & secundum hanc distãtiam semper à remotiori elemẽto debet plus differre & habere plus qualitates contrarias ad ipsum, vt si à proximo differt in vna qualitate ab alio differret in duabus, ab vlteriori in tribus, & sic deinceps, ita ꝙ non posset aliquod elementum esse octauum ab aliquo per solas tres qualitates, immo si debet esse sextum ab eo ẜm hunc modum distantie non sufficiunt tres contrarietates, sed requiritur ibi noua cõtrarietas. Potest etiam & aliter dici, nam multa non valent in se cõsiderata quę valent gratia materiæ in qua est locutio, & multa sunt posibilia vno modo quæ sunt imposibilia alio. Philosophus.n. naturalis: quia artifex specialis est, sufficit vt veritatem dicat, ꝙ sic accipiat terminos cões vt deseruiunt materię ꝓprie, dictę octo contrarietates, & si sunt posibiles absolute accepte, non tñ sunt posibiles vt spectat ad propositum, nihil.n. supra ignem, vt ad præsens spectat, potest esse humidum vel frigidum. si ergo quintum elementum est supra ignem, oportet ꝙ sit calidum & siccum, si ergo differt ab eo: quia est nigrum. ignis vero ab omnibus, erit quintum elementum calidum siccum nigrum, si ergo dabitur sextum elementum illud erit calidum & siccum album cum sit supra ignem, si esset calidum siccum album non differret ab igne, si esset calidum siccum nigrum non differret à quinto elemẽto. Si ergo debet differre ab eis oportet dare nouam contrarietatem, vtputa dulce & amarum, & si hoc sextum elementum ponitur dulce alia elementa erunt amara, vt à tali elemento secundum ꝙ huiusmodi formaliter differunt. Posset etiam & aliter responderi & magis ad propositum sed hoc hic taceatur quod statim in alijs dubitationibus ostendetur.

Dubitaret etiã vlterius aliquis ꝙ non oportet si sunt infinita elementa, & quodlibet elementorum differt ab alio ꝙ in vnoquoq; elemento sint qualitates per quas differat ab infinitis elemẽtis, potest.n. aliquid per vnam differentiam differre ab infinitis rebus, si.n. essent infinite species bestiarum homo per vnam differentiam, vt per hoc ꝙ est rationale differret ab omnibus alijs, poterit ergo vnum elementum differre ab infinitis elementis per vnam differentiam. Ad hoc autem dici potest ꝙ differentiæ formales elementorum de quibus loquimur sunt qualitates primæ actiue & passiue, qualitates autẽ & contrarietates primæ ideo sic nominate sunt, quia semper altera pars contrarietatis inest alicui elementorum, quodlibet.n. elementum vel est calidum vel est frigidum, vel est humidum vel est siccum, & quot sunt contrarietates tot qualitates insunt cuilibet elemento. Ideo.n. quodlibet elementum constat ex duabus qualitatibus: quia sunt due primæ contrarietates, vna est calidi & frigidi, alia humidi & sicci. Cum ergo infinita elementa non posint differre, nisi per infinitas contrarietates, si infinita essent elementa, infinite qualitates essent in vnoquoq;, non est ergo simile de differentia primarum qualitatum, & de alijs differentijs vt ratio supponebat.

Dubitaret etiam vlterius aliquis dicens, ꝙ non oportet si sint infinite qualitates elementorum ꝙ sint infinite contrarietates, semper.n. vna contrarietas est duarum qualitatum, vt dulcis & amari est vna cõtrarietas, calidi & frigidi alia, erunt ergo duplo plures qualitates q̃ contrarietates, si ergo qualitates sunt infinite contrarietates non erunt infinite, quia tũc pars equaretur toti, & subduplum duplo, cum infinitum non sit maius infinito. Philosophus autem in litera videtur vtrunq; pari ratione concludere, videlicet, ꝙ posito infinito numero elementorum erunt infinite qualitates & contrarietates in eis. Ad hoc autem dici potest ꝙ in argumento est falsa accidentis, in numero enim quia crescit in infinitum nõ sunt plures binarij q̃ quaternarij, sicut.n. dicere possumus duo, quatuor. sex. octo. & semper sic addendo binarium in infinitum, ita possumus quatuor, octo. 12. & semper addere quaternarium in infinitum. Cum ergo infinitum nõ sit maius infinito: quia in numero sunt infiniti binarij & infiniti quaternarij, ergo tot sunt ibi quaternarij quot sunt binarij, & quia quilibet quaternarius continet duos binarios duplo plures erunt ibi binarij q̃ quaternarij, binarij ergo numerorum sunt equales quaternarijs: & sunt duplo plures eis, quod est inconueniens, sed sic dicendo instamus dubitationi, sed non soluimus ad formam arguendi. Notandum ergo ꝙ infinitum ẜm quòd huiusmodi non habet rationem totius nec perfecti, vt potest haberi ex. 3. Physico. Tex.c 66 omnis ergo illa argumentatio quæ respicit duplum & subduplum triplum & subtriplum, vel qualitercunque respiciat partem & totum accidit & est extranea ab infinito. Binarius ergo ad quaternarium potest operari dupliciter, vel vt dicit quid terminatum, & vt respicit numerum terminatum, & sic est pars eius, quia finito & terminato potest competere ratio totius & partis, sed si ternarius & quaternarius accipiantur vt habent ordinẽ ad infinitum numerum, quia infinito accidit ratio totius, nec se habet vnum ad aliud vt totum, nec vt pars, totum.n. & pars dicunt aliquid terminatum, non.n. essent. 4. totum ad duo, nisi haberet terminatas vnitates, & dualitas non esset pars eius nisi vnitates determinatas haberet. Infinito autem accidit terminatio & est extranea ab eo. non ergo obstante quòd binarij sunt duplo plures q̃ quaternarij, in numero tamen infinito tot sunt quaternarij quot binarij, sic non obstante quòd qualitates sint duplo plures q̃ contrarietates, si tamen essent infinite qualitates essent infinite contrarietates.

Ex hoc autẽ melius patere possunt dubitationes præmisse, si elementa crescerent in infinitum cum in infinito non sint plures binarij q̃ quaternarij vel etiam q̃ octonarij, immo in infinito tot sunt centenarij vel etiam millenarij quot binarij, sicut.n. non deficiet numerus accipiendo infinitos binarios addendo duo. 4. in infinitum, sic non deficiet accipiendo infinitos millenarios, addendo mille duo millenarij in infinitum. Si igitur ponantur infinita elementa addere nouam contrarietatem possumus per eam duplare elementa, vt si due contrarietates constituunt 4. elementa, tres contrarietates constituant octo, & quatuor sexdecim, & sic deinceps quicquid ponatur, siue finita sunt elementa, oportet dare infinitas contrarietates & infinitas qualitates in eis. Nunq̃ enim erunt infinita elementa sic multiplicando & addendo. 4. 8. 16. & sic deinceps, nisi accipiantur infinite multiplicationes, & quia infinite multiplicationes requirunt infinitas contrarietates. Infinite autem contrarietates infinitas qualitates ponendo numerum elementorum infinitum oportet ponere infinitas contrarietates & infinitas qua-

Tex.c.36 tas qualitates in eis. Cum ergo dicit philosophus ꝙ addendo quintum elementũ oportet addere nouam contrarietatem & nouam qualitatem elementis prioribus, & addendo sextum oportet etiam addere nouam contrarietatem & nouam qualitatem, per additionẽ quinti vel sexti intellexit quãcunq; multiplicationem elementorum requirentem nouam cõtrarietatem, quia ex quo elementa ponuntur infinita, infinitas tales multiplicationes conuenit ponere in eis, & per consequens infinitas contrarietates & qualitates, quod declarare volebamus. Deinde cum dicit.

Quapropter in quædam quidem nunquam transmutatio erit. v.g. si infinita media necesse infinita elementa.

Concludit tria inconueniẽtia. Secunda pars ibi [Amplius autem.] Tertia ibi [Fiunt autem.] Primum inconueniens est tale, ꝙ si sunt infinita elementa in quædam eorum nunq; erit trãsmutatio: quia extrema nunquam transmutabuntur in extrema. v.g. si sunt infinita elemẽta necesse est infinitum elemẽtum pertransire antequam deueniamus ad hoc ꝙ extremum conuertatur in extremum. Notandum autem ꝙ non est possibilis transmutatio extremorum nisi sit possibilis trãsmutatio omnium mediorum, si ergo media sunt infinita nunq̃ extrema transmutabuntur. Deinde cum dicit.

Amplius autem neque ex aere in ignem transmutatio si infinite contrarietates generate.

Ponit secundum inconueniens: quia non solum extremum transmutabitur in extremum, sed quod amplius est proximum non trãsmutabitur in proximum, vt ex aere non erit transmutatio in ignem, si pro quia: quia infinite sunt contrarietates elementorum, & per consequens infinite qualitates sunt in vnoquoq; elementorum. nunquam ergo erit generatio aliqua: quia contingeret infinita pertransire. Deinde cum dicit.

Fiunt autem & omnia vnum, necesse. n. existere omnes in inferioribus quidem. p. quæ superiorum, his autem quæ inferiorum, quapropter omnia vnum erunt.

Ponit tertium inconueniens. nam ponere infinita elementa & infinitas qualitates ex eis, est dicere ꝙ omnia elementa fiunt & sunt vnum elementũ: quia. p. & quia omnes qualitates infinitorum necesse est existere his. s. superioribus, quapropter omnia elementa erunt vnum elementum. Notandum autem ꝙ per ly. p. intelligit omnes qualitates elementorum, si ergo quodlibet elementum habet infinitas qualitates quodlibet habebit oẽs qualitates, cum vnum non distinguatur ab alio, sed erunt oĩa elementa vnum elementum quę sunt superiorum necesse est existere in inferioribus, & qualitates quę sunt inferiorum necesse est existere his. i. superioribus.

Dubitaret forte aliquis ꝙ non oportet si omnes qualitates quæ sunt in vno elemento, sunt in alio elementa non differre. poterant. n. distingui per suas formas substantiales amota distinctione per qualitates actiuas, & passiuas. Ad hoc autem dici potest ꝙ diuersitas qualitatum in elementis sequitur ex diuersitate naturali. si ergo essent he quidem qualitates in vno quæ in alio, esset eadem natura omnium elementorum, & omnia elementa essent vnum elementum, licet. n. aliud sit forma substantialis ignis, & aliud qualitates eius, tamen statim cum elementum aliquod adeptum est omnino qualitates ignis statim fit ignis, sic si vnum elementum haberet omnino qualitates alterius, vnum elementũ fieret aliud. Ad hoc etiam idem facit: quia sicut res se habet ad esse, ita se habet ad vnitatem & distinctionẽ, sicut ergo ignis non remanet in suo esse naturali sine proprijs qualitatibus, ita non remanet in esse distincto sine qualitatibus distinctis, si ergo omnia elementa haberent easdem qualitates omnino essent vnum & idem elementum, quod probare volebamus.

Admirabitur autem aliquis aliquos dicentes vno corporum elementa plura vt non transmutent inuicem, sicut Empedocles inquit. quomodo contingit eis dicere comparabilia elementa. Sed tamen dicit sic: hæc enim equalia esse omnia.

Quia philosophus dixerat elementa esse adinuicem transmutabilia. Ideo hic specialiter repræhendit Empedoclem qui hoc negauit. Circa quod duo facit. quia primo ostendit ꝙ Empe. secundum ea quæ dixit non potuit negare elementorum transmutationem. Secundo ex hoc vlterius descendit, & ostẽdit ꝙ Empe. secundum ea quæ posuit non potuit saluare transmutationes naturales. Secunda ibi [Sed augmentat o.] Circa primum duo facit. quia primo ait ꝙ oportuit Empe. secundum ea quæ dixit ponere transmutationem elementorum. Secundo quod dixerat probat. ibi [Si ergo secundum quantum.] Dicit ergo ꝙ admirabitur aliquis aliquos dicentes. i. de his qui reputant se philosophos & credunt se aliquid dicere mirabitur hoc de eis si ponant elementa corporum plura vno, ita tamen ꝙ non transmutent se adinuicem, sicut Emped. inquit & ponit: quia si sunt elementa intransmutabilia, quomodo contingit dicere eis. s. Empe. & suis sequacibus, elementa esse comparabilia. Ideo subdit ꝙ tamen Empe. cum hoc ꝙ ponit elementa intransmutabilia dicit sic, ꝙ hæc omnia elemẽta contingit esse cõparabilia & equalia. Deinde cum dicit.

Si ergo secundum quantum necesse idem aliquid esse existens in omnibus comparabilibus quomodo. n. mensuratur? ver. g. si ex aque pugillo erunt pugilli aeris decem idem aliquid erit igitur ambo sic mensurantur eodem.

Probat quod dixerat, videlicet, hoc stare non posse ꝙ elementa sint comparabilia & equalia, & tamen sint intransmutabilia, vt Emped. ponebat. Circa quod duo facit. quia primo ostendit elementa esse transmutabilia si sunt equalia secundum quantitatem. Secundo quòd sunt transmutabilia si sunt equalia secundum qualitatem. Secunda ibi [Si aũt non sic secundum quantum.] Dicit ergo quòd si elementa sunt equalia & comparabilia secundum quantum, necesse est idem esse existens in omnibus talibus comparabilibus: quia quõ mensuratur & adequatur aliquid alicui secundum quãtitatem, supple si non existit aliquid in eis quo mensuretur. q. d. nullo modo. v. g. si ex pugillo aque erunt decem pugilli aeris idem aliquid erit in eis: quia erit in vna & eadem materia, & sic ambo. s. aer & aqua mensurãtur eodem, ex hoc. n. ex vno pugillo aque fiunt decem aeris; quia tanta materia quãta est sub vno pugillo aque est postea sub decem aeris, & quia habentia eandem materiam sunt adinuicẽ transmutabilia. si elementa sunt sic equalia adinuicem transmutantur. Deinde cum dicit.

Si autem non sint secundum quantum comparabilia, vt quantum ex quanto, sed secundum quantum potest. v. g. si pugillum aque equaliter potest infrigidare & decem aeris, & sic secundum quantum, non secundum id quod quantum comparabilia, sed secundum id quod possunt aliquid, erit ergo & non quanti mensuram comparare, & secundum potentias & secundum proportiones. v. g. vt hoc calidum, hoc autem album, hoc autem vt hoc significat, in equali quidem simile in quanto autem equale. Tex.c.3 Tex.c.

Quia forte diceret Empe. quòd ipse non ponebat elementa equalia secundum quantitatem, sed secundum qualitatem. Ideo hic philosophus ostendit quòd si ponuntur equalia secundum qualitatem nihilominus sunt transmutabilia. Circa quod duo facit. quia primo ostendit quomodo elemẽta possunt poni equalia secundum qualitatem. Secundo ex hoc arguit ea esse transmutabilia. ibi [Inconueniens igitur.] Dicit ergo quòd si elementa non sunt sic comparabilia secundum quãtum, vt fiat quantum Tex.c.

quantum ex quanto, sed sunt comparabilia secundum quantum potest.i.secundum virtutem & qualitatem. v.g.si pugillus aque dicimus ꝙ potest equaliter infrigidare, sicut & decem aeris, & sic secundum quantū virtutis non secundum id quod est quantum molis siue secundum virtutem & non secundum quantitatem simpliciter comparabilia sunt elementa, vt ſm id quod aliquid possunt verum: quia equalitas secundum potentiam & virtutem potest intelligi, vel secundum virtutes diuersas, vt si diceremus tantum aquā posse infrigidare quantum aerem calefacere, & hoc proprie non est equa-
Tex.c.77 litas, sed proportio, nec sic videbatur intelligere Empe. vt Cōmen. ait. Alio modo potest intelligi equalitas secundum eandem virtutem & qualitatem, & sic magis mensuratur nomen equalitas. Ideo ait, erit ergo non comparare mensuram quanti secundum potentias & virtutes diuersas, siue secundum proportionem. v. g. vt hoc calidum, & hoc album: quia hoc vt hic.i.equale in eo ꝙ equale, in quali significat simile, in quanto autem
Tex c.15 significat equale. Notandum autem ꝙ equale simile & idem vnitatem important, vt dicitur.5. Meta. quia vnum in substantia facit idem vnum in qualitate simile. vnum in quantitate equale, verum quia qualitas aliqua, vt virtus & potentia habet aliquo modo rationem quanti. Ideo secundum talem quantitatem potest attendi equalitas, sed quia equalitas vnitatē dicit, talis equalitas debet attendi secundum vnitatem virtutis, vt dicamus vnus pugillus aque potest tm̄ infrigidare quātum decem aeris, non autem debet attendi secundum diuersas potentias & virtutes, vt ꝙ aqua posit tantum dealbare quantum aer calefacere. Ideo equale proprie dicit vnum in quantitate, extenso tamen nomine potest dicere vnum & simile in qualitate. Valde tamē improprie diceret diuersum & dissimile in qualitate. si ergo Empe. ponebat elementa esse equalia, nisi valde improprie acciperet equalitatem, oportet ꝙ essent comparabilia vel secundum eandem qualitatem vel secundum eandem quantitatem. Deinde cum dicit.

Inconueniens ergo videbitur si corpora immutabilia entia non proportione comparabilia, sed mensura potentiarum & quòd esse equale calidum, aut simile. ignis tantum & aeris multiplex. idem enim est plus, quia homogeneos talem habebit relationem.

Ostenso quomodo potest accipi equale in qualitate, arguit contra Empedoclem dicens, ꝙ inconueniens videbitur si corpora elementorum sunt entia immutabilia, & non sunt comparabilia proportione.i.secundum diuersas virtutes & potētias, quia tunc non essent equali. sed comparantur mensura potentiarum quod est esse equale calidum aut simile, vt si diceremus ꝙ modicum ignis habet vim tantam sicut multum aeris. Cum igitur id & plus dicāt aliquid homogeneos. i. aliquid eiusdem rationis, si elemēta sunt sic comparabilia vnum & aliud habebit talem resolutionē.i.talem proportionē quod cum ipso communicabit in materia, & poterit transmu-
Tex.c.37 tari in illud. Notandum autem ꝙ secundum Cōmen. quæ habent sic equalitatem & participant secundum eandem rationem vnam qualitatem & vnam virtutem
Tex.c.10 & potentiam, sunt eiusdem generis, & quia vnitas generis est quasi vnitas Meta. vt dicitur.5. Meta. quę sunt sic comparabilia habent vnam materiam & sunt adinuicem transmutabilia. si ergo Emped. ponebat elementa equalia, siue acciperet equale secundum quantitatem, siue secundum potentiam & virtutem cogebatur ad dicendum elementa esse adinuicem transmutabilia. Deinde cum dicit

Tex.c.38 *Sed neque augmentatio vtique erit secundum Empedoclem, sed secundum adiectionem. igne autem augetur ignis. auget enim puluis proprium genus, ether autem ethera, hæc autem adiunguntur. videntur autem non sic augeri quæ augentur.*

Ostendit Empedoclem secundum ea quæ dixit non potuisse saluare transmutiones & motus quos in natura videmus, motus autem large sumptus per philosophum in.3. Physi. est in quatuor generibus. s. in substan- Tex.c.39 tia, vt generatio, & quantitate, vt augmentatio. in qualitate, vt alteratio. in vbi, vt loci mutatio. Quatuor ergo facit. quia primo ostendit ꝙ Emped. non potuit saluare augmentum. Secundo ꝙ non potuit saluare generationem. Tertio ꝙ non motum localem. Quarto ꝙ non alterationem. Secunda ibi [Multum autem difficilius.] Tex.c.39 Tertia ibi] Amplius autem de motu.] Quarta ibi [In- Tex.c.42 conueniens autem & si animam.] Dicit ergo ꝙ secundum Empedoclem non erit augmentatio. Empedocles enim non posuit augmentum fieri per alterationem & per conuersionem augmentatiuam in augmentum, sed dicit augmentum fieri secundum adiectionem, vt ignis augetur igne, & vnumquodque auget amplius suum proprium genus, vt ether auget ethera, & frumentum frumentum. hæc aūt adiunguntur.i. hæc adiunctio & additio, quę autem augentur non videntur sic augeri. s. per solam additionem, sed requiritur ibi alteratio & conuersio. Deinde cum dicit.

Multum autem difficilius tradere secundum naturam de generatione. quæ autem generantur secundum naturam, aut semper, aut vt multum. ea autem quæ præter semper & multum abeuentu & fortuna. Quæ igitur causa ex homine hominem, aut semper, aut vt multum, & ex frumento frumentum, sed non oliuam. Tex.c.39.

Primo ostēdit ꝗ Empe. secundum ea quæ dixit non potuit saluare generationem. Secundo ostēdit quid est illud quod dimisit Emped. quod facit ad generationem vniuscuiusq;. ibi [Hæc autem est substantia.] Notandum autem Empe. posuisse causas rerum casum & fortunam, litem & amicitiam, & quatuor elementa. Duo ergo facit. quia primo ostendit eum non potuisse saluare generationem rerum cum posuerit principium entium casum & fortunam. Secundo ostendit ꝙ non potuit saluare generationē prout posuit principia entium litem & amicitiam & quatuor elementa. Secunda pars ibi [Aut si ita componantur.] Dicit ergo difficile fuit Tex.c.40 Empedocli saluare augmentum, sed multo difficilius erit tradere.i.tractare de generatione secundum naturā. Nam secundum casum & fortunam talem generationem saluare non potuit: quia quæ generātur secundum naturam, aut sunt semper, aut sunt multum.i.frequenter. quæ autem sunt ab euentu & à fortuna præter secundum & multum. quæ ergo est causa ex homine generari hominem, aut semper aut multum, & ex frumento frumentum & non oliuam, semper.n. aut vt frequenter ex simili simile producitur, non fit oliua ex frumento, sed frumentum. fortuna ergo quę est vt raro horum causa esse non poterit. Deinde cum dicit.

Aut si ita componatur os, non.n. vt contingit conuenientibus nihil generatur, quemadmodum illæ inquit, sed ratione aliqua. quæ igitur horum causa, non.n. ignis aut terra. Sed tamen neq; amicitia neque lis. congregationis.n. solum, hæc autem segregationis causa. Texc.40 Tex.c.41

Ostendit quòd Empe. non potuit saluare generationem ponendo principia litem & amicitiam & quatuor elementa, quòd si componatur aut os aut caro non fit hoc fortuitu, quemadmodum illæ inquit, sed aliqua ratione. Nam conuenientibus elementis vt contingit.i. fortuitu nihil generatur. semper ergo fit generatio per rationabilem vnionem elementorum. quæ igitur erit causa horum. videlicet. quòd elementa mixta fiunt rationabiliter non fortuitu, vnum aliquid. hæc autē causa

non

non erit ignis aut terra aut quatuor elementa: quia cum hic ſint plura oportet dare vnum aliquid ꝙ vniat hic in mixto, ſed tamen patet ꝙ huiuſmodi cauſa nõ erit amicitia aut lis: quia amicitia eſt ſolum cauſa congregationis, hic autem.ſ.lis eſt cauſa ſegregationis, ad hoc.n.ꝙ plura fiant vnum mixtum non ſufficit ꝙ congregentur, ſed reſultet ibi vna natura & vna forma vniens huiuſmodi miſcibilia. Deinde cum dicit.

Hæc autem eſt ſubſtantia vniuſcuiuſq;, ſed non ſolum & mixtio & ſeparatio mixtorum, quemadmodum illæ inquit. fortuna enim ad equale nominatur, ſed non eſt ratio. eſt.n. miſceri vt contingit. nam igitur entium cauſa eſt ita habere & vniuſcuiuſque natura hæc de qua nihil dicit, nihil igitur de natura dicit. Sed tamen & bonum eſt hoc & optimũ.

Quia rationabile vnionem non poſſumus ſaluare per principia Empedoclis, videlicet, per litem amicitiam & quatuor elementa, ideo hic philoſophus addit quid eſt illud quod facit hanc rationabilem vnionem: quia hæc eſt natura & forma ſubſtantialis. verum quia Empe. volendo loqui de natura rerum loquæbatur ſolũ de mixtura, ideo duo facit. quia primo ait formam ſubſtantialem eſſe cauſam generationis mixti. Secundo increpat Empedoclem de mixtione quã credebat eſſe naturam & ſubſtantiam rerum. Secundo ibi [Hic autem mixtionem.] Dicit ergo ꝙ hęc quę eſt cauſa generationis vniuſcuiuſq; eſt ſubſtantia.i.forma ſubſtantialis & natura vniuſcuiuſq;: & non ſolum eſt cauſa huiuſmodi mixtio & ſeparatio mixtorum, quemadmodũ illę Em. inquit. Nam & fortuna quę ſm ipſum faciebat ad gñationem nominatur ad equale: quia non eſt magis cauſa ꝙ ſit ſic q̃ aliter, ſed non eſt ratio ꝙ cauſa gñationis non ſit magis cauſa ꝙ ſit ſic q̃ aliter. Oportet.n.ꝙ determinate gñationis ſit determinata cauſa. vel aliter fortuna quę nominatur ad equale, & non magis eſt cauſa ꝙ ſit ſic q̃ aliter: qa nullius eſt cauſa per ſe & determinate, ideo non eſt ratio ꝙ ſit cauſa generationis: quia ſecũdum iſtam viam non eſſet miſcere per ſe & determinate, ſed vt cõtingit. Natura entiũ cauſa eſt ꝙ ita ſe habent miſcibilia in mixto, & addit ꝙ natura vniuſcuiuſq; eſt hæc.i.cauſa generationis in vnoquoq;, de qua natura eſt quid bonũ & optimum in vnoquoq;. Deinde cum dicit.

Hic autem mixtionem ſolum laudat, etenim & elementa ſegregat non lis, ſed amicitia quæ natura deo priora, dicitur autem & hæc.

Quia Empedocles credebat naturam rerum eſſe mixtionem, repręhendit ipſum de mixtione. & ſpecialiter increpat eum de illa mixtione quam multum laudabat dicens, ꝙ hic.ſ.Emped. ſolum laudat mixtionem illam ſupple qua compoſitus eſt deus. Volebat.n.Emped.ꝙ deus.i. orbis cœleſtis eſſet compoſitus ex quatuor elementis & amicitia ſiue lite. ideo illam mixtionem laudabat: quia per hoc dicebat cœlũ eſſe incorruptibile, quia ad compoſitionem eius veniebat ſolum amicitia, non lis. Contra quod arguit philoſophus dicens, ꝙ elementa quæ ſunt ſecundum Empedoclem natura priora deo congregat, non lite ſolum, ſed amicitia, dicitur autem & hic.ſ.amicitia ſegregare elementa, erit igitur deus.i. orbis cœleſtis corruptibilis. Notandum autem ꝙ naturaliter vnumquodq; habet maiorem amicitiam ad genus proprium q̃ ad alienum. Si ergo ignis propter amicitiam dimittit propriam ſphæram & congregatur cum alijs elementis, multo magis per amicitiam dimittet alia elementa & redibit ad propriam ſphæram, propter quod ſi quatuor elementa & amicitia ſiue lite componunt cœlum: quia ſufficit amicitia, vt illa elementa ſeparentur & redeant ad propria loca contingit cœlum corrumpi, quod eſt omnino inconueniens.

Amplius autem de motu dicit ſimpliciter, non enim ſufficit dicere quoniam amicitia & lis mouent, ſed non hoc fuit amicitie eſſe, quòd motu tali, liti autem quòd tali. oportebat igitur aut determinare aut ſupponere aut demonſtrare, aut certe, aut molliter, aut aliter qualiter.

In iſta philoſophus repræhendit Empedoclem: quia non potuit congrue ſaluare motum localem, nec fuit locutus de eo vt debuit. Circa quod tria facit. quia primo increpat Empedoclem circa talem motum: quia non fuit locutus rationabiliter. Secundo increpat eum: quia fuit locutus contra rationem. Tertio: quia loquendo de motu contradixit ſibi. Secunda ibi [Amplius autem qm̃ videntur.] Tertia ibi [Simpliciter autem niſi amicitia.] Dicit ergo primo ꝙ Empe. loquendo de motu dicit ſimpliciter.i.narrat & non aſsignat rationem dicti, propter quod non loquitur rationabiliter, non.n.ſufficit dicere, quoniam amicitia & lis mouẽt: quia hoc non fuit amicitie eſſe.i.non eſt de ratione amicitie ꝙ moueat motu tali, vt quòd congreget elementa, nec eſt de ratione litis ꝙ moueat motu locali. Oportebat ergo ſi volebat loqui rationabiliter, aut determinare molliter per rationem probabilem, aut monſtrare certe per ſyllogiſmum demonſtratiuum, aut ſupponere qualiter aliter ſic erat principium & per ſe notum. Notandum aũt ꝙ petere principium non eſt malum, principia.n. ſunt ponenda & ſupponenda, ſed petere quod eſt in principio.i.petere effectum & concluſionem quæ eſt in principijs ſicut in ſuis cauſis malum eſt: quia non probatur quod probari debet, principium & per ſe notum eſt quando prædicatum eſt de ratione ſubiecti, ſi ergo eſſet principium ꝙ amicitia & lis mouerent, vt Emp. dicebat, eſſet in amicitie, eſſe.i.eſſet de rõne amicitie, vel eſſet de rõne litis talis motus. Ad hoc autem excludẽdum ait philoſophus ꝙ non eſt amicitie eſſe, mouere motu tali, ſed ſi non eſt de rõne amicitie ſic mouere, ꝙ ipſa moueat tali ergo Empedoclem motu, nec eſt principium, nec per ſe notũ. oportebat non ſupponere hoc ſicut principium, ſi volebat rõnabiliter loqui, ſed debebat aſsignare rationem probabilem vel demonſtratiuã. Deinde cum dicit.

Amplius autem quoniam videntur & vi & præter naturam moueri & corpora, & ſecundum naturam. v. g. ignis quidem ſuperius non vi, inferius autem vi, vi autem ei quod ſecundum naturam. contrarium autem eſt quod vi. eſt igitur & ſecundum naturam moueri. hanc igitur amicitia mouet aut non. contrarium n. terram ſuperius & ſegregationi aſsimilatur, & magis lis eſt cauſa eius qui ſecundum naturam motus quàm amicitia, quapropter & vniuerſaliter præter naturam amicitia erit magis.

Oſtendit fuiſſe locutum contra rationem dicens, ꝙ corpora videntur moueri vi.i.violenter, mouere autem vi eſt contrarium ei quod eſt ſecundum naturam. Eſt igitur moueri quod eſt vi & quod eſt ſecundum natu- Tex.c. ram, & quia eſt duplex motus, violentus & naturalis, hanc.ſ. motionem naturalem amicitia mouet, aut non q.d.ꝙ non, propter quod Emped. loquæbatur contra rationem, quia ponebat amicitiam mouere motu naturali, ponebat.n.amicitiam congregare, ſed nunq̃ congregantur elementa, niſi vel ignis deſcendat ad terram vel terra aſcendat ad ignem, ſed contrarium.i.contra naturam eſt terræ ſuperius ire, motus ergo naturalis non eſt congregationi, ſed congregationi aſsimilatur, tunc.n. mouentur elementa naturaliter quando ſegregãtur, & quodlibet vadit ad propriam ſphæram. magis ergo lis cauſa eſt eius motus qui eſt ſecundum naturam q̃ amicitia, quapropter & vniuerſaliter præter naturam amicitia erit magis mouens q̃ lis. Notandum ergo quòd Empe. fuit repræhenſibilis, quia non loquebatur rationabiliter: quia non aſsignauit ſufficientem rationem dicti ſui,

cti sui. Secundo repræhensibilis erat: quia loquæbatur contra rationem. dicebat.n.amicitiam magis esse causam motus secũdum naturam quàm contra naturam. Et patet ꝙ magis econtrario debuit dicere.

Dubitaret forte aliquis dicens, ꝙ non oportet ignem descendere ad terram, vel terram ire superius ad ignem, si debeat fieri mixtio. potest.n.generari vnum elementum ex alio. ergo poterit esse mixtio omniũ elementorum absq; eo ꝙ ignis descendat à propria sphæra, sed generabitur circa locum mixtionis ex aliquo elemento. Ad hoc autem dici potest ꝙ si hoc habet dubium apud nos qui ponimus vnum elementum generari ex alio. quod dubium declarari habet in capitulo de mixtione. Ibi enim quærendum est vtrum oporteat ignem descendere à propria sphera vt fiat mixtio. tamen apud Empe. non est dubium. Nam cum negaret transmutationem elementorũ si debeat fieri mixtio ipsorum oportebat ignem descendere ad terram inferius, vel terram ire superius ad ignem.

Dubitaret forte vlterius aliquis Vtrum si terra ascenderet superius vt misceretur igni, vel si ignis descenderet inferius vt misceretur terræ. vtrum talis motus esset simpliciter violentus. Nam fluxus & refluxus maris naturalis est: quia à causa superiori aut à luna. & tamen videtur esse contra naturam aque quòd ascendat & fluat. Cum ergo mixtio fiat virtute supercœlestis corporis, licet fit contra naturam particularem ignem descendere, tamen quia hoc esset à causa superiori & à natura vniuersali, magis videretur esse naturalis talis motus quàm violentus. Ad hoc autem dici potest quòd Vtrum talis motus esset naturalis vel violentus declarari habet in capitulo de mixtione. prout tamen spectat ad propositum, motus illæ magis esset violentus quàm naturalis, quia Empedocles non posuit ignem descendere & intrare radices terrę per aliquam naturam superiorem, vt virtute cęlestis corporis, sed dixit hoc esse casu & fortuitu, vt patet per ea quæ statim post de ipso dicuntur.

Dubitaret etiam vlterius aliquis, quia non est motus violentus nisi sit motus naturalis, ideo est violentum ignem descendere, quia est naturale ei ascendere, motus autem naturalis nunquam esset in rerum natura nisi esset natura & forma substantialis. Empe. ergo quia negauit naturam & substantialem formam non potuit ponere, nec motum naturalem nec violentum. ergo secundum Empedoclem motus illæ non erat violentus. Ad hoc autem dici potest quòd simpliciter nec violentum nec naturale possumus saluare secundum opinionem Empedoclis, quia non ponebat vt debebat naturas rerum, cum eo modo quo de natura rerum loquæbatur oportebat eum ponere violentum & naturale, & ideo forte signanter philosophus non dixit ꝙ lis esset causa motus naturalis, sed ait ꝙ magis est causa motus naturalis quàm lis. Deinde cum dicit.

Tex.c.44 *Simpliciter autem nisi amicitia aut lis mouet eorum corporum nullus motus est neq; mora, sed inconueniens. Amplius autem videntur mota. segregat.n.quidem lis, ductus est autem superius ether non à lite, sed quandoq; inquit vt à fortuna. sic.n.constituit currens tunc, multotiens autem aliter. Quandoq; quidem inquit innatum esse ignem superius agi. ether autem ingrediebatur terræ profundans radices.*

Ostendit ꝙ Emped. contradixit sibiipsi. Circa quod duo facit secundum ꝙ dupliciter hoc ostendit. Secunda ibi [Similiter autem & mundum.] Dicit ergo ꝙ Emp. ponebat ꝙ simpliciter nullus esset motus corporum neque mora.i.neq; quies nisi amicitia aut lis moueat, sed hoc est inconueniens: quia amplius præter amicitiam aut litem secundum ipsum videntur corpora esse mota à fortuna. Ideo subdit quòd segregauit quidem lis.i.aliquando lis mouit, sed tamen inquit quòd quandoque ether ductus est superius non à lite, sed à fortuna, tunc currens superius constituit illum motum sic.s. à fortuna & à casu, multotiens autem est aliter: quia non est talis motus à fortuna, sed ab amicitia vel lite, sic etiam inquit ignem innatum esse superius agi, & tamen quandoq; ipse ether vel ipse ignis secundum Empe. ingrediebatur profundas cauernas terræ, videbat enim Emped. aquam aliquam esse naturaliter calidam, & subtus terram aliquando esse ignem accensum, vt huius causam redderet, dixit ignem intrare fortuitu radices & cauernas terræ. ergo contradicebat sibi Empe. dicendo nullum motum esse præter litem & amicitiam, & tamen amplius præter hoc ponebat aliquando fieri motum à fortuna & casu. Deinde cum dicit.

Similiter autem & mundum similiter habere inquit in lite nunc & prius iu amicitia. quid igitur est quod mouet primum & causa motus, non.n.amicitia & lis, sed cuiusdam hæc causa. si vtiq; est illud principium.

Ostendit quòd sibi contradicebat alio modo, quia inquit mundum similiter se habere nunc in tempore litis & prius in tempore amicitie, volebat.n.ꝙ sicut nũc quod est tempus litis ignis moueretur superius naturaliter & inferius à casu. Ita prius tempore amicitie quando erat illud chaos cõfusum mouebatur similiter, quid igitur est principaliter causa motus non est amicitia & lis, sed hæc.s. lis & amicitia si est illud tale principium etiam causam motus cuiusdam.i.motus particularis, particularis enim motus est particulariter causa motus, quia est talis causa tempore amicitie, & lis tempore litis, sed vniuersaliter causa motus in omni tempore nec lis nec amicitia esse potest. Notandum autem ꝙ contradicebat sibi Empe. ponendo litem & amicitiam vniuersales & solas causas motus, & dicendo esse motum similem tempore litis & amicitie, quia vt ad ꝓpositum spectat contrariorum contrarie sunt causæ motuum dissimilium sunt causæ dissimiles, si ergo simili modo mouetur mundus tẽpore litis & amicitie, illius motus non erit causa nec lis nec amicitia. Deinde cum dicit.

Inconueniens autem & si anima ex elementis aut vnum aliquod eorum. alterationes.n.animæ quomodo erunt. v. g. musicum esse. & rursus si non musica, aut memoria aut & obliuio. Palam autem quoniam siquidem ignis anima passiones erunt, & quæcunq; igni secundum quòd ignis, si autem miscibile corporalia. harum autem nulla corporalis, sed de his alterius opus est contemplationis. Tex.c.45

Ostendit quòd Empe. non potuit saluare omnes alterationes animæ, ideo ait inconueniens esse animam esse ex elementis, aut esse aliquod vnum elemẽtorum, quia hoc posito quomodo erunt alterationes animæ. ver.g. musicum esse. q.d. talem passionem animæ per elementa saluare non possumus. Et rursus sine musica.i.præter musicam quomodo saluabitur in anima aut memoria aut obliuio. Palam.n.quòd si anima est ignis, erunt.i. inerunt ei quæcunq; sunt passiones ignis secundum ꝙ ignis, si autem anima nõ est ignis nec est vnum aliquod elementum, sed est miscibile & est aliquid compositum ex elementis, passiones quæ insunt animæ erunt corporalia solum, horum autem.i.harum passionum nulla est corporalis, ergo si anima est elementum vel ex elementis non poteris saluari quomodo aut sit musicum, memoria & obliuio: quia talia non sunt corporalia, addit autem quòd de his est opus alterius contemplationis. spectat enim hoc ad librum de Anima. de memoria & reminiscentia. Notandum autem quòd hæc est ratio contra Emped. oportebat enim secundum Empedoclem memoriam musicam & tales passiones corporales & proprie dictas, exquo ponebat animam vel esse elementum vel ex elementis, propter quod cum ex suis principijs

principijs has alterationes saluare non posset, dici potest quòd saluare non poterat vniuersaliter omnes alterationes vniuersales.

Tex c.46 *De elementis autem ex quibus corpora constituta sunt in quibus quidem videtur esse aliquid commune aut transmutari inuicem, necesse.n.si alterum horum, & alterum contingere. Quicunq;.n.non faciunt exinuicem generationem neq; ex vnaquaque nisi sicut ex pariete lateres inconueniens, quomodo enim ex illis erunt carnes & ossa & aliorum quodcunque.*

Vt dicebatur superius corpora naturaliter generabilia & corruptibilia sunt elementa, & per naturam elementorum sunt generabilia & corruptibilia elementata. Postquam philosophus determinauit de generatione elementorum. in parte ista determinat de generatione elementorum. Notandum autem ꝙ ponētes elementa intrāsmutabilia imposibile est saluare generationem mixtorum. Ponentes autem elementa transmutabilia non est imposibile eos saluare generationem talium, est tamen difficile. Duo ergo facit philosophus circa partem istam. quia primo præmittit hoc quod dictum est. Secundo quod dixerat manifestat. Secunda ibi [Illis enim qui dicunt.] Circa primum duo facit. secūdum ꝙ duo proponit. Nam primo ostendit ꝙ negantes transmutationes elementorum non possunt saluare mixtorum generationem. Secundo ait ꝙ concedentes elemētorum transmutationem generationem mixtorum defacili saluant. Secunda ibi [Habet autem quod dicitur quæstionem.] Dicit ergo ꝙ de elementis ex quibus sunt corpora constituta, in quibus videtur esse aliquod cōmune.i. quia videntur habere communem materiam. Ideo supple necesse est dicere de talibus elementis ꝙ contingit transmutari inuicem, necesse est.n.si alterum horū contingeret, & alterum.i.necesse est si elementa habēt vnam materiam ꝙ sint transmutabilia inuicem, & econuerso si sunt inuicem transmutabilia habent vnam materiam. sic ergo loquendum est de elementis ſm veritatem, sed quicunq; hanc veritatem negant & non faciunt generationem eorum exinuicem, non possunt saluare mixtionem, neq; ex vnaquaq; re mixta elementa generabuntur, nisi sicut ex pariete generantur lapides. Inconueniēs est.n.talis positio, quia hoc posito quō ex illis elementis erunt carnes & ossa, & quodcunq; aliorum mixtorum quasi dicat non est posibile. Deinde cum dicit.

Habet autem quod dicitur quæstionem & ex alterutris generantibus, quomodo generatur ex eis aliud aliquid præter hæc. dico autem. v.g. ex igne est aqua & ex hac generari ignem. est.n aliquod commune subiectum, sed vtiq; & caro ex eis generatur & medulla. hæc vtiq; generantur quō.

Ostendit quomodo ponentes transmutationem elementorum adinuicem de difficili saluant generationem mixtorum. dicens ꝙ existentibus generationibus elementorum ex alterutris, quod dicitur ibi.i.generatio mixtorum, de qua intendimus dicere & tractare habet quæstionem & difficultatem, quia quōcunq; generantur elemēta exinuicem difficile est videre quomodo generatur ex eis mixtum, quod est aliquid aliud præter hæc.i.præter elemēta. dico autem. v.g. ex igne est aqua, & ex hac.i.ex aqua contingit generari ignem, quia est eis aliquod subiectum cōmune, sed vtiq; & caro & medulla generantur ex eis, & quō vtiq; hæc mixta generantur difficultatem habet. Deinde cum dicit.

Illis quidem.n.qui dicunt vt Empe. quis erit modus, necesse.n.est compositionem esse, sicut ex lapidibus & lateribus paries, mixtura vtiq; hæc ex saluatis vtiq; erit elementis, secundum parua adinuicem compositis. Itaq; vtiq; caro
Tex.c.47 *& aliorum vnumquodq;. Contingit itaq; non ex quacunq; parte carnis generari ignem & aquam, quemadmodum si ex cera generatur vtique ex hac quidem parte sphæra. pyramida autem ex aliqua alia, sed contingebat ex alterutro alterutrum generari. hæc quidem igitur hoc generantur modo ex carne ex quolibet ambo, eis autem qui illo modo dicunt non contingunt, sed vt ex pariete lapis & lateres alterutrum ex alio loco & parte.*

Manifestat quod dixerat, & duo facit secundum ꝙ duo præmisit. primo.n.ostendit ꝙ negantes transmutationem elementorum non possunt mixtionem saluare. Secundo manifestat ꝙ ponentes talem trāsmutationem de difficili mixtionem saluant. Secunda ibi [Similiter autem & facientibus.] Dicit ergo ꝙ illis qui dicunt vt Emped. qui negabat transmutationem elementorum, quis erit modus mixtionis. veram.n.mixtionem saluare non poterant, necesse est.n.secundum eos mixturam esse compositionem elementorum, sicut paries est compositus ex lapidibus & lateribus, mixtura.n. hæc erit ex elementis saluatis & cōpositis adinuicem secundum parua. sic vtiq; dicendo caro & vnumquodq; aliorum mixtorum, sic contingit itaq; se habere quòd non ex qualibet parte carnis cōtingit generari ignem & aquam & alia elementa, quia non quælibet pars mixti erit mixta quemadmodum ergo si in cera imprimantur diuersæ figuræ, ita quòd ex vna parte generatur sphæra ex aliqua autem alia parte cere generabitur pyramidalis figura, sic ergo elementa erunt in mixto distincta & absq; confusione sicut distincte figuræ possunt esse in diuersis partibus cere. Sed vt dicebatur in capitulo de mixtione ex alterutro.i.ex qualibet parte mixti contingebat generari alterutrum.i.ex quolibet elemētorum, hic igitur elementa hoc modo generantur ex carne, quia ex quolibet.i.ex qualibet parte carnis generanṫ ambo.i.vtrunque, & etiam omnia miscibilia, sed eis qui dicunt isto modo non contingunt ista, sed vt ex pariete generātur lapides & lateres, quia alterutrum ex alia parte & alio loco generantur. sic generabuntur miscibilia ex mixto, qa ex alia & alia parte mixti generabitur aliud & aliud elementum, sic ergo loquentes veram mixtionem saluare non possunt. Notandum autem quòd si miscibilia essent in mixto saluata mixtio nō esset quid vnum. rursum, quia non esset ibi vna forma coniungens & retinens miscibilia, quodlibet elementorum tenderet in suum proprium locum. Si ergo ignis maneret sub propria forma in mixto non sisteret ibi, sed euolaret in regionē propriam, sic etiam & aer expiraret in proprium locum, nullum ergo mitum duraret nec existeret per aliquod tempus. Deinde cum dicit. t.c.27 31.

Similiter autem & facientibus vnam eorum materiam habet aliam quæstionem. quomodo erit aliquid ex ambobus. v.g. ex calido & frigido aut ex igne & aqua. Si.n.est caro ex ambobus, & neutrum eorum neq; rursus compositio saluatorum, quid relinquitur nisi materiam esse quod ex illis, alterius.n.corruptio aut alterum facit, aut materiam.

Ostendit ꝙ concedentes transmutationem elementorum de difficili mixtionem saluant. Circa quod duo facit. quia primo tangit huiusmodi difficultatē. Secundo tactam soluit. ibi [Quapropter qm.] Dicit ergo quòd similiter facientibus vnam materiā eorum elementorum si volunt saluare mixtionē, habet aliquam quæstionem .i.difficultatem. nam quō erit aliquid ex ambobus.i. quō erit mixtio. v.g. quō erit aliquid ex calido & frigido, aut ex igne & aqua, si.n.caro est ex ambobus & est neutrum eorum, quia nec est ignis nec aqua, neq; rursus compositio saluatorum, quia non manent elementa in mixto saluata sub ꝓpria forma, quid relinquetur ex illis elementis nisi materia, corruptio.n.alterius elementi vel facit alterum elemētorum, vt si corrūpatur vnum in aliud, aut facit materiam si non corrumpatur vnum elementum in aliud, sed resultet ex his elementis mixtis Tex.c.4.

aliquid

aliquid commune vtrisque: & quia non est eis quid commune nisi materia, & quia relicta sola materia non fit mixtum non erit mixtio ex eis. Deinde cum dicit.

Quapropter & quoniam est & magis & minus calidum & frigidum, quando quidem est simpliciter alterum actu, potentia alterum erit, quando autem non omnino, Sed vt quidem ens calidum & frigidum. vt autem frigidum calidum, quia quæ miscentur corrumpunt intentiones adinuicem, tunc neque materia erit, neq; illorum contrariorum actu simpliter, sed medium.

Soluit ad difficultatem tactam. Circa quod duo facit. quia primo facit quod dictum est. Secundo ex solutione data assignat modum mixtionis. Secunda ibi [Secundum id vero quod est potētia.] Dicit ergo quapropter qm̄ contingit esse aliquid magis & minus frigidū quando quidem contraria congregantur, sed alterum est simpliciter in potentia. alterum vero in actu. i. si alterum potentius dominatur non erit mixtio, sed alterum .i. erit generatio alterius elementi. sed qn̄ alterum contrariorum non omnino dominatur, sed generatur ibi aliquod mixtum quod est vt calidum & frigidum, & vt frigidum & calidum. quia non est aliquod contrariorum simpliciter, sed retinet aliquid de vtroque: quia tunc miscentur & corrumpuntur intensiones & excellentiæ contrariorum adinuicem & veniunt ad quoddam temperamētum, ideo tunc nec erit materia tm̄ nec actu simpliciter alterum illorum contrariorum, sed resultabit quoddam medium ex vtrisque. Notandum autem quod vna forma virtualiter cōtinetur in alia, vt forma imperfecta in forma perfecta. vegetatiua. n. reseruatur in sensitiuo. embrio. n. primo viuit vita plante, & postea sentit & viuit vita animalis, & adueniente sensitiuo vt cōmuniter ponitur cedit vegetatiua in potentia materię, vnde ipsa forma sensitiui secūdo introducta potest quicquid poterat vegetatiuum, propter quod vegetatiuum in sensitiuo reseruatur sed nō reseruatur ibi in propria forma, ita quod vegetatiuum plante sit actu & formaliter in sensitiuo bruti, sed reseruatur ibi virtualiter. quia sensitiuum in bruto potest quicquid potest vegetatiuum in plantis & amplius. vnde philosophus in. 2. de Anima in illo cap. potentiarum autem animæ, ait. vegetatiuū esse in sensitiua, sicut trigonum in tetragono. triāgulus. n. non est in tetragono actu, sed virtualiter, quia oēs anguli trigoni continentur in tetragono & adhuc plures. Non est ergo inconueniens vnam formam in per se ordinatis contineri in alia, vel etiam plures formæ virtualiter possunt contineri in vna, si per se ordinentur ad illam, vegetatiuum. n. continetur in sensitiuo quia per se ordinatur ad ipsum, sic etiam sensitiuum & vegetatiuum in intellectiuo continentur, quia habent per se ordinem ad illud. Nam & si fm̄ quosdam in quolibet animali sunt plures formæ, tamen vt credo in nullo animali sunt plures animæ. Hoc viso patet qūo dicere possumus omnes formas miscibilium reseruari in forma mixti, quia per se ordinantur ad illam, patet ergo formas elemētorum reseruari in mixto non formaliter & actu, sed potētia & virtute. Potest etiam hoc idem aliter declarari, quia vt superius dicebatur, caliditas primo competit igni, humiditas aeri, frigiditas aqua, siccitas terræ. Sic ergo quicquid est calidum est calidum per naturam ignis, vt probatur. 2. Meta. quodlibet mixtum est calidum, quia est ibi aliquo modo igneum, & est humidum quia est aereum, & frigidum quia est aqueum, & siccum quia est terreum, mixtum ergo quia quodammodo habet in se oēs istas qualitates potest dici igneum, aereum, aqueū, & terreum, quod non esset nisi in eo aliquo modo reseruarentur omnia elementa miscibilia. Esse ergo elementa in mixto virtute dupliciter potest intelligi, vel quia formæ substantiales elementorū virtualiter continentur in forma mixti, vel quia virtutes actiue & passiue elementorum aliquo modo reseruantur in mixto. Mixtum. n. quia respectu ignis & aque tenet medium, & est quodammodo tepidum congregat in se aliquo modo calidum & frigidum, sic etiam quæ tenet medium inter aerem & terram & est quid quodāmodo temperatum, congregat in se aliquo modo humidū & siccum, quapropter aliqualiter omnes. 4. qualitates congregantur in mixto. Notandum quod calidum vel aliquam aliam primam qualitatem dupliciter aliquid habere potest ex ordine primarum qualitatū adinuicem, vel ex ordine primarum qualitatum ad prima corpora. licet. n. aer nō sit primo calidus, nec mixtum sit primo calidum, sed vtrunque sit tale ex ordine ad aliud, huiusmodi tn̄ ordo aliter reseruatur in aere & aliter in mixto. Aeri. n. competit calidum ex ordine ad humidū aereum, humidum enim aereum est quasi per se instrumentū calidi, & per se substernitur calido. Ideo aer cum sit primo humidus, oportet quod deinde & quasi ex consequenti sit calidum, in mixto autem non sic. Non. n. est mixtum calidum, quia & per se & primo competit aliqua qualitas prima & ex ordine ad illam competat ei caliditas, sed ideo est mixtū calidum, quia habet ordinem ad primum calidū, vt ad ignem, & est humidū, quia habet ordinem ad primum humidum, vt ad aerem. Ideo aer ex eo quod dicitur calidum non dr̄ proprie participare ignē, nec debet dici mixtus, sed elementata participando qualitates primas sunt mixta, quia per eas participant naturas elementorū, cōpetit. n. eis habere tales qualitates non solum ex ordine eorum adinuicē, sed ex ordine ipsarum qualitatum ad prima corpora. Notandū etiam quod mixtio est primorum corporum & elemētorum proprie loquendo, ideo non quælibet participatio cuiuslibet naturæ facit mixtionem, propter quod si aliqua forma participat naturam aliquarum formarum, non oportet quod dicatur mixta ex illis. hæc autem difficilius declarari habent in cap. de mixtione. Notandum etiam quod non solum materia potest dici quid commune ipsis elemētis, sed etiam ipsa forma mixtionis inquantum in ea virtualiter reseruantur omnes formæ elementorum quid commune dici potest. Cum ergo arguitur si non remanet aliquod elementorum in actu, sed remanet aliquod commune. igitur remanet materia. arguitur ex insufficienti & peccat ratio per fallaciam consequentis. non. n. relinquitur sola materia ex mixtione, sed resultatur in quædam natura tertia quæ potest dici quid commune & quid medium, vt ostensum est.

Tex.c.27 [?]1.

SEcundum id vero quod est potentia magis calidum aut frigidum vel contrarie alterutrum. secundum hanc rationem & ratione dupliciter calidum potentia quàm frigidum vel tripliciter. vel secundum alium talem modum erunt vtiq; mixta alia ex contrarijs elementis, aut ex elementis, & alia elementa ex illis potentia qualiter entibus. non ita vero vt materia, sed secundum prædictum modum, & erit ita quidem mixtio. illo vero modo materia secundum quòd generatur.

In parte ista determinat modum mixtionis, & tria facit. quia primo ostendit quis est modus mixtionis. Secundo manifestat quale medium est illud quod resultat ex mixtione, quia est medium diuisibile non punctale. Tertio probat omnia miscibilia concurrere ad generationem mixti. Secunda ibi [Quoniam autem patiuntur.] Tertia ibi [Omnia illa.] Dicit ergo quod secundum quod vnum elementorum est potentia magis calidum aut frigidum, vel contrarie, quia forte est vnum calidum, vel vnum frigidum. fm hanc rationem miscibilium erit ratio & modus mixtionis. Potest ergo esse mixtū ratione .i. rōnabiliter, vel rōne ipsorum miscibilium potest esse

Tex.c.4.

Tex.c.48
Tex.c.49

potentia. i. virtute dupliciter vel tripliciter calidum vel frigidum vel secundum alium talem modum, & quia sic miscibilia reseruantur in mixto, ideo erunt vtiq; alia mixta ex contrarijs, aut ex elementis contrarijs, & alia elementa erunt potentia ex illis qualiter entibus. Nam mixta generantur ex elementis per compositionem, elementa generantur ex eis per dissolutionem, sunt.n. potentia elemẽta in mixto, non ita vero vt materia solum, sed & erit ita quidem mixtio secundum prædictum modum, vt cum saluatur virtus miscibilium in mixto. Illo vero modo quarto non remanet nisi materia & erit id quod generatur, quia tunc non est mixtio sed generatio. Deinde cum dicit.

Quoniam autem patiuntur contraria secundum in primis determinationem. est.n. actu calidum potentia frigidum, & actu frigidum potentia calidum. quapropter si non coequantur transmutantur inuicem. similiter autem & in alijs contrarijs. & primo ita elementa transmutantur. ex his.n. fieri carnes & ossa & quæ talia. calido quidem generato frigido, frigido autem calido, quando ad medium veniunt, hanc enim neutrum, medium.n. multa & non indiuisibile. Similiter autem & siccum & humidum & alia talia secundum medietatem faciunt carnem & os & alia.

Ostendit quale est medium in mixtione, dicens: ꝙ contraria patiuntur adinuicem secundum determinationem habitam prius. Nam actu calidum est potentia vt fiat frigidum, & actu frigidum est potentia vt fiat calidum. Quapropter si non coequantur miscibilia, & vnum omnino superat & vincit aliud, transmutantur inuicem. i. vnum conuertitur in aliud, & materia quæ est sub forma vnius efficitur sub forma alterius, & quia non manet nisi materia solum non est ibi mixtio sed generatio. similiter autem se habet & in alijs contrarijs, vt in humido & sicco, sed supple si elementa fiunt aliquo modo coequata elementa ita se habentia primo transmutantur, & postea ex his transmutatis & adequatis generantur carnes & ossa & ea quę sunt talia mixta. Nam calido quidem remisso & generato aliquo modo frigido & frigido facto calido qñ ad medium veniunt tunc fit mixtio, & hanc medietatem contingit esse neutrum miscibilium, & huiusmodi medium est multi spatij & multũ amplum, & non est indiuisibile, & quod dictum est de calido & frigido, similiter se habet circa siccum & humidum, & aliæ due contrarietates secundum medietatem & quãdam adequationem faciunt carnem & os & alia talia. Patet ergo ꝙ modus mixtionis est secũdum modum miscibilium, est.n. mixtum duplo calidum q̃ frigidum vel econtra, secundum ꝙ aliter & aliter conueniunt miscibilia in ipso. Item patet ꝙ miscibilia adequata faciunt mixtum quod est quasi medium quoddam respectu miscibilium, & hoc medium non est pũctale sed magnitudine latitudinis, sic.n. imaginari debemus ꝙ sicut sanitas existit in quadam adequatione miscibilium, sanitas.n. requirit humores adequatos, non tamen statim cum vnus humor superat talium tollitur ratio sani, si.n. sic punctaliter vellemus accipere equationem humorum nullus forte esset sanus. habet ergo illa equalitas magnam latitudinem, cum dicitur quis infirmus donec humores tm̃ se superent adinuicem ꝙ corpus cuius humores illi existunt non possit facere opus sani, sic miscibilia equantur in mixto, non punctaliter, quia sic impossibile est coequari, sed tunc dicuntur miscibilia equata quãdo non tm̃ se superant adinuicem ꝙ vnum possit corrumpere aliud & conuertere ipsum in naturam propriam, hæc autem equatio non est punctalis, immo multis modis habet fieri, & secundum ꝙ concurrit ibi plus vel minus de calido & frigido, & humido & sicco, generatur inde caro & os & aliud, & aliud mixtum. Immo etiam equatio illa quæ requirit quodlibet genus mixti non est punctalis, caro.n. potest generari ex maiori & minori equatione elementorum. non enim eandem equationem requirit caro hominis & leonis, immo in ipsa carne humana non est equatio punctalis, sed secundum aliam & aliam complexionem concurrit ibi alia & alia equatio miscibilium, & ꝙ plus est, in eadem complexione sunt diuersi modi equationum prout magis & minus acceditur ad complexionem illam. tot ergo habet gradus & tot modos hoc medium & hęc equatio miscibilium, ꝙ quasi sub variatione non cadit. Deinde cum dicit.

Omnia enim mixta corpora quæcunq; circa locum sunt ex omnibus composita sunt simplicibus. Te

Ostendit ꝙ ad compositionem omnium mixtorum concurrunt omnia elementa, & duo facit. quia primo probat hoc per rationem. Secundo probat hoc per effectum & quasi per signum. ibi [Testificari autem videtur.] Circa primum duo facit. quia primo præmittit Tex quod intendit. Secundo probat propositum. ibi [Terra quidẽ inest.] Dicit ergo ꝙ omnia mixta corpora quecunque sunt circa medium locum, composita sunt ex omnibus simplicibus corporibus. i. ex omnibus elemẽtis. Notandum autem ꝙ dixit mixta circa medium locum ad differentiam mixtionis de qua determinatur in lib. Metheororum quæ fit in alto. Tex.c Ibi.n. non ita proprie reseruatur ratio mixtionis sicut in mixtis quæ sunt circa medium locum. Deinde cum dicit.

Terra quidem inest omnibus, quia vnumquodq; est maxime & multum in proprio loco.

Probat quod dixerat, & duo facit. quia primo probat ꝙ ad generationem mixti concurrit terra & aqua. Secundo ꝙ concurrit ibi aer & ignis. ibi [Quoniam igitur generationes.] Prima diuiditur in duas. quia primo ostendit ꝙ concurrit ibi terra. Secundo ꝙ concurrit ibi aqua. Secunda ibi [Aqua autem quia oportet.] Dicit ergo ꝙ terra quidem inest in omnibus talibus mixtis: quia vnumquodq; est maxime & multum. i. maxime & frequenter in proprio loco. Tex.c. Si ergo mixta vt plurimum sunt in terra, ꝓprius locus eorum terra est, quod non esset nisi ad mixtionem eorum concurreret terra.

Notandum autem ꝙ hæc ratio non solum probat terram concurrere ad omnia mixta, sed etiam ostendit ꝙ in omnibus mixtis dominatur terra, vnumquodq; enim mixtorum tendit ad locum secundum inclinationem elementi dominantis in ipso. Deinde cum dicit.

Aqua autem quia oportet terminari quodcunq; compositum. sola autem est simplicium bene terminabile aqua.

Ostendit ad generationem mixti concurrere aquam Tex c. & duo facit secundum ꝙ duas rationes ad hoc adducit. Secũda ibi [Amplius autem terra.] Dicit ergo ꝙ aqua concurrit ibi, quia oportet quod est cõpositum & mixtum bene terminari, oportet.n. vnam partem esse bene terminatam & bene compactam alteri parti, sed de numero simplicium quidem bene terminabile est aqua. Deinde cum dicit.

Amplius autem & terra sine humido non potest commorari. Sed hoc est quod continet. si.n. auferatur omnino ex ipsa humidum. decidit vtiq;. terra quidem igitur & aqua propter has insunt causas.

Adducit secundam rationem, quia terra sine humido non potest morari, sed hæc. s. aqua & humidum est quod cõtinet terram, si.n. omnino auferatur humidum ex ipsa terra decidit supple terra in puluerem, propter has igitur causas terra, & aqua insunt in omni mixto.

Notãdum autem primam rationem de aqua ab hac secunda in hoc differre, quia prima simpliciter arguit ad generationem mixti concurrere aquam ad hoc ꝙ mixtum sit bene compactum & bene terminatum. hæc autem

tem ratio secunda arguit hoc specialiter ex parte terræ quæ sine humido non potest subsistere & esse compacta. Notãdum etiam ꝙ humidum aereum aliud mixtum terræ non consolidat eam nec facit eam cõpactam, sed magis expirat ab ipsa, requiritur ergo ibi humidum aqueum. Deinde cum dicit.

Aer autem & ignis quoniam contraria sunt terræ, & aquæ. terra quidem aeri. Igni vero aqua contraria est, vt contingit substantiam substantiæ contrariam esse. quoniam igitur generationes ex contrarijs sunt, insunt altera autem extrema contrariorum necesse & altera inesse, quapropter in omni composito omnia simplicia erunt.

Ostendit ad generationem illorum cõcurrere ignem & aerem, dicens: ꝙ aer & ignis concurrunt ad generationem talium, qm̃ sunt contraria terræ & aque, terra enim est contraria aeri, aqua vero igni, vt contingit substantiam substantiæ esse contrariam. Si ergo generationes sunt ex contrarijs & insunt in mixtis altera extrema contrariorum vt terra & aqua, necesse est in eis inesse altera extrema, videlicet, ignem & aerem, quapropter in omni composito erunt omnia simplicia corpora. i. omnia elementa. Notandum autem ꝙ dicit si contingit substantiam substantiæ esse contrariam, quia per oẽm modum non reperitur ratio contrarietatis in substãtia, vt potest haberi ex. 5. Physi. est. n. vna forma substantialis contraria alteri, ſm ꝙ in vna forma clauditur priuatio alterius, maior autem & minor contrarietas talium formarum innotescit nobis prout qualitates sequentes magis & minus contrariãtur adinuicem. Notandum etiam ꝙ quia mixtum non debet habere qualitates elementorum intensas & excellentes, sed eas debet habere mixtas & temperatas, ideo non sufficiunt elementa frigida ad compositionem mixti nisi concurrant ibi elementa calida contemperantia frigiditatem illorum. Ex sola ergo terra & aqua non fit mixtio, sed requiritur ibi aer contemperans excellentias terræ cui contrariatur, requiritur etiam ibi ignis contemperans excellẽtias aque ad quam habet contrarietatem. Deinde cum dicit.

Tex.c.10

Tex.c.50 *Testificari autem videtur & nutrimentum vniuscuiusq; omnia quidem. n. nutriuntur eisdem ex quibus sunt, omnia. n. ex mixtis nutriuntur. etenim quecunq; videntur vno solo nutriri vt aqua plante, multis nutriuntur. mixta est. n. aqua terra ideo rustici tentant miscentes irrigare.*

Probat quod dixerat per quendam effectum, vt per ea quæ videmus in nutrimento. In nutrimento autem est duo considerare, videlicet, alimenta & id quod est ratio alendi. Duo ergo facit ſm ꝙ dupliciter probat intentum. primo. n. probat hoc ex ipso alimento. Secũdo ex ratione alendi. Secunda ibi [Qm̃ autem est nutrimentum.] Dicit ergo ꝙ nutrimentum vniuscuiusq; videtur testificari ꝙ ad mixtionem concurrunt omnia elementa. Omnia. n. ex eisdem nutriuntur & sunt, sed nutriuntur ex mixtis & ex compositis ex omnibus elementis quod patet per locum à minori. Nam quædam dicuntur nutriri vno solutio elemento vt plante, & quædam videntur nutriri sola aqua, nutriuntur. n. multis, quia nutriuntur aqua mixta terræ. Ideo rustici tentant irrigare plantas miscẽtes, supple fimum cum aqua, vel vt alia litera supplet, miscentes aque stercus abundanter. si. n. sola aqua nutrirentur plante frustra apponeretur eis fimus & stercora. Deinde cum dicit.

Tex.c.50

Quoniam autem est nutrimentum quidem materiæ, quod nutritur autem coniunctum est materiæ forma & species, rationabile iam solum simplicium corporum nutriri ignem omnium exinuicem generatorum, quemadmodum & priores dicunt. solus. n. & maxime est speciei ignis quia innatus est ferri ad terminum, vnumquodq; autem innatum est ferri in suiipsius regionem. forma. n. & species in terminis omnium, quoniam quidem igitur omnia corpora ex omnibus constituta sunt simplicibus dictum est.

Probat intentum ex parte eius quod est ratio alendi, dicens: ꝙ nutrimentum habet rationem materiæ, quod vero nutritur. i. ratio nutriendi est forma & species coniuncta materiæ. Ratio. n. nutriendi est forma quæ per calorem digerentem conuertit ad se cibum, calor ergo est ratio alendi quod concordat apparentibus, quia rationabile est solum ignem de numero simplicium corporum ex inuicem generatorum nutriri, solus. n. ignis maxime nutritur, quia in eo maxime abundat calor, quia sicut priores dicunt solus ignis maxime est speciei. i. est maxime formalis, ꝙ patet quia innatus est ferri ad terminum. i. ad circunferẽtiam cœli, & quia vnumquodq; innatum est ferri ad regionem suiipsius, cum forma & species omnium insint in terminis. i. in cœlo: quia cęlum maxime formale ignis qui est natus ferri ad cęlum multum participabit de forma, & tunc suppleatur ratio, ꝙ quia nutrimentum aggregat in se materiam & formam quæ nutriuntur non solum constant ex elementis frigidis quæ sunt quasi materialia, sed etiam constant ex calidis quæ sunt quasi formalia. Notandum autem has duas rationes sic se habere, quia prima ratio de nutrimento magis arguit, nutrita constare ex elementis frigidis. arguit. n. plantas cõstare ex aqua & terra, quia non nutriuntur sola aqua, sed nutriuntur aqua mixta terræ. hæc autem ratio secunda magis arguit ea quæ nutriuntur constare ex elementis calidis, quia calor maxime est ratio alendi. si ergo fiat nutritio non sufficit ꝙ concurrat ibi nutrimentum, sed requiritur ibi calor & species conuertens ipsum propter quod corpora ita nutrita ex omnibus elementis constant, quia congregant in se tam elementa calida q̃ frigida. Posset autem aliquo modo ex qualibet dictarum rationum concludi hæc corpora nutrita constare ex omnibus elementis. ambe tamen simul sumpte efficacius concludunt intentum. Notandum etiam ꝙ sicut nutrimẽtum plantarum non est terra solum nec aqua solum, sed requiritur ibi mixtio terræ & aque, sic ratio nutriendi non est calor ignis solum nec calor aeris solum, sed requiritur ibi vterq; calor. calor enim ignis ibi concurrit quia est maxime formalis, calor autem aeris quia est multum proportionatus vitę fundatur enim huiusmodi calor in quo videtur vita consistere in humido, quia vita consistit in calido & humido, ergo ad compositionem plantarum cõcurrunt omnia elementa si bene respicimus nutrimentum earum, & id quod est ratio nutriendi, & sicut plante constant ex omnibus elementis, sic etiam omnia mixta ex omnibus elementis constant. Notandum etiam ꝙ dicit speciem & formam omnium esse in terminis, cœlum enim quod terminat sphæram actiuorum & passiuorum est quasi omnis forma, inquantum virtute eius efficitur omnis forma hic in terminis generata. Vltimo epylogat. dicens, quòd dictum est quòd omnia corpora mixta sunt constituta ex omnibus simplicibus corporibus, idest ex omnibus elementis.

Quia vero sunt quædam generabilia & corruptibilia, & generatio contingit eis quæ sunt circa medium locum. dicendum de omni generatione simpliciter quot & quæ eorum principia. facilius. n. sic singularia inspiciemus quando de vniuersalibus accipiemus prius. Tex.c.51

Vt dicebatur in hoc libro tria sunt principaliter tractanda, videlicet, de generatione & corruptione, de natura generatorum & corruptorum, & de causis & de principijs gñationis & corruptionis. Expeditis duabus partibus quia in primo lib. determinatum fuit de gñatione & corruptione, & de alijs motibus simplicibus. In principio vero secundi libri actũ fuit de natura generatorum & corruptorũ, vt de gñatione elementorũ & ele-

mentatorum quæ naturaliter generantur & corrũpuntur. In hac vltima parte huius operis aggreditur philosophus tertium intẽtum principale, quia determinat de causis & principijs generationis & corruptionis, circa quod duo facit. quia primo continuat se ad dicenda. Secundo exequitur de intento. ibi [Sunt.n.& numero.]
Tex.c.51 Dicit ergo ꝙ quia sunt quædam corpora generabilia, & corruptibilia & generatio & corruptio contingit eis quæ sunt circa medium locum, nõ his quæ sunt in sphęra actiuorum & passiuorum. Ideo dicendum est simpliciter de omni generatione, & ostendendum est quæ & quot sunt principia eorum.s. generatorum, quia facilius inspicimus singularia, si q̃n, vt cum requirit negocium & tempus accipiemus prius considerationem de vniuersalibus principijs. Notandum autem ꝙ iste liber respectu lib. Phy. & respectu Cœ. & Mun. vt supra dicebatur quasi particularis est. In hoc.n.lib. non arguitur de omni mobili, nec ad hoc librum spectat directe determinare de causis vniuersaliter omnis motus, sed vniuersaliter de causis alicuius motus & aliquorũ mobilium, non est inconueniens tractare in hoc libro. Ideo philosophus signanter ait, ꝙ quia quædã corpora sunt generatiua, & quia generatio est solum in his quæ sunt circa medium & quæ sunt in sphæra actiuorum & passiuorum. Ideo in hoc lib. potest dici vniuersaliter de principijs omnium generatorum. Notandum etiam ꝙ licet cõsideratio huius libri sit quasi particularis respectu Cœ. & Mun. & libri Physi. est tamen quasi vniuersalis & communis respectu aliorum. Ideo ait ꝙ scientes has considerationes vniuersales habebimus viam ad singularia.i. ad singulares & particulares considerationes aliorum librorum. Deinde cum dicit.

Sunt enim & numero equalia, & genere eadem principia quæ in sempiternis & in primis. hoc quidem.n.est vt materia hoc autem vt forma. Oportet autem & adhuc tertium existere non.n sufficientia ad generandum duo. quemadmodum neque in primis.

Exequitur de intento. Ad cuius euidentiam notandum ꝙ causæ generationis & corruptionis sunt materia & forma & efficiens, sed de materia & forma determinatum est in præcedentibus capitulis. Ideo hic principaliter intenditur non de qualibet causa generationis & corruptionis. Sed de efficiente, duo ergo facit. quia primo ostendit tria esse principia generationis & corruptionis, videlicet, materiam & formã & efficiens. Secundo specialiter incipit tractare de causa efficiente. [Sed hi qui
Tex.c.52 dem sufficiunt.] Circa primum duo facit sm ꝙ dupliciter ostendit intentum. Secunda ibi [Vnde talia quidẽ.] Prima ratio talis. hæc corpora generabilia & corruptibilia secundum analogiam quandam imitantur corpora supercœlestia & prima ergo genere & numero sunt eadem & equalia principia quæ sunt in istis generabilibus, & in sempiternis & primis, horum.n. principiorũ. hæc.n.est vt materia, hæc autem vt forma. Oportet autem ad hunc tertium existere.s. efficiens. Duo.n. principia.s. materia & forma absq; efficiente non sunt sufficientes ad generandum sicut nec in primis.i. in cœlestibus non sufficit ad mouendum materia, & forma sine motore. Notandum etiam ꝙ generatio & omnis motus ad formam sumit originem ex motu ad vbi, ideo omnis talis motus habet analogiam ad motum localem, & quia effectus non est simplicior sua causa, principia autem quæ concurrunt ad motum localem oportet concurrere ad generationem. Ad motum aũt localem concurrit ibi materia, quia oportet imaginari materiam in
Tex.c.12 re mota.i. in re quæ mouetur, vt dicitur.2. Meta. secundo cõcurrit ibi forma, quia quod est subiectum motus est aliquid in actu, potentia.n. pura & materia prima in se considerata non potest esse subiecta motui & trãsmutationi: vt supra probatur. Tertio concurrit ibi efficiẽs, quia oportet rem motam habere motorem, & si hæc talia principia materia forma & efficiens concurrunt ad motum localem, multo magis concurrunt ad motum generationis, cum generatio præsupponat motum secundum situm, & omne generabile sit mobile secundum localem motum. Deinde cum dicit.

Vt materia quidem in generabilibus quod possibile est esse & non esse causa.

Probat hoc idem alia via, ostendit.n. ꝙ ad esse gñabilium concurrit ibi materia, & præter materiã probat ꝙ concurrit ibi forma & efficiens. Intendit aũt talem rationem, quicquid potest esse & non esse habet materiã partem sui, & sunt materialia, gñabilia possũt esse & non esse. ergo sunt materialia. In hac autem rõne sic procedit. quia primo tangit id in quo stat vis maioris. Scdo ponit quãdam diuisionem ex qua habetur minor. Tertio concludit intentum. Secunda ibi [Hæc quidem.n.] Tertia ibi [Ideoq; vt materia.] Ponit ergo vim maioris dicens, id quod se habet vt materia est causa generabilibus, quia est possibile ea esse & non esse, quicquid.n. potest esse & non esse habet materiam. Deinde cum dicit.

Hæc quidem.n.ex necessitate sunt vt eterna. horum autem hoc quidem impossibile non esse, hoc autem impossibile esse, quod non contingit circa necessariũ aliter se habere quædam vero possibile esse & non esse quod est generabile & corruptibile. quandoq; quidem.n.hoc est quandoq; autem non est hoc, quapropter necessarium generationem & corruptionem circa possibile esse & non esse,

Ponit quandam diuisionem in qua habetur minor, dicens: ꝙ hæc quidẽ.n.ex necessitate sunt vt eterna & horum eternorũ hoc impossibile est esse. Necessariũ.n. versatur circa id quod impossibile est aliter se habere, pp quod necessaria sunt tam impossibile existẽtia q̃ immutabiliter entia, quędam vero sunt media inter illa, vt ea quæ est possibile esse & non esse. Nam hoc ꝙ est gñabile & corruptibile q̃nq; quidem est, q̃nq; autem non est.s. hic. hoc generabile nõ est, quapropter necessarium est generationem & corruptionem esse circa possibile esse & non esse. Deinde cum dicit.

Ideoq; vt materia quidem hęc causa est generabilibus, vt autem cuius gratia forma et species. hæc autem est ratio vniuscuiusq; substantiæ. Oportet autem adesse & tertium, quod omnes quidem somniant, dicit autem nullus.

Concludit conclusionem intentam, videlicet, generabilia esse materialia, & concludendo ꝙ eorum causa est materia, oñdit causas eorum esse formam & efficiens, dicens: Ideoq; hæc quæ se habet vt materia est causa gñabilibus, & quia forma & spẽs est illud pp quam est materia, & quæ est ratio quare materia sit, erit etiam causa talium gñabilium, & si materia & forma sunt causæ ipsorum gñabilium, oportet ibi adesse tertiũ principium.s. efficiens, quod omnes antiqui philosophi somniant, quia nullus eorum de causa efficiente dicit sermonẽ certum, vel exquisitum. Notandum aũt ꝙ principia & causæ gñabilium vno modo sunt duo, alio modo tria, alio modo.4. & alio modo.5. materia.n.& forma sunt huiusmodi principia intrinseca, & per se faciunt ad esse rei, priuatio aũt inter principia intrinseca computari potest, sed non facit ad esse per se sed per accidens, finis vero & efficiẽs sunt causę extrinsece & manentes, aliter tñ & aliter, quia efficiens mouet proprie, finis metaphorice vt supra oñsum fuit, si ergo accipiamus principia intrinseca per se faciẽtia ad esse generabiliũ sic sunt duo materia & forma. si vero cum principijs intrinsecis per se facientibus ad esse connumerentur causæ extrinsece mouentes propria, sic generabilium tria sunt principia, materia, forma, & efficiens, finis.n. inter tales causas cõputari non poterit, quia non mouet prout dictum est. Sunt etiam

etiam hęc principia alio modo tria, videlicet, si accipiantur omnia principia intrinseca siue sint talia ꝑ se siue per accidens, & sic materia forma & priuatio sunt principia generabilium. Si vero accipiantur principia intrinseca facientia per se ad esse, & extrinseca mouentia siue moueant proprie siue metaphoricæ, sic sunt. 4. duo intrinseca vt materia & forma, & duo extrinseca, vt finis & efficiens, si vero accipiantur principia quocunque modo siue sint intrinseca siue extrinseca, siue faciant ad esse per se siue per accidens, siue moueāt proprie siue metaphoricæ, sic sunt. 5. tria intrinseca, materia, forma, & priuatio, & duo extrinseca, finis & efficiēs. Ex hoc autem patet controuersia, quę consurgit ex hoc loco ad primum
Tex.c.64 Physicorū. Ibi. n. computantur tria principia generabilium, materia, forma, & priuatio, hic autem materia forma & efficiens. Nam vt dictum est principia vt sunt tria dupliciter possunt accipi, & vnomodo accipiuntur hic, & alio modo ibi. Deinde cum dicit.

Sed hi quidem sufficienter existimauerunt causam esse generari specierum naturam quemadmodum in phedrone Socrates. etenim illæ increpans alijs vt nihil dicentibus supponit, quoniam sunt entium. hęc quidem species, hæc autem participalia specierum, & quoniam esse quidem vnumquodque dicitur secundum speciem, generari autem secundum susceptionem, & corrumpi secundum eiectionem, quapropter si hæc vera sunt species existimant ex necessitate causas esse generationis & corruptionis.

Incipit specialiter inquirere de causa efficiente generationis & corruptionis, circa quod duo facit. qa primo determinat de hac causa secūdum opinionem aliorum. Secundo ſm propriam. ibi [Nobis esse vniuersaliter.]
Tex.c.56 Circa primum duo facit. quia primo ponit aliorum opiniones. Secundo eas improbat. ibi [Neutri autem dn̄t bene.] Circa primum duo facit ſm ꝙ circa hoc duas
Tex.c.52 opiniones ponit. Secunda ibi [Hi autem ipsam materiam.] Ponit primo opinionem Platonis. dicens, ꝙ hi. s. Plato & sui sequaces, existimauerūt naturam specierum .i. naturam idearū siue ideas esse sufficienter causam ad generari. i. ad hoc vt generatio fiat, quemadmodum Socrates. i. Plato dixit in phedrone. i. in illo lib. &. n. illæ. s. Plato increpās alijs qui non ponebant ideas quasi nihil dicentibus, supponit. n. Plato ꝙ sunt duo genera entiū, quorum hęc quidem se habent vt spēs & formæ, hic autem sunt materialia & participabilia specierum. Nam ſm ipsum vnumquodq; dicitur esse ſm speciem, & dicitur generari ſm susceptionem speciei, & corrumpi secūdum eiectionem. i. ſm abiectionem speciei. quicquid enim est vt dicebat est per ideam, & quicquid corrumpitur patitur hoc ꝙ ideam perdit, quapropter si hæc est natura idearum vt estimant Platonici, contingit species & ideas ex necessitate esse causas gn̄ationis & corruptionis. Notandum aūt Platonem credidisse ideam & materiam quam dicebat participare ideam esse sufficiētem causam generationis absq; alia causa efficiente. Notandum etiam vt aliquid intelligamus de positione Platonis, ꝙ ideas ponere non est inconueniens. Ideæ. n. sunt quædam exēplaria rerum separata & abstracta ab omni materia, si. n. omnia hæc inferiora reducuntur in supercęlestia corpora, & omnia supercœlestia corpora reducuntur in motorē primum, oportet ꝙ quicquid hic inferius generatur accipiat esse & formam per virtutem primi motoris. prima igitur cum faciat ad generationē cuiuslibet entis, & quia quodlibet agens agit ſm modum naturę sue, quia deus summę est naturę intellectualis agit intelligendo, sicut ignis quia est naturæ igneæ agit igniendo. Non posset aūt deus intelligendo per se operari ad productionem cuiuslibet entis nisi haberet in se formas & ideas oīum entium. Si ergo Plato posuisset ideas in prima causa, sed non posuisset per huiusmodi ideas pluralitatem deorum, sed posuisset eas in vno deo & in vno principio, quantum ad hoc non male dixisset. Nam Cōmen. in. 12. Metaphysicæ super illo cap. Cōm.18
Manifestū igitur ꝙ nullo modo indigemus ꝙ sint ideæ Tex.c.18
& formæ. negando ideas Platonis, posuit ideas & formas in primo motore. vult. n. ꝙ omnes formæ hic inferius producte recipiunt modum & mēsuram ex dispositionibus stellarum, & vt ait omnia hęc proueniunt ab arce intellectuali ipsius dei, quod quia sic est concludit ibidem, quia omnes proportiones & formæ quæ sunt in potentia in prima materia sunt actu in ipso motore, has proportiones & formas ideas appellare possumus.

Notandum, & vt magis appareat error Platonis, ꝙ sicut in declarationibus primi libri dicebatur: Plato & Arist. modo contrario philosophati fuerunt. Aris. n. ex sensibilibus in intelligibilia procesit. Plato vero incipiēs ab intelligibilibus voluit ad hic materialia descendere. Ideo sicut videbat apud intellectum sic credidit esse in natura rerū, videbat. n. ꝙ quidditas & vniuersale possunt intelligi non intellectis particularibus, credidit sic esse in rerū natura. Ideo posuit ideas separatas actu existentes quas dixit esse vniuersalia & quidditas istorum sensibilium, rursus quia videbat has rationes ratione & intellectu differre, credidit ꝙ sic esset in re, quapropter dixit eas realiter esse distinctas. Ideo cum in prima causa talis diuersitas esse non posit cum sit simpliciter in fine simplicitatis, non potuit has ideas ponere in vno motore primo & in vno deo, sed secundum has ideas posuit pluralitatem deorum, & posuit ordinem eorum secundum ordinem idearum. nam sicut omnes ideæ & quidditates reducuntur in quidditatem vnitatis & bonitatis, sic omnes dij ſm ipsum reducebātur in vnum deum primum. quod dixit esse essentiam vnitatis & bonitatis. Patet ergo quomodo Plato posuit ideas, & quare dixit eas esse plures, & realiter distinctas, & quem ordinem imposuit in diuinis. Augustinus. n. quodam libro qui vocatur 83. quæstionum capitulo de ideis. nititur excusare Platonem. dicens, Platonem has ideas posuisse in mente diuina. verum quia quę perueniunt ad nos de Platone & vt Aristo. ei imposuit magis sapiunt contrarium. Ideo viam contrariam sumus executi, cum hic intendamus exponere philosophiam ab Aristot. traditam. Deinde cum dicit.

Hic enim ipsam materiam, ab hac enim motum.

Ponit secundam opinionem: dicens, ꝙ hi. i. alij negauerunt causam efficientem. posuerunt. n. ipsam materiam esse sufficiens principium generationis. Nam ab hac materia dixerunt esse motum & transmutationem rerum.

Neutri autem dicunt bene. si quidem n. sunt causæ species, quare non semper generant continue. sed quandoque quidem, quandoque non, entibus & speciebus semper & participabilibus.

Positis opinionibus negantium causam efficientem, in parte ista improbat eas, & duo facit. quia primo pręmittit ꝙ neutri prædictorum bene dn̄t. Secundo manifestat quod dixerat. ibi [Si quidem. n. sunt causę.] Circa quod duo facit. quia primo improbat Platonē qui ponebat ideas esse sufficiens principium effectiuum generationis. Secundo improbat opinionē illorum dicentium tale principium effectiuum esse materiam. ibi [Si autem materiam.] Prima pars diuiditur in duas ſm ꝙ duas rationes adducit cōtra Platonem. Secunda ibi [Amplius autem in quibusdam.] Dicit ergo ꝙ siquidem sunt species & ideæ causæ generationis, quare non semper continue generant. sed quandoq; fit genero quandoq; non. Nam entibus speciebus semper, & entibus participabilibus semper, erit semper generatio. Ente. n. idea ignis & ente materia potentiæ participare & suscipere formam

 ignis.

ignis. statim erit generatio ignis, erit ergo actu ignis qc-quid poterit esse ignis, & quicquid poterit generari statim generabitur, videmus autem cõtrarium ad sensum. non.n. semper õe possibile generari statim generatur.

Dubitaret forte aliquis hãc rationem efficaciam non habere. Nam quatũcunque sit idea à materia potens suscipere ideæ similitudinem & participare ideam, non tamen propter hoc erit generatio: quia forte materia non erit disposita. actus.n. actiuorum sunt in patiente & disposito. Ad hoc autem dici potest q sufficit hanc rationem esse contra Platonem. Si.n. Plato voluit ideas & participabilia sufficere ad generationem negauit omnem aliam causam effectiuam. Cum enim disponere sit quoddam agere & dispositio sequitur ad generationẽ, sic sufficit idea & materia vt fiat generatio vel materia seipsam disponet vel ipsamet idea quæ inducet formam disponet materiam. quare quicquid poterit generari statim generabitur. Amplius in huiusmodi formis materialibus secundum philosophum idem est disponens materiam & inducens formam. Ignis enim cum generat ignem disponit materiam ad susceptionem propriе formæ. eadem ergo idea inducit formam, & disponet materiam, & sic idem quod prius.

Vlterius forte dubitaret aliquis quia non oportet q existente actiuo, & materia ente disposita, vt requirit actio agẽtis quòd fiat generatio, requiritur.n. vltra hæc debita approximatio agentis ad patiens, & debita proportio inter ea, quibus non concurrẽtibus non fit actio & passio, & non suscipit formam quod est aptum natum eam suscipere. Ad hoc autem dici potest quòd in agentibus corporalibus vt tangebatur in arguendo vt fiat actio & passio, semper requiritur debita approximatio agentis & patiens, ita quòd ignis in hispania non comburat stupam in sicilia, ideæ autem nusquam sunt secundum situm localem, non ergo magis ei approximatur quod est in vna parte orbis quàm quod est in alia. vbicunque ergo erit materia potens igniri ignietur per ideam ignis, quicquid ergo poterit fieri ignis esset ignis, cuius contrarium ad sensum patet.

Vlterius etiam dubitaret aliquis, quia non videtur Plato negasse causam efficientem cum poneret ideas principium effectiuum generationis. Ad hoc autem dici potest Platonem ideas posuisse esse species & quidditates rerum, & quia quicquid est reducitur ad causam formalem, pro tanto dicitur negasse causam efficien tem, quia non posuit ipsam esse aliam à quidditate & à forma]. Nunquam.n. efficiens & forma incidũt in idem numero. q.n.s. inducit formam in hac materia vel in hic participabili, nequaq̃ erit quidditas illius in quod inducit suam similitudinem & formam. Plato tamen vt patet in.7. Metaphysicæ ponebat ideas esse quidditates illorũ participabilium ad quorum generationem faciebant.

Vlterius forte dubitaret aliquis quia incredibile videtur Platonem sensisse vt ponit Ari. Si.n. Plato posuisset ideam cum participabili siue cum materia sufficere ad generationem negasset actiones particularium agentium & tunc negasset sensum, quia negauisset ignem calefacere præsentem calefactibili, dicere autem Platonem tantum philosophum negasse sensum non videtur conueniens. Ad hoc autem dici potest q idem est dicere aliquid & dicere illud ad quod hoc sequitur]. si.n. ideæ sunt causæ generationis & inducunt suas similitudines in ista participalia non de necessitate requiruntur alia agentia. Quod.n. agẽs non inducat similitudinem suam in passiuis, vel hoc est, quia non est approximatum ei, vel quia virtus agentis non superat resistentiam passi. primum autem.s. approximatio secundum situm videtur competere actiuo ex eo q determinatur ad specialem locum. Secundum vero vt q agens secundum q huiusmodi non superet passum competit agenti, quia non habet omnem rationem actiui, vt si calidum præsente passiuo non calefacit & non conuertit passiuum ad se, hoc est quia est, incõplete calidum & non habet communem rationem caloris, sed si esset aliquod calefaciens complectens in se cõmunem rationem calidi omne calefactibile superaret. Ideę ergo quia ponuntur nusquam esse non magis agent in vnam partem vniuersi quàm in alia. Rursus quia ponuntur quidditates abstractæ & separatæ habebunt omnem rationem caloris, vt si esset calor separatus haberet omnem rationem caloris. Idea ergo ignis quia est ignis separatus habebit omnem rationem ignis, & omne ignibile superabit. si ergo ideæ sunt principia effectiua generationis non sunt necessaria alia agentia, quod philosophus habet pro inconuenienti. Deinde cum dicit.

Amplius autem in quibusdam videmus aliam causam entem. sanitate.n. medicus facit, & doctrinam doctor, ente & sanitatem ipsa & doctrina, & participabilibus. Similiter autem & in alijs secundum potentiam operantis.

Adducit secundam rationem contra Platonem, dicens, q in quibusdam videmus aliam causam esse entem præter formam & materiam, vt in artificialibus. Medicus.n. facit sanitatem in corpore, & doctor facit doctrinam in anima. Ente ergo sanitate ipsa & doctrina, & entibus participabilibus, vt ente corpore & anima quę sunt quasi materialia respectu illorum, nihilominus requiritur ibi causa efficiens, vt doctor & medicus. Similiter ergo & in alijs pręter formam & materiam, siue præter ideam & participabile, oportet ponere efficiens & operans, vt secundum potentiam operantis inducatur forma in materiam. Deinde cum dicit.

Si autem materiam quis inquiet generare propter motum naturalis vtique dicet ita dicẽtibus, alterans.n. et transformans magis causa generationis & in omnibus assueti sumus hoc dicere efficiens. Similiter & in his quæ natura, & in his quæ ab arte, ab arte autem quodcunque mutans est.

Exequitur de secũda opinione, & duo facit. quia primo comparat eam ad primam. Secundo improbat ipsam, ibi [Sed tamen nec hi.] Dicit ergo q si aliquis inquiet materiam generari propter motum.i. ppter hoc q est motui & transmutationi coniuncta. Sic loquens dicit vtique naturalius q̃ dicentes ita sicut Plato dicebat. alterans.n. & transformans magis est causa generationis q̃ idea separata quæ vniuersali trãsmutationi est coniuncta. In omnibus.n. sumus assueti dicere esse hoc efficiens quod est principium motus & transmutationis. Nam similiter in his quæ à natura & in his quæ ab arte quodcunque est mutans habet rationem effectiui. Plato ergo nec fuit locutus naturaliter nec artificialiter, qa posuit ideas esse causas effectiuas quę nec faciunt ad motum nec ad generationem, materia autem aliquo modo est principium & causa motus, magis ergo naturaliter loquitur ponens materiam esse tale principium quàm ideam. Notandum autem q omne subiectum est aliquo modo causa & principium respectu accidentium quæ sunt in ipso. [Antiqui ergo philosophi quia ponebant materiam esse corpus, quia corpus est aliquo modo causa & principium omnium trãsmutationum quę fiunt in ipso, aliquo modo loquebantur naturaliter ponendo materiam esse principium & causa motus. Deinde cum dicit.

Sed tamen nec hi iuste dicunt. materiæ n. pati & moueri, mouere autem & facere alterius potentie, manifestum autem & in his quæ arte & natura generantur. non.n. ipsa facit aqua ex seipsa animal, neque lignum lectum, sed ars, quocirca & hi dicunt non recte, propter hoc, & quoniam derelinquunt principaliorem causam. Auferunt enim quod est esse & formam.

Impro-

Improbat hanc opinionem, & duo facit. quia primo improbat ipsam verbaliter prout negabant causam efficientem. Secundo prout negabant efficiens principale.
Tex.c.54 ibi [Amplius aũt & potentia.] Dicit ergo ꝙ nec hi dicunt iuste.i.recte, vt habet alia litera, quia materiæ competit pati & moueri mouere aũt & facere est alterius potentiæ, quia pertinet ad potentiam actiuam non passiuam. Manifestum est autem hoc in his quæ generantur arte, & natura. Ipsa.n.aqua non generat ex seipsa animal, sed agens, aliquod naturale hoc facit. nec ipsum lignum generat ex se lectum, sed ars operatur hoc. Cũ ergo efficiens sit principalior causa quàm materia, ꝓp hoc hi nõ dicunt recte, derelinquunt.n. & auferunt causam principaliorem. auferunt enim causam efficientem, & potentiam actiuam, & per consequens auferunt formam, & quod quid esse, quia quicquid est in actu, & quicquid agit, agit per formam vt habet esse.

Dubitaret forte aliquis quia antiqui philosophi ponendo materiam esse principium effectiuum non negabãt formam, & esse, cum ponerent materiam esse corpus, & dicerent eam esse aliquid in actu. Ad hoc autem dici potest, quantumcunq; ponerent omnes antiqui philosophi materiam esse aliquid in actu, non tñ ponebant omnes materiam esse actu illud quod debet ex ea generari. aqua.n.licet sit actu aqua, est tamen potẽtia piscis. Cum ergo nihil agat secundum ꝙ est in potentia (Sicut lignum quod est actu lignum & est potentia lectus quod est quid artificiale) nisi per virtutem actiuam artis. Ita quantumcunque sit actu aqua, quia est potentia, animal quod est quid naturale non fit actu animal nisi per agens.i.per virtutem actiuam naturæ, ideo non sufficiebat ponere materiã esse sic in actu, nisi vltra hoc ponerent causam efficientem. Deinde cum dicit.

Tex.c.54 *Amplius autem & potentias attribuunt corpori, propter quas generant valde organice, auferentes eam quæ secundum speciem causam. quoniam enim innatum est vt inquiunt, calidum quidem segregare, frigidum autem congregare, & aliorum vnumquodque, hoc quidem facere hoc autem pati, ex his dicunt, & per hæc omnia alia generari, & corrumpi.*

Tex.c.19. Improbat hanc opinionem prout negabat causam efficientem principalem. Ad cuius euidentiam notandum ꝙ quia, omne agens est præstantius patiente, & efficiens, est præstantior materia, vt potest haberi ex tertio de anima, omne efficiens, est principalis causa respectu materiæ, veruntamen quia inter efficientia est ordo quidam, vnum efficiens est principalius alio, vt supercelestia in agendo principaliora sunt istis inferioribus. Negare ergo causam principalem potest intelligi dupliciter vel respectu materiæ, & sic est negare omnem causam efficientem, vel potest negari causa principalis in agendo, & sic negare principalem causam est negare agens, principale & nõ vniuersaliter omne efficiens. Notandum etiam ꝙ ponere materiam esse sufficiens principiũ actiuum generationis dupliciter potest intelligi. Primo quòd materia faciat seipsam in actu, vt quòd aqua ex seipsa faciat animal, & qui hoc ponit negat omnem causam efficientem, & dicitur negare causam principalem prout omne efficiens principale causa dicitur. hunc autem modum improbat ratio facta, quia sic dicentes potentię passiuæ secundũ ꝙ huiusmodi attribuunt, ꝙ agat & ꝙ moueat. quod est inconueniens. Secundo modo potest intelligi dicta positio vt dicamus materiã esse tale principium quia hęc inferiora corpora quæ sunt materialis respectu cœli sufficiunt ad generationem absque virtute cœli. Hunc quidem modum ponendi improbat philosophus per rationem sequentem, circa quod duo facit. quia primo ponit istum modum. Secũdo improbat ipsum. Secunda ibi [Videtur autem & ignis.]

Dicit ergo quòd amplius alio modo intelligentes positionem prędictam attribuunt potentias.i. virtutes actiuas, & passiuas corpori, per quas generatur valde organice. Dicebant.n.quòd corpora hæc inferiora ꝑ virtutes actiuas & passiuas, quasi per quædam instrumenta sufficienter causabant generationem absque alio agente, propter quod auferebant eam causam quæ est secundum speciem, & formam.i.corpus celeste quod est agens, principale & est formalius, & actiuius respectu generationis rerum. Inquiunt enim quòd innatum est calidum segregare & frigidum congregare, & aliorum vnumquodque istorum inferiorum corporũ, hoc quidem facere, hoc autem pati. Ex his ergo corporibus & per hæc.i.per has, virtutes absque auxilio supercelestis, corporis dicunt omnia generari, & corrumpi.

Deinde cum dicit.

Videtur autem & ignis ipse motus pati.

Improbat positionem prædictam, & duo facit, ſm quòd dupliciter eam improbat. Secunda ibi [Amplius vero simile] Dicit ergo quòd ignis qui est maxime actiuus vr̃ ipse pati motus a superiori agente, vt à supercelesti corpore. Si ergo maxime actiua inter hæc inferiora non sufficiunt ad generandum sine superiori & principali agente, multo magis alia non sufficient. Deinde cum dicit. Tex.c.55

Amplius vero simile aliquid faciunt, vt si quis serre & vnicuique instrumentorum attribuit causam, eorum quæ generantur, necesse enim serrante diuidi, & incidente coequari, & in alijs similiter, quocirca siquidem maxime facit & mouet ignis, sed quomodo mouet non vident quoniam deterius quàm organa. Tex.c.55

Ponit secundam rationem dicens, quòd sic loquentes faciunt simile aliquid, vt si quis serre, & vnicuique aliorum instrumentorum attribuat causam eorum quę generantur per ea. Necesse est enim aliquo artifice secante diuidi lignũ per serram, & aliquo incidente oportet coequari & constringi artificiale, & quod dictum, est in artificialibus similiter intelligendum est in alijs.i.in materialibus. Sicut.n.instrumenta artis non mouent se ipsa vt faciant opus artis, quia serra non secat sine secante, nec securis incidit sine incidente. Sic hęc inferiora q̃ sunt instrumenta supercelestia corporis non generãt nec faciunt opus naturæ sine virtute eius. Immo ignis qui est maxime actiuus inter elementa peior est sine virtute celesti quàm instrumenta sine arte. Ideo subdit. quo circa si ignis q̃ maxime facit & mouet, sed quomodo mouet nõ videtur, mouet enim in virtute supercelestis corporis, quoniam sine ea mouet deterius q̃ organa, supple sine virtute artis. Notandum autem quòd calor, ignis non sufficit ad generationem animalium & plantarum, vel etiam aliarum rerum generabilium sine calore celesti, immo talis calor magis videtur corrumpere res q̃ generare eas, vt Cõmentator dicit in 7. Metaphy. Com.31. Ideo ignis sine virtute celesti est deterior organis sine ar 18.m.18 te, quia organa sine virtute artis si non generant rem artificialem, non tamen corrumpunt eam. Calor vero ignis sine calor celesti, cum hoc quòd non generat corrumpit, & hoc modo intelligit & exponit hunc textũ Commentator. Possumus tñ dicere melius quòd ignis Tex.c.35 sine virtute celesti est deterior, & minus actiuus quàm serra sine virtute artis, quia ignis non habet aliquem actum nec aliquam formam quam non acquisiuit virtute supercelestis corporis. Ipsa enim forma substantialis inducitur in materia eius mediante cœlo, serra autem habet aliquem actum, & aliquam formam quam non habet ab arte, cum ars non inducat nisi actualem formam quam habet virtute cœli.

Nobis autẽ & vniuersaliter prius dictum est de causis & nũc determinatum est de materia & forma.

Postquam philosophus determinauit de causa efficiẽte generationis secundũ opinionẽ aliorum. In parte ista determinat de huiusmodi causa ẽm opinionem propriã verum quia generatio est perpetua secundũ ipsum, ideo assignat causam effectiuam perpetuitatis generationis. Diuiditur autem hæc pars in duas, quia primo assignat huius causam generationis perpetue. Secundo ostendit
Tex.c.63 per quem modum generatio perpetuatur. ibi Qm̃ autẽ in cõtinuo motis.] Ad euidentiam primæ partis notã dum ꝙ cum omne mouens, & oẽ agens naturale agat propter finem, semper inter agens, & actum intelligi-
Tex.c.20. tur actio media, vt potest abheri ex. 5. Metaphy. In talibus ergo efficiẽtibus tria est considerare. s. agens, actionem, & finem propter quem agit, ergo, in motione est ibi mouens motus & finis propter quem mouet. Propter quod in assignando causam generationis perpetue tria facit. quia primo assignat huiusmodi causam ex par
Tex.c. 58. te motus. Secundo ex parte finis. Tertio ex parte mouentis. Secunda ibi [Semper vero vt dictum est.] Ter-
Tex.c.61 tia ibi [Quoniam autem necesse est esse.] Circa primum duo facit, quia primo ostẽdit illationem celestem & motum localem esse huiusmodi causam. Secũdo quia motus celestes sunt multi, venatur quis motus celestis est talis causa. Secunda ibi [Qm̃ autem suppositum est:] Cir
Tex.c.56. ca primum duo facit. quia primo continuat dicta dicendis. Secundo exequitur de intento. Secunda ibi [Amplius vero.] Dicit ergo ꝙ nobis. i. a nobis prius in libro physicorum dictum est de causis & principijs naturalibus vniuersaliter, & nunc in hoc libro determinatum, est de materia & forma quæ sunt principia generabiliũ. Restat ergo dicere de causa efficiẽte generationis, & corruptionis. Notandum ꝙ in libro physicorum, & in hoc libro determinatũ est de meteria & forma quę sunt principia generationis & corruptionis, sed ibi determinatum est de talibus magis vniuersaliter & in communi hic autem magis descendendo in speciali. Non est enim inconueniens diuersos determinare de eisdem sub alia, & alia ratione. Deinde cum dicit.

Amplius vero quoniam allationem motum demonstratum est, & quoniam perpetua, necesse est his entibus & generationem esse continue. allatio enim faciet generationẽ actualiter, quia adducit & abducit generans.

Exequitur de intẽto, & duo facit. quia primo proponit quod intendit. Secũdo probat propositum. ibi. [Similiter autem manifestum.] Dicit ergo demonstratum est. qm̃ motus secundum allationem est perpetuus, & quia ostensum estꝗ perpetua est talis mutatio. Necesse est entibus his. i. entibus motibus celestibus qui sunt perpetui esse generationem continue. i. perpetue, allatio. n. celestis & motus circularis facit generationem, actualiter, quia adducit & abducit generationem. i. solem, sol. n. cum adducitur. & cum accedit ad nos causat generationem, cum vero abducitur. i. cum recedit causat corruptionem. Deinde cum dicit.

Simul autem manifestum quoniam & si priora bene dicta sunt transmutationem primam allationem, sed non generationẽ dicẽdum, multum enim rationabilius ens non enti generationis causam esse, quàm non ens enti esse, quod fertur quidem igitur est, quod generatur autem non est propter, quod & allatio prior est generatione.

Probat quod dixerat videlicet allationem celestem esse primam transmutationem, & esse causam generationis, & nõ econuerso. dicens, ꝙ simul cum dictis manifestum est, qm̃ priora bene dicta sunt, quia primam transmutationem dicendum est esse allationem, sed nõ transmutationem. Multum enim rationabilius est ens, esse causam non enti generationis. i. non enti generabili quàm non ens esse causam enti. Si quod sequitur quidẽ i. cœlum quod mouetur motu locali est siuè habet rationem entis cum sit semper. Quod autem generatur, quasi non est propter quod allatio celestis est prior generatione, & est causa eius, & non econuerso. Deinde cum dicit.

Quoniam autem suppositum & demonstratum est quòd continua ens rebus generatio & corruptio. dicimus autem causam esse allationem generationis, manifestũ quidem quod vna ente allatione non contingit fieri ambo, quia contraria sunt, idem enim & similiter se habens semper idem innatum est facere, quocirca generatio semper, erit autem corruptio, oportet autem multos esse motus, & contrarios motus, aut allatione, aut inequalitate, contrariorum enim contraria causa.

Quia dixerat allationem celestem esse causam generationis, & corruptionis inuestigat quę celestis allatio est talis causa. Circa quod duo facit. quia primo proponit ꝙ causa generationis & corruptionis debet habere in se aliquam diuersitatem & aliquam contrarietatem. Secundo concludit ex hoc allationem primam non esse huius causam, sed allationem, obliqui circuli. Secũda ibi [Ideoꝗ non prima allatio. [Dicit ergo ꝙ supposititũ est hic supra, & determinatum fuit prius ꝙ rebus est ens perpetua & continua generatio, & corruptio. In primo enim libro tractatum fuit generationem esse cõtinuam, & perpetuam ex parte principij materialis, quia generatio vnius est corruptio alterius & econuerso, hic autẽ ex parte principij efficiẽtis est hoc suppositum, quia nõ est ad hoc sufficiẽter probatum. Dicimus enim causam generationis esse allationem, sed manifestum quidem, qm̃ allatione ente vna. i. vniformi nõ contingit fieri ambo. i. generationem & corruptionem, quia talia contraria sunt. Idem enim similiter se habens semper idem innatum est facere, quare circa allationem similiter se habentem, aut semper erit generatio, aut semper corruptio, nunquam tamen erit vtrunque. Oportet autem esse motus multos, & motus contrarios, aut allatione aut inequalitate, si debet esse generatio & corruptio, qa contrariorum contraria est causa. Notandum autem quòd dicit motus multos aut allatione aut inequalitate quia motus localis secundum contrarietatem dupliciter potest poni causa generationis & corruptionis. Primo quòd sint diuerse allationes & diuersi motus quorum vnus causat generationem, alius vero corruptionem. Secundo potest hoc poni si sit vnus & idem motus, tñ sit inequalis habens diuersitatem in partibus, eiusmodi est motus solis in obliquo circulo, qui ratione nostri est inequalis, quia in vna parte illius circuli accedit ad nos, in alia vero recedit.

Dubitaret forte aliquis de propositione proposita, videlicet quòd idem manens idem, & similiter semper facit idem. Posset enim esse prima dubitatio vtrum ab aliquo agente non variato nec transmutato possent immediate progredi plura & diuersa. Ad hoc autem dici potest quòd agens duplex est. naturale & à proposito qd autem tenẽdum sit de hoc in agente naturali statim dicetur. nunc autem ostendendum est non oportere qdlibet agens per intellectum variari ad hoc quòd immediate producat multa, quod sic declaratur, vt enim supra dicebatur, quodlibet agens agit secundum modũ naturæ suæ, vt ignis, quia est naturæ igneę agit igniendo agẽs, vero à proposito, quod est naturę intellectualis agit intelligendo, & intelligendo producit, sed per se loquendo, quia intelligendo producit multa sufficit ꝙ multa etiam intelligat vt multa producere possit. Si ergo tale agens absque sui variatione potest multa intelligere absque eo quòd trãsmutetur poterit multa producere, si vero non põt multa intelligere nisi transmutetur non poterit multa producere nisi varietur. Omne ergo intelligens

intelligens, quod per, diuersas species intelligit multa, quia intellectus non potest per se & perfecte simul infor mari diuersis speciebus, si tale agens debet intelligendo producere multa, oportet eum transmutari secundum diuersas informationes specierum. Sed prima causa qa per vnicam suam substantiam intelligit omnia, cum intelligendo, & volendo producat poterit simul multa producere, cũ simul multa intelligat, imo quia quodlibet ens per suam substãtiam absq; alio medio inter qđlibet ens per seipsum absque alio medio poterit producere. Notandum enim quod cum intelligentię nõ habeant organa, quia nec habeant manus nec habent pedes, quicquid agunt intelligendo & volendo agunt secundum ergo, ꝙ per intellectum sunt apte varie agere, quicquid absque sui variatione possunt intelligere, põt illud intelligendo efficere. Sed in intelligentijs est ordo quidam. nam deus cum sit primus & supremus agit, nullo præsupposito & ei vniuersa natura est apta obedire quantum ad motum & quantum ad formam. Intelligentijs vero obedit materia corporalis, quantum motum localem non quantum ad formam. Substantiæ.n. separate nisi per adhibitionem seminum coniungendo, actiua & passiua non possunt varias formas inducere, sed hoc declarare non est præsentis speculationis. Sufficit autem ad præsens scire, quia quòd deus intelligendo agit sicut absque omni variatione per seipsum absq; medio omnia intelligit, sic absque sui mutatione, per seipsum immediate potest omnia producere.

Vlterius forte dubitaret aliquis, dato ꝙ aliquod agẽs à proposito possit immediate diuersa producere propter quod propositio tacta in talibus agentibus vniuersaliter veritatem non habet, vtrum in omnibus agentibus naturalibus veritatem habeat. Ad hoc autem dici potest ꝙ agens naturale agit, vt est & vt habet esse, sicut agens, à proposito agit vt intelligit, sicut ergo si agens, à proposito debet p se & immediate diuersa producere, oportet quòd diuersa intelligatur, sic agens naturale si debet immediate diuersa efficere, oportet quòd diuersa sit, & quòd in suo esse diuersitatem habeat. Cũ ergo non sit inconueniens aliquod agens per intellectũ absq; sui mutatione diuersa intelligere sit tamẽ inconueniens aliquod agens absque sui mutatione diuersa esse, & habere in suo esse diuersitatẽ propositio dicta, quòd idem manens, idem, & similiter semper facit idem, licet non habeat veritatem in omni agente a proposito, veritatem tamen habet in omni agente naturali.

Vlterius autem dato ꝙ agens aliquod manens idem possit multa producere dubitari potest, vtrum concedẽdum sit ꝙ idem secundũ idem semper facit idem. Ad hoc autem dici potest propositionẽ prædictam vniuersaliter in omni agente veritatem habere. Prima.n.causa & si manens eadem, & non variata diuersa producat, producit ea non secundum idem, quia non secundum eandem ideam. Nem ut superius per Commentatorem tangebatur, omne formæ quæ sunt potentia, in materia prima, sunt actu in motore primo. has autem formas ideas, appellare possumus, vt secundum ergo aliam, & aliam talem formam, siue secundum aliam & aliam ideam, deus aliud & aliud producere potest, si tamen est impossibile, primum principium irrationabiliter agere, impossibile est ipsum secundum eandem rationem & secundum eandem ideam producere hominem & equum. Prima enim causa sic producit res vt est apta nata imitari ab eis, omnia enim intantũ sunt per ipsum inquantum participant, eius esse, & quia aliter, & aliter participant esse diuinum alia, & alia ratione sunt condita. Ratio enim & idea qua producuntur cetera entia nihil est aliud q̃ diuina substantia vt est imitabilis ab eis, & quia diuersa entia diuerso modo imitãtur diuinum esse non est intelligibile diuersa entia eadẽ ratione esse producta. Cum ergo dicimus ꝙ idem similiter se habens, semper facit idem, similiter importat vnitatem rationis & vnitatem per omnem modũ verum, est, quia idem quantumcunq; sit agens a proposito sm eandem rationem & ideam nunq̃ facit diuersa. Si vero similiter importat inuariabilitatem sic propositio dicta non habet vniuersaliter veritatem in agentibus a proposito, quia aliquod tale agens nõ variatum potest immediate diuersa producere. Ex hoc ergo patere potest ꝙ pluralitas cantorum aliquo modo reducitur ad pluralitatem in causa, cum isti plures effectus reducãtur in plures rationes, & in plures ideas, quas in mente diuina & in ipso deo esse dicimus. Ex hoc etiam patet, ꝙ ab vno secundũ vnam rationẽ nõ procedit nisi vnum, propter quod licet esset valde abusius modus loquendi. Vt tñ ipsis dictis philosophi aliquam veritatem accipiamus dicere possumus, ꝙ idem similiter se habens facit idem, si liceat dicere ipsum primum principium vt faciat plura non aliter se habere, quia non per eandem similitudinẽ nec per eandem ideam nec per eandem rationem diuersa produxit. Notandum autem ꝙ vt saluetur litera philosophi sufficit ꝙ agens naturale non possit producere diuersa nisi in se diuersificetur. Intẽtio enim eius est ꝙ allatio prima non sit causa generationis & corruptionis quia est semper vniformis, sed allatio obliqui circuli talis est, causa sed vt plane patet in talibus agentibus naturalibus per se loquendo propositio dicta, quòd idem similiter se habens semper facit idem, nullam habet calumniam. Deinde cum dicit,

Tex.c.32.

Ideoque non prima allatio causa generatoinis est, & corruptionis, sed quæ circa obliquum circulum, in hac enim & continuum inest & moueri duos motus.

Tex.c.33.

Concludit ex dictis allationem primã non esse causam generationis, & corruptionis, sed allationem obliqui circuli. Circa quod duo facit quia primo facit qđ dictum est. Secundo ostendit quomodo per talem allationem saluari potest generatio & corruptio. ibi [Necesse enim erit.] Dicit ergo ꝙ allatio prima non est causa generationis & corruptionis. cuius ratio est, quia allatio illa semper est vniformis, sed allatio quę est circa obliquum circulum supple est talis causa, quia in hac allatione est diuersitas, in ea.n.continuum est, quia nunq̃ deficit illa allatio, & est in ea moueri duos motus, accessionis.s.& recessionis, quare propter talem diuersitatem generationem & corruptionem causare poterit. Notandum autem ꝙ si in coelo distinguuntur duo motus, vnus est primi mobilis qui est semper vniformis, & hic motus est super polos mundi secundum equinoctialẽ circulum equaliter distantem ab vtroque polorum qui communi nomine circulus primi mobilis appellatur, & iste motus est ab oriente in occidens, & vocatur diurnus, quia in die naturali completur. Vltima enim sphęra cuius est sic moueri infra diem & noctem quæ faciũt vnam noctem naturalem reuoluuntur circa terram semel. Alius motus quasi oppositus huic est ab occidente in oriens super polos çodiaci qui distant a polis mundi per.23.gradus cum aliquibus minutis. Circulus aũt secans sphæram per medium secundum equalem distãtiam ab istis polis est çodiacus, qui sic se habet ad istos polos sicut equinoctialis ad polos mundi, quod esse nõ posset nisi çodiacus obliquaretur super equinoctialem, & in vna parte declinaret ad septentrionem, in alia vero ad meridiem, sub hoc autem çodiaco currit sol qui propter sui magnitudinem & luminositatem dicitur esse pater planetarum, & deorum & virorum.i.planetarum & hominum, pater enim syd[e]rum & planetarum est, quia eis lumen prębet, hominum autem pater, quia homo generat hominum & sol. Secundum hunc autẽ circulum sol habet duos motus accessionis & recessionis, ita ꝙ à principio capricorni vsq; a principiũ cancri

dicitur accedere, per talia vero sex signa recedere, ita quòd tantus est motus accesionis quantus est recessionis. Hoc viso facilius patent dicta, & dicenda. Deinde cum dicit.

Necesse enim si erit semper & continua generatio, & corruptio semper aliquid moueri vt non deficiat transmutationes hæ. duo autem vt non alterum contingat solum con tinuitatis quidẽ igitur totius allatio causa. Præsentiæ vero & absentiæ causa inclinatio, contingit enim quandoque lon ge fieri, quandoque prope, inequali enim distantia ente, inequalis erit motus, quocirca si in accedendo & in prope esse generat, & in recedendo & longe fieri idipsum corrumpit, & si in multotiens aduenienido generat, in multotiens recedendo corrumpit, contrariorum enim contraria est causa. Et inequali tempore generatio, & corruptio quæ secundum naturam.

Tex.c.58 Ostendit quomodo per motum obliqui circuli causatur generatio, & corruptio. Circa quod duo facit, q͡a primo facit quod dictum est. Secũdo quod dixerat probat per ea quæ apparent sensui. ibi [Apparẽt aũt, & ſm sensum.] Circa primum duo facit. quia primo ostendit quomodo talis motus circularis generationem, & corruptionem causat. Secundo ex hoc concludit tempus, & vitam vniuscuiusque mensurari quodam circulo, & quodam periodo. Secunda ibi [Ideoque tempus & vita.] Dicit ergo ꝙ si semper erit continua generatio, & corruptio necesse est aliquid moueri vt non deficiãt trãsmutationes he. s. generatio. & corruptio. In illo autem motu esse oportet duo. i. dualitatem & difformitatem sicut accesionem, & recesionem vt non contingat alterum solum, quia si esset motus vniformis non causaret vtrunq;, sed causaret alterũ solum. quia vel solum generaret, vel solũ corrumperet. ergo in illo motu obliqui circuli est continuitas & est diuersitas ipsius. ergo totius continuitatis causa est allatio & motus, quia ille motus continuus est, sed difformitatis vt præsentiæ & absentiæ siue accessus & recessus causa est inclinatio, & obliquitas illius circuli. Contingit. n. solem propter obliquitatem circuli in quo mouetur quandoq; esse longe vt cũ recedit, quandoq; prope vt cum accedit. Ipso vero solo in distantia inequali inequalis erit motus. i. inequaliter mouebit & alterabit nos, cum secundum diuersa tẽpora inequaliter distet a nobis. Quocirca si sol in adueniendo & in prope esse generat, in recedendo, & in longe fieri idipsum solem oportet quòd corrumpat. Et si multotiens adueniendo generat, in multotiens receden do corrumpit. Contrariorum enim contraria est causa. Addit ꝙ generatio & corruptio quę sunt secũdum naturã cõem non secundum naturã celestis corporis sunt in tempore equali, quia tempus accesionis cui attribuitur generatio dictum est equale esse temporis recessionis cui attribuitur corruptio. Deinde cum dicit.

Tex.c.57 *Ideoque & tempus & vita vniuscuiusque habet numerum & hæc determinantur, omnium enim est ordo, & omne tempus & vita mensuratur periodo, sed tamen non eadem omnes, sed hi quidem minori, hi autem maiori, his annus quidem enim, his autem maior, alijs autem minor periodus est mensura.*

Concludit ex dictis omnia mensurari quadam circulatione dicens, quia hæc inferiora reducuntur in motũ cœli, ideo tempus & vita vniuscuiusque habet numerũ & mensuram ex reuolutionibus cœli. Quodlibet. n. generale determinatur hoc. i. certo numero reuolutionum, quia omnium est ordo & omne tempus, & vita mensuratur periodo. i. circulari mensura. Dicitur. n. periodus à pari, quod est circum, & ideus quod est modulatio siue consonantia, quia omnia mensurantur quadam circulari consonantia, sed tñ non omnes res mensurantur eadem mensura & eadem periodo, sed hi quidem minori, hi autem maiori, his quidem mensura est annus, his autem maior quàm annus, alijs autem est mensura minor periodus q̃ manus. Deinde cum dicit.

Apparent autem & secundum sensum confessa his quæ à nobis dicta sunt, videmus enim quòd aduenientem quidem sole generatio est, recedente autem diminutio, & inequali tempore alterutrum, equale enim tempus generationis, & corruptionis quæ secundum naturam, sed contingit multotiens in minori corrumpi propter adinuicem confusionem, inequali enim ente materia & non vbique eadem, necesse, & generationes inequales esse, & has quidem citiores, has autem tardiores, quocirca accidit propter horum generationem alijs generari corruptionem.

Manifestat quod dixerat per ea quæ sensui apparent dicens, ꝙ quæ dicta sunt a nobis sunt confessa, & concordia his, quæ apparent secundum sensum. Videmus .n. ꝙ adueniente sole est generatio, recedente autem ꝙ est diminutio & corruptio. In parte. n. equali est alterutrũ. i. vtrũq; videlicet generatio & corruptio, quia motus accesionis equalis est motui recesionis. Ideo tempus generationis est totum illud tempus in quo res proficit & tendit ad perfectiorem statum. Illud vero in quo deficit & tendit ad corruptionem donec sit corruptum vocatur tempus corruptionis. Hæc autem duo tempora si sint equalia secundum naturam cęlestis circuli, possunt tñ fieri inequalia propter aliam & aliam dispositionem materiæ. Ideo subdit ꝙ propter confusionem elementorum adinuicem. i. propter aliam & aliam mixtionem contingit multotiens in minori tempore corrumpi, ita ꝙ tempus corruptionis minus est tempore generationis. Materia enim ente inequali & nõ existente materia eadem & equaliter disposita vbique, necesse est, & generationes inequales esse, & has oportet esse citiores, his autem tardiores. Et quia generatio vnius est corruptio alterius accidit propter generationem horum, alijs generari corruptionem, sunt enim alia corrupta, quia sunt alia generata. Notandum autem non omnes cõstellationes nec omnes aspectus syderũ equaliter demõstrare, & per equale tempus habere influentiam, immo talem aspectum habet iuppiter coniũctus cum saturno quem non habet coniũctus cum luna, & quia velocius dissoluitur coniunctio illa quam habet iuppiter ad lunã eo ꝙ luna omnium planetarum sit velocissima, q̃ dissoluatur coniunctio iouis ad saturnũ, quia quilibet eorum tarde mouetur. Et appellamus tarde moueri, qͩ tardius cursum complet. Possibile enim est saturnum, moueri velocius q̃ luna, cum luna compleat suum cursum in mense, saturnus vero in 30. annis quia forte plus superat circulus saturni circulum lune q̃ 30. anni vnum mensem. Si enim duo motores pergunt inequales vias in temporibus inequalibus, si via plus superat viam q̃ tempus tempus, quod mouetur per viam maiorem velocius moueri contingit, sic hæc diuersificant propositum nostrum. Planete enim secundum quòd velocius, & tardius perficiunt motus, sic cum coniunguntur velocius & tardius separantur. Si ergo coniunctiones syderum & aspectus eorum non equalem dominationẽ, habent quia in alia & alia mixtione dominatur alius & alius aspectus, non omnia mixta equaliter durabũt nec mensurabuntur eadem periodo. Amplius mixta propter aspectũ syderum nõ solum magis & minus permanent, quia huiusmodi aspectus magis & minus durant. Sed etiam cõtingere potest, quia vnus aspectus ex alio fortior, erit ergo vnum mixtum permanentius alio secundum quod in eo dominabitur fortior, & illis debilior aspectus. Quicunque ergo sciret durationem omnium aspectuum & omnium coniunctionum, & sciret vires omnium syderum existentium in circulo celesti,

qñ res generantur de duratione ipsius rei genite aliqua pronosticari posset, sed omnimodam veritatem non haberet quia vt cõmuniter ponitur impediri posset ex libero arbi. vel ex alia & alia dispositione materię. Ideo quantum est ex natura cęli omnia mensurantur sua periodo & sua circulatione, & alia periodus non est equalis, sed aliquarum est maior, aliquarum est minor. potest tamẽ huiusmodi periodns siue sit magna siue sit par ua vocari vnus annus, & diuidi per quartas & per verem, estatem atumnum, & hiemem. Sed si sit magna periodus m gnũ habebit autumnum & magnam esta tem. In vna enim die illa. 4. tempora distinguere possumus, quia diuisa die in. 4. quartas, vna quarta assimilabitur magis, hyemi & erit frigida & humida, & alia assimilabitur magis veri & erit calida & humida, alia magis estati & erit calida & sicca. Ita ꝙ si aliquod animal haberet vitam determinatam per vnam diem, qđ dicitur à multis contingere de quodam pisce, qui in eadem die moritur & oritur, vnde & piscis ille, vocatur dies, quia vita eius quantum est ex cœlesti corpore vna die mensuratur. Nihilominus tamen hic piscis posset dici viuere per annum, sed ille annus esset valde paruus, & haberet paruum autumnum & paruum ve um. Sic etiã si duratio rerum esset per centum annos, omnes illi. c. anni possent dici vnus annus & vna periodus, & autumnus vel hyems illius anni esset. 25. annorum solariũ, qa 25. est quarta pars centenarij, vnde & philosophus in l bro metheororũ causam assignans, quare vna pars terre vno tempore abundat aquas, & alio tempore abundat pars aliam, ait terram secundũ alium & alium aspectum supercęlestium corporũ in parte vna senescere, & effici siccam, in alia vero iuuenescere & effici humidam, sed ista iuuentus & ista senectus mensuratur magno anno, & est in illo anno assignare magnum autumnum, & magnam estatem. Transit. n. aliquando spatium mil le annorum vel pluriũ antequam terra iuuenis senescat, & fiat sicca, totum tñ illud tempus vnus magnus annus dici potest. Sicut ergo in eodem anno solari per. 6. signa sol accedit, ita ꝙ tempus accessionis est equale tempori remissionis. Sic quia vita & permanentia cuiuslibet rei annus dici potest, in illo anno tempus accessionis quod potest dici tempus generationis est equalis tempori remissionis, quod potest dici tempus corruptionis, vt si res esset apta, nata viuere ex cęlesti circulo per. c. annos, per. l. annos diceretur proficere & generari, & per alios, diceretur deficere & corrumpi. Ex hoc autem apparet quia sicut in motibus syderum non est assignare proprie statum, quia sydera continue mouentur, propter quòd si assignatur ibi status hoc est secundum quid sicut dicitur planeta stationarius, non quia secundum veritatem, ed quia post retrogradum antequam fiat directus secũdum quandã similitudinẽ dicitur stationarius, quia retrogradatio videtur esse contraria directioni, & inter duos motus contrarios est dare quietem mediam. Sic etiã sol in cancro & capricorno dicitur stationarius, vnde & cõmuniter dicitur ꝙ hæc duo solstitia faciunt cancer & capricornus, secundũ veritatem tñ sol nunq̃ stat, sed quia vsque ad cancrum dicitur ad nos accedere à cancro & vltra dicitur a nobis recedere. Cum ergo accessus vide tur esse cõtrarius recessioni, in principio cancri per quandam similitudinem dicitur, stare quia inter duos motus contrarios est dare quietem mediam, sic ẽt in capricorno stat, quia vsque ad capricornum sol à nobis recedit, à capricorno vltra dicitur ad nos accedere, & sic sydera nunq̃ stant, sed ad nos accedunt vel recedunt & tempus accessionis est equale tempori recessionis. Sic quantum est ex cœlesti corpore, & ex motu syderum in vita vel duratione alicuius generabilis nõ est dare statum proprie loquendo. Sed secundum naturam cęlestem medietas totius illius temporis dicitur esse tempus generationis, & alia medietas dicitur esse tempus corruptionis. ꝙ si ita non sit & aliter contingat hoc est ex remedijs adhibitis ex libero arbi, vel ex alia & alia dispositione materiæ, & hinc est forte ꝙ cum temp⁹ iuuentutis hominum sit vsque ad. 35. annum, vt Commẽtator ait, propter quod vita naturalis humana in. 85. annis determinari debeat, propter aliam & aliam dispo sitionem materię aliqui magis & minus viuunt. Immo ex eo quòd homines per liberum arbi. adhibẽt magnã diligentiam circa proprium corpus, dato ꝙ tempus iu uentutis duret vsq; ad. 35. annos viuunt tñ aliquando homines per. c. annos & vltra. Contingit. n. hoc per diligentiam adhibitam ex humana industria, quia sapiens dominabitur astris. vt vult Ptolo. in centiloquio suo, vel hoc contingit ex alia & alia dispositione materiæ. Tex.c.58

Est autem diligenter notandum ꝙ secundum intentionem philosophorũ, homines quia sunt vnũ in natura & in specie, quantum est ex parte speciei competit eis vnũ tempus generationis & corruptionis, & tñ quia species humana saluatur in diuersis cõplexionibus secundum diuersas complexiones naturaliter aliqui magis, & minus viuunt. Sic absolute loquẽdo quantum est ex parte cœlestis circuli cuiuslibet speciei cõpetit vna periodus, tamen secundũ quòd indiuidua illius speciei sub alia, & alia constellatione oriuntur sic mensurantur alia & alia, periodo, propter quod patere potest quomodo diuersificatur periodus in rebus & quomodo non. Et hic ad ista sufficiant.

SEmper vero vt dictum est continua erit generatio, & corruptio & nunquam deficiet propter quam diximus causam. Hoc autem rationabiliter contingit. Quoniã enim in omnibus inquimus quod melius desiderare naturam semper, melius autem esse quàm non esse. Quot esse autem modis dicimus in alijs dictum est, hoc autem in omnibus impossibile existere propter longe à principio distare, reliquo modo compleuit esse deus faciens continuam generationem, ita enim maxime continuabitur esse, quia proxime est substantie fieri semper per generationem. Tex.c.59

In ista parte vt dicebatur assignat philosophus causam perpetuitatis generationis ex causa finali, circa qđ tria, facit, quia primo facit quod dictũ est. Secundo quia dixerat omnia hæc inferiora suscipere mensuram ex motu cęli reducit omnia talia in motum cœlestem. Tertio ex his quæ dicta sunt assignat solutionẽ cuiusdam dubitabilis quæstionis. Secunda pars ibi [Ideo & alia quæcunq;.] Tertia ibi [Simul aũt manifestũ ex his.] Dicit ergo quod semper vt dictum est continua erit generatio & corruptio, & propter quam causam nunq̃ deficiet, diximus quantum est ex parte motus obliqui circuli. Sed hoc rationabiliter contingit non solum ex parte motus, sed etiam ex parte finis, qm̃ in omnibus inquimus naturã desiderare semper quod melius est melius autem est esse quam non esse. Quot autem modis dicimus esse & quot modis accipitur esse dictum est in alijs vt in. 5. Meta. Cum ergo hoc. s. esse imposibile sit existere, & continuari in omnibus propter longe distare à principio. Quædam. n. intantum distant, & deficiunt ab esse primi principij quòd in suo esse continuari non possunt. Ideo reliquo modo. i. alio modo deus compleuit. i. continuauit esse generabilium continuam faciens generationm eorũ. Nam ita. i. per generationem continuam maxime continuabitur tale esse, quia semper fieri per generationem est proxime. i. propinquum ipsi substantię. Notandum autem quòd generatio est via in esse & in substantiam, & quia via est proxima termino, generatio est propinqua ipsi esse & ipsi substantiæ, cum ergo generabilia non possint continuari in suo esse con tinuat ea deus alio modo. videlicet per generationem quæ est ꝓpinqua ipsi esse, ergo ex parte finis, & ex par te ipsius Tex.c.60 Tex.c.13

te ipsius esse, quod finaliter in natura intenditur continuabitur generatio. Bonum est.n.cũ aliquis non potest obtinere ipsum finem secundum se ꝙ accipiat aliquid propinquum fini & constituat sibi finem quod est fini propinquum, quæ aũt perpetuum esse accipere nõ p̄nt accipiant perpetuam generationẽ, quia generatio propinqua est ipsi esse. Notandum autem ꝙ species propinqua est ipsi indiuiduo, totum.n.esse & tota natura indiuidui est species. Indiuiduum.n.supra speciem adducit significationem materię. Cum ergo generabilia in esse indiuiduali perpetuari nõ possint cõpleuit deus per petuitatẽ ipsius esse modo relicto.i. modo alio, q̄a perpetuant ea in esse specifico quæ perpetuari non poterãt in esse significato. Nam semper fieri per generationem & perpetuari secundum speciem est prope ipsi substantiæ indiuiduę, quia tota substantia indiuidui, & ipsius esse reseruatur in specie. Potest ergo litera præhabita legi dupliciter, videlicet prout generatio est, propinqua ipsi esse, & prout species est propinqua ipsi substantiæ indiuiduę. Vtroq; enim modo videlicet secundum generationem & secundum esse specificum perpetuantur, hæc generabilia secundum philosophum.

Dubitaret forte aliquis de eo ꝙ philosophus in litera innuit, videlicet ꝙ deus intendens ꝙ melius est & intendens ipsum esse perpetuauit generationem ganerabiliũ. Cum ergo esse generabilium sit aliud ab esse diuino, si deus tale esse intenderet sequeretur ipsum intendere aliquid extra se, & quia finis & id ꝙ intẽditur mouet agentem & facit efficientem, deus constitueret sibi aliquem finem præter, se & aliquod bonum aliud a deo moueret deum vt ageret, quod est absurdum. Ad hoc autẽ dici potest ꝙ deus vnum effectum ordinat ad alium effectum. deum ergo agere propter finem alium potest intelligi dupliciter, vel quia ille finis & finis dei efficientis, vel ꝙ sit finis, ipsius effectus diuini. Primo modo locutio est impossibilis, nihil.n.aliud à deo potest esse finis ipsius dei. Deus.n.propter seipsum non propter alium finem operatus est vniuersa. Sed secundo modo propositio potest esse vera, deus.n.potest operari propter finem alium, sed ille finis non erit finis dei operantis, sed diuini operis, quia non est inconueniens vnum diuinũ opus ordinari ad aliud diuinum opus, & sic deus mouet & cõtinuat generationem ꝑpter esse generabilium, quia motus & generatio quę sunt quoddam opus diuinum ordinantur. Sic.n.imaginari debemus ꝙ finis, & bonum sunt obiectum voluntatis, vt sunt apprehensa ab intellectu. Nullum autem bonum voluntatem mouet nisi sit ab intellectu apprehensum. Ideo modus volendi quodammodo sequitur modũ intelligendi. Sicut ergo deus nihil aliud extra se intelligit tanq̃ principale obiectum, sed primo per se intelligit seipsum & intelligendo se intelligit omnia sic tanquam principale volitum vult suam bonitatem, & seipsum, & volendo seipsum vult alia.

Vlterius forte dubitaret aliquis, quia non solum est incõueniens esse generabiliũ esse finẽ dei, sed est inconueniens tale esse finẽ ipsius motus, si.n.corpora supercęlestia mouerentur pp generationem istorum & pp eorũ esse, ergo hęc sunt nobiliora illis, cum sempr finis sit nobilior his quæ sunt ad finem, nec sufficeret si quis cõcederet hoc verum esse, quia inter hæc inferiora cláuditur homo qui est cęlo nobilior, quia homo non est cęlo nobilior ex ea parte ex qua ẽ corruptibilis, sed si hoc verum est veritatem habet propter intellectum, quia alterum genus est & separatur ab aliis sicut perpetuum à corruptibili, & quia per s. directe cœlum est causa istorum inferiorũ vt sunt generabilia & corruptibilia, quia ſm quòd talia non sunt nobiliora cęlo per se loquendo vr̄ sequi quòd nobile ad ignobile ordinetur si motus cęli sit pp ordinationẽ istorum. Amplius cum cęlum nõ solum faciat ad generationẽ hominis, sed etiã ad generationem aliorũ, semper vr̄ sequi quòd nobile sit pp ignobile, si motus cęli sit pp generationẽ q̃ causat. Ad hoc aũt dici potest ꝙ finis & illud ad qđ ordinatur aliquid non est quodlibet intentũ, sed intentum principale, ſm .n.philosophorũ sententiam intendit cęlũ per suum motum generationẽ istorum inferiorum, nõ tñ intendit eã principaliter, sed quia generãdo hęc inferiora existit eorum causa & assimilatur causę primę quæ est maxime cã, intendit generationem hoiũ vt per esse consequatur similitudinẽ causæ primæ. Non.n.debemus arguere qđ nobile sit pp ignobile, nec quòd cælũ sit pp generationem elementorum. quia non intendit talem generationem principaliter vt dictum est.

Vlterius aũt consurgit dububitatio quõ celũ & alia p̄nt intendere aliquid, & si forte de cœlo possemus hoc concedere, quia ſm quosdam cœli sunt animati. Iuxta illud Auic.in Meta.sua. Elementũ est animal obediens deo, qđ vtrum veritatẽ habeat & qualiter intelligendũ sit cœlos animatos esse non est præsentis speculationis. Veruntñ quicquid sit de cęlo, de natura tñ, cum cognitione careat, dicere quod intendit, & quod sit aliquid de intentione eius vr̄ omnino absurdũ, male ergo dicit philosophus ꝙ natura desiderat vel intendit qđ melius est. Ad hoc aũt dici p̄ot quòd desiderium & appetitus & intentio dn̄t inclinationem quandam cognitionẽ pręcedens, quia desiderium & talia mentẽ & cognitionem vn̄r præsupponere. Natura ergo si desiderat, & appetit, huiusmodi appetitus aliquod cognitioni præsupponit, quia si inclinaretur natura in aliquid, & illa inclinatio à cognitione non procederet, non mereretur nomẽ appetitus. Natura ergo appetit & per cognitionẽ appetit, non per cognitionem quæ sit in ipsa, sed per cognitionem quæ est in alio. Sicut.n.voluntas appetit, & tñ voluntas non cognscit, dr̄ tamen desiderare, quia à cognoscente dirigitur. Cum.n.videamus naturam indirecte agere, quia vt plurimũ consequitur finem debitum debemus arguere, quòd natura ab aliquo intelligente dirigitur, in cuius virtute consequitur finem intentum. causaliter.n.quis cõsequitur finem intentum nisi ipse sit in se cognoscens vel dirigatur ab aliquo cognoscẽte, & omnino opus naturæ dr̄ esse opus intelligentię, quia natura non agit nisi per intelligentiam sit directa. Sic ergo pro tanto dr̄ naturam intendere & desiderare, nõ quia ipsa, vt dictum est, in se cognoscat, sed quia à cognoscente & intelligente dirigitur, & ista est sententia Commentatoris super.12.Meta.vbi dr̄ quòd secundũ hoc est intelligendum quòd natura facit aliquid perfecte & ordinate, & q̃uis natura non intendat nisi rememorata ex virtutibus agentibus nobilibus. quæ dicuntur intelligentiæ. Deinde cum dicit.

Huius autem causa vt dictum est multotiens in circuitu allatio, sola enim continna, ideo et alia quæcunque transmutantur adinuicem secundum passiones & potentias verbi gratia simplicia corpora imitantur in circuitu allationem. quando enim ex aqua aer generatur, & ex aere ignis, & rursus ex igne aqua in circuitu. dicimus enim circuire generationem, quia rursus reuertitur, quocirca & recta allatio assequens eam quæ in circuitu continua est.

Redit ad ostendẽdum quõ omnes isti motus inferiores reducuntur in motum cœlestem & perpetuãtur per ipsum. dicens, quòd huiusmodi cã. videlicet ꝙ semper fiat generatio est allatio quę est in circuitu, vt multotiẽs dictum est. Nam quia sola circularis allatio est cõtinua ideo & alia quacunque transmutantur adinuicem ſm passiones & secundũ potẽtias.i.secundũ virtutes actiuas & passiuas.v.g.cuiusmodi sunt simplicia, corpora talia quidem in suis transmutationibus imitãtur allationem in

in circuitu. Nam quando ex aqua generatur aer, & ex aere ignis rursus fit ibi quidam circulus, quia ex igne postea regeneratur aqua. Dicemus enim generationem, circuire in circuitu, quia rursus reuertitur generatio. Quocirca cum quædam circulatio sit in istis elementis, recta allatio quæ est elementorum, assequens est eam allationem quæ est continua in circuitu. Nam si res assequitur rem, & motus motum ex quo elementa aliquo modo assequuntur circulum, motus ipsorum & immitabitur, & assequetur circulationem quandam. Notandum autem quòd non solum generatio elementorum, sed etiam motus eorum qui est rectus immitantur aliquo modo circulum, quia sole existente in signis calidis vincunt elementa superiora, & conuertunt aliquam partem ad se de elementis inferioribus, vt vincente igne super aerem est ignis generatus vbi prius fuerat aer corruptus, sole autem recedente ab illis signis fit, econuerso, quia elementa inferiora habent victoriam super elementis superioribus, quia circulariter est motus solum circularis est transmutatio. Ignis ergo aliquando extendit se ad inferius capiendo aliquid de sphæra aeris, & aer extendit se ad superius capiendo aliquid de sphæra ignis, & quia hoc fit circulariter, vt dictum est, motus ad superius, & inferius immitantur quodammodo circulum, & quia tales motus sunt recti, recta allatio quodammodo immitatur circulationem. Deinde cum dicit.

Tex.c.60 *Simul autem manifestum ex his quòd quidam quærunt, quare vnoquoque corporum in propriam allato regionem in infinito tempore non distant corpora, causa enim huius est quæ adinuicem transitio, si enim vnumquodque maneret, in sua ipsius regione, & non transmutaretur, ab eo quod proprie iam vtique destitißent, transmutantur, quidem igitur propter allationem, duplicem entem, quia transmutant aut non contingit manere nullum eorum in nulla regione ordinatum. Quod quidem igitur est generatio, & corruptio, & propter quam causam, & quid generabile, & corruptibile, manifestum est ex his quæ dicta sunt.*

Ex his quæ dixerat soluit quandam dubitabilem quæstionem dicens, quòd simul manifestum est ex his dictis id quod quidam quærunt, videlicet quare vnoquoque corporum elementorum in propriam allato regionem in infinito tempore corpora elementorum non distant, id est, quare iam per infinitum tempus, & ab eterno corpora elementorum, non semper habent distincta loca, ita quòd aut absque confusione & absque permixtione quodlibet maneat in sua regione & in sua sphæra. Causa enim huius est transmutatio quæ est elemẽtorum adinuicem. Si enim vnumquodque elementum maneret in sua ipsius regione, sine confusione & absque permixtione, & non transmutetur, ab eo elemento quod est prope ipsum, iam vtique destitissent transmutationes eorum, sed nunquam desistũt transmutari, sed transmutantur propter duplicem entem allationem, id est, propter allationem solis quæ est duplex, & difformis propter obliquitatem çodiaci, & quia continue elementa, se transmutant, ideo non contingit vllum eorum elementorum manere in nulla regione ordinata, semper enim est ibi commixtio, & inordinatio quædam. Notandum autem quod quia circulariter cœlum mouetur, & continue in vna parte vincunt signa calida, & in alia vero frigida, quia ex tali victoria consurgit, confusio elementorum, & vnum elementum accipit de sphæra alterius, ideo hæc elementa non possunt stare ordinate in sphæris suis. Deinde cum dicit.

Quoniam autem neceße est esse aliquid mouens si motus erit vt dictum est prius in alijs, & si semper quòd oportet aliquid esse semper, & si continue vnum, & idem, & immobile, & in alterabile, & ingenerabile, & si multi qui in circuitu motus multa, quidem, omnia autem qualiter esse hoc necesse sub vno principio. Tex.c.61

Asignat causam continuitatis, & duo facit. quia primo facit quod dictum est. Secundo quoddã quod supposuerat probat. ibi [Continuo autem ente.] Dicit ergo. quod vt dictum est prius in alijs, scilicet, in 8. physico. Si motus erit necesse est aliquid esse mouens, & si semper erit motus, oportet semper aliquid esse mouens, & si continue aliquid vt mouetur, oportet dare vnum, & idem immobile, & in alterabile, & ingenerabile, quod continue moueat. Et si multi sunt motus qui sunt in circuitu, multa quidem oportet esse mouentia, & omnia hæc mouentia oportet qualiter, id est, aliqualiter esse sub vno principio, & tunc suppleatur ratio, quòd quia omnes motores celestes sunt sub vno motore semper mouente cum ex ordine illorum, motorum causetur generatio, & corruptio in istis inferioribus, perpetua erit hæc generatio, quia perpetuus est ordo talium motorum. Deinde cum dicit.

Continuo autem ente tempore necesse motum esse continuum si impoßibile tempus sine motu eße, contingit igitur alicuius tempus numerus, eius quidem qui circuitu ergo quemadmodum, in his quæ à principio determinatum est.

Quia supposuerat motum primum esse continuum & perpetuum, & ex perpetuitate illius motus arguebat perpetuitatem, motoris & perpetuam transmutationem in istis inferioribus, ideo probat motum illum esse continuum, & perptuum, quod fuerat in preci denti ratione, suppositum, & duo facit. quia primo probat huiusmodi motum esse continuum. Secundo inquirit à quo habet continuitatem. ibi [Continuus autem motus.] Dicit ergo continuo autem ente supple, tempore necesse est motum continuum esse, quia impossibile est esse tempus sine motu. Est igitur tempus numerus eius motus continui qui est in circuitu, id est, qui est circularis quasi dicat quòd quia tempus est perpetuum, & continuum, oportet motum illum circularem, & per motum ipsum tempus cuius est, numerus esse perpetuum & continuum. Notandum autem philosophum habere.q.pro principio quòd quicquid incipit vel desinit de necessitate est tẽporale omne aũt temporale clauditur tempore, sicut esse locale clauditur loco. Si ergo tempus non esset eternum, & perpetuum, sed vel incepisset vel desineret tempus esse temporale clauderetur tempore, quod est incõueniens quia si caluderetur tempore esset tempus anteq̃ inciperet tẽpus vel esset tẽpus postquã desineret esse tempus, hæc autem ratio, & alie rationes facte in hoc libro ad probandum perpetuitatem generationis, quantam vim habent in sequentibus apparebit. Notandum etiam quòd dicit tempus esse numerum motus, tempus enim quantum est de se numerus est, est enim numerus numeratus, ipsa enim prius, & posterius in motu vt sunt numerata ab anima complent rationem temporis. Est ergo tempus quid continuum non de se, sed ratione motus in quo fundatur, sicut.x. palmi in ligno quid continuuum dicunt. Nam licet.x. palmi habeant rationem numeri, & dicant quantitatem discretam, ratione tamen ligni continui in quo fundantur tales.x. palmi quid continuum non esse possunt. Deinde cum dicit.

Tex.c.61 *Continuus autem motus vtrum, quia quod mouetur, continuum, est aut in quo mouetur velut locum, dico autem passiones.*

Inquirit vnde motus habet continuitatem, & duo facit. quia primo pręmittit quæstionem. Secundo declarat veritatem quæsiti. ibi [Manifestum vtique.] Dicit ergo inquirendum esse hic vtrum motus sit continuus, quia est continuum id quod mouetur. i. mobile, aut est continuus, quia diximus esse continuum illud in quo mouetur, puta locum aut passionem. Notandum autem quòd & motum esse in aliquo potest intelligi dupliciter. vel sicut in subiecto, & sic est in eo quod mouetur siue in mobili, vel potest motus dici esse in aliquo tanquam in genere, vel tanquam in specie, & sic motus est in rebus ad quas est motus, vt motus ad passionem ad qualitatem est in genere qualitatis, motus ergo est in illa re quæ per motum acquiritur inquantum per ea reponitur in genere vel in specie, vt motus ad qualitatem est in qualitate, quia est in genere qualitatis. Est ergo rationabilis quæstio, cum motus dicatur esse in subiecto, & in termino, vtrum habeat continuitatem à subiecto vt a mobili, vel à termino vt a loco si motus ille terminatur ad locum, vel a passione si terminatur ad passionem. Deinde cum dicit.

Manifestum vtique quia eo quidem quòd id quod mouetur, quomodo enim passio continua est nisi, quia res cui accidit continua est, si autem, & hoc eo quod in quo solo loco existit, magnitudinem enim aliquam habet, huius autem quod circulo solum continuum, quocirca idem sibiipsi semper continuum, hoc igitur est quod facit continuum motum quòd in circuitu corpus fertur, motus autem tempus.

Declarat veritatem quæsiti dicens, manifestum esse motum eo quidem esse continuum, quia id quod mouetur supple est continuum à passione enim continuitatem habere non potest, quia quomodo, passio est continua, nisi quia res cui accidit passio continua est. Oportet ergo à continuitate subiecti esse talem continuitatem, sed si hæc, id est, si continuitas eo quòd existit in solo loco in quo est motus, quia locus aliquam magnitudinem habet, propter hoc supple non possumus vniuersaliter ponere motum esse continuum ratione loci, quia solum dicimus esse, continuum motum huius corporis quod mouetur in circulo. Cum ergo tale corpus non sit in loco motui maxime continuo non possumus dare continuitatem à loco, quocirca idem mobile quod sibiipsi, idest, secundum seipsum ex semper continuum dat continuitatem motui, hoc igitur corpus quod fertur in circuitu facit motum continuum, motus autem facit continuum tempus, ita quòd tempus autē habet continuitatem à motu, motus autem à mobili. Notandum ergo quod motus vniuersaliter habet continuitatem à mobili, non a termino, quia si deberet habere continuitatem à termino, maxime videretur habere continuitatem à loco. Cum ergo primum corpus non moueatur in loco nec a loco, sed circa aliquid quia motus talis corporis est maxime continuus, patet quòd vniuersaliter motus non, habet continuitatem à loco, cum locus maxime continuus, ab eo continuitatem habere non possit.

Tex.c.53 *QVoniam autem in continue motis secundum generationem, aut alterationem, aut vniuersaliter, transmutationem huiusmodi, videmus demum ens & generatum hoc post hoc, vt non deficiat, videndum est vtrum aliquid quod erit ex necessitate aut nihil, sed omnia contingit non fieri.*

Postquam philosophus probauit perpetuitatem generationis, & assignauit causam huius perpetuitatis. In parte ista ostendit qualis sit perpetuitas probans hanc perpetuitatem esse secundum circulum non secundum rectum, & duo facit. quia Primo ostendit huiusmodi necessitatem esse circularem. Secundo reducit huiusmodi perpetuitatem, & necessitatem in cœlestem motum Secunda ibi [Hoc vtiq; quidem.] Circa primum duo facit. quia primo ostendit ad generationem esse necessariam in circuitu. Secundo manifestat quòd non est necessaria secundum rectum. ibi [Siquidem igitur in infinitum.] Ad euidentiam autem primæ partis notandum quòd generatio ideo est circularis, quia eadem materia quæ prius fuit sub forma aeris iterum reuertitur, & fit postea sub forma aeris, & materia quæ fuit sub forma nubis vel pluuiæ, iterum reuertitur, & efficitur sub forma pluuie vel nubis. Et quod dictum est de elementis, vt de aere vel aqua, & de nube vel pluuia, intelligendum est etiam de animalibus, & de aliis quæ generantur naturaliter. Materia enim quæ fuit sub forma muris vel sub forma leonis circulariter reuertitur, & efficitur sub forma muris vel leonis. Oportet enim sic dicere sequendo positionem, philosophi. Si enim mundus fuit ab eterno præcesserunt infiniti mures, & infiniti leones, & fuerunt infinite generationes, aeris, & nubis & pluuie, & cætera talia infinita, & sicut infinita præcesserunt de quolibet talium secundum tempus præteritum, ita infinita erunt secundum futurum. Cum ergo materia sit finita, & ex materia finita non possunt generari infinita nisi, secundum circulum, oportet eandem materiam infinities reiterari sub eadem forma. Si enim tota materia corporalis esset sub forma muris, non sufficeret ad generationem tot murium quot fuerunt, immo quia quodlibet finitum, quantumcunque maxime quantitatis contineretur in infinito infinities, oportet eandem materiam infinities, reiterari sub eadem forma murium, si debent ex materia finita generari infiniti mures. Et quod dictum est de generatione muris, intelligendum est de omnibus aliis, naturaliter generatis. Notandum etiam quòd licet de omnibus talibus naturaliter generatis veritatem habeat, quia oportet materiam circulariter reuerti sub eadem forma. Ista tamen reuersio in aliquibus est immediate vel quasi immediate, in aliquibus vero per multa media. Nam si ex aere, fit aque statim, & immediate ex aqua potest fieri aer, sed si ex muræ viuo generatur mus mortuus, non statim ex mure mortuo fit viuus mus, & maxime loquendo de muribus per propagationem, & per cognitum generatis, quia in talibus mortuum non redit viuum nisi per multa media, vt habet declarari octauo Metaphysi. Vtrum autem in generatis per putrefactionem possit esse immediata conuersio non est præsentis speculationis, sufficit autem ad præsens scire quòd in omnibus generatis naturaliter est quædam circulatio, & materia de necessitate reuertitur, sub eadem forma, sed huiusmodi circulatio in aliquibus est immediata, in aliquibus per multa media, in aliquibus vero per pauca. Notandum ꝙ quia generatio habet perpetuitatem secundū circulum, ideo non omnium generatio per omnem modum est contingens, sed aliquo modo est necessaria. Nam si materia quæ fuit sub forma muris de necessitate iterum erit sub forma muris possumus arguere quod mus de necessitate generabitur. In his ergo quæ sunt à proposito, semper est generatio contingens, sed in his quæ sunt à natura generatio est necessaria, & si non est necessaria secundum indiuiduum, est tamen necessaria secundum, speciem quia si non de necessitate generabitur hic leo vel hic aer, quia forte talis generatio posset impediri. De necessitate

sitate tamen generabitur leo, & aer, quia vniuersaliter generatio leonis vel aeris vel alterius rei naturalis impediri autem non potest. Idem est ergo quærere vtrum generatio perpetuetur, circulariter, & vtrum aliquorum sit necessaria, quia si perpetuabitur generatio secundum circulum, de necessitate generabuntur huiusmodi rerum genera, quia materia quæ fuit sub forma vnius, iterum erit sub forma eiusdem, vt generatio circulariter perpetuari possit. Philosophus ergo volens quærere vtrum generatio perpetuetur circulariter, quęrit hanc quæstionem sub hac forma, vtrum generatio aliquorum sit necessaria vt si modo corruptus est aer, vtrum dicere possumus quòd de necessitate generabitur aer. Circa hoc autem duo facit, quia primo præmittit quæstionem. Secundo soluit. ibi [Qm̄ enim quidem.] Dicit ergo quòd incontinue motis secundum generationem aut alterationem, aut vniuersa-

Tex.c.64 liter secundum transmutationem alicuius. Videmus demum vel deinceps, vt habet alia litera, quod est aliquid ens & generatum hoc post hoc vt non deficiat generatio, & quia generatio perpetuatur videndum est, vtrum aliquid, quod erit ex necessitate generabitur aut non, sed omnia contingit non fieri, & generantur contingenter. Deinde cum dicit.

Tex.c.64 *Quoniam enim quidem quædam manifestum, & mox erunt & futurum aliud, propter hoc quod verum est dicere quia erit oportet hoc esse, quandoque verum quia est hoc, quòd autem nunc verum dicere, quia futurum est nihil prohibet non fieri, futurus enim incedere quis non incedet.*

Tex.c.65 Soluit, & duo facit. quia primo facit quod dictum est. Secundo manifestat quod dixerat. ibi [Vniuersaliter autem contingit.] Dicit ergo manifestum esse quoniam mox cum quædam erunt propter hoc.i.propter esse illorum erit aliud futurum quòd pro quia verum, est dicere, quia hoc erit oportet hoc esse quoniam verum quia hoc.i.huiusmodi sunt generata circulariter & vniuersaliter, vt si erit pluuia verum erit dicere quòd est vapor, & si erit vapor quòd erit nubes, & si erit nubes quòd erit pluuia, quare si erit pluuia erit pluuia. In talibus ergo quæ sunt futura non vniuersaliter impediri possunt, sed in his quę sunt à proposito futura non sunt necessaria. In talibus.n. ꝙ nunc verum est dicere, quia futurum est nihil prohibet non fieri, quia futurus quis incedere non incedet. Incessus.n. & iter nostrum ex libero arbi. procedunt, ideo cum disponimus incedere, & est futurus incessus potest impediri tale iter.

Deinde cum dicit.

Tex.c.65 *Vniuersaliter quoniam contingit quædam entium, & non esse manifestum, quoniam, & quæ generantur ita habebunt & non ex necessitate hæc erunt, vtrum igitur omnia talia, aut non. Sed quædam necesse simpliciter fieri. Et est*

Tex.c.66 *quemadmodum in esse, hoc impossibile non esse, hoc autem possibile, ita & circa generationem.*

Manifestat quod dixerat, & duo facit. quia primo manifestat id comparando generationem ad esse. Secundo quod dixerat exponit in terminis. Secunda ibi [Verbi gratia conuersiones igitur.] Dicit ergo. quòd vniuersaliter supple videtur esse similiter circa esse & circa generationem, vt quoniam contingit quædam entium non ex necessitate esse, & quia quę generantur ita se habebunt non ex necessitate erit hoc.i.generatio talium. Sed vtrum sunt omnia talia quòd generatio eorū sit contingens aut non omnium generatio est contingēs sed quædam simpliciter necesse est fieri. Dicere possumus quòd est in generatione quemadmodum & in esse quia sicut hic entia sunt impossibilia non esse.i.sunt necessaria, hæc autem sunt possibilia, id est contingentia. Ita & circa generationem se habet, quia quædam generatio est necessaria, quædam vero contingens. Notādum autem quòd esse est terminus generationis, ideo videtur esse iudicandum de generatione sicut de esse, si ergo aliquorum esse est necessarium, liquorum vero est contingens, generatio aliquorum est necessaria, aliquorum vero contingens. Deinde cum dicit.

Verbi gratia conuersiones igitur necesse fieri, & non possibile non contingere. Si igitur quod prius necesse est fieri si quod posterius erit. verbi gratia si domus fundamentum si vero hoc, lutum prius. ergo si fundamentum factum est, necesse, & domum fieri, aut non esse adhuc, si autem & id necesse generari simpliciter, si autem, & hoc posito necesse generari domum. si enim fuit quod prius habens se ad posterius, quare si illud erit necesse illud prius generari. Si igitur necesse generari, & quod postea, & quod prius necesse, & si prius, & posterius igitur est necesse, sed hoc non est propter istud, sed quoniam subiectum est ex necessitate futurum. In quibus igitur quòd postea necesse est esse in his conuertitur, & semper priori generato necesse generari quod postea. Tex.c.66 Tex.c.67

Exponit quod dixerat in terminis dicens, quòd conuersiones necesse est fieri, & non possibile est non contingere, & quia generata naturaliter generantur secundum conuersionem, vt ex aqua fit aer, & econuersio, & ex nube pluuia, & econuersio, ideo generatio est necessaria, sed si non sit ibi conuersio. vt se habet in his quæ generantur à proposito, generatio non erit necessaria simpliciter, sed ex suppositione. In talibus enim si quod posterius erit, necesse est fieri quod prius si non econuersio. Verbi gratia. domus & fundamentum & talia artificialia habent prædictum ordinem, quia si domus est, fundamentum fuit prius. si vero est hoc scilicet fundamentum vt lutum, & cementum fuit prius sed, si fundamentum factum est, nunquid necesse est domum fieri, aut non necesse est esse adhuc, quia si ex fundamento non possumus simpliciter inferre domum sed ex suppositione poterit esse talis illatio, vt si supponatur generationem domus esse necessariam simpliciter. Ideo subdit quòd si hoc, id est, si domus sit necesse generari domum. Nam quòd prius sic fuit se habens ad posterius quòd si est illud, id est, si est posterius necesse est generari illud quod est prius, & quia posterius insunt prius ex necessitate, prius autem insunt posterius ea suppositione. Ideo concludit quòd si necesse est generari quod postea necesse est generari quod prius, & econuersio, si necesse est generari quod prius, & quod posterius, sed hoc posterius non est propter illud, id est propter hoc quòd ponit est prius esse. si talis illatio videlicet ex suppositione videlicet si subiectum posterius sit de necessitate futurum, non enim quia fundamentum est ideo domus erit. Sed si supponatur domum esse de necessitate futura, ex tali suppositione possumus arguere si est fundamentum quòd erit domus, igitur in quibus quòd est postea necesse, est esse & eundem ordinem habet prius. Ad posterius quòd posterius ad prius in his conuertitur generatio, & semper priori generato, necesse est generari quòd postea, sicut posteriori generato, necesse fuit generari quòd prius, & quia hunc ordinem aspicimus in generatione naturalium, ideo talium generatio, est necessaria aut secundum circulum.

Dubitaret forte aliquis, quia vt videtur esse circulum, in his quæ sunt à proposito, sicut in naturalibus. Nam si mundus nec cepit nec desinet, sicut fuerunt infinite pluuie in tempore præterito, & erunt in infinite in futuro, sic fuerunt infinitę domus in tēpore, pręterito & erunt infinite in tempore futuro, & quia ad

generationem infinitorum non sufficit materia finita ni si secundum circulum de necessitate, materia quę est forma domus infinities fuit sub forma domus, & infinities erit sub forma domus, quia non esset nisi in talibus esset circulatio & nisi generatio domus esset necessaria. Ad hoc autem dici potest quòd inter prius & posterius est ordo necessarius secundum rectum, vt quia si est quod posterius de necessitate fuit quod prius sed non est ibi conuersio in circulum absolute loquendo, quia licet posterius inferat prius, prius tamen non absolute infert posterius. habet enim posterius secundū se necessarium ordinem ad prius, sed non econuerso. Ideo si posito priori possumus inferre posterius, hoc non est ratione qua prius, sed necessitas conuersionis, in talibus est ex sua causa, vt si causa sit necessaria secundum circulum & causata erunt necessaria secundum dictum modum. Naturalia ergo habebunt necessitatem circularem, quia reducuntur in motum cœli qui est necessarius & circularis, artificialia vero talem necessitatem habere non possunt. Et quod dicitur de infinitis domibus dici debet ꝙ accidit ꝙ materia quę est sub forma domus iterum redeat sub forma domus. Sed quòd materia quæ fuit sub elementis frigidis, quòd iterum redeat, & fiat sub forma talium elementorum non est per accidens, sed per se. Nam quòd elementa frigida, & calida in aliqua parte orbis victoriam habeant hoc est propter aspectum signorum, frigidorum, vel calidorum, & quia cœlum circulariter vertitur, & signa frigida habent aspectum vbi prius habebant calida & econuerso, ideo per se est quòd redeuntibus talibus signis materia quæ fuit sub elementis frigidis fiat sub calidis, & econuerso. Si enim dominantibus signis calidis nō esset generatio calidorū hoc esset per accidens, & quia nullū per accidens, est semper & perpetuū impossibile est redeuntibus signis calidis quòd non fiat generatio calidorum. Ideo in talibus videlicet conuersio, vt si sit materia prius sub elementis calidis arguere possumus quòd postea erit sub frigidis, & econuerso. Immo si hæc generatio impediatur propter impedimentum aliquod, vt propter indispositionem materiæ, reducitur in motum cœli aliquo modo in huius impedimento est aliqua circulatio, ita quòd illa naturalia necessitatem quandam, videntur habere circularem. Notandum ergo artificialia possunt impediri in sua causa per se, quia potest aliquis, desistere à proposito ne faciat quod proposuit, sed naturalia non reducuntur in motum cœli, quia talis motus est necessarius per se secūdū ꝙ huiusmodi causam impedire non potest. Reducūtur enim naturalia in motum cęli per se, artificialia vero reducuntur in ipsum quodammodo per accidens. Intellectus enim cum non sit corpus nec inter corpora per se non dependent a motu cœli. reducuntur tamen artificialia aliquo modo in motum cœli quia artifices obseruant talem motum vt melius consequantur intentum, vt aratores arant terram deplutam, quia facilius scinditur, & fabri lignarij non quolibet tempore abscindunt ligna, quia ligna abscisa vno tempore sunt magis putrefactibilia quàm alio Ex quo patet quòd in naturalibus est circulus per se, in artificialibus vero potest esse circulus per accidens. Notandum etiam quòd in recto potest dari prius & posterius præcise, sed in circulo quilibet punctus equali modo est finis & principium, & quia naturalia habent necessitatem circularem, quodlibet potest dici prius, & posterius. Non enim se habet nubes ad pluuiam sicut fundamentum ad domum, fundamentum enim respectu domus solum habet rationem, prioris. domus vero posterioris. Sed pluuia est prior, & posterior nube, & econuerso nubes enim ordinantur ad pluuiam, & econuerso. nube facta fit pluuia, & pluuia facta fit vapor, quo facto generantur nubes, & quia posterior infert prius, & prius infertur ab ipso. Ideo in talibus quodlibet infert, & infertur, cum quolibet sit prius, & posterius, vt si nubes est fuit pluuia, & erit pluuia, & si est pluuia fuit nubes, talia ergo quia pari modo videntur esse priora & posteriora pari modo se videntur inferre, fundamentum vero, & domus non sic simpliciter, se inferunt, sed ex suppositione, vt dictum est.

Siquidem enim in infinitum tendit, & ad inferius, non erit necesse eorum quæ postea, hæc generari simpliciter, sed neque ex suppositione. Semper enim alterum anterius necesse esse, ideo & necesse illud generari, quocirca si non est principium infiniti, neque primum erit nihil, propter quod necesse erit generari. Tex.

Postquam philosophus ostendit generationem esse, necessariam secundum circulum. In parte ista probat, huiusmodi generationem non esse necessariam secundum rectum, & duo facit. quia primo facit quod dictum est. Secundo recolligit quæ dixerat vt concludat intentum. ibi [Necesse enim aut finem habere.] Circa primum duo facit. quia primo ostendit generationē non esse necessariam secundum rectum, si ponatur procedere in infinitum. Secundo ostendit hoc si dicatur huiusmodi processum habere finem. ibi [At vero neque in finem habentibus.] Dicit ergo quòd siquidem igitur generatio tendit in infinitum & ad inferius non est necesse generari simpliciter, vt hæc de numero eorum quæ sunt postea, & non solum posito processu generationis in infinitum, non est necessarium generari aliquid simpliciter, sed etiam ex suppositione supple non poterit concludi generationem esse necessariam. Nam siue sit generatio necessaria simpliciter siue ex suppositione, semper necesse est esse aliquid anterius, & prius, & ideo eo existente necesse est generari id quod est posterius. Quocirca si infiniti non est principium, nec primum erit ibidem, propter quod nihil necesse erit generari. Est ergo vis rationis, quòd quia nunquam generatio est necessaria, non simpliciter, nec ex suppositione, nisi sit ibi dare prius & posterius in infinito qđ caret principio, & fine non est ibi dare prius & posterius, propter quod supposita infinitate secundum rectū nihil de necessitate generabitur. Notandum autem quòd processus generationis in infinitum secundum, superius accipitur respectu generatorum, & quia philosophus intendit, quòd si sit infinitas in generatione secundum, rectum quòd nihil de necessitate generabitur. Ideo specialem mentionem facit de processu ad inferius qui accipitur respectu generandorum in futuro, deinde de processu ad superius qui accipitur respectu generatorum in præterito. Deinde cum dicit.

Ad vero neque in finem habentibus hoc est dicere vere, quoniam necesse simpliciter generari. Verbi gratia domum quando fundamentum generatur, quando enim generatur, si necesse generari semper hoc acciderit semper esse, contingens semper non esse.

Ostendit generationem nō esse necessaria secundū recte si ponantur huiusmodi generabilia esse finita. Circa quod duo facit. quia primo facit qđ dictū est. Secundo declarat quod supposuerat. ibi [Si oportet semper generationem esse.] Dicit ergo quòd neq; in finem habentibus. i. neque si ponantur generabilia finita est vere dicere hoc. s. necesse est generari aliquid simpliciter. Verbi gratia. si dicamus quòd necesse est generari domum, aut generatur fundamentum, quia cum generatur aliquid si necesse est generari generabitur semper. Si igitur generatio est necessaria secundum rectum & generabilia sunt finita hoc inconueniens contingit, quia accidit semper esse contingens ꝙ semper non est. Notandū

autem

aūt quòd si generabilia sunt finite & non reiteratur generatio secundū circulum, quia contingit finita pertransiri cum deuentum erit ad vltimum generabile generatio, deficiet non erit necessaria. Nam cum omne necessariū sit semper ponere generationem deficientem esse necessarium est ponere esse semper quod non est semper.

Deinde cum dicit.

Sed oportet semper generationem eße, si ex necessitate est eius generatio. ex necessitate. n. & semper simul. quod. n. est neceße non possibile nō esse quocirca si est ex necessitate sempiternū est, et si sempiternum ex necessitate. & si generatio igitur ex necessitate perpetua et generatio huius, & si sempiterna ex necessitate. si igitur alicuius ex necessitate generatio simpliciter, necesse circuire, & reuerti.

Declarat qđ supposuerat. videlicet, ꝙ oportet generationē alicuius sp esse si eius generatio est necessaria. Nā esse ex necessitate & esse semper sunt simul, & sese concomitantur. nam quod necesse est esse non possibile est non esse, propter quod est sempiternum, ideo subdit. ꝙ si aliquid est ex necessitate est sempiternum, & econuerso, si est sempiternum ex necessitate est. Si igitur est generatio huius. i. alicuius ex necessitate, generatio eius erit perpetua, & sempiterna, & econuerso. si est sempiterna erit ex necessitate. Declaratum igitur est quod posuerat videlicet quod est necessarium est sempiternū. Supposita ergo finitate generabilium, generatio secundum rectum non erit necessaria, quia tunc deficientia, & quæ non sunt semper contingent esse semper. Si igitur generatio alicuius est simpliciter ex necessitate necesse, est circuire & reiterare, id est, hæc necessitas accipienda est secundum circulum non secundum rectū.

Deinde cum dicit.

Necesse igitur aut finem habere generationem, aut non & si non, aut in rectum, aut in circuitu. horum aūt si erit, sempiterna, non in rectum possibile, quia nequaquā est principium, neque si inferius vt ad futura accipiamus neq; si superius vt ad generata, necesse autem principium neque finito ente & sempiternum eße, ideo neceße in circuitu esse, conuerti igitur necesse erit.

Recolligit quæ dixerat. Secundo exponit, & manifestat intentionem suam. Tertio concludit intentum Secunda ibi [Verbi gratia. si hic ex necessitate.] Tertia ibi [In circuitu igitur.] Dicit ergo ꝙ necesse est generationem aut habere finem autem non, & si non habet finem aut hæc erit in rectum aut in circuitu, horum autem. i. prædictorum si generatio est sempiterna nō est possibile hoc secundum rectum. quia si sit generatio necessararia sm rectum hoc non erit si ponatur processus, in infinitum, quia in infinito nequaq̄ est aliquid se habens, vt prius vel vt principium, quia nec sic generatio procedit in infinitum inferius vt ad futura generanda, neque si accipiamus huiusmodi processum in infinitū ad superius, vt ad præterita generata supple non erit ibi dare primum principium, & vt primū in generatione si est necessaraia. Ideo posito processu in infinitum nō est ibi assignare necessitatem generationis neque huiusmodi necessitatem assignare possumus ente huiusmodi processu finito, quia vtrunque oportet sempiternum esse, & non deficere generatio, autem secundum rectum si non vadit in infinitum deficiet & non erit necessaria nullo ergo modo generatio, est necessaria secundum rectū. Ideo si est necessaria necesse est eam esse in circuitu. necesse ergo erit generationem conuerti, & habere in se quandam conuersionem, & quendam circulum si debet esse necessaria. Deine cum dicit.

Verbi gratia. si ex hoc necessitate est quod prius ergo, sed si hoc quod posterius necesse generari, & hoc semper iā continue. nihil enim differt dicere per duo aut multa.

Exponit intentionem suam ostendens quomodo generatio est necessaria secundum circulum dicens, ꝙ hoc modo generatio est necessaria. videlicet scđm circulum quia si inest hoc. i. si est posterius ex necessitate ergo est quod prius, & econuerso quia si est hoc quod est prius, necesse est generari quod est posterius, & hæc sunt iam continue, ita ꝙ nunq̄ deficiet generatio, & addit ꝙ nihil differt dicere hoc ꝙ generatio sit circularis per duo nec per multa media. Ostensum enim fuit supra materiam reuerti circulariter sub eadem forma, sed al quādo hoc contingit immediate, aliquando per pauca media, aliquando vero per multa. Deinde cum dicit.

In circuitu igitur motu & generatione est quod ex necessitate simpliciter, & si in circuitu necesse generari & generata eße, & si necesse, horum generatio in circuitu.

Concludit conclusionem intentam videlicet ꝙ si generatio est necessaria, oportet eam esse circularē, & ecōuerso. Ideo ait ꝙ ente motu & generationem in circuitu est ex necessitate simpliciter, quia si generatio est in circuitu necesse est aliquid generari, quia necesse est generata esse, quorum generatio est circularis, & nō solum si generatio est circularis quòd est necessaria, sed etiam valet ecōuerso, quia si generatio horum. i. aliquorū est necessaria in circuitu oportet eam esse. Deinde cum dicit.

Hoc vtique quidem est quoniam in circuitu motus & qui cœli, quoniam ex necessitate hæc generantur & erunt, quæcunque huiusmodi motus, & quæcunque propter hunc. si enim quidem quod in circuitu mouetur semper aliquid mouet, necesse & horum in circuitu esse motum. Tex.c.69

Reducit hic necessitatem circularem in motum cœli tanq̄ in causam efficientem, & duo facit quia primo facit quod dictum est. Secundo mouet quandam dubitationem circa determinata. ibi [Quare ergo hoc quidem.] Circa primū duo facit. quia primo proponit qđ intendit. Secundo manifestat propositū. ibi [Verbi gratia superiori allatione.] Dicit ergo quòd hoc vtique quidem supple rationabiliter accidit quòd generatio sit circularis, quia & motus qui est cœli est in circuitu, & qm̄ sic est ex necessitate hic inferiora generantur circulariter & erunt circularia quæcunque sunt effectus huius motus, & quæcunque sunt propter hunc motum. Si enim quidem cęlum supple est quod mouetur in circuitu, ipsum cœlum sic motum, semper mouet aliquid, quia semper mouet hic inferiora circulariter, necesse est ergo, & motum horum inferiorum esse in circuitu. Deinde cum dicit. Tex.c.70

Verbi gratia. superiori allatione ente in circuitu sol sic quoniam autem fit hoc hore propter hoc in circuitu generantur & reiterantur. his autem generatis ita, iterum & quæ ab his.

Manifestat, & exponit quod dixerat di. quòd ente superiori allatione in circuitu sol sic mouetur sup. Nam ideo astra mouentur circulariter, quia orbes deferentes ea habent circularem motum, & quoniam sic mouentur planete hore, & tempora hic inferius propter hoc generantur & reiterantur in circuitu, & his temporibus ita generatis circulariter res quæ sunt ab his iterū reuertuntur secundum circulum, secundum enim, qđ tempora circulariter redeunt sic, & res circulariter generantur. Deinde cum dicit.

Quare ergo hæc quidem ita videntur verbi gratia aer & aqua in circuitu generantur, & si quidem nubes erunt oportet & pluere, & si pluet oportet & nubem esse, homines vero & animalia non reiterantur in seipsos, vt rursus generetur idem. non enim neceße est si pater tuus generatus est, te regenerari, sed si tu illum in rectum itaque videtur hæc generatio eße. Tex.c.7.

Mouet quandam quæstionem circa determinata, & duo facit. quia primo præmittit quæstionem. Secundo ea soluit. Secunda ibi [Principium autem intentionis.] Est autem questio. quare hic videntur generari ita. s. circulariter verbi gratia aqua & aer in circuitu generantur quia dominantibus signis frigidis ex aere fit aqua, reuoluto autem tempore & dominantibus signis calidis aque euaporat & conuertitur in aerem, sic etiam & nubes & pluuia circulariter generantur, quia si nubes erit oportet pluere, & si pluet oportet nubem esse. Homines vero & animalia nō reiterantur in seipsos, vt rursus generetur idem non enim si pater tuus generatus est necesse est te generari, sed econuerso. si tu generatus es illum scilicet patrem tuum supple oportet prius generatum esse. Hęc itaque generatio videtur esse in rectum non in circulum. Rationabiliter ergo quæritur causa quare generatio pluuie arguit & infert generationē nubis, & econuerso, ita ꝙ est ibi circulus. Generatio autem filij arguit & infert generationem patris, sed non econuerso propter quod non est ibi circulatio. Notandum autem ad euidētiam questionis quęsite ꝙ quæ referūtur ad causam suam per omnem modum sunt contingentia, & huiusmodi sunt omnia artificialia, & quæcunq; simpliciter dependunt à volūtate & ab intellectu nostro quæ secundum ꝙ huiusmodi sunt simpliciter cō tingentia. Ideo futurus quis incedere non incedet, & futuram domum non oportet fieri. naturalia vero secundum ꝙ huiusmodi vt referuntur ad motum cęli quandam necessitatem habent, & dico quandam necessitatem, quia secundum esse indiuiduale quodlibet generabile potest non generari. Potest. n. contingere ꝙ facta cō iunctione syderum secundum quam habet pluuia generari pluuia non generabitur propter aliquod impedimētum contingens, verum quia nullum per accidens est sempiternum, & quia per accidens est astris concurrentibus ad generationem pluuie, pluuiam nō fieri, ideo potest impediri hic pluuia vel illa, sed ꝙ vniuersaliter pluuia impediatur non est possibile. sic. n. phylosophus tactam quæstionem. videlicet vtrum generatio aliquorū sit necessaria. soluit ꝙ sicut aliquod esse est necessarium, aliquod vero contingens, sic generatio aliquorum est necessaria, aliquorum vero contingens. ergo huiusmodi generabilia, quia non perpetuantur in esse indiuidua li sed in esse speciei, possumus dicere ꝙ astris motis de necessitate generabitur pluuia sed non generabitur hic pluuia vel illa. non enim videtur esse necessarium cum possit impediri. Cum ergo generatio horum inferiorū sic sit circularis vt est necessaria. & econuerso. si est necessaria secundum speciem erit circularis secundum speciem, & fiet reiteratio non secundum numerum sed secundum esse specificum. His visis apparet solutio quæstionis proposite. nam quodammodo ita est circulus in animalibus sicut in nube & pluuia. Nubes. n. est prior, & posterior pluuia, & pluuia est prior & posterior nube, quia ex pluuia fit nubes, & econuerso, sed non est, eadē pluuia numero quę est causa nubis & quæ causatꝰ ab ea. Sic etiam quodammodo circulariter ex puero fit vir, & ex viro puer. Sed ex puero fit vir, quia puer crescens attingit ætatem virilem, sed ex viro fit puer quia nascitur & generatur ab ipso. Non est ergo idem puer quæ præcedit virum & qui sequitur ipsum, immo est quasi per omnem modum simile de præsente & filio sicue de viro & puero & de pluuia & nube. non enim ex qualibet pluuia fit nubes, posset. n. tantus esse estus ꝙ vapor ille exhalans à terra depluta ita rarefieret ꝙ conuerteretur in aerem & non faceret nubem. Vniuersaliter ergo non impeditur genrratio nubis ex pluuia, potest tñ impediri in hac pluuia vel in illa. sic etiam vniuersaliter non impeditur generatio hominis ex homine, potest tamen impediri in hoc homine vel in illo. Possumus ergo arguere quasi circulariter, si puer est de necessitate vir erit, quia crescet & fiet vir, & si vir est de necessitate erit puer, quia puer nascetur ex illo. potest ergo contingere ꝙ hic puer vel ille non crescat & non fiat vir, sed vniuersaliter puer non impeditur quin attingat ętatem, virilem, sic etiam ab hoc viro vel ab illo poterit non generari puer, sed vniuersaliter vir non priuabitur filijs, est igitur circulatio in animalibus sicut in pluuia & nube, & impeditur hic circulus tam hic q̄ ibi secundum indiuiduū hoc vel indiuiduum illud, sed nec hic nec ibi vniuersaliter impeditur. Si ergo accipiatur circulus & reiteratio secundū speciem & non impeditur quæstio proposita non habet difficultatem. Deinde cum dicit.

Principinm autem intentionis rursus hæc vtrum similiter omnia reiterantur aut non, sed hæc qnidem numero, hæc autem specie solum, quorum quidem igitur incorruptibilis substantia mota. manifestum, quoniam & numero eadem erunt. motus enim sequitur quod mouetur, quorum autem non, sed corruptibile necesse specie, numero autem non reiterari. Ideo aqua ex aere, & aer ex aqua specie idem non numero. Si antem & hæc numero. Sed non, quorum substantia generatur ens tale quale contingit non esse.

Soluit ad quæstionem quæsitam ostendens huiusmodi circulationem accipiendam esse scd̄m speciem dicens ꝙ principium intentionis suę. s. sua intentio ad soluendā principaliter, & simpliciter quæstionem tactam est rursus inuestigare. i. iterum vtrū hic omnia similiter reuertantur aut non, & subdit ꝙ hic quidem reuertuntur eadem numero. hæc aut specie solum. Nam illa mota siue illa mobilia, quorū substantia est incorruptibilis manifestum est ꝙ erunt & redibunt eadem numero. Nam motus, sequitur illud quod mouetur, sol ergo & cæteri planete cum redeunt de puncto ad punctum, vt de oriente, ad oriens, quia non corrūpunt ẜm substantiam ideo redeunt eadem numero, & motus eorum est vnus & continuus, quia mobile est vnū continuum, ea vero quorū substantia non manet scd̄m esse corporis necesse est iterare specie & nō numero. Ideo cū ex aere fit aqua si rursus ex aqua fit aer redibit idem aer specie non numero. Nam si hoc rediret idem numero substantia eius supple nō corrūperetur, sed non sunt talia, quorum substantia generatur. ens. n. generabile est talis res qualis cō tingit non esse. Ideo quia corrūpuntur talia, & desinunt esse non redeunt eadem numero. propter qđ generatio circularis eorū accipienda est scd̄m speciem, secundum quem modū quodammodo simile est animalibus & in nube & pluuia, vt superius est ostensum. Notandū aūt ꝙ quia generatio est terminus motus & motus interruptus non possit esse idē numero agentia naturalia, quia prodeunt res inesse per transmutationem & motū ideo quę corrūpuntur per talia agentia eadem numero redire non possunt sed si esset tale agens ꝙ absq; transmutatione & motu res in esse producere posset. Vtrū à tali agēte corrupta restaurari possent eadem numero, non est præsentis speculationis.

Dubitaret forte aliquis, quia vr̄ quòd generatio hominū sit simpliciter contingens. Nam cum ad actū generandi concurrat velle, & appetitus, quia talia sunt cō tingentia, generatio erit simpliciter contingens, sicut. n. probauimus artificialia esse simpliciter contingentia, q̄a fiebant a proposito sic, & huiusmodi generatio, quia à proposito fit vr̄ esse omnino contingens. Ad hoc autem dici potest, ꝙ appetitus naturalis non ita iuuat in factionem artificialium sicut in generationem filiorum, & quia quod est naturale non vniuersaliter potest frustrari, cum nihil sit ociosum in natura vniuersaliter totū genus humanum, non priuatur generatione filiorum. Generatio autem hominum non solum est à proposito sed

ſed etiam naturalis quodammodo, & vt eſt naturalis habet quandam neceſsitatem circularem modo quo ſatis dictum eſt.

AD intelligentiam autem dictorum ne aliqui ſumant occaſionem errandi ex dictis philoſophi credentes rōnem eius ſimpliciter concludere generationem eſſe perpetuam & non deficere. Ideo in ſumma reſumamus rationes eius & oſtendemus eas eſſe ſophiſticas & non de neceſsitate argue re. Prima via ad oſtendendum perpetuitatem generationis ſumitur ex parte materiæ. Materia.n.nunq̃ amittit vnam formam niſi inducatur alia, ꝓpter quod generatio vnius eſt corruptio alterius, & econuerſo. Hoc poſito leue eſt oſtēdere ꝙ generatio nunq̃ incepit.nam ſi aliquid eſt gn̄atum, oportet ꝙ aliquid ſit corruptum, & illud corruptum, prius fuit gn̄atum, & cum eſſet generatum, aliq̄d aliud fuit corruptum, non.n.eſſet corrumptū niſi prius fuiſſet generatum. Oportet ergo ſm̄ infinitum proceſſum, ꝙ ante generationem ſit corruptio, & ante corruptionem generatio, ergo talia nunq̃ inceperunt.ſic & nunq̃ deſinent, quia cum aliquid generatur de neceſsitate corrumpitur, quia omne corruptibile de neceſsitate corrumpetur, & cum corrumpetur aliquid generabitur ex ipſo, quia corruptio vnius eſt generatio alterius, & illud generatum de neceſsitate poſtea corrumpetur, propter quod poſt generationem erit corruptio, & poſt corruptionem generatio. nunquam ergo deficiet generatio & corruptio. Hoc quidem poteſt ſic oſtendi, quia ſi generatio incepit, tūc eſt aliquid primo genitum. Sit illud.a. ſed.a.non eſt genitum, niſi aliquid aliud ſit corruptum, ſed nihil corrumpitur, niſi ſit prius generatum, ergo ante.a .eſt aliquid prius generatū ex cuius corruptione.a. generatum eſt. Sicut ſi.a.poneretur primo genitum ante primam generationem erit generatio, quod eſt inconueniens, ſic etiam ſi generatio deficeret erit aliquid vltimo generatum, ſed vltimo generatū de neceſsitate corrumpetur, quia omne generabile eſt corruptibile, & omne corruptibile de neceſsitate corrumpetur, ſed eo corrupto aliud generabitur ex ipſo, ergo poſt vltimam generationem erit generatio, quod eſt inconueniens.

Secunda via ſumitur ex parte cauſæ efficientes, vt ex parte motus cœleſtis. Nam motus ſolis in obliquo circulo eſt cauſa generationis & corruptionis in iſtis inferioribus, cum ergo illæ ſit continuus, & nunquam deficiat nunq̃ ceſſabit generatio, & corruptio iſtorum inferiorum. Tertia via ſumitur ex parte finis.natura.n.deſiderat quod melius eſt. Cum ergo eſſe ſit melius q̃ non eſſe, hæc generabilia quia non poſſunt perpetuari in ſe ſuppleuit deus defectum eorum faciens ipſorum generationem continuam & perpetuam, ſecundum quam habent eſſe perpetuum in ſuo ſimili, vel ergo deus irrationabiliter ageret, vel perpetuabit generationem iſtorū cum ex hoc conſurgat inde eſſe & bonum. Quarta via ſumitur ex parte durationis, ſiue ex parte temporis, quia ſi ſemper fuit tempus ſemper fuit motus. ſi ſemper fuit motus ſemper fuit generatio & corruptio, cum motus faciat diſtare & faciat ad corruptionem rerū, faciendo autem ad corruptionem facit ad generationē, quia non eſt corruptio vnius ſine generatione alterius. Quia autem tempus ſemper fuerit & nunq̃ ceperit vel deſinat ſupra fuit oſtenſum. Dicebatur.n.ꝙ ſi tempus inciperet vel deſineret tempus eſſet temporale, quo poſito vt oſtendebatur eſſet tempus anteq̃ inciperet tempus, vel eſſet tempus poſtquam deſineret eſſe tempus, quorum vtrunque eſt inconueniens. Poſſunt autem & aliæ rationes adduci ad hanc materiam, ſed quia rationes prædictæ ſufficienter tangunt quæ in hoc lib. difficultatem faciunt circa quæſtionem quæſitam, cum huius libri expoſitioni intendamus ſufficit ſoluere rōnes tactas. Notandum autem philoſophum fuiſſe ſuſtentatum ſuper duabus propoſitionibus non ſimpliciter veris, ex quarum ſuppoſitione arguit generationem non poſſe incipere nec deſinere.

Prima propoſitio talis, quia nihil eſt in noua diſpoſitione in qua primo non fuerat niſi per motum aliquem præcedentem, ita ꝙ omnis nouitas aliquem motum præcedentem arguit, motus ergo vniuerſaliter non eſt nouus, quia cum omnis nouitas contingat propter motum aliquem præcedentem, ſi vniuerſaliter motus inciperet & eſſet nouus, vniuerſaliter ante omnem motum eſſet aliquis motus quod eſt inconueniens. ergo eſt aliquis motus eternus & huius motus eſt motus cęli, & ſi motus cœli nunq̃ incipit, generatio & corruptio qui ſunt effectus talis motus nunq̃ inceperunt. Videtur.n. eſſe contra rationem ꝙ cęlum moueatur, & tamen non contingat generatio & corruptio in iſtis inferioribus. Ex dicta ergo propoſitione ſequitur generationē nunq̃ incepiſſe. Eſt autem & alia propoſitio ſuper quam ſuſtentabatur, videlicet, ꝙ intelligentiæ ſunt in optima diſpoſitione cum mouent, & quia ſm̄ ipſum non ponere intelligentiam niſi in optima diſpoſitione non eſt ponere eam niſi motricem, vnde in.12.Meta.ex numero orbium & ex numero motuum cœleſtium arguit numerum intelligētiarum. Ex hac autem propoſitione ſequitur ꝙ motus nunq̃ deſinat, quia ſemper intelligētię mouebunt vt ſemper fuit in optima diſpoſitione, & ſi non ceſſabit motus cœleſtis, non ceſſabit ſol generare plantas & animalia, nunq̃ ergo deficiet generatio & corruptio. Quia autem nulla dictarum propoſitionum ſit ſimpliciter vera de leui patet. oſtenſum.n.fuit in declarationibus primi libri, ꝙ quanto agens eſt ſuperius, tanto pauciora præſupponit. Agens ergo ſupremum & vniuerſale poteſt agere nullo præſuppoſito. Dicere.n.agēs primum de neceſsitate præſupponere ſubiectum & materiam eſt dicere ꝙ non poſsit in productione totius rei. caliditas.n.primi agentis cum non ſe extendat vſque ad materiam, nec materia erit effectus eius, nullum.n.agēs de neceſsitate præſupponit id quod poteſt efficere. Cū ergo de ratione primi agentis ſit ꝙ eius caliditas ſe extendat ad omnia, quia primum ſecundum ꝙ huiuſmodi eſt cauſa omnium aliorum, dicere primum agens de neceſsitate agere aliquo præſuppoſito, eſt dicere primū non eſſe primum. Si vero prima cauſa poteſt agere nullo præſuppoſito, agere poterit abſque motu & tranſmutatione præcedente; Motus.n.& tranſmutatio ſemper requirunt materiam & ſubiectum in qua ſuſcipiantur. Immo dicere primū agens nihil efficere niſi per motum & tranſmutationem, eſt dicere ipſum eſſe inſtrumētum alicuius agentis. De ratione.n.inſtrumēti eſt ꝙ agat motū & ꝙ mediante motu & trāſmutatione efficiat quod efficit. Deus ergo quia eſt agens primum poterit agere nullo præſuppoſito, & quia non eſt inſtrumentum alicuius agentis, agere poterit abſque motu & tranſmutatione præcedente. Alia ergo agentia quæ non ſunt prima agent ex ſuppoſitione materiæ, quæ vero ſunt inſtrumenta agentis primi agent mediante motu & trāſmutatione, qualis autem ſit illæ motus qui de neceſsitate concurrit ad actionem ſecundorum agentiū non eſt præſentis ſpeculationis, ſufficit autem ad præſens ſcire ꝙ prima cauſa abſque ſuppoſitione materię poteſt res in eſſe producere, & abſque motu pręcedente poteſt noua efficere, cum non oporteat ipſum agere per tranſmutationem & motum vt oſtenſum eſt. Hoc viſo patet non eſſe inconueniens generationē incepiſſe, quia ſi ſine materia piacente aliquid efficitur, eſt ibi factio vnius abſque corruptione alterius, propter quod illam factionē non pręceſsit alia factio. Immo oſtenſo propoſitionem illam Ariſt. quod non erit dare nouitatem ſine motu præcedente non eſſe ſimpliciter veram, quia poteſt aliqua cauſa noua producere abſque præcedente motu, patet non ſolum

Tex.c.48

solum non esse inconueniens generationem incepisse, sed etiam non esse inconueniens motum vniuersaliter esse nouum & vniuersaliter incepisse. Non.n.oportet si motus vniuersaliter est nouus, ꝙ vniuersaliter ante omnem motum sit motus, cum non sit impossibile esse nouitatem absq; transmutatione præcedente. Viso non esse inconueniens generationem incepisse, quia vniuersaliter motus potuit incipere & secundum veritatem incepit. Restat ostendere non esse inconueniens generationem desinere, quia non oportet motum cœli perpetuari, quo cessante generatio & corruptio cessabit, non est enim vera propositio Arist. intelligentias in optima dispositione esse cũ mouent, & quod si non mouent ocio se essent. Ista.n.propositio primo repugnat ordini intelligentiarum. Secundo ordini actionum. Tertio ordini finium. Sic.n.imaginari debemus ꝙ semper suprema infimorum attingunt vltima supremorum, vt suprema in corporibus attingunt vltima in substantijs separatis. Dicere ergo intelligentias esse in optima dispositione cũ mouent, & non esse intelligentias nisi mouentes, est dicere non esse intelligentias nisi in gradu infimo, & ꝙ tunc sunt in optima dispōne cum infimũ gradum attingunt. Ipse.n.ordo corporum deberet nos sufficienter instruere ꝙ de intelligentijs sentiremus. Sicut.n.sunt quædam corpora infima, & quædam suprema, & sola suprema attingunt intelligentias & non infima, sic quædam intelligentiæ sunt superiores. Repugnat ergo dicta propositio ordini intelligentiarum. Secundo repugnat ordini actionum, est.n.in intelligentijs duplex actio, vna interior, vt intelligere, & alia exterior, vt mouere hæc corpora. Optima.n.dispositio & felicitas alicuius nõ potest poni in actione exteriori. Impossibile.n.esset ponere felicitatem hominis & optimã dispositionem eius in exteriori bono, immo est felicitas aliqua operatio ĩterior, vt operatio animæ ſm virtutem perfectam. Optima ergo dispositio intelligentiæ non erit in motu nec in aliqua actione exteriorum, non ergo erunt ociose intelligentię si non moueant. habebunt.n.actiones interiores vt intelligere & velle. Intelligendo enim & volendo esse poterunt in optima dispositione. Tertio dicta propositio repugnat ordini finium, semper.n.finis posterior est his quæ sunt ad finem, motus ergo corporalis, nec aliquid corporale esse poterit finis intelligentiæ. Imaginabatur ergo philosophus quum dicebat intelligentias semper in infinitũ mouere, & esse in optima dispositione quum mouent, ꝙ motus ille esset finis intelligentiarum. Finis enim est illud quod est appetibile in infinitum, vt dicitur. 1. Politicorum, & tunc est aliquid in optima dispositione cum finem attingit. Poterunt ergo intelligentiæ desistere à mouere & non mouere per infinitum tẽpus, cum motus non sit finis earũ, & si diceretur ꝙ hoc modo finem acquirunt, quia per motum assimilantur primæ causæ, quia mouendo sunt causa vt ipsa est, in qua assimilatione cõsistit eorum felicitas, mirabile est si mentem sapientis hoc quærat. Illa.n.assimilatio adeo modica est ꝙ in ea non potest consistere eorum felicitas. Sic enim & ignis felix esset cum calefacit, quia calefanciendo habet rationem causæ, propter quod aliquo modo assequitur similitudinem causæ primæ. Negandum.n. non est intelligentias felices esse in eo ꝙ assimilantur primo principio, per quam assimilationem efficiũtur quasi deiformes, sed huiusmodi assimilatio in qua consistit earum felicitas est prout assimilantur ei intelligendo & diligendo ipsum, non autem prout ei assimilantur corpora mouendo. Debemus.n.arguere ꝙ semper deum intelligent & diligent, non ꝙ semper corpora mouebuntur, poterit ergo cessare motus cœlestium corporum, & secundum veritatem aliqñ cessabit. Patet ergo non esse inconueniens intelligentias aliquando cessare à mouere, cum triplici via ostensum fuerit optimam dispositionem earum non esse in mouendo. Si ergo philosophus dixisset ꝙ secundum agentia naturalia quæ agunt mota non possumus ponere generationem incipere vel definere tolerabilis sententia esset, sed simpliciter assumere ꝙ generatio non incepit, nec desinet tolerari non potest, vt est per habita manifestum.

Opposita autem his non est difficile soluere. nam rationes ex parte materialis principij per iam habita sunt solute. Nam cũ dicitur ꝙ nihil est generatum nisi aliud sit corruptum, & nihil est corruptum nisi fuerit antea generatum, & ꝙ quod non est dare aliquid primo genitum, patet has rationes procedere supponendo ꝙ nihil fiat nisi ex materia præiacente, sed vt habitum est, deus potest res producere nullo pręsupposito, & potest noua facere absq; motu & transmutatione pręcedẽte, quo posito non est inconueniens aliquid esse ganeratum & factum, & tamen aliud non erit corruptum. Si.n.non ex materia præiacente aliquid fieret esset factio vnius absq; corruptione alterius. Secunda autem via sumpta ex parte causæ efficientis non ex parte motus cœlestis, vt patet per habita de facili solui potest. Nam cum illa propositio, quòd nouita semper præsupponit motum pręcedentem, non sit simpliciter vera, vt ostensum est, non est inconueniens vniuersaliter motum esse nouum, propter quod non oportet generationem semper fuisse in præterito. Nam secundum veritatem vniuersaliter omnis creatura noua est, & etiam incepit. Rursus quia etiam alia propositio non est vera ꝙ optima dispositio intelligentię sit quòd moueat, immo potest desistere à motu, vt ostensum est. Ideo non est inconueniens generationem istorum inferiorum deficere. Non est ergo irrationalis positio fidei quòd generatio istorum inferiorum incepit & desinet. Tertia autem via sumpta ex parte finis non est difficilis ad soluendũ. Nam quum dicitur naturam semper desiderare & intendere quod melius est, dici debet quòd natura non intendit per cognitionem quæ sit in ipsa, sed per cognitionem quæ est in alio. Pro tanto.n.natura intendit, quia intelligentia mouens naturam intendit, & quia vniuersaliter naturam mouens est ipse deus, ideo contingit naturam intẽdere, quia deus mouet & inclinat naturam, quod satis dedit intelligere philosophus, qui cum prius dixisset naturam semper desiderare quod melius est, statim subdit, & quia melius est esse q̃ non esse, ideo reliquo modo compleuit deus faciens continuam generationem rerum. Hoc viso ratio difficultatẽ non habet. nam deus vt principale volitum ex necessitate vult suam bonitatem. Bonum autem creatum quum nihil augeat ad bonum diuinum, & quum deus suam bonitatẽ non consequatur per creaturas, sed sit perfectissimus in se nulla creatura existente. Simpliciter & absolute loquendo, deus non vult ex necessitate aliquod bonum creatum. Nam si sine potione possem esse perfecte sanus, si de necessitate vellem esse sanus, non oporteret me ex necessitate velle potionẽ. Vult ergo deus omnia creata propter bonitatem suam. volendo.n.se alia vult, potest tamen alia non velle non obstante quòd se de necessitate vult, quia id quod est in se & perfectionem quam habet per alia non consequitur, vt dictum est. Si ergo aliquod bonum creatum est necessarium hoc non est absolute, sed ex ordine & dispositione diuina. Tantum ergo ex necessitate durabit generatio quantum deus ordinauit & disposuit. Est ergo ratio tacta rhetorica & simpliciter non concludit. Quarta vero ratio de tempore concludit & pro tanto veritatẽ habet, quia si aliquid incepit ergo aliquando non fuit. Si ergo inciperet verum esset dicere quòd fuit aliquãdo ꝙ tempus erat, sed est dicere aliquando esse, ergo si erat aliquando & non erat tempus erat differentia tẽporis cum non esset tempus, sed differentia temporis non est sine tempore. ergo erat

erat tempus quum non esset tempus, sic etiam quum tempus deficeret esset aliqñ ꝙ non esset tempus postq̄ desineret esse tempus quum non sit aliquando & differentia temporis sine tempore, tempus ergo semper fuit & semper erit, sed si hæc ratio bona esset ostenderetur mundum, & vniuersum esse infinitum. Nam si totus mundus & vniuersa corporalis substantia finita & terminata est, ergo extra ambitum vniuersi corporis nihil est, sed extra est differentia loci, ergo vltra omne corpus est alia differentia loci, sed differentia loci non est sine loco, locus non est sine corpore. ergo vltra omne corpus est aliquod corpus, vel ergo mundus protēditur in infinitum, vel si est dare in mūdo terminum aliquem extra quem non protenditur erit dare differentiam loci, & per consequens locus & corpus extra cē corpus. Constat autem hanc rationem esse sophisticam. Nam quum dicitur ꝙ extra vniuersum nihil est. ly extra, dicit differentiam loci non simpliciter sed imaginatam solū. Vniuersum ergo finitum & terminatum secundum imaginationem & intelligentiam nostram non contingit finire & terminare. Imaginamur. n. extra cęlum esse locum & spatium infinitum. Vnde & philosophus. 3. Phy. volens ostendere infinitum non esse, ait ꝙ conueniens est credere intelligentiæ. i. imaginationem, innuens ꝙ secundum imaginationem protenditur aliquid in infinitum, sed illi imaginationi non respondet fundamentum ex parte rei, & sicut ipse soluit de infinitate magnitudinis, sic nos possumus soluere de infinitate temporis. Nam vt conuenienter soluitur & bene dicitur, si tempus incepit ergo aliqñ fuit ꝙ non erat tempus. ly aliqñ, dicit differentiam temporis imaginatam. tempus ergo ſm imaginationem semper fuit & semper erit, sicut spatiū imaginatum in infinitum vadit, ſm tamen veritatem tempus quod est passio motus incepit & deficiet siue desinet, quia motus supercęlestium corporum non semper fuit, nec in perpetuum durabit, sed aliqñ desinet quod ponere non est irrationabile, vt ostēsum est. Possent autem circa tempus & circa perpetuitatem generationis aliæ difficultates tangi, sed hęc deo dante alibi difficilius tractabuntur. Ad præsens autem hæc quæ sunt dicta super lib. de generatione sufficiant. Laus sit ipsi Christo filio dei vnigenito, cuius inenarrabilis generatio omnis generationis & principium causa & ratio, qui cum patre & spiritu sancto est vnus deus benedictus in secula seculorum. Amen.

FINIS.

INCIPIVNT QVAESTIONES SVPER PRIMO DE GENERATIONE FVNDATISSIMI DOCTORIS

D. EGIDII ORDINIS FRATRVM HEREMITARVM S. AGVSTINI.

VNiuersaliter itaqꝫ de generatione &c. Hic ad euidentiam textus declaranda sunt quatuor. primo qa videtur philosophus distinguere inter motum ad substantiā & ad qualitatem & ad quantitatem, quia motum ad substantiam appellat generationem simplicem alterationem vero & augmentum appellat motus simplices. Declarabitur ergo vtrum hoc sit proprie dictum. Secundo declarabitur vtrum sit vera positio Demo. q, verum consistat in apparentia, ita ꝙ quicquid sensui apparet est verum. Tertio poterit declarari vtrum aliud dictū Demo. habeat veritatem. videlicet ꝙ color non est aliquid fixum in natura, sed sola conuersione aliquid coloratur. Quarto cōparabitur Platonis positio ad positionē Democriti, & declarabiť vtrū positio Democriti sit melior positione Platonis. vt philosophus videť dicere.

Mouetur hæc quæstio. Textu. cōm. 5. Quæstio. I.

Tex.c.10 CIrca primum sic proceditur. Videtur ꝙ alteratio & augmētum. sicut non sunt generatio simplex ita nō sunt motus simplices. generatio autem substantiæ secundum philosophum dicitur generatio simplex propter vnitatē actus siue propter vnitatē formæ, est. n. vnū aliquid quod generatur in tali generatione vt leo vel bos, sed in generatione accidētis non sic. nam nō generatur homo nec generatur albus: sed generatur totū cōpositū, videlicet, homo albus. sic etiā non generatur cuprū nec rotundum, sed generatur cuprum rotundum. vt osten Tex.c.58
sum est in. 1. Phy. & in. 7. Meta. sed cuprum rotundum Tex.c.27
& homo albus non dñt aliquid vnum simplex, nec dñt vnam formam. Ideo generatio talium non est generatio simplex, sed generatio composita. Sed qua ratione generatio talium propter pluralitatē actuum est generatio composita & non simplex. pari etiam ratione motus ad formas accidentales non debent dici motus simplices sed compositi. Alteratio ergo & augmētum non sunt motus simplices vt in litera dicitur. Amplius si transmutatio ad substantiam non dicitur motus simpliciter videtur ꝙ non debeat dici generatio simpliciter, generatio. n. est quędā species motus. vt dicitur in postprędicamentis, sed quodlibet genus simplex reseruatur in qualibet sua species simpliciter. In omni ergo genere simpliciter reseruatur ratio motus simpliciter. si ergo transmutatio ad substantiam est generatio simpliciter, erit motus simpliciter. Non est ergo differētia inter trāsmutationē ad substantiam & alterationē & augmentū, quia hæc est generatio simplex & non illa, alteratio & augmētum sunt motus simplices & non iste.

Ad euidentiam autem dictorum duo intēdimus declarare. primo. n. ostendemus non esse inconueniens alicui competere rationem motus simpliciter absqꝫ eo ꝙ ei competat ratio generationis simpliciter, & econuerso. Aliquid potest esse generatio simpliciter, quod tamen motus simpliciter dici non debet. Secundo descendemus magis ad propositum & ostendemus alterationem & augmentum respectu transmutationis in substantiam posse dici motus simplices, non autem genera

tio simplex.transmutatio vero in substantiam econtrario potest dici generatio simplex, & tamen motus simpliciter dici non debet. Primum sic ostēditur. motus.n. quid cōius est generatione, & aliquo modo de generatione prædicatur, accipiendo motum.vt de eo loquitur

Tex.c.6. philosophus in.3. Physi.ponendo ipsum in quatuor generibus. Ita ꝙ secundum eundem ibidem transmutatio in substantiam motus dicitur, & licet motus aliquo modo sit genus ad generationem, non tamen est proprie genus ad ipsam, generatio.n.non proprie est motus, sed magis est mutatio quædam & terminus eius. Cum ergo omne speciale addat aliquid supra suum commune, non est inconueniens totum id quod pertinet ad rationem communis reseruari in aliquo, & tamen non reseruari in eo totum id quod spectat ad rationē specialem, cum speciale habeat aliquid quod est præter rationem communis, abundat.n.speciale à communi, vt species abundat à genere in differentia aliqua constitutiua. ipsa ergo quantum ad id in quo speciale abundat à communi, non oportet in quo reseruatur commune reseruari speciale. Poterit ergo tota motus ratio reseruari in aliquo in quo non reseruabitur tota ratio generationis, cū generatio sit quid specialius motu. Rursum si generatio esset simpliciter species motus, non restaret via ad euadendum quin quod esset generatio simpliciter, non esset etiam motus simpliciter, cum tota ratio generis reseruetur in qualibet eius specie, sed quia vt dictū est, oportet extendere nomen motus, vt generatio motus dici possit, non est inconueniens aliquid esse generationem simpliciter, quod tamen motus simpliciter dici non potest. Declaratum est ergo primum, videlicet ꝙ aliquid est gñatio simpliciter quod motus simpliciter dici non debet, & ecōuerso. aliquid est motus simpliciter quod generatio simpliciter dici non potest. Restat ergo declarare secundum.s.alterationem & augmentum respectu transmutationis in substantia dici motus simplices, non autem generatio simpliciter. transmutatio vero in substantia econtrario, meretur.n.nomen generationis simpliciter, licet motus simpliciter dici non possit. Hoc autem sic declaratur, ex hoc.n.dicitur aliquid tale simpliciter, quia cōuenit ei quicquid pertinet ad rationem eius, illæ.n.est iustus simpliciter qui habet totū id quod pertinet ad rationē iustitie. Si ergo hic videre volumus quid debet dici generatio simpliciter, quid autem motus simpliciter, vidēdum est quid pertinet ad rationem motus, quid autem ad rationem generationis, & quomodo motus & generatio distinguuntur. generatio.n. magis respicit esse, motus vero fieri magis respicit q̄ esse, est.n.generatio respectu esse, sicut corruptio respectu non esse. motus vero, quia quid successiuum est magis respicit fieri q̄ esse. Ex ista autem differentia prima inter generationem & motum, vt quia generatio respicit esse, motus vero fieri, ostenditur differentia secunda.s.ꝙ motus dicat viam, generatio vero terminum. omne.n. fieri & omnis factio ordinatur ad aliquid esse. Ex prima autem & secunda oritur differētia tertia vt ꝙ subiectum generationis est ens in potentia. subiectum vero motus est ens in actu, quādiu.n.aliquid est in fieri non expoliatur illud ex quo fit à suo esse simpliciter, sed semper remanet ens in actu, sed quando est in facto esse, & est in termino generationis, tunc illud quod generationi subijcit̄ expoliatur ab vno esse simpliciter, & accipit aliud esse. Ideo quod manet in toto fieri & subiectū ipsius fieri siue ipsius motus est ens in actu, sed ꝙ manet gñatio completa ſm philosophum est ens in potentia, & quia trāsmutatio in substantia est transmutatio ad esse simpliciter, & habet rōnem termini non fieri, quia aliæ factiones ordinantur ad ipsam substantiam, in tali transmutatione est ens in potentia. Ideo talis transmutatio dicitur generatio simplicite, quomodo autē huiusmodi transmutatio est respectu esse simpliciter infra dicetur. Ad præsens dictum sit transmutationem in substantiam esse generationem simpliciter, & quia simpliciter debet dici generatio, non potest dici simpliciter motus, cum dictum sit ꝙ nisi extendatur nomen motus, generatio motus dici non debet, augmentum vero & alteratio, quia eorum subiectum est ens in actu & magis respiciunt fieri & esse quoddam q̄ esse simpliciter respectu generationis, motus simplices dici possunt, quia magis reperiuntur in eis quæ sunt de ratione motus quàm in generatione.

Opposita autem his non erit difficile soluere. Nam cum dicitur alterationem & augmentum non esse motus simplices, sed cōpositos. patet ꝙ non dicuntur motus simplices, quia subiectum eorum non sit quid compositum, sed dicuntur motus simplices respectu generationis, quia plus habent de his quæ pertinent ad rationem motus quàm generatio. Quia vero vlterius addebatur ꝙ si est generatio simpliciter est motus simpliciter, non oportet, immo econtrario si considerantur præhabita. Nam cum generatio non sit motus simpliciter, sed oportet extendere nomen motus vt generationi competat transmutatio in substantiam quæ est generatio simpliciter motus simpliciter dici non debet. Sed de his succincte locuti sumus, inferius.n.vbi erit de hoc specialis materia, hoc clarius tractabitur.

Mouetur hæc quæstio. Tex.cōmen. 5. Quæstio. II.

Secundo declarandum restat. vtrum quicquid apparet sensui sit verum. Et videtur ꝙ sic. quicquid enim agit aliquid, agit vt est in actu & per formam suam. sensibilia ergo immutando sensus nostros immutant eos vt sunt in actu, & vt habent formam, siue vt habent esse, & quia idem est actus sensibilis & sensus. vt dicitur in.2.de Anima. sicut sensibile immutat sensum, sic sensus immutatur ab eo. & quia sicut immutatur à sensibilibus sic iudicat, & sic apparet ei. ergo sic apparet sensui, & sic iudicat de sensibilibus vt sensibilia sunt, sed iudicando de eis vt sunt non decipitur, & iudicat verum. ergo omne iudicium sensus, & quicquid apparet sensui est verum. Amplius. cum nostra cognitio incipiat à sensu, & quicquid cognoscimus ex sensibus oriatur ponere apparentiam sensui esse falsam, est ponere scientiam nostram veram esse erroneā & vanam, quod est inconueniens. Amplius si contingit circa sensum errare vel possumus illum errorem cognoscere & corrigere vel non, ꝙ si circa sensum erratur incorrigibiliter plane patet ꝙ non contingit scire, cum erretur incorrigibiliter circa id quod est initium nostræ scientiæ. Si autem erratur corrigibiliter. tunc quęro de eo quod est erroris correctiuum. vtrum habeat ortum ex sensu vel non. ꝙ si non habet ortum ex sensu. ergo non omnis nostra cognitio incipit à sensu. quod est falsum. si autem id correctiuum ex sensu oritur, in ipsa regula & in ipso correctiuo poterit esse deceptio, cū apparentibus sensui possit subesse falsitas, vel ergo oportet dicere quicquid apparet esse verum, vel ꝙ nihil sit scibile in scientia nostra.

Notandum ergo apparentia sensui non semper esse vera. Nam cum impossibile sit cōtraria verificari, cum sensibus appareant contraria, quia quod tactus iudicat vnum esse, oculus iudicat esse duo, & quod vni apparet dulce alteri videtur amarum, oportet circa sensum aliquam deceptionem cadere, & nō quicquid apparet esse verum, si ergo sit quæstio de ipsa re obiecta sensui plus apparet sensus aliquādo decipi circa talia. Nam si baculus cuius pars sit in aqua videatur ab oculo iudicabit oculus ipsum esse factum, cum tamen sit integer, & si vnus digitorum supponatur alteri oculorum & eleuetur oculus à situ suo videbitur vna res due res, & si can-

cellentur

cellentur digiti, & infra eos aliquis lapillus ponatur iudicabit tactus vnum lapillũ esse duos lapillos, quę absq; deceptione sensus esse non possunt. sensus ergo vt iudicat de re immutante potest decipi, sed vt iudicat de ipsa immutatione forte nunquam decipitur. nam cum oculus dicit vnam rem esse duas, licet respectu rei immutantis decipiatur, tamen circa immutationem non decipitur. vere.n.sic immutantur tunc ac si immutaretur à duabus rebus, & talem immutationem facit tunc vna res, qualem consueuerunt facere due, & cum baculum in aqua iudicat fractum, licet in re immutãte non sit ita, in ipsa tamen immutatione sic est, quia vero sic immutatur oculus à baculo integro existente in aqua vt immutari consueuit à baculo fracto. patet ergo circa quam apparentiam, & circa quod iudicium sensus decipitur, & circa quod non, quia circa iudicium de re immutante decipitur. Iudicãdo autem de immutatione ipsa non decipitur. vtrum autem sensus proprie immutationem percipere posit, & quis sensus quam immutationẽ percipit non est præsentis speculationis, alibi forte hic tractare poterimus. Ad præsens autem tantum dictum sit ꝙ non est deceptio circa immutationem, sed circa rem immutantem. Causa autem quare circa rem immutantem contingit deceptio, & non quicquid apparet est verum. tripliciter sumi potest, vna ex parte organi immutati. alia ex parte medij, per quod fit immutatio. Tertia ex parte rei immutantis. Prima via sic patet. Nam licet quicquid agit, agat vt est in actu, tamen quia omne quod recipitur, recipitur secundum modũ rei recipientis, & non secundum modum rei recepte, & ex varietate passiui variatur actio agentis. Ideo si oculus sit infectus vel sit à situ suo eleuatus, vel aliquo alio modo sit indispositus respectu congrue immutationis sensibilis fallitur in iudicando de re obiecta. Secunda via sumitur ex parte medij. nam medium debet esse conformæ organo, quia sicut pupilla debet esse abscolor vt omnes colores percipiat. aliter.n.proprius color iudicium de alijs coloribus impediret. sic & medium abscolor debet esse. vt per ipsum fiat immutatio cuiuslibet sensibilis secundum modum proprium, propter quod si videremus per medium coloratum non haberemus rectum iudicium de re visa, & inde est ꝙ si per vitrum coloratum aliqua videremus, color vitri rectum iudicium impediret, & omnia sic apparentia viderentur nobis illius coloris qui est in vitro. nam sicut febricitantes habentes linguam infectam humore amaro iudicãt de omnibus secundum infectionem illam, & omnia eis amara videntur, sic sentientes per medium infectum iudicant de omnibus secundum infectionem illam, est.n.quodam modo similis ratio de infectione organi & medij. Tertia causa sumitur ex parte rei obiecte. obiectum enim circa quod secundum ꝙ huius non cadit deceptio, debet esse per se & proprium & debito modo proportionatum: nam circa obiecta communia, & per accidens plurima accidit deceptio, sic etiam & circa obiecta propria deceptio accidit, si non sint proportionata debite. vt rubeus color nimis à remotis apparet niger. Dicamus ergo ꝙ circa immutationem sensus non cadit deceptio, nec etiam circa rem immutantem, si omnia concurrunt ibi debito modo, nec si organum sit bene dispositũ, & medium non sit difformæ, nec infectum, & obiectum sit per se & proprium & medio modo proportionatum, sed si aliquod istorum deficiat potest error & deceptio contingere. Sed tunc per sensum bene dispositum corrigere possumus errorẽ sensus male dispositi, & per vnum sensum corrigere errorem alterius sensus vt per eã circa quæ non potest cadere deceptio, corrigere possumus huiusmodi deceptiones. supponere.n.oportet huiusmodi communia principia quæ secundum Cõmen. sunt, sicut locus ianue in domo quem nullus ignorat vt ꝙ credendum est magis sensui sano q̃ infirmo vel infecto, & ꝙ credendum est magis sensui vt iudicat de obiectis per se quàm de his quæ sunt per accidens, &c. talia per quæ errores sensuum corrigere possumus.

Opposita autem his non est difficile soluere. Nã cum dicitur ꝙ sensibilia agunt in sensum vt sunt in actu & vt habent esse. ergo semper iudicamus de eis vt sunt. dici potest, ꝙ quia vt dicebatur actio agentis diuersificatur propter diuersitatem passiui, contingere potest vt obliquetur tale iudicium propter indispositionem organi, vel propter infectionem medij. Amplius semper requiritur ordo debitus inter agens & patiens, & ordo si tollatur vel impediatur agens non immutat vt est aptum natum immutare. Quia vero obijciebatur de scientia patet, quòd error sensus vt est impeditiuus scientiæ corrigi potest, propter quod secunda ratio & tertia sunt solute.

Mouetur hæc quæstio Textu cõm. 7. Quæstio. III.

Tertio restat declarandum vtrum color sit aliquid fixum in natura, siue vtrum ei competat aliqua entitas secundum veritatem. Potest autem ostẽdi triplici via quòd color non dicit entitatem & naturam aliquam. prima autem via sumitur ex parte cuiuslibet accidentis. Secunda vero sumitur ex parte ipsius naturæ coloris. Tertia autem accipitur ex parte ipsius generationis coloris. Primum sic patet, vnitas.n.entis non est vnitas per prædicationem, sed per attributionem, vt vult philosophus.4.Meta.est autem differentia inter vnitatem attributionis & prædicationis, quia vnitas per prędicationem dicit naturam aliquam repertam in omnibus quibus competit tale nomen, vt quia vnitas animalis est vnitas per prædicationem, in omni eo quod est animal inuenitur natura animalis, sed quia vnitas sani est vnitas secundum attributionem, vt dicuntur aliqua sana, quia attribuuntur vni sano. vrina.n.dicitur sana per attributionem ad aliud, vt per attributionem ad sanitatem quæ est in animali. Dicitur.n.sana, quia designat illam sanitatem, & cibus dicitur sanus, quia conseruat eam, & medicina, quia efficit eam. animal dicitur sanum, quia habet sanitatem. sanitas ergo est solum in animali, & per illam omnia alia dicuntur sana, non ꝙ in se habeant aliquam sanitatem. Cum ergo vnitas entis sit vnitas per attributionem, & secũdum philosophum.4. Meta. omnia dicuntur entia per attributionẽ ad vnum, vt per attributionem ad substantiam. substãtia ergo erit ens, quia in se habebit entitatem. cætera vero non erunt entia propter aliquam entitatem quę sit in eis, sed solum propter entitatem quæ est in substantia. Dicere ergo ꝙ natura entitatis reperitur in omni ente est ignorare naturã analogię, & est dicere ꝙ vnitas entis sit vnitas prædicationis non vnitas attributionis. Si ergo hoc est falsum, & vnitas entis est vnitas attributionis, in alijs à substantia non reperietur formaliter aliqua entitas, sicut in alijs ab animali non reperitur alia sanitas, ꝙ si sic est, nec color, nec aliquod accidens habet aliquod esse reale vel esse fixum, cum in se non habeat naturam vel entitatem aliquam. Secunda via ad ostendendum hoc idem sumitur ex ipsa natura coloris. Color.n.secundum philosophum in de sensu & sen.est extremitas pspicui in corpore terminato, & ly perspicui construitur intransitiue, est.n.sensus, ꝙ color sit quædam perspicuitas extrema in corpore terminato, quædam.n.habent perspicuitatem in profundo, vt corpora diaphana, & talia si vere diaphana sunt non terminant visum, nec secundum se colorata sunt. Quædam vero habent perspicuitatem solum in extremo. non.n.apparent qualia sunt in profundo, sed solum qualia sunt in superficie & in extremo, & illa talis apparẽtia siue illa talis perspicuitas extrema est id quod

Tex.c. 2.

id quod est esse naturaliter color.ergo color secundum naturam suam nihil esse aliud nisi apparentia quædam, sed ꝙ est tale non videtur habere esse fixum in natura. ergo idem quod prius. Tertia via videtur sumi ex generatione coloris.quādiu.n.aliquod corpus terminatū integrum est non habet colorem in medio sui cum sit de ratione coloris ꝙ sit in extremo. Diuiso autem illo corpore apparet ibi color. videtur ergo color non esse natura, cum ex sola diuisione corporis generetur.

Notādum ergo ꝙ cum qualitates & colores substantiam afficiant, & cum animal quod non est res aliqua, non possit substantiam afficere & disponere, cogimur ad dicendum colores & vniuersaliter qualitates res aliquas esse, color ergo esse tale reale habet. est.n. essentialiter diaphanitas quædam, & quia diaphanitas est de natura lucis lux est hypostasis & substantia coloris, non autem lux quælibet. nam cum lux veniens ad compositionem coloris sit lux in corpore opaco & terminato, quia omne quod recipitur in aliquo recipitur secūdum modum rei recipientis, oportet lucem venientem ad compositionem coloris & existentem eius hypostasim & substantiam non esse in sua claritate, sed esse quasi lucem obscuratam.

Rationes autem in oppositum factę non arguunt colorem quid reale, sed petunt sibi qualiter difficultates solui. Ad dissolutionem autem primæ rationis, quæ plus difficultatis continere videtur, notandum vnitatem attributionis duplicem esse posse. primo cū in vno est natura aliqua, in alijs vero nihil est formaliter de natura illa. sicut sanitas est solū in animali formaliter. Alia autem vt tangebatur in arguendo intantum dicuntur sana, inquantum attribuuntur isti sanitati. Secundo autem modo p test contingere ista analogia, & vnitas attributionis cum natura talis reperitur formaliter in omni tali, tamen in vno reperitur complete in alijs diminute, & quia de eo quod est incompletum & diminutum & quodam modo secundum quid non fit denominatio. Ideo illud idem in quo principaliter existit natura illa, dicitur simpliciter tale. cętera vero intantum sunt talia inquantum attribuuntur illi vni, & sic est in proposito. natura.n. entitatis reperitur in quolibet ente, sed tamen in substantia reperitur principaliter, in alijs vero diminute. substantia ergo est ens simpliciter, alia vero non sunt entia nisi quia sunt entis, non ꝙ in se nullam entitatem habeant, sed quia illa entitas est diminuta, &.q. secundum quid, magis dicuntur entia inquantum sunt aliquid substantiæ quàm inquantum in se entitatem habeant aliquam, accidentia itaq; non dicuntur entia propter entitatem quæ sit in eis, sed propter entitatem quæ est in substantia, non ꝙ nullam entitatem in se habeant, sed quia illa est incompleta, & ab ea denominatio fieri non debet. Non ergo arguitur accidentia non esse quid reale, nec habere aliquod esse fixum, sed solum ostenditur ea non habere entitatem completam & perfectam vt substantia, quod concedimus. Quia autem addebatur secundo ꝙ color est apparentia quædam, ly apparentia non sumitur vt denominat quid phantasticum, sed quid reale. Sed si potest dici apparētia quædam hoc est inquātum ipsa diaphanitas & perspicuitas, quædam apparentia nominatur, & quia perspicuitas est de natura lucis, color est aliquid reale, ex quo lux quæ est substantia, & hypostasis eius quid reale nominat. Quia autem tertio addebatur ꝙ ex sola diuisione videtur generari color. dicendum est hoc esse per accidens, ex diuisione.n. corporis per se efficitur superficies, & quia proprium est superficiei primo loco colorari ex generatione superficiei habet esse generatio coloris, tamen forma arguendi non valet. Nam vt corpus realiter diuidatur, & ipsa diuisio quid reale existat. si ex reali diuisione aliquod reale inducitur, nullum inconueniens sequitur.

Mouetur hęc quæstio. Tex. cōm. 7. & 8. *Quæstio. IIII.*

QVarto declarandum restat vtrum positio Platonis fuerit melior positione Democriti, vel econuerso. Et videtur Platonem melius opinatum Democriti. Nam quanto aliquid est simplicius tanto magis habet rationem principij, cum ergo superficies sit simplicior corpore congruentius videtur ponere superficiem principia rerum vt ponebat Plato, quàm ponere corpora indiuisibilia vt ponebat Demo. Amplius principia generabilium & corruptibilium quæ secundum veritatem sunt materia forma & priuatio, nec per se existunt, nec per se generantur, licet ergo tam Plato quàm Democritus defecerint à vera positione principiorum, magis tamen videtur defecisse Demo. ponendo corpora, quàm Plato ponendo superficies, cum corpora possint per se existere, non autem superficies.

Notandum ergo Platonem inter cæteros philosophos fuisse quasi singularē in venando principia philosophię suę. vtplurimū.n. alij philosophi ex sensibilibus in intelligibilia ascendebant, & illę est modus rectus traditus à philosopho. 1. Posteriorum, cum ait. omnem nostram cognitionem incipere à sensu. hoc idem etiam habetur posterio. Secūdo in cap. illo. De principijs autem. ibi enim traditur ex sensibus fieri memoriam, ex memorijs experientiā, ex experientijs fieri vniuersale quod est principium artis & scientiæ. Plato vero ex intelligibilibus voluit ad sensibilia descendere, voluit.n. præter humanum modū humanam habere notitiam, & quia voluit de sensibilibus, & vniuersaliter de rebus per modum intelligibilium iudicare, tradidit sic penitus esse in re vt videbat in operatione intellectus, & quia per actionem intelligibilium separamus vniuersale à particularibus, vt per actionē intellectus separamus leonem à suis indiuiduis & participatione speciei vnius secundum intellectum nostrum, & omnes leones sunt quodammodo vt vnus leo, & quia sic credidit esse in re vt intelligimus in omni genere rerum posuit vnum abstractum separatum. vt vnum leonem, vnum lapidem, & sic de singulis, quę appellabat ideas, quas dicebat esse rerum causas & principia, & quia rerum sensibilium & corruptibilium venabatur principia per modum abstractum, quia mathematica & ideas ponebat de genere abstractorum. Ideo ea posuit aliorum principia volebat enim mathematica abstracta esse, sed non in tanta abstractionem vt ideę. erant enim secundum eum media inter sensibilia & ideas. vt narrat Aristo. primo Meta. & quia superiora & abstracta. vt dictum est, posuit aliorum principia, dixit principia corporum esse superficies. In hac autem positione in quatuor defecit à positione Democriti. primo in ponendo principia, melius est enim & rationabilius ponere principia sensibilium, quæ habent esse naturale & sunt in sensibus, quàm quæ habent esse mathematicum, vel etiam ideale & sunt à sensibilibus separata. melius ergo fuit ponere corpora indiuisibilia, quod fecit Demo. quàm superficies indiuisibiles, vt posuit Plato. Secundo defecit positio Platonis quātum ad ea quæ sequuntur ex principijs. nam si ex huiusmodi sensibilibus, quæ habent esse naturale & philosophicum, si possumus saluare transmutationes philosophicas, non videtur inconueniens, sed ex mathematicis, quæ sunt separata à motu & materia, saluare transmutationes naturales est omnino absurdum. Ideo ex principijs à Platone positis saluare non possumus, quomodo fit alteratio, & quomodo generantur qualitates & passiones, cum dicta principia à talibus sint abstracta. Ideo in textu dicitur quòd Platonici non suscipiunt, passionem aliquam generari ex ipsis. Tertio defecit dicta positio quantum ad viam & modum quo acquiruntur principia, nam vt dictum est, ex experētijs fiunt nobis

nobis vniuersales ꝓpositiones, quæ sunt principia scientiarum & artium, experientia autem cum sit particularium est respectu multorum: Plato autem quia noluit procedere modo sensibili, noluit respicere ad multa vt ad singularia, sed voluit respicere ad pauca vt ad abstracta, & vniuersalia quæ posuit mathematica & ideas.

Dixit ergo vt inexpertus & abhorrens sensibilia. Demo. vero vt expertus. Quarto vero melior fuit positio Democriti quantum ad rationes per quas fulciebatur. Ex sensibus.n.sumunt ortum proprie rationes sensibilium. Plato ergo qui talia despexit non potuit arguere ex proprijs, sed arguebat logicæ.i.extraneæ. Demo. vero quasi physicæ, & vniuersaliter arguebat. vel ad literam Plato quodammodo arguebat logicæ. vniuersalia.n.dicunt naturam subiectam intentioni, & ratione illius intentionis, quia logicæ potisśime de intentionibus esse dicitur, exquo posuit ea quæ sunt quid rationis esse rerum principia. logicus.n.artifex rationalis dicitur, nec Demo. nec Plato recte posuit, tamen vt põnem Plato-Arist. tradidit simpliciter peius dicit Plato Democrito.

Quod autem arguitur ꝙ quãto simpliciora sunt magis habent rationem principij. ergo magis habent rationem principij superficies ꝙ̃ corpora. Dicendum ꝙ nos non querimus principia quocunq; modo, sed principia naturalia, & quia superficies & mathematica non possunt esse principia naturalia. Ideo ratio non congruit.

Per hoc.n.soluitur secundum. Nam si principia per se non existunt, querẽda tamen sunt talia naturalia non mathematica, & quia hoc debet esse principale in consideratione principiorum simpliciter melius dixit Platone Democritus.

Tex c. 8. HAbet enim quæstionem si quis &c. Hic sunt declaranda tria circa positionem Democriti. Primo.n.videndum est si esset dare corpora indiuisibilia. vtrum essent principia simpliciter generabilium, & corruptibilium. Secundo dato ꝙ talia corpora non possent dici principia eorum simpliciter. declarabitur vtrum debeant dici principia generabilium vel corruptibilium aliquo modo. Tertio dato talia corpora non esse principia eorum simpliciter, nec esse principia aliquo modo, declarabitur vtrum possent dici principia huius generabilis & corruptibilis.

Mouetur hæc quæstio. Tex. cõm. 8. *Quæstio. V.*

CIrca primum sic proceditur. Videtur ꝙ si esset dare corruptibilia indiuisibilia illa simpliciter abiecte deberent dici principia. illa.n.ad quæ stat vltima resolutio rerum, debent dici simpliciter rerum principia, sed si esset dare simpliciter corpora indiuisibilia ad ea staret vltima resolutio rerum, quia si talia corpora resoluerentur in alia, iam non essent indiuisibilia. erunt ergo simpliciter principia exquo in alia resolui non possunt. Amplius principia vt dicitur infine Elẽchorum sunt maxima potestate, & magnitudine peruiśsima, sed talia essent huiusmodi corpora. paruiśsima enim essent magnitudine, cum essent indiuisibilia. maxima autem essent virtute & potestate, quia ex eis cætera alia corpora essent composita. simpliciter ergo & abiecte talia debent dici principia. Amplius quod est aliorum mensura videtur habere rationem principij respectu eorum, quorum est mensura. nam cum ea quæ nullam causalitatem habent respectu aliorum, modum & mensuram, vt videtur, eis non possunt imponere, quia ergo omnia mensurantur minimo sui generis, vt dicitur. 10. Metaphy. si esset dare corpora indiuisibilia, quia talia in genere corporum essent simpliciter minima, simpliciter deberent dici principia, cum eis competeret simpliciter ratio mensure.

Notandum ergo tria esse de ratione principij propter quæ si esset dare corpora indiuisibilia simpliciter principia esse non possunt de ratione enim principij simpliciter est quòd in alia resolui non posśit, quia si in alia resolui posset iam non esset principium simpliciter, sed illa in quę resoluerentur magis haberent rationem principij. Ex isto primo sequitur secundum. nam quia principia non sunt in alia resolubilia per se loquendo, nec sunt generabilia, nec corruptibilia, immo oportet ea manere. vt dicitur primo Physico. Idem enim quod est in alia generabile, & corruptibile est in aliam resolubile. Tex.c.50 Ideo nec generatur, nec corrumpitur materia vel forma, sed compositum. non.n.generatur sphæra, neq; rotunda, sed sphæra rotunda. si.n.generaretur materia, materię esset materia, immo materia esset composita ex materia & forma. haberet.n.aliqua in qua resolueretur materia si per se corrumperetur materia. sic & forma si per se corruptibilis esset formæ esset forma, & esset composita forma ex materia & forma. oportet ergo ꝙ quæ in alia resolui non possunt quantum est de se semper manere & per se loquẽdo generabilia & corruptibilia non esse. Ex his autem sequitur tertium. videlicet principia & per se non esse in genere. genus.n.non dicit potentiam primam vt materiam, nec dicit actum primum, sed dicit formam mediam inter potentiam & actum. vt vult Cõmen. 1. Meta. Vbi dat differentiam inter genus Tex.c.17 & materiam, immo cum de ratione generis sit ꝙ prædicetur de suis inferioribus essentialiter, quia contra rationem partis est essentialiter prædicari. Nam secundum philosophum. 4. Topi. nullo modo pars de toto prædicatur, quod essentialiter intelligendo, simpliciter verum est. homo.n.nullo modo est manus, licet posśit dici manutatus. Cum ergo materia & forma sint simpliciter generabilium & corruptibilium principia, & habeant rationem partis, in eis ratio generis reseruari non poterit. substantia ergo quæ est quid cõmune ad materiam formam & compositam, non est substantia quę est genus, sed substantia quæ est analogum. His visis patet ꝙ si esset dare corpora indiuisibilia talia generabiliũ & corruptibilium simpliciter principia esse non possent. Primo quia ad ea non staret vltima resolutio, immo si esset deuenire ad talia corpora adhuc huiusmodi corpora composita essent ex materia & forma, & quia vnumquodq; resoluitur in sua cõponibilia, non staret vltima resolutio ad corpora prædicta, sed ad materiam & formam illorum corporum. Secũdo talia corpora non possunt dici principia simpliciter, quia per se loquendo non oporteret ea manere, essent.n.per se generabilia & corruptibilia, cum essent cõposita ex materia & forma, immo quia quãto aliquid est in minora diuisum tanto facilius corruptioni obedit, talia corpora nõ solum per se loquendo non manerent, immo facilius alijs corrumperentur. Tertio quia talia essent directe in genere, quia totum id quod est de ratione corporis reseruaretur in eis quantumcunq; esset dare talia corpora simpliciter principia esse non possent.

Opposita autem his nõ est difficile soluere. nam cum dicitur ꝙ huiusmodi corpora sunt ea ad quæ stat vltima resolutio, patet esse falsum. nam si huiusmodi corpora indiuisibilia non essent resolubilia in alia in eo quòd quanta, essent tamen resolubilia in eo ꝙ corpora. nos autem non querimus principia quanti secũdum quod huiusmodi, sed corporis. Quia vero secundo addebatur, quia principia sunt minima magnitudine & maxima virtute patet huiusmodi corpora nõ esse virtute maxima, cum non essent de compositione omnium, immo materiæ & formæ essent vlterius de compositione ipsorũ. Quia autem tertio addebatur, quia essent simpliciter principia corporũ, cum simpliciter sint eorum mensura, dici potest hoc habere suum dubium & esset per se disputabile vtrum semper habeat rationem prin-

cipij quod habet rationem mensure. Nam si omnia entia essent colores album esset mensura eorum, & tamen album non videtur esse causa omnium colorum cum causa sit quod facit ad esse alterius, album autem non videtur facere ad esse nigri, cum vnum cōtrariorum aliud non construat, sed potius destruat, tamen hoc concesso non haberetur intentum. nam si corpora indiuisibilia sunt mensura aliorum corporum hoc non erit nisi prout habēt rationem minimi respectu aliorum corporum non.n. sunt minima in eo ꝙ corpora. Ita.n. minimum corpus est compositum ex materia & forma, & continet in se omnia quę sunt de ratione corporis sicut & maximum, esse ergo quid minimum competit solum eis in eo quod sunt quanta. nos aūt vt dictum est querimus principia corporis ſm ꝙ huius, non autem quanti.

Mouetur hæc quæstio. Textu cōm. 8. Quæstio. VI.

Secundo restat declarare vtrum si esset dare corpora indiuisibilia possent dici aliquo modo principia generabilium & corruptibiliū, & videtur hoc non esse inconueniens. possunt.n. esse aliqua aliquorum principia aliquo modo, quæ tamen non sunt illorum principia, vt paries aliquo modo habet rationem principij respectu domus, licet vltima resolutio domus non stet ad parietem. Sed vlterius resoluitur paries in lapides. poterunt ergo corpora indiuisibilia esse principia generabilium, licet vltima resolutio eorū non stet ad talia corpora, sed vlterius resoluantur in materiam & formam.

Amplius non solum hoc videtur posibile, sed etiam necessariū. Nam ex eisdem aliquid componitur in quæ resoluitur, quia ergo in quæ resoluitur res, ea sunt rei principia, sed si hoc est per se, in quæ resoluitur simpliciter erunt principia simpliciter, in quę aūt aliquo modo, erunt principia aliquo modo, sed si est dare corpora indiuisibilia gñabilia resoluentur in ea aliquo modo, licet non simpliciter, essent ergo talia principia aliquo modo non aūt simpliciter. Amplius simplicia videntur habere rōnem principij respectu compositorū, quæ ergo sunt simplicia simpliciter erūt prncipia simpliciter, quæ aūt aliquo modo, aliquo modo. Cum ergo indiuisibilia corpora sint aliquo modo simplicia respectu aliorū, huiusmodi corpora debent poni aliorum principia aliquo modo, licet non simpliciter cum non sint simplicia simpliciter. Notādum aūt ꝙ & si esset resoluere gñabilia & corruptibilia vsq; ad indiuidua corpora huiusmodi corpora per se loquēdo, nec simpliciter, nec aliquo modo deberent principia dici generabilium corporum, quod triplici via declarari potest. prima sumitur ex parte ipsorum corporum. Secunda ex parte ipsarum partium. Tertia ex parte ipsorum principiorum. Prima sic patet. nam corpora, quorum nos querimus principia sunt in genere substantiæ. Nam corpus substātia est id quod generatur. augmentatur.n. corpus in eo quod quantum, motus.n. ad substantiam dicitur generatio. motus autem ad quantitatem simpliciter & abiecto nomine non dicitur generatio, sed augmentū. si ergo queremus principia corporum vt sunt augmentabilia haberet probabilem rationem quòd in eo ꝙ talium queremus principia secundum genus quantitatis, sed quia corporum generabilium principia querimus non quātitatis sed substantiæ. debemus principia inuenire. Corpora autem indiuisibilia secundum ꝙ huiusmodi in nullo habēt rationem simplicis corporis respectu aliorum corporum nisi in eo ꝙ quanta, non autem in eo ꝙ corpora. vt supra dicebatur, essent.n. minoris quantitatis illa quàm alia. Sed non essent simplicioris substantiæ. haberent enim in se materiam & formam, & ea quæ sunt de ratione corporū. nullo modo talia debent poni principia corporum, cum nullo modo corpora resoluantur in ea in eo ꝙ corpora, sed solum in eo ꝙ quanta. Secunda via. ad inuestigandum hoc idem sumitur ratione ipsarum partiū. Nam secundum philosophum. 7. Meta. Tex... Quædam sunt partes formales & pertinentes ad spēm, quædam vero materiales & quantitatiue, partes autem formales & pertinentes ad speciem sunt priores suo toto. Ideo cum diffinitur totum tales partes ingrediuntur diffinitionem, cum literę ingrediantur diffinitionem syllabe. carnes autem & ossa diffinitionem hominis. partes vero materiales & quantitatiue non ingrediuntur diffinitionem totius. Cuprū.n. quod est pars materialis circuli non est pars constitutiua diffinitionis eius. semicirculus etiám quia videtur esse pars quantitatiua circuli non ingreditur diffinitionem circuli, sed magis econuerso circulus videtur ingredi diffinitionē semicirculi. diffinitur.n. semicirculus ꝙ est pars circuli secata diametro. Cum ergo Posteriora secundum quod huius nullo modo habeant rationem principij respectu priorum pars quantitatiua corporis, nec simpliciter, nec aliquo modo habet rationem principij. vtrum autē habeat rationem principij respectu huiusmodi corporis in alia declaratione patebit. Ad præsens autem vt spectat ad hanc viam secundo tactam intantum dictum sit ꝙ si esset dare indiuisibilia corpora ꝙ talia essent partes corporum solum quantitatiue cum non resoluerentur corpora in ea, nisi in eo ꝙ quanta, principia corporum esse non possent, immo quia corpus, vt hic de corpore loquimur, videtur magis significare substātiam ipsam, corpus vero indiuisibile, vt hic de indiuisibili loquimur, nominat corpus quantum, quia corpus quantum est posterius corpore simpliciter, & non est principium corporis, sed magis econuerso magis videtur esse proprie dictum corpora esse principia corporum indiuisibilium ꝙ̄ econuerso.

Tertia via sumitur ex parte ipsorum principiorum: nam inter principia aliquo modo & principia simpliciter videtur esse differentia. sicut inter principia proxima & principia remota vt carnes & ossa sunt principia aliquo modo, materia prima videtur esse principium simpliciter. vnde & prædicte rationes per quas nitebamur ostēdere indiuisibilia corpora esse corporum principia aliquo modo solum super hoc se videbantur fundare, quia corpora aliquo modo resoluuntur in corpora indiuisibilia, licet non vltimata resolutione resoluantur in illa, arguebatur ergo esse principia proxima non remota. Cum ergo in principijs ꝓximis, vt hic de principijs loquimur, essentialiter debeat reseruari ratio principiorum remotorum. si principia remota sunt in vno genere. proxima non debent esse ſm aliud genus. Cum ergo materia & forma sint in genere substantiæ, corpora indiuisibilia, quia sunt talia principia secundum quantitatem huiusmodi principia esse non poterunt. nam & si in accidentibus tolerari potest hoc ꝙ principia proxima sunt in vno genere, remota vero in alio, in substantijs autem non est verum. cum.n. accidens sit posterius substantia cognitione diffinitione & tempore. vt dicitur septimo Meta. per se loquendo principium substantiæ esse non poterit, quia ergo corpus indiuisibile secūdum ꝙ huius nominat aliquid vt est quantum, principium corporis per se loquendo esse non poterit.

Opposita autem his non est difficile soluere. omnia enim defficiunt per fallaciam accidentis. Nam cum dicitur possunt esse principia aliquo modo corporum quæ non sunt principia eorum simpliciter, sicut possunt esse aliquo modo principia domus, quę non sunt principia eius simpliciter, si propter hoc volumus concedere corpora indiuisibilia esse huiusmodi peccamus per fallaciā consequentis, & quia consequens accidit & est pars accidentis. vt dicitur in libro Elench. decipimur per illam fallaciam. Cum vero vlterius additur corpora indiuisibilia esse aliquo modo principia corporum, quia in ea aliquo modo corpora resoluūtur, licet ad ea non stet vltima

vltima resolutio, patet, qòud consideratur ibi quod est per accidens. corpora enim in eo quód corpora, nullo modo resoluuntur in corpora indiuisibilia, sed in eo ꝙ quanta. Quia autem tertio addebatur corpora indiuisibilia simpliciora esse corporibus alijs, & ita esse eorum principia. patet etiam id considerari quod est per accidens. nam si corpora indiuisibilia sunt simpliciora alijs corporibus hoc non est in eo quòd corpora, licet forte hoc esse posſit in eo quòd quanta. ergo secundum rei veritatem corpora indiuisibilia cæteris paribus secundum ꝙ huiusmodi non sunt aliquo modo principia corporum. vtrum autem posſint esse aliquo modo principia secundum positionem Democriti in sequenti quæstione tangetur.

Mouetur hæc quæstio. Tex. cõm. 8. *Quæstio. VII.*

TErtio declarandum restat dato corpora indiuisibilia non posse esse principia corporũ per se loquendo nec simpliciter nec aliquo modo. vtrum posſint esse principia huius corporis. videtur autem quòd sic. diuidi enim in partes quantitatiuas videtur esse de ratione corporis indiuidui, licet non sit de ratione corporis simpliciter. Corpora ergo indiuisibilia poterunt esse principia huius corporis singularis, licet non sint principia corporis simpliciter. Amplius secundum philosophum. Cum dico cœlum dico formam, cum dico hoc cœlum dico materiam. videtur ergo ꝙ significatio se teneat ex parte materiæ, & quia indiuiduum dicit quid significatum partes quãtitatiuæ quæ se tenent ex parte materiæ erunt de ratione eius, & per consequens eius principia. Ad hoc idem videtur facere, quia particularia quantum est de se sunt infinita, vel eis secundum ꝙ huiusmodi non videtur infinitas repugnare. eorum ergo principia magis debent poni infinita quàm finita. nihil est autem in indiuiduis quòd ad infinitatem vergat præter partes quantitatiuas. talia ergo potisſime debent poni indiuiduorum principia.

Tex. c. 34 & 35. Notandum autem hanc quęstionem pro tanto introductam esse, ꝙ secundum philosophum. 7. Meta. non est inconueniens, quod est materiale vni esse formale alteri, & econuerso. Cuprum. n. est pars materialis circuli, nec est de ratione eius, est tamen pars formalis circuli cuprei. vnde & si diffineretur circulus cupreus cuprum ingrederetur diffinitionem huius circuli, licet non ingrederetur diffinitionem circuli simpliciter. Licet ergo partes quantitatiuę non sint de ratione corporis simpliciter & sint partes materiales eius, merito tamen dubitatur vtrum pertineat ad rationem corporis huius. videntur enim talia, vt dubitãdo tangebatur, respicere materiam vt est significata, quæ videtur esse de ratione corporis simpliciter singularis. nam licet particularium non sit scientia, neq; diffinitio, tamen si diffinirentur in indiuidua, materia signata ingrederetur diffinitionẽ eius. Hanc autem difficultatem forte aliqui vitare vellent. distinguẽdo inter significationem materiæ & significationem quantitatis, & inter materiæ partes & partes quantitatis. Respondeo ꝙ licet materia habeat partes per quantitatem, & sit significata per eam, aliæ tamen sunt partes materiæ & aliæ quantitatis, & alia significatio materiæ & alia quãtitatis, sicut qui diuideret superficiem albam non solum diuideret superficiem, sed & albedinem & aliæ essent partes albedinis & superficiei, non obstante ꝙ albedo non habet partes nisi per superficiem. Diceret ergo aliquis significationem materiæ & partialitatem quæ sunt de ratione indiuidui nõ esse talia vt sunt quantitatis, sed vt sunt materiæ, propter quod corpus indiuisibile, quia vt est huius videtur pertinere ad genus quanti, tale corpus per se loquendo non solum non est principiũ corporis simpliciter, sed etiam nec corporis huius, sed hoc dictum, cum hoc ꝙ magnam difficultatem assumit, quia dubiũ est quam asſignationem & quam partialitatem includit indiuiduũ, difficultatem tamen quęsiti non euacuat. diuisibilitas. n. & indiuisibilitas vt hic de eis loquimur pro tanto pertinet ad genus quanti, quia non nisi per quantitatem esse possent. si ergo partialitatem & indiuisibilitatem velles accipere non vt respiciunt quantitatem secundum se, sed vt respiciunt materiam habentem talia per quantitatem. sic corpus indiuisibile posset sumi non vt dicit quantitatem, sed vt nominat naturam aliquam cui competat talis adiacentia mediante quantitate. Aduertendum ꝙ si quodlibet singulare corpus posſit diuidi in partes quantitatiuas, tales tamen partes non sunt de ratione corporis singularis, vt est quoddam totum, sed magis ipsum totum est de ratione talium partium, materia. n. est de ratione rei vt stat sub forma, nec in hoc differt singulare ab vniuersali, sed differentia eorum in hoc consistit, quia cum ad esse rei simpliciter faciat forma simpliciter. Ad esse rei singularis faciat forma significata, materia simpliciter erit de ratione corporis generalis simpliciter. materia vero significata erit de ratione huius corporis generalis, nunquam ergo ab hoc soluitur materia, quin sit de ratione rei vt stat sub forma, & quia vt stat sub forma habet quandam vnitatem materia est de ratione rei non vt est diuisa per partes, sed vt est vna. Ideo philosophus quinto Meta. cap. de qualitate ait, quòd substantia cuiuslibet est in semel. v. g. vt ipse ait sex non est bis tres, sed semel sex, quantumcunq; ergo corpus aliquod singulare posset diuidi in partes quantitatiuas, vel etiam in corpora indiuisibilia, quia materia vt est diuisa per partes non est de ratione eius huiusmodi corpora indiuisibilia proprie nõ essent principia corporis singularis, immo quia tales partes non sunt nisi potentia in toto, & si diffiniretur totum non ingrederetur diffinitionem eius, sed magis econuerso, non ergo sunt proprie principia totius, sed magis econuerso. ergo secundum veritatem non est ponendum talia esse principia, dato ꝙ corpora resolui possent vsq; ad corpora indiuisibilia. tamen quia Democritus loquæbatur de generatione rerum secundum congregationem, & loquebatur de generatione naturalium ad modum artificialium, quia in artificialibus partes sunt magis in actu quàm in potentia, licet in naturalibus sit econuerso. si esset resoluere generabilia vsq; ad indiuisibilia corpora, & esset vera positio Democriti, generabilia corpora congregari per solam congregationem illorum corporum, quia illa corpora in suis totis & in corporibus quorum ponerentur partes essent magis in actu quàm in potentia, nisi esset inconueniens ea esse aliquo modo principia, licet simpliciter principia esse non possent. Tex. c. 19

Opposita autem his non est difficile soluere. Nam & si quodlibet corpus indiuiduum est resolubile in partes quantitatiuas, nec esset indiuiduum si tales partes habere non posset. tamen quia dictę partes non sunt actu in toto, sed in potentia. vt dictum est. si diffiniretur totum non ingrederentur diffinitionem eius, sed magis econuerso. non debent dici proprie principia totius, sed magis econuerso. Quia vero addebatur tales partes esse materiales, & materiam esse de ratione indiuidui. patet, materiam non esse de ratione indiuidui vt est diuisa per partes, cum substantia cuiuslibet sit in semel. Quia autem addebatur tertio de infinitate dici debet quòd & si infinitorum indiuiduorum aliquo modo querẽda sunt infinita principia propter infinitas significationes, vnius tamen eiusdem singularis & indiuidui non sunt querenda principia infinita, sed finita. querere autem quodammodo infinita principia vnius indiuidui singularis si resolueremus ipsum in corpora indiuidua quę diceremus eius esse principia.

Tex.c.9. Esse autem simul potestate &c. Hic declaranda sunt quatuor. Primo enim declarādum est vtrum linea sit ex tactibus, siue ex punctis. Secundo dato lineam non esse compositam ex punctis, declarabitur vtrum posit concedi punctum esse vbique in linea. Tertio si punctus non est vbiq; in linea vt non sit diuisibilis linea nisi vbi est punctus, dubitabitur vtrum sit posibile lineam diuidi posse in infinitum vt non videatur concedendum ipsam esse vbiq; diuisibilem. Quarto & vltimo dato ipsam esse diuisibilem in infinitum manifestabitur vtrum tale posibile posit poni in esse, vel oporteat nos negare illud principium, quòd posibili posito in esse nullum inconueniens sequitur, & quòd dicetur de punctis respectu lineæ intelligendum erit de lineis respectu superficierum & de superficiebus respectu corporum. His autem visis & declaratis apparebit quomodo soluuntur rationes Democriti, & quomodo solutio philosophi soluit rationes eius.

Mouetur hæc quæstio. Textu cōm. 9. Quæstio. VIII.

Circa primum sic proceditur. Videtur lineam esse compositam ex punctis. Nam secundum philosophum primo Poster. de per se est quòd substantia trianguli est ex lineis. substantia lineæ est ex punctis, sed ex his componitur res ex quibus est substātia sua. linea ergo erit composita ex punctis cum ex eis sit substantia eius. Amplius sicut substantia prima facie diuiditur in substantiam corpoream & incorpoream. Ita quantitas prima facie diuiditur in continuum & discretum, & sicut substantiæ corporeæ damus principia sua in materiam & formam, & incorporeæ sua principia vt forte potentiam & actum. sic quantitati discrete damus principia sua vt vnitates & continue sua vt puncta. Cum ergo sicut vnumquodque resoluitur in sua principia sic componatur ex eis, vel oportet nos negare puncta esse principia quantitatis continue, quod est absurdum dicere, vel oportet dicere quòd sicut substantia corporea componitur ex materia & forma, incorporea vero ex potētia & actu, discreta autem quantitas ex vnitatibus, propter hoc quòd dicta sunt dictorum principia, sic quantitatem continuam componi ex punctis, cum talia habeant rationem principij respectu eius. Amplius hic sensibiliter monstrantur. nam si ponatur sphericum super planum tanget eum in puncto. Est enim de ratione recti secundum quòd rectum, vt videtur dicere philosophus in prologo de Anima, tangere sphæram in
Tex.c.13 puncto, sed sphæra illa per suum motū causabit lineam, erit ergo illa linea ex punctis, cum ex fluxu puncti & ex tactu puncti sit constituta. hinc autem forte mathematicorum. positio sumpsit originem q; fluxus puncti causat lineam, linea fluens superficiem, fluens superficies corpus facit.

Notandum ergo nunquam indiuisibile, quod ergo est diuisibile per omnem modum semper diuiditur in partes diuisibiles per omnem modum, & quod est indiuisibile per omnem modū nullo modo diuisibile componit. sicut ergo aliquid est diuisibile sic indiuisibilia diuiditur, & sicut est indiuisibile sic diuisibile non constituit. puncta ergo quia vndiq; & per omnem modum sunt indiuisibilia nullo modo constituunt magnitudinem, corpora vero quia sunt diuisibilia per omnem modum non resoluuntur nisi in partes omnino diuisibiles, loquendo de resolutione quantitatiua. Ideo corpora quātitatiue solum in corpora diuiduntur, & dico quantitatiue ad excludendum diuisionem, essentialem per quam resoluuntur in materiam & formam, de qua constituere sermonem præsens propositum non admittit. superficies vero & linea, quia sunt aliquo modo diuisibilia, aliquo modo indiuisibilia. vt sunt diuisibilia possunt esse partes diuisibilis & diuisibile constituere. vt autem sunt indiuisibilia diuisibile non componunt. Ideo si linea lineæ addatur secundum longitudinem efficit aliquid maius, quia ex ea parte linea diuisionem habet, sed si fiat talis additio secundum latitudinem vel secundum profunditatem nullam maioritatem faciet, sic etiam superficies per additionem superficiei in lōgum & latum crescit, sed si secundum profundum omnes superficies componantur nullam faciunt magnitudinem. Ratio autem quare indiuisibile secūdum quòd huius nihil auget dupliciter sumi potest. primo ex parte compositionis. Secundo ex parte diuisionis. Prima via sic patet. Nā quòd aliquid additum alicui faciat augmentum, & reddat magnitudinem maiorem, ideo cōtinuit quia huius additum ab eo cui additur non attingitur totum. ideo enim lapis supra lapidem positus reddit magnitudinem maiorem, & per continuam appositionem lapidum completur edificium, quia vnus lapis nō attingit alium secundum se totum, sed solum secundum superficiem eius. si enim vnus lapis supra alium positus ingrederetur ipsum & attingeretur ab eo secundum se totum, ita quòd de lapide apposito nihil superesset extra lapidem cui apponitur, talis appositio non faceret maiorem magnitudinem, oportet autem si appositum augere debet q; non attingatur secundum se totum, & quia indiuisibile secundum q; huius caret parte & parte & cum attingitur, ideo additio indiuisibilis in eo quòd huius nihil auget. Cum ergo puncta (vt dictum est) vndiq; sint indiuisibilia nullam magnitudinem efficere poterunt. Linea ergo quæ est magnitudo quædam ex punctis constare non potest, sic nec lineæ cum non augmentent in latum non reddent superficiem, nec superficies corpus cum augeant in profundum. Hanc autem viam innuit philosophus. 6. Physic. Secunda via ad inuestigandum hoc idem sumitur ex parte diuisionis. nam ex diuisione indiuidui fiunt plura indiuidua in actu quàm eo manente continuo vt in vna & eadem linea continua non possunt esse nisi duo puncta in actu. si autem dicta linea diuidatur in partes, quia cuilibet parti est asignare puncta terminantia ipsam, sunt ibi plura puncta in actu quàm prius, & quia ab eo quod est in actu aliquid dicitur esse simpliciter, in linea intercisa simpliciter sunt plura puncta quàm in continua. si ergo puncta aliquid augerent nisi essent plura puncta simpliciter, secundum quòd huius esset maior magnitudo simpliciter. omnes ergo partes lineæ simul sumpte essent maior magnitudo quàm in linea tota, quod est contra communem animi conceptionem. est enim communis animi conceptio totum equari omnibus partibus simul sumptis, & econuerso, & quod est dictum de linea respectu punctorum intelligitur de lineis respectu superficiei & de superficiebus respectu corporis. plures enim sunt lineæ actu, & per consequens plures simpliciter in superficie diuisa q; in cōtinua, & plures superficies in corpore diuiso quàm in continuo. hæc autem via habita fuit in lectione præterita cum dicebatur puncta non facere aliquid maius in magnitudine in qua sunt, quia si diuidatur aliquod continuum in duo frusta vel in plura, frusta illa simul sumpta non sunt minus neque maius toto priori continuo, cum tamen in illis particularibus sint plura indiuisibilia in actu quàm in ipso continuo. Ideo merito ibi concluditur quòd si omnes puncti simul componantur nullam faciunt magnitudinem, & quod dicitur de punctis intelligendum est de omnibus indiuisibilibus secundum q; huius. Tex.

Oppositorum autem his, licet due primę rationes de facili solui posint. Tertia tamen ratio plus difficultatis continet quàm tota proposita quæstio. Ideo solutionem eius diffusius pertractabimus. Cum ergo arguitur primo substantiam lineæ esse ex pūctis, & substantiam trianguli

trianguli ex lineis, posset ad hoc esse vna communis solutio philosophi in libro priorum, quia exempla ponimus non vt ita sit, sed vt sentiat qui discit, & quia philosophus (exempli gratia) dicit lineam esse ex pũctis, ideo quantum ex vi auctoritatis philosophi ratio parũ cogit.

Possumus tamen aliter respondere dicẽdo ꝙ substantia accidẽtaliter pro substantia. i. diffinitione. vult. n. philosophus ibi exemplificare de primo modo dicẽdi per se, secundum quem modum partes diffinitionis competunt per se diffinito, & quia lineæ ingrediuntur essentialem diffinitionem trianguli. Cum triangulus sit figura plana tribus rectis lineis contenta & puncta ingrediuntur substantialem & quidditatiuam diffinitionem lineę. Cum linea sit longitudo sine latitudine, cuius extremitates sunt duo puncta. Constat ergo substantia superficiei triangularis ex lineis, & lineæ ex punctis, non quantitatiue, vt hic loqui intendimus, sed magis. q. essentialiter & quidditatiue, cum talia ingrediantur eorum diffinitiones. Ex hoc autem soluitur secũdum. Nam puncta sunt principia lineæ non quòd componantur ex eis quantitatiue, sed quia complent rationem & diffinitionem lineæ, & hoc sufficit vt sint eius principia. Tertium autem de motu sphærici supra planum quidam soluerunt negando sphæricum tangere planum & punctum, nisi tactu mathematico. Dicebant enim quòd si esset dare vere sphæricum in naturalibus & vere planum inter ea non esset contactus punctale. Sed hic est ridiculum dicere. nam cũ non attingat planum nisi quod est planum, si corpus sphæricum poneretur in superficie plana & attingeret eam non in parte punctali, sed in parte habente magnitudinem. illa pars secũdum quam esset talis contactus esset simul sphærica & plana. sphærica. n. esset, quia quælibet pars sphærici est sphærica. plana autem esset, quia quicquid applicatur plano planum est. sic etiam pars illa plani est plana. sphærica autem & curua esset, quia nihil applicari potest curuo nisi curuũ. Si ergo nihil commensurabile & vniuocum est in plano & curuo, cum omnia plani sint plana, & omnia curui curua, excepto puncto qui nec est planus nec est curuus, cum nullius sit magnitudinis, in solo puncto poterit esse contactus. Et ideo dixerunt alij ꝙ si esset dare vere sphæricum & vere planum in naturalibus contactus punctalis esset, tamen quia impossibile est in natura dare talia, ideo per motum sphærici supra planum velle arguere est incedere ex suppositione impossibilis, & sic conantur effugere difficultatem tactam. Sed id non est sufficienter dictum. Nam forte licet habet rationabilem quæstionem. vtrum in naturalibus sit dare vere sphæricum & vere planum, supposito tamen quòd talia non esset dare, decipiuntur tamen per fallaciam accidentis. omnes. n. difficultates circa istam materiam tactę, vel etiam tangende referende sunt ad ipsum continuum secundum ꝙ huius, non. n. intendimus loqui de diuisione corporis secundum ꝙ est quid naturale, quia talis diuisio non vadit in infinitum, sed de diuisione corporis, in eo quòd est quid continuum. Cum ergo propter continua sint talia introducta, quia non repugnat continuo secundum quòd huius vera planities & vera sphæricitas, ideo negare talia est considerare quæ sunt per accidens, propter hoc dicitur communiter lineam constare ex punctis est vt sic, est vt non. constat enim linea ex punctis in potentia, in actu autem non. Ideo si moueretur sphæricum supra planũ constitueret lineam, sed ex hoc nihil inconueniens, quia puncta illa essent in potentia & actu & non in actu. Istud autẽ licet sit commune dictum plenam veritatem non habet quod dupliciter potest ostendi. Prima via talis. punctum in potentia & punctum in actu vt referuntur ad lineam sic videntur differre, sicut punctus terminatiuus & continuatiuus. Punctus enim vt est in actu distinguit & diuidit & terminat lineam, actus enim est qui distinguit vt dicitur. 7. Metaph. punctus vero in potentia est continuatiuus & vnitiuus lineæ. Dicere ergo lineam constare ex punctis in potentia est dicere eam constare ex punctis continuatiuis, sed ea ex quibus componitur aliquod totum oportet quòd se tangant. si ergo puncta in potentia & continuatiua lineam componerent. tũc essent plura talia puncta simul & se attingerent, & contingerent huiusmodi puncta, quod est contra demonstrationem philosophi in. 6. Physicorum. Qui loquens de punctis existentibus in eodem continuo, probat quòd non est dare talia duo puncta simul, sed semper inter duo puncta cadit linea media, & quia in continuo non sunt nisi puncta continua & in potentia, in talibus non poterit componi linea, cum non sint simul, nec se possint contingere. Secunda via ad ostendendum hoc idem sic accipitur, punctus enim dicitur esse tactus & continuatio quæ est ratio tangendi & continuandi, non tamen propter quod tangitur & continuatur. semper enim aliquid est quod continuatur & quo continuatur. Cum ergo punctus vt est continuatiuus non contiguet punctum puncto, sed vnam partem lineæ cum alia parte lineæ. si sufficerent puncta continuatiua & in potentia lineam componere, sicut sufficiunt propria componibilia ad cõponendum suum totum, tunc illa puncta nihil continuarent. Cum ergo linea sit id quod continuatur, linea non constabit nisi ex lineis, cum talia sint quæ continuantur, pũcta autem in potẽtia & continuatiua non requirentur tanquam componentia lineã, sed tanquam continuantia eam, vnde in præterita locutione habuimus quòd tactus. i. punctus, semper est vnus duorum quorundam se tangentium, quia id quod tangitur est aliud præter tactum diuisionem & punctum, quæ verba etsi in persona Demo. dicebantur vera tamen sunt, semper enim punctus qui potest dici tactus, & diuisio est aliud & differens à partibus lineæ quæ tanguntur & continuantur per ipsum. Notandum ergo quòd concedendo vere sphæricum & vere planum, & concedendo tactum eorum in puncto, & concedendo ex motu sphærici supra planum constitui lineam, non tamen debemus concedere lineam constare ex punctis, sed semper linea constat ex lineis quod sic ostenditur. sphæra. n. cõsiderari potest dupliciter. vel vt quiescit in plano, vel mouetur. vt quiescit semper tangit planum in puncto, sed quia quiescendo non constituit lineam, non habetur ex hoc nec apparenter nec existenter lineam constitui ex punctis. Sed cum mouetur in instanti tangit in puncto. In tempore vero tangit in linea, & quia motus non mensuratur instanti sed tempore, cum mouendo faciat lineam, sphęra mota non causabit lineam vt attingit planum in puncto, sed vt attingit ipsum in linea, componetur ergo illa linea ex lineis, non ex punctis. Sed quia intellectus humanus non quiescit, dicet aliquis ꝙ si moueretur sphæra vertendo se haberet veritatem quod dicitur. videlicet. ꝙ in tempore tangeret in linea. in instanti vero in puncto, sed ponatur ꝙ sphæra super vno & eodem puncto manens non vertendo se, moueatur supra planum, constat ꝙ semper attinget planum in puncto, & nullum est dubium quod ex tali motu cõstituet lineam. erit ergo illa linea composita ex punctis. Ad quod dici potest ꝙ licet indiuisibile non sit quid diuisibile, fluxus tamẽ indiuisibile quid diuisibile esse potest. Instans. n. quid indiuisibile est & suo fluxu causat tempus, quod constat esse quid diuisibile, sicut ergo de tempore non est nisi instans, nec est significare aliud ꝙ instans, & est vnum instans in toto tempore, nec tamen tempus ex instantibus, nec est dare duo instantia in tempore continua vel contigua, vel consequenter se habentia, & semper inter duo talia cadit tẽpus medium. sic si sphæra super vno & eodẽ puncto existens non verten-

Tex. c. 49

Tex. c. 2. & 26.

do se moueretur supra planum semper tāgeret planum in puncto, linea tamen non componeretur ex punctis, sed causaretur ex fluxu puncti, & esset vnus & idem punctus ex cuius fluxu causaretur, sicut est vnum & idem instans ex cuius fluxu causatur tempus, propter quod in illa linea non essent duo puncta, nec continua nec contigua, nec consequenter se habentia, sed semper inter duo puncta caderet linea media. In illo ergo motu esset considerare punctum & fluxū eius, sed punctum attenderetur mutatum esse secundum fluxum attenderetur moueri, & mutatū esse mensuraretur instanti, moueri vero tempore. Linea ergo illa non esset constituta ex mutatis esse, sed ex moueri. Ideo non esset cōposita ex indiuisibilibus, sed ex diuisibilibus, vt moueri quid diuisibile nominat. Quia autem ab hac vera imaginatione deficimus, ideo contingit ꝙ imaginamur ꝙ sphæra sic mota semper attingat in puncto, & quia attingendo causat lineam, non acquiescimus dictis, sed dicimus lineam causari ex punctis, ab hac autem sophistica imaginatione (vt patet per philosophum) sic possumus euadere. nam de tempore non est nisi instans, nec tñ propter hoc tollitur natura temporis, & simul cum hoc ꝙ non sit dare nisi instans distinguimus tempus ab instanti. & quia vt dicebatur, mutatum esse mensuratur instanti, flui vero & moueri tēpore, sicut semper est verum dicere ꝙ est instans, ita semper quādiu sphæra mouetur est verum dicere ꝙ est mutatum esse, & ꝙ attingit in puncto siue in indiuisibili, nec tamen propter hoc tollitur ipsum moueri quod est qd diuisibile, & quia sphæra per suum moueri facit lineam per sua mutata esse facit puncta, quia moueri quid diuisibile in motu sphærici super planum, siue vertatur sphæra siue non, semper cōstituitur linea ex diuisibilibus, non ex indiuisibilibus, ex lineis non ex punctis. Et hæc sufficiant, vbi si aliqua sunt dimissa in declaratione alia supplebuntur.

Mouetur hæc quæstio. Tex. cōm. 9. *Quæstio. IX.*

SEcundo dato lineam non esse compositam ex punctis, restat declarare vtrum pūctus sit vbiq; in linea. Et videtur ꝙ sic. Punctus.n. est continuatiuus lineæ. Cum ergo linea sit vbiq; cōtinua, & non sit signare aliquid discontinuū in linea continua, vbiq; erit in ea dare punctum. Amplius tota causa. quare negamus punctū esse vbiq; in linea est, quia timemus concedere punctum esse iuxta punctum. si ergo poterimus ostendere hoc esse concedendum, & concedendū erit vbiq; punctum esse, quod autem cogamur ponere punctum esse iuxta punctum sic persuadetur, cum.n. diuiditur linea in duas partes, quia semper linea est inter aliqua duo pūcta, & ex omni capite lineæ est dare aliquod punctum terminatiuum, si illæ due partes lineæ sint intercise, & contiguentur, quę prius erant continue, inter eas erit signare duo puncta, quibus se tangunt, tunc quæro vtrū prius quando erant continue erāt duo puncta inter eas, vel non. ꝙ si dicatur ibi fuisse vnum punctum tantum, & illum fuisse diuisum inter duo puncta. tunc hoc stare non potest. Nam indiuisibile secundum ꝙ huius non diuiditur. punctus ergo qui per oēm modum est quid indiuisibile nullo modo poterit diuidi, ergo prius linea existente continua erant ibi illa puncta simul, & ita erat punctus iuxta punctum, quod probare volebamus.

Amplius quando aliquid commēsuratur per aliud, & sunt in eo plura talia commensurantia est dare vnum commensurans iuxta aliud, vt si pannus commensuratur per vlnā, si sunt in panno plures vlne, est dare vnam vlnam pāni iuxta aliam, sic quia mobile cum mouetur se commensurat spatio, si spatium sit longum & contineat plures quantitates mobilis, erit dare in illo spatio vnam quantitatem equalem mobili iuxta aliam. Cum ergo si sphæra tangens planum in puncto mota constituat lineam, quia secundum punctum se commensurabit lineę, in linea sic constituta oportebit dare punctum iuxta punctū, & ita idem quod prius. Amplius omne mobile prius transit spatiū equale sibi, & postea spatium maius se. Cum ergo ex fluxu puncti constituatur linea facta per motum sphærici super planum in illo fluxu prius transibitur spatium equale puncto ꝙ maius puncto. ergo in illa linea iuxta punctum in quo incipit motus erit dare punctum primo pertransitum, & ita punctum iuxta punctum, quod probare volebamus, probare.n. punctum esse iuxta punctū est probare simpliciter concedendum esse ꝙ in linea sit punctus vbiq;.

Notandum ergo ꝙ cum quæritur vtrum punctus sit vbiq; in linea, si ly vbiq; respiciat partes lineæ, vera est, per comparationem.n. ad partes lineæ punctus est vbiq;. nulla est enim pars lineæ in qua non sit punctus, & iuxta quālibet partem lineę, & semper inter duas partes lineę existit punctus, sed si ly vbiq; non respiciat partes lineæ, sed puncta sic punctus non est vbiq;, non est enim punctus per comparationem ad punctum vbiq;, cum non sit punctus iuxta punctum. Et ita est sermo philosophi in litera, qui concedit punctum esse vbiq;, & non esse vbiq;. esse autem vbiq; inquantum tota linea pariter & equaliter est vna & continua, & quia quælibet pars lineæ vbiq; alteri parti continuatur per comparationem ad partes lineæ est dare punctum, non autem est vbiq; punctus, vt in litera dicitur, quia plures puncti non sunt simul vel consequenter, cum non sit punctus iuxta punctum. Ad hanc autem veritatem probandam, videlicet, non esse punctum vbiq; per comparationem ad punctum, & non esse vnum punctum iuxta alium, triplici via possumus ostendere ducendo ad tria inconuenientia. primo.n. si hoc esset linea non esset quid continuum. Secundo aliquid esset separabile à proprio susceptiuo. Tertio esset linea composita ex tactibus siue ex punctis. Primum autem sic ostenditur. Differentia est.n. inter continuum & contiguum, quia cōtinua sunt quorum vltima idem. contigua verò quorum vltima simul. nunq;.n. due partes lineæ continuarentur nisi copularentur ad aliquem vnum communem terminum. si ergo ponerentur plura puncta simul in linea, tunc illę partes lineæ inter quas essent illa plura puncta, non copularentur ad aliquem vnum terminum communem. ergo non essent continue, quia vbicūq; est continuatio in linea non est ibi dare plura puncta, sed vnū punctum & quia tota linea ponitur continua. in nulla parte lineæ continue est dare plura pūcta simul. non autem est punctus vbiq; per comparationem ad punctum. Secunda via sic patet. nam semper super puncta potest fieri diuisio. Ideo vna pars lineæ potest diuidi ab alia parte, qa inter vnam partem & aliam est punctus medius, super quo puncto diuisione facta separatur vna pars ab alia, si ergo essent plures puncti simul, & inter lineam & punctū esset aliquis pūctus. sicut est inter lineam & lineam. tunc facta diuisione super illo puncto medio separetur punctus à linea, sicut separatur linea à linea, & ita separaretur aliquid à proprio susceptiuo. videtur.n. linea esse proprie susceptiuum quid puncti. He autem due rationes sic se videntur habere. nam etsi quælibet probat ꝙ non sit dare punctum vbique per comparationem ad punctum, quia non est dare plura puncta simul. prima tamen ratio magis improbat pluralitatem punctorum simul in ipso continuo, quia tunc ipsum continuum esset discontinuum. Secunda autem magis improbat huiusmodi pluralitatem in principio vel in fine continui, quia tunc à linea continua posset separari pūctus & esset pūctus aliquid tunc per se existens absq; linea quod est proprium susceptiuum eius. Tertia via videtur esse communis vtriq;, simpliciter.n. negandum est in continuo plura puncta esse simul, quia tunc continuū esset

ex

Tex.c. di.

Tex.

ex punctis linea.n.est ex his quæ continuātur in ea. si plura puncta essent simul & continuarentur in linea, cū hoc ꝙ est impossibile punctū continuari puncto, sequeretur & hoc inconueniens lineam constare ex punctis.

Oppositarum autem rationem quædam faciles sunt ad soluendum, quædam vero difficultates continent. Cum ergo dicitur punctum vbiq; esse, quia linea est vbique continua, bene arguitur ꝙ respectu partium lineæ est punctus vbiq;. Cum quælibet pars lineæ cuilibet parti continuetur, non tñ probatur punctum esse vbiq; respectu puncti, vt ꝙ punctus sit iuxta punctum quia hoc non faceret ad lineę continuationem, sed ad discontinuationem. Si ergo hoc vellet probare ratio non argueret propositum. Sed oppositum. Quia vero dicebatur secundo plura puncta esse simul in linea, qđ ostendebatur per lineā intercisam, dici debet ꝙ secundū phylosophum 4. physi. Cum linea diuiditur vnus punctus fit duo puncta. In linea ergo continua inter duas, partes lineæ nō est nisi vnus punctus, sed si intercidatur & partes continguentur, erunt ibi duo puncta. Quia si dicatur impossibile esse punctum diuidi in duo puncta propter quod responderi potest punctum per se non posse diuidi, nec est proprie dictum ꝙ punctus diuidatur in duo puncta, sed pro tanto verum est ꝙ dr̄ ꝙ facta diuisione lineæ in duas partes quia non est dare lineā sine proprio continuatino, ex consequenti apparerent ibi duo puncta per se. ergo fit diuisio partium lineæ, ex consequenti autem & quasi per accidens est generatio punctorum, & quia illa diuisio fit super vno puncto. Ideo dictum est ꝙ vnus punctus fit duo puncta, & est quodam modo simile de generatione punctorum ad diuisionem lineæ, quod est de generatione colorū ad diuisionem corporis. In medio.n. corpore non est color, sed in superficie. Si ergo diuidatur corpus, quia est ibi generatio superficierum ad generationē superficierum, sequitur ibi generatio colorum. non ergo arguebat ratio in linea continua plura puncta esse simul, sed volebat sibi hanc difficultatem dissolui, qūo ad diuisionem lineę fiebat ibi generatio plurium punctorum, & qūo punctus diuidebatur in duo puncta, qđ patet esse verū per accidens. Inquantum in puncta sit separatio partiū lineę ad quas sequitur pluralitas & generatio pūctorū.

Tex.c.106 t.107

Quia tertio addebatur ꝙ lineæ constitute, ex motu sphærici supra planum commensurat se punctus. Dicendum falsum esse. Et ꝙ dicebatur ꝙ sicut se vlna commēsurat panno & mobile spatio, sic punctus illi lineæ. Dicendum ꝙ non est simile, mobile.n. qđ commensurat se spatio est mobile per se, quod vero per accidens mouetur, non oportet ꝙ se spatio cōmensuret. punctus.n. ille non mouetur per se, sed sphæra per se mouetur, per accidens vero mouetur ille punctus, & alia quæ sunt in sphæra, motis enim nobis mouentur, omnia quæ in nobis sunt. Ex hoc autem melius declaratur propositū in prima quæstione. Nam cum motus ille qui constituitur in linea illa per se respiciat sphæram, & per accidens respiciat punctum per se respicit diuisibile, per accidens quid indiuisibile. Si ergo est diuisibilis, ille motus non est inconueniens, & quia per ipsum motum constituitur linea & non per mutatum esse, linea constituitur ex diuisibili, nō est indiuisibili. Sed tñ decipimur in imaginatione, quia cum semper sphæricum tangat planum in puncto, credimus punctū se commensurare lineę, sed hoc non sequitur. est.n. de tempore semper instans & solum instās, & tñ instans se non commensurat tempori. Et si vlterius diceretur ꝙ si punctus esset separatus per suum fluxum faceret lineā. ergo ex indiuisibilibus per se loquendo linea constitueretur, cum fieret ex puncto moto per se non in alio. dici debet ꝙ si punctus per se existeret secundum veritatē moueri non posset, quia nullū impartibile mouetur. si autem competeret ei motus hoc esset ẜm quandam phantasticam immaginationem, & sicut tali immaginatione moueretur motus, & fluxus ille secundum immaginationem quid diuisibile esset, linea ergo illa licet esset quid immaginatum non tamen constitueretur ex indiuisibilibus, sed ex diuisibilibus, quia constitueretur ex moueri & fluxu quæ quid diuisibile dicunt. nam licet ẜm veritatem puncto per se non posit competere motus diuisibilis ſcđm prædictam immaginationē ei competeret talis motus, & sicut ei competeret motus diuisibile sic causaret diuisibile. ergo lineam immaginatam non ẜm veritatem.

Quia vero addebatur 4. mobile prius pertransit spatium equale sibi q̄ maius se intelligendum est illud de mobili per se non de mobili per accidens cuiusmodi est punctus, immo quia de ratione motus est ꝙ non sit ibi dare primum mutatum esse, & etiam cū de ratione motus sit ꝙ ante omne mutatum esse præcedat moueri. si sphęricum per suū motum supra planum constitueret lineā, puncto illi qui esset in principio motus siue in principio lineę constitute per motum non esset asignare pūctum immediatum & contiguū, quia si hoc fieri posset tunc esset in illo motu reperire primo mutatum esse, qđ dictum est esse contra rationem motus. vlterius illud mutatum esse non pręcederet aliqđ moueri. Nam in primo puncto illius lineę, nec erat moueri, nec mutatū esse. Si ergo per huiusmodi motū acquireretur punctus immediatus illi puncto acquireretur mutatum esse quod non præcederet moueri, immo cum motus sit quoddā moueri, & acquirere mutatū esse per motum. sic ipsum acquirere per moueri est dicere posse acquiri immediatum punctum primo puncto per motum sphære, quia illud mutatum esse non præcederet moueri, & per consequens neq; motus acquireretur per motū, quia non pręcederet motus, qđ est absurdū. Non ergo in linea illa sic cōstituta per motum sphære est dare punctū immediatum primo puncto, & per consequens nec alij pūcto. ex quo melius declaratur veritas primę quæstionis videlicet lineam illā non esse constitutam ex punctis, cū non sint in illa linea plura puncta simul, & etiam apparet veritas secundi quęsiti videlicet non esse vbiq; punctum per comparationem ad punctū, cum non sit pūctus iuxta punctū. Ex hoc etiam apparet ridiculosum esse dictū id qđ dr̄ lineam illam constare ex punctis in potentia. nā cum in omni motu omnia mutata esse sint in potentia excepto vltimo, sic nullus motus constituitur ex mutatis esse, sed sp̄ inter duo mutata esse est dare moueri mediū, cū mutata esse in potentia respiciant puncta illius lineæ in potentia, sicut moueri respicit lineam, sic illa mutata esse quæ sunt in potentia, & tñ non constituunt motum, sic illa puncta quantumtunq; sumantur vt sunt in potentia non constituunt lineam.

Mouetur hæc quæstio. Tex. cōmen. 9. Quæstio. X.

TErtio restat declarare vtrū corpus continuū sit diuisibile in infinitū. Et vr̄ ꝙ non. Quia quodlibet infinitū per abscisionem finiti ab ipso finitur, & consumatur, vt vult philosophus in primo phy. Cum ergo continuū de quo loqui intendimus sit quid continuum per contiuuam abscisionem partis finite ab eo finietur & consumabitur. non ergo ibit illa diuisio in infinitū. Pręterea. Si continuum esset diuisibile in infinitum, tunc essent in eo infinite partes quantitatiue, sed infinite partes quantitatiue quantumcunque minime reddunt totum infinitum, continuum ergo illud sic diuisibile esset infinito, non infinitum. Tex.c.38

Notandū ergo corpus continuū esse diuisibile in infinitum potest intelligi dupliciter. vel in eo ꝙ corpus naturale. vel in eo ꝙ continuū, si intelligatur in eo ꝙ corpus naturale, sic non vadit diuisio in infinitum, immo est deuenire ad aliquid qđ ẜm ꝙ huiusmodi non est vlterius

terius diuisibile, & si contingeret ipsum vlterius diuidi expolieretur a natura sua. Est enim darem minimã carnem & minimã aquam, vt superius dicebatur si vero loquimur de diuisione corporis cõtinui, non in eo ꝙ corpus naturale, sed in eo ꝙ continuũ. sic est distinguendũ, de parte, quia partes ille in quas diuiditur totum vel accipiuntur scdm eandem quantitatẽ vel scdm eandẽ proportionem. si accipiuntur primo modo, sic diuisio continui non vadit in infinitum. à tanto. n. corpore quantũ est totũ vniuersum totiens possct accipi quantitas vnius grani milij ꝙ ad vltimũ consumeretur & finiretur, & secundũ hoc procedit auctoritas allegata philosophi videlicet qđlibet finitum per abscisionẽ consumari & finiri. Si aũt loquamur secundo modo vt accipiantur partes non scdm eandẽ quantitatẽ, sed ẜm eandẽ proportionẽ continuũ scdm ꝙ huiusmodi diuisibile est in infinitũ potest. n. diuidi cõtinuũ in duas medietates, & vna illarũ medietatũ in duas medietates, & sic in infinitũ sic etiam potest diuidi in tres tertias vel in quatuor quartas, & vna illarũ tertiarũ in alias tres tertias. vel vna illarum quartarũ in quatuor alias quartas, & sic in infinitũ & vt sit ad vnũ dicere qualitercunq; & quomodocũq; acc piantur partes scdm eandẽ proportionẽ vadit omnino in infinitum, qđ totum ex hoc continuit ꝙ diuisibile in partes indiuisibiles diuidi nõ potest, hoc ergo est fundamentũ quæsiti vt ostẽdamus lineã. vel quodlibet aliud continuũ nunq̃ posse diuidi nisi in partes diuisibiles. quia hoc ostenso non habet dubiũ qđ dr̃ quia si totum diuiditur in partes diuisibiles, & pars diuisa in partes diuisibiles. si nunq̃ deuenitur ad indiuisibilia, in infinitum ibit diuisio. hoc aũt sic declaratur. si. n. linea debet diuidi diuidetur super aliquo pũcto. Nam sicut pũctus est continuatiuus lineæ. sic est id super quo fit diuisio lineę. bene dictũ est, & in lectione habetur, ꝙ punctus est cõpositio & diuisio. opposita. n. nata sunt fieri circa idẽ, sicut ergo in puncto fit continuatio, sic in eo & super eo fit diuisio, sed si linea diuidatur super pũcto, vel hoc erit super pũcto qđ eam terminat vt super eo qđ est in capite vel in fine lineæ, vel super puncto qđ eam continuat qđ est infra lineam & in linea, super puncto aũt qđ est in capite vel in fine lineæ non potest diuidi linea, nã cum extra illum punctũ nihil sit de linea, & per talem diuisionẽ nihil abscinderetur de linea, rursum, quia per diuisionem separatur pars à parte, non potest fieri diuisio nisi in puncto qđ continuat partem parti, & quia pũctum in principio vel in fine lineæ nullius est continuatiuũ, sed solum est terminatiuũ, super eo diuisio fieri nõ poterit. fiet ergo in alio puncto, sed iuxta illũ punctum qui est in principio vel in capite non est alius punctus, continuus nec contiguus, quia punctus, non est iuxta punctũ vt ostensum est, sed semper inter duo pũcta cadit lineã media, in quocũq; alio puncto fiat diuisio, inter punctũ illum in quo fit diuisio, & punctũ qđ est in principio vel in fine lineę cadit linea media, propter qđ à linea non potest abscindi nisi linea, & quia linea est qđ continuũ & diuisibile, à diuisibili non abscinditur nisi pars diuisibilis, immo qđ dictũ est de tota linea, dicetur etiam de eius parte, nam & pars illa sic diuidetur ꝙ non diuidetur in pũcto qđ est in principio vel in fine ei⁹, sed in quocunq; alio puncto diuiditur, quia non est punctũ contiguũ puncto, tunc inter illũ punctũ in quo fiet diuisio, & punctũ qđ est in principio vel in fine cadet linea media. ergo illa linea diuisa diuidetur in lineas, & pari ratione alia linea in lineas, & sic in infinitũ. Immo eo ipso ꝙ in pũcto existente in principio, & in fine lineę non potest fieri diuisio, & sic in alio pũcto, quia inter illum punctũ & punctum, qđ est in principio vel in fine cadit linea media, & in qualibet linea sunt infinita pũcta. Ideo ista pars lineę est diuisibilis in infinitũ, sicut & tota linea nunq̃ ergo per diuisionem potest consumi linea, tum quia semper diuiditur in lineas & in partes diuisibiles, tum quia ita est infinitũ diuisibilis pars lineę, sicut tota linea. Et quod dictum est de linea respectu pũcti, intelligendũ est de superficie respectu lineę, & de corpore respectu superficiei, quodlibet ergo continuum est diuisibile in infinitum.

Opposita aũt his non est difficile soluere. Nam cũ dr̃ quodlibet finitũ finiri per abscisionẽ finiti vt dictum est intelligendũ est de abscisione finiti scdm eandẽ q̃titatem scdm q̃ non vadit diuisio in infinitũ, nos aũt de tali diuisione non loquimur. Quia aũt addebatur secundo si continuũ esset diuisibile in infinitũ essent in eo infinite partes, & ita essent in infinitũ. Dicendum illas partes non esse in actu, sed potentia, non ergo arguis continuum esse infinitũ simpliciter, sed esse infinitum potestate & diuisione, quòd concedimus. Tex.c

Mouetur hæc quæstio. Textu cõm. 9. Quæstio. XI.

QVarto restat declarare dato ꝙ continuũ sit possibile diuidi infinitũ vtrũ tale possibile possit poni in esse. Et vr̃ ꝙ sic. Quia possibili posito in esse nullũ sequitur impossibile, vt probat philosophus, primo priorũ. si ergo est possibile continuũ in infinitũ diuidi, & ponatur actu diuisum nõ accidit inconueniẽs.

Amplius qua ratione potest. diuidi scdm vnũ signũ pari ratione potest diuidi & scdm quodlibet signũ, sed si ponatur diuisum actu scdm vnum signũ non sequitur inconueniens. ergo etsi ponatur scdm quodlibet signum actum diuisum non sequitur inconueniens.

Amplius si aliqua causa est. Quare non potest poni actu diuisum in infinitũ, hoc est ꝙ non contingit infinita pertransire, sed infinita esse pertransita est inconueniens in tempore finito. In tempore aũt infinito infinita pertransire non est inconueniens, immo est necessarium. Non. n. posset mobile esse ita tardũ ꝙ si moueretur per infinitũ tempus quin transiret in infinitũ spatium. Nam quantũcunq; mobile moueretur in hora vel in die vel in anno, vtputa si per totam diem non iret nisi per vnũ palmum, vel etiã per mille annos non iret plus in tempore infinito sunt infiniti dies infiniti anni, infinita millia annorum. Transiret ergo in infinito tempore infinitos palmos & ita infinitum spatiũ. per se ergo est ꝙ per tempus infinitũ pertranseuntur infinita, sed in his quæ sunt per se oportet loqui de vno vt loquimur de alio sicut ergo est infinitũ id quod ponitur pertransitum, ita sufficit ponere infinitũ tempus in quo pertranseatur. Continuũ aũt non ponitur infinitũ extensione sed diuisione. Cum ergo quodlibet tempus sit diuisione infinitũ in quolibet tempore poterit pertransiri tota diuisio continui.

Notandum aũt de hoc apud quosdã opiniones esse. quidam. n. dixerunt ꝙ non qđlibet possibile debet poni in esse siue in actu. est. n. aliquod possibile ꝙ si poneretur in esse sequeretur inde possibile, & huiusmodi possibile vt dicunt est istud. videlicet ꝙ continuũ est diuisibile in infinitum. si. n. poneretur in esse sequeretur inde inconueniens. Sed hoc dicere est negare id qđ est quasi per se notum. s. ꝙ possibili posito in esse non sequitur impossibile, illud. n. sequitur ad aliquid ꝙ aliquo modo clauditur in ipso. si ergo ad possibile sequeretur impossibile in ipso possibili clauderetur, & contineretur, impossibilitas, quod est inconueniens. Ideo intendendũ est aliter. Sciendum ergo ꝙ potentia semper sumitur respectu actus, vt vult philosophus 5. Meta. si ergo de ratione potentiæ est ꝙ sit in ordine ad actum, sicut frustra est illud qđ non consequitur finem, & id ad quod ordinatur, ita frustra est poten tia quę non reducibile ad actum. Sed cum magna diligentia attendendum est quæ potentia ad quem actũ ordinatur, consueuit enim nos negare possibile posse poni in esse q̃a decipimur per falla- Tex.

fallaciam accidentis, nõ enim comparamus potentiam ad actum ad quẽ ordinatur, sed ad eum ad quẽ non ordinatur, & quia accidit potentiæ & extraneũ est ab ipsa comparata ad talẽ actũ. si ponatur in esse respectu illius actus, & sequatur inde impossibile, non mirabitur vir intelligẽs. Vt aũt facit ad propositũ dicamus ꝙ duplex est actus, in fieri, & in facto esse. possibilitati aũt diuidi in infinitũ accidit extraneũ, est ab ea comparari ad actũ in facto esse, per se aũt est tali potẽtiæ comparari ad actũ in fieri. Ideo philosophus tertio phy. loquens de infinito ait quòd infinitum non oportet accipere sicut aliqd existens, in actu & in facto esse vt hominem, aut homo sed esse infiniti est sicut dies & agon, quibus esse non est vt substantia quędam facta, sed sp in eo qđ aliquid fit. si ergo de ratione infiniti est esse in fieri & non in facto esse potentia respectu infiniti potest poni in actu, quia aliter esset frustra illa potentia, sed debet poni in actu in fieri, non in facto esse, & si sic ponatur in actu possibilitas, diuisionis continui vt qđ ponatur non in diuiso esse sed in semper diuidi nullum sequitur inconueniens. possibile est ergo continuũ diuidi in infinitum etiam si nõ diuidatur tñ si diuideretur in infinitũ secundum actum, in fieri ex parte continui, nullum oriretur impossibile. Tex.c.18

Ex hoc aũt soluuntur omnes rationes Demo. omnes aũt rationes ille procedebant ac si diuisio continui respiceret actum in facto esse. Nam rationes primæ sumpte ex parte signi diuisiui, quia poterat diuidi secundũ qđcunqꝫ signum diuisiuum, supponebant quòd poneretur sic in actu diuisum, & hoc posito arguebatur reliquũ diuisionis esse corpora indiuisibilia, non magnitudines diuisibiles, non superficies, non aliquid aliud. sic etiam rationes sumpte ex parte signi cõtinuatiui ex hac suppositione procedebant. nam quia non videbatur Democrito conueniens esse continuum posse diuidi scđm quodlibet signum continuatiuum, nisi talis diuisio posset compleri & terminari, & posset poni in facto esse. iõ arguebat quòd si esset hoc possibile fieri posset ergo corpus esse actu diuisum scđm quodcunqꝫ signũ continuatiuum, qua diuisione facta resolueretur corpus in incontinua, siue qđ idem est in incorporea propter qđ volebat Demo. habere esse aliqua cõtinuatiua in corporibꝰ, quæ non erant diuisiua, propter qđ completa diuisione secundum quodlibet signũ diuisiuum remanẽtibus signis continuatiuis remanebant corpora continua indiuisibilia. Posset autem dici contra rationes Demo. & contra id quod oportet supponere in rationibus eius id quod ait philosophus, quòd idem est compositio & diuisio idem est signum continuatiuum & diuisiuum, in hoc tñ philosophus non multum insistit, quia vera solutio rationũ eius est ostendere diuisionem continui nõ respicere actum in facto esse vt ipse supponebat, sed in fieri. ostendere autem diuisionem cõtinui respicere actũ in fieri & in diuidi, nõ in diuiso esse, est ostendere ipsum diuidi in infinitũ. Cum ergo philosophus in litera ostẽdat punctũ non esse vbiqꝫ quia non est punctus iuxta punctũ, nec sunt plures puncti simul, & consequenter nec est diuisibilis linea in puncto contiguo alij puncto, sed in puncto medio inter duas lineas semper linea diuidetur in lineas, & diuisibile semper diuidetur in partes diuisibiles. ibit ergo diuisio continui in infinitum, & talis possibilitas respiciet actum in fieri, non in facto esse latet ergo Demo. paralogiçans arguens de diuisione cõtinui ac si respiceret actum in facto esse, quo sublato & ostenso quod respicit actum in fieri, rationes eius non concludunt.

Opposita autem his sunt solubilia. Nam cum arguitur quòd possibili posito in esse non sequitur inconueniens. verum est si ponatur esse actu secundũ quod dicitur possibile. habitũ est autẽ huiusmodi, possibilitatem non ordinari ad actum in facto esse sed in fieri. Quia autẽ addebatur secundo ꝙ qua ratione potest diui secũdum vnum signũ, pari ratione, & scđm omnes dici põt ꝙ non est simile, quia diuisio scđm omne signum, cũ talia signa sint infinita, & infinitũ non sit vt res facta sed vt in fieri, de necessitate respicit actum in fieri non in facto esse, sed quodlibet signũ in se finitum est, propter qđ non repugnat talem diuisionem respicere actũ in facto esse. potest ergo esse actu diuisum scđm quodlibet signum in se, non secundum omnia signa simul. Sed forte per hoc non quiescit intellectus. Sed dicet positionem illam omnia signa simul respicere. qua ratione ergo potest poni actu diuisum in vno signo, pari ratione etiam in alio & in quolibet. Ideo notandum quòd vt cõiter ponitur contra rationem successiuorum est si multas de ratione. n. motus est partes eius nõ esse simul quicquid ergo respicit actum in fieri q̃tumcunqꝫ potentia respiciat totum actũ, actus tñ ille non potest poni simul, & ea quæ successiue respiciuntur simul esse nõ pñt nam si poneretur materia nuda in potentia ad omnes formas, & qđ non magis respiceret, vnam formam q̃ aliam, tñ quia ordinem habet ad omnes formas, licet separatim posset poni sub qualibet forma, non tñ posset poni simul sub omni forma. ostenso ergo posibilitatem diuisionis continui respicere actum in fieri, quia de ratione talis actus est quòd non sit simul, quantumcunqꝫ ponatur posse esse actu diuisum secundum quodlibet signum separatum scđm omnia signa simul non potest esse diuisum. Aduertendum autem hãc esse differentiã inter hunc actum successiuum & alios successiuos, quia licet de ratione cuiuslibet actus successiui sit non habere partes simul, tñ si ille actus sit finitus continuit oẽs partes eius esse acceptas. Diuisio autẽ continui ratione successionis non potest simul fieri ratione infinitatis quam implicat nunquam potest terminari illa diuisio, immo quia formale in tali diuisioue est infinitas, cum nõ sit ibi infinitas propter successione, sed successio propter infinitatem. Cum de ratione infiniti sit non pertransiri nunqꝫ erit completa illa diuisio. Quia autem addebatur de infinite diuisionis temporis, Dicendum illam rationẽ, implicare difficultatem. nam velox equus nunq̃ iungeret formicam si essent in motu mutata esse in actu, vt si equus moueretur per medietatem palmi, & ibi sisteret, & postea per medietatem medietatis & ibi sisteret, quia continuum est diuisibile in infinitum, nunq̃ per motũ suum compleret totum palmum, sic quia qñ diuiditur continuum, quia quælibet pars habet esse per se & separatum, & sunt ibi diuisa esse in actu, ideo nunq̃ complectur diuisio eius, non est ergo simile qđ inducitur pro simili, quia quodlibet tempus est diuisibile in infinitũ, sed partes eius sunt in potentia. Tunc ergo esset simile si signerentur in tẽpore partes infinite in actu, & tunc bene possent in illis infinitis partibus tẽporis abscindi infinite partes à cõtinuo. Sed quia primum est impossibile & secundum deffiiciebat ergo argumentum, quia accipiebat infinitatẽ temporis ẽm partes in potentia, & volebat arguere infinitã diuisionem continui ẽm partes in actu.

Determinatis aũt his primo, &c. Hic declaranda sunt tria. Primo. n. declarandum est Vtrum aliquid possit generari ex non ente simpliciter, siue ex non ente vniuersaliter. Secundo dato quòd non declarãdum erit. Vtrum possit aliquid corrumpi in non ens simpliciter. Tertio quia ens in potentia videtur esse simpliciter non ens per comparationem ad actum, declarabitur vtrũ tale ens possit habere esse separatũ, ab oĩ actu. Tex.c.15

Mouetur hęc quæstio. Tex. cõm. 11. *Quæstio. XII.*

Circa primum sic proceditur. Videtur quòd ex nõ ente simpliciter possit aliquid generari. Cum. n. gene-

generatur leo quæro vtrum forma eius erat in materia ante generationē leonis vel non. non poteſt dici formā leonis fuiſſe in materia ante generationem ipsius, quia ſi erat ibi, vel hoc erat ſecundum eſſe vel ſecundum eſſentiam, ſcd̄m eſſe non quia cum generatio terminetur ad eſſe, & genitum acquirat eſſe per generationem, ſi fuiſſet eſſe leonis in materia ante ſui generationē, habuiſſet leo eſſe anteqũ eſſet genitus. ſi autem erat ibi forma ſecundum eſſentiam, cum eſſentia immediate reſpiciat eſſe. ſi eſſet ibi forma leonis ſecundum eſſentiam, eſſet ibi ſcd̄m eſſe. eſſet ergo leo genitus ante ſuam generationem, qđ eſſet inconueniens. Amplius minus de entitate habet materia q̄ forma, cum ſemper actus ſit potior potentia. Sed agens naturale poteſt in productionem formæ, cum tn̄ forma non ſit facta de aliquo. ergo multo magis poterit in productionem materiæ, non obſtante quòd materia ſecundum quòd huiuſmodi non ſit ex alia, cum in materia non adeo reſeruetur ratio, entitatis vt in forma.

Notandum ergo modum Ariſt. fuiſſe determinare de mouentibus & de ordine mouentium ſcd̄m motus & ordinem motuum, ſicut ergo motus aliqui ſunt priores aliqui poſteriores. aliqui vniuerſales aliqui quaſi particulares. Ita poſuit mouentia prima vt vniuerſalia poſſe in motus vniuerſales & primos. mouentia vero ſecunda & q. particularia poſſe in motus ſecundos & q. particulares. Inter motus aūt motus ad vbi ſunt quaſi motus primi & vniuerſales. vniuerſales ſunt, quia competunt omnibus corporibus phyſicis. nullū eſt enim corpus de conſideratione naturalis qđ non ſit mobile. Ideo
Tex. c. 2 probatur 7. Phyſi. quòd omne corpus mobile & omne mobile corpus. vtrum autem ſit corpus aliquod dare immobile non eſt præſentis inquiſitionis. Rurſus motus ad vbi eſt motus primus, quia eſt ratio & cauſa omnium aliorum motuum. poſuerunt ergo peripathetici mouentia prima & vniuerſalia mouere ſolet ſcd̄m motum ad vbi. vlterius vero quia inter ipſos mot⁹ ad vbi ſunt aliqui priores aliqui poſteriores, non poſuerunt dicta mouentia immediate ſecundum quemlibet motum ad vbi. ſed ſolum mouere ſcd̄m illum motum ad vbi ſecundum quem mouentur ſupercœleſtia corpora, quia ille motus eſt vniuerſalior & primus. vtrum autem hoc ſit verum quòd mouentia vniuerſalia alio motu moueri nō poſsint niſi motu quo mouentur ſupercęleſtia corpora, & vtrū inter illos motores ſit motor alius, in quo tota reſideat auctoritas & poteſtas vt poſsit ſine ſecundis cauſis quemlibet motum tam ad vbi q̄ ad formam efficere nō eſt pręſentis ſpeculationis, ſed ſi vita comes, & facultas aderit, frangemus hanc cathenam, oſtendentes in primo principio plenam reſidere potentiā, & non indigere ſecundis cauſis ad productionem alicuius effectus. Ad præſens tn̄ intantum dictum ſit quòd quicquid ſit de poſsibilitate ſecundum ordinē quem videm⁹ nunq̄ producitur aliqđ generabile niſi ad generationē eius concurrat actio alicuius corporis & alicuius rei materialis, propter quod ſecundum ordinem qui innoteſcit nobis ex ſenſibus loquendo de motu ad formam,
Tex.c.31 vera eſt illud propoſitio Cōm. in 7. quòd nullum immateriale materiale tranſmutat. Viſo quòd ſcd̄m iſtum ordinem quem uidemus ad generationē cuiuſlibet generabile concurrit actio alicuius corporis & agētis particularis. oſtendere poſſumus triplici via quòd ex non ente ſimpliciter & vniuerſaliter nō poteſt aliquid generari. non ſolum materialiter vt quòd ipſum nihil ſit materia alicuius, ſed quòd nec ordinabiliter, vt quòd poſt ipſum nihil fiat aliquid, ſed hæ vie quas dicemus non oſtendet iſtud eſſe impoſsibile ſimpliciter, quia generationes quæ innoteſcunt nobis ex ſenſibus ad quas concurrit actio ſecundorum agentium, & quia non ſpectat ad naturale ſcd̄m quòd huiuſmodi alias generationes ponere, quia nos de naturalibus intendimus ſermonem facere, ſufficit modo qđ dictum eſt tales generationes improbare. Prima aūt via ſumitur ex ordine agentium. Secunda vero ex ipſo motu per quem agētia particularia tranſmutant & agunt. Tertia quidem accipitur ex ipſo modo agendi ſecundorum agentium.

Prima via ſic patet. Nam quanto agens eſt ſuperior, tanto pauciora præſupponit, & quanto inferior plura, hæc autem agentia ſe habent per ordinem, ars natura, & prima cauſa. ars enim eſt inferior natura, & imitatur naturam in quibus poteſt & ſicut ars imitatur naturam ſic natura imitatur diuinum ordinem & diuinā diſpoſitionem. vnde Cōmen. 12. Meta. ſuper illo cap. Manifeſtum quòd nullo modo indigemus quòd ſint formæ vel quòd ſint ideę. vult quòd calores & alia quæ in iſtis inferioribus generātur habent menſuras proprias ex q̄titatibus motuum ſtellarum, & ex diſpoſitionibus illarum adinuicem in propinquitate & remotione, & ſubdit quòd iſta menſura prouenit ab arte diuina & intellectu illi. ars ergo ſcd̄m ordinem agentium plura præſupponit q̄ natura, & natura plura q̄ primum principium. Et ideo videmus artem præſupponere materiam & formam ſubſtantialem. non poteſt enim ars niſi in tranſmutatione accidentalis formæ. Ideo dicit Cōm. 2. phy. qđ omnes formę artificiales ſunt accidentia, natura vero præſupponit materiam non formam, pn̄t enim actione naturæ ipſe formæ ſubſtantiales cedere in potentiā materiæ. ꝙ ſi diceretur naturam nihil pręſupponere, nec materiam nec formam in ſui actione, non eſſet aliud dicere q̄ naturam eſſe agens primum. Loquendo ergo de generatione naturali ad quam pertingit actio naturę, ſp talis generatio nō eſt ex nō ente vniuerſaliter, ſed ex pręſuppoſitione materiæ, cum natura non ſit agens primū ſed agit aliquo præſuppoſito. Secunda via ſumitur, ex ipſo motu ſecundū quem ſit tranſmutatio naturalis. Cum. n. natura nō agat niſi per motū & tranſmutationem, & cum motus ſit id quod oportet ſupponere naturalem philoſophum, vt innuitur primo phy. quia motus ſemper requirit mobile, cum ſit actus mobilis, nunq̄ natura poteſt agere nullo præſuppoſito, cum agat per tranſmutationem & motū, ſed ſemper requirit materiā & ſubiectum in quę ſuſcipiatur motus ille. Tertia via ſumitur ex modo agendi. Nam cum agens naturale nō ſit ſua virtus, ſed virtus eius ſit ſicut aliquid ſuperadditum eſſentie huiuſmodi agens, per ſuam ſubſtantialem formam non immediate attingit paſsum, ſed forma ſubſtantialis eius attingit ipſum mediate virtute, & mediate aliqua forma accidentali. ſicut ignis non attingit calefactibile immediate per formam ſubſtantialem eius, ſed forma ſubſtantialis ignis attingit huiuſmodi paſſum mediate calore, cum non ſit in igne aliqua virtus actiua niſi calor. vt vult Cōmen. 7. Metaphy. & quia ſicut agēs attingit paſſum, ſic ſibi ipſum aſsimilat, ſicut agens naturale immediate attingit paſſum ſecundum formam accidentalem q̄ ſecundum ſubſtantialem, per prius aſsimilat ſibi ipſum in accidentalibus, q̄ in ſubſtantialibus, & quia accidentia ſine ſubiecto eſſe non poſſunt. Ideo agēs naturale in omni ſua actione præſupponit materiam, & ſubiectum, nulla ergo factio naturalis erit ex non ente vniuerſaliter, cum omnis talis factio fiat aliquo præſuppoſito.

Oppoſita autem his non eſt difficile ſoluere. Nam cū arguitur. forma ſit ex nihilo, quia nihil de forma erit in materia ante factionem eius procedit ratio ex falſa immaginatione. non enim immaginari debemus ꝙ fiat forma nec materia, ſed fit compoſitum per ſe loquendo. qui enim ſuſtinere vellet formam per ſe fieri, oportet eū dicere formam eſſe ex nihilo, tn̄ vt aliquo modo intellectus quieſcat, ſufficit præſupponere materiam, de cuius potentia educitur forma, ad hoc quòd non fiat vniuerſaliter

saliter ex nihilo, sed de hoc alibi diffusius differemus. Quia autem vlterius addebatur, quia potest agens naturale in productionem materiæ, cum possit in productionem formę, quia forma plus habet de entitate q̃ materia. dici debet non esse propter maiorem vel minorẽ, entitatem ꝙ agens naturale potest in productionem formæ, non aũt materiæ, sed quia de ratione eius est agere aliquo præsupposito ꝙ sit susceptiuum trãsmutationis, & motus, & in eductione formę de potentia materiæ præsupponitur aliquid vt materia. In productione vero materiæ non potest aliquid præsupponi. ideo repugnat agenti naturali agere sine præsuppositione materiæ, non autẽ repugnat ei de potest educere formam. Ad formam arguendi dici. potest ꝙ secundum ꝙ spectat ad propositum plus est producere materiam q̃ educere formam de potentia eius, cum vnum excedat virtutem naturæ, aliud vero non.

Mouetur hæc quæstio. Tex. cõmen. 11. Quæstio. XIII.

SEcundo dato generationem non posse fieri naturaliter ex vniuersali non ente siue ex nihilo. Restat declarare vtrum aliquid possit corrumpi in nihil. Et videtur quodlibet agens posse redigere in nihil omne agens vel est agens primum vel secundum. Agens autẽ primum vt probabitur potest aliquid in nihil redigere. dictum est. n. ꝙ est ordo subiectorũ ẽm ordinem agentium, & econuerso. quanto. n. agens est minus primum tanto in agendo plura præsupponit. agens ergo omnino primum agit nullo præsupposito. potest ergo aliq̃d ex nihilo produci, sed q̃d potest aliquid ex nihilo producere, potest ipsum in nihilum redigere. ergo agẽs primum potest aliquid conuertere in pure nihil. Amplius hoc potest agens secundum, quia redigere aliquid in nihil non est efficere sed deficere. quanto ergo agentia sunt magis defectiua, tanto magis hoc poterunt agẽtia ergo secũda in quibus reperitur aliquid defectus poterunt, q̃d dictum est. Amplius non est simile in faciendo aliquid ex nihilo, & in reducendo aliquid in nihil, quia cum fit aliquid ex nihilo huiusmodi factio non pręsupponit aliquod subiectum, sed potest aliquid corrumpi in nihil, & tamen illa actio præsupponit aliquod susceptiuum. si. n. omnis forma & omnis actus qui est in materia redigeretur in potentiam materiæ, semper illa factio præsupponeret materiam tanquam subiectum, & tñ hoc facto nõ redigeretur aliquid in nihil, quia materia non posset existere sine omni actu. si ergo tota causa quare agentia naturalia nõ possunt aliquid facere ex nihilo est, quia præsupponunt materiam, & subiectum poterit aliquid redigere in nihil. Cum ostensum sit hoc fieri posse præsupponendo materiam. Amplius agẽs naturale licet præsupponat materiam non pręsupponit formam, quia si præsupponeret materiam, & formam naturaliter nulla esset generatio & corruptio. Habet ergo agens naturalem potentiam tollendi formam, sed ꝙ potest tollere formam potest, & materiam tollere. Cũ materia absque forma naturaliter esse non possit, sed si tolleret materiam & formam redigitur aliquid in pure nihil. talis ergo redactio non est impossibilis.

Notandum ergo ꝙ vt tangebatur in arguendo ordo sub ectorum est ẽm ordinem agentium, & agentis primi est agere nullo præsupposito. si. n. agens primum in sua actione aliquid præsupponeret, cum causalitas agentis se non extendat ad id quod præsupponit, esse aliquid in effectu ad q̃d se nõ extenderet causalitas agentis præmi, quia de ratione agentis primi est esse vniuersalem causam omnium, cũ semper primum sit causa totius, vt probatur secundo meta. Dicere primum agens agere aliquo pręsupposito, & esse aliquid in effectu ad quod se nõ extendat causalitas agentis primi, est dicere primum nõ esse primum. concederet ergo philosophus ex quo potest primũ causam totius entis, ꝙ actio eius secundum ꝙ huiusmodi nihil præsupponit, & tñ non concederet ꝙ ex nihilo posset aliquid facere vel ꝙ posset aliquid redigere in nihil, sed diceret ꝙ idem manens, idem semper facit idem. Ideo ab agente primo non põt immediate aliquod nouum procedere. Si ergo aliq̃d nouum procedit ab eo hoc erit mediantibus secundis, quibus potest contingere nouitas & transmutatio. si ergo non requireretur actio secundorum agentium ad nouitatem effectus diceret philosophus, ꝙ posset aliquid de nouo ex nihilo produci vel in nihilum redigi, cum actio primi agentis sit totius entis causa & nihil præsupponat, sed quia ad omnem talem nouitatem concurrit actio secundorum agentium, quia talium causarum est agere aliquo præsupposito. Ideo ex nihilo fieri potest, propter quod cõcludit dictus phylosophus simpliciter esse impossibile ex nihilo aliquid fieri vel in nihilum redigi, ex quo est impossibile secundis agentibus, quia talia absque motu & transmutatione fieri non pñt. Quomodo autem actio primi agẽtis separari possit ab actione agentium secundorum non patitur præsens sermo, cum loquamur de naturalibus, & talia non innotescant nobis per sensum siue per sensibilia à quibus non abstrahit naturalis. Ideo phylosophus non ponendo aliquid, produci ex nihilo & non ponendo posse procedere nouum à primo agente absque actione secundarum causarum nõ peccauit, immo tenebatur non ponere, quia hoc erat præter principia naturalis philosophie. In qua sic ponitur tãquam primum motus & transmutatio ergo quæ absq; transmutatione & motu producuntur in esse, talia non debet ponere philosophus naturalis. Sed licet nõ peccauerit philosophus in nõ ponendo prædicta peccauit tñ in negando ea. Nam etsi non spectat ad quamlibet scientiam ponere quamlibet veritatem, spectat tñ ad omnem scientiam non ponere aliquam falsitatem, propter quod si naturalis philosophus non debebat ponere deum posse de nouo aliquid ex nihilo producere vel in nihilum redigere, quia hoc erat præter naturalis philosophię principia, tñ non debuit hoc negare ergo cum de naturalibus differamus, non est nobis ponendum posse fieri aliquid ex nihilo vel in nihilum redigi, cum hoc fieri non valeat per transmutationem & motum, & ad hoc se non extendat causalitas naturaliũ principiorum, verum quia quomodo agentia secunda & naturales causæ non possunt aliquid ex nihilo producere aperiebat quæstio antecedens, reliquum est vt qũo dictæ causæ non possunt aliquid in nihil redigere, præsens quæstio manifestet ꝙ triplici via venari possumus. Prima sumitur ex parte formæ. Secunda ex parte materiæ. Tertio ex parte motus. Prima via sic patet. Nã licet tempore sint simul remotio vnius formæ & introductio alterius, ex parte tñ agentis prius est introducere formam propositum q̃ remouere oppositam. non. n. remouet nisi introducendo; de ratione enim agentis est assimilare sibi passum vt de ratione calefactiui est calefacere, de intentione. n. calefactiui est inducere calorem, verum quia cum calore nõ stat frigiditas inducendo calorem remouet frigiditatem. Cũ ergo non sit posterius absque priori nec sit quod ex consequenti absque principali, nunquam erit remotio vnius formæ sine introductione alterius. Non ergo erit corruptio sine generatione. Et quia agens naturale semper in sui actione supponit subiectum si posset aliquid semper redigere in nihil hoc solum contingeret inquantum posset expoliare materiam ab omni forma, vt in arguendo tangebatur, quę sic expoliata cederet in nihil, quia non posset subsisteret cum sit ostensum, naturale agens non posse expoliare materiam vna forma nisi eam induat aliã, quia q̃d semel est aliquid non nihil esse potest. Secunda via ad osten-

Tex. c. 55

Tex. c. 4

ostendendum hoc idem sumitur ex parte materiæ, materia.n. omnino pura absq; omni forma nõ põt esse subiecta motui transmutationi, vt vult Cõm. 8. physi. si ergo poneretur materiã huiusmodi habere p se esse actio naturalium causarum, quarum est agere per transmutationem & motũ, non se extenderet ad eam. Cum ergo per actionem naturalium principiorum transmutabile non posit fieri intransmutabile, quia tunc illa principia agerent vltra suam speciem, fieri nõ potest vt per actionem secundorum agentium & naturalium causarũ absoluatur materia ab omni forma & effugiat transmutationem & motum, & quia vt tactum est non potest aliquid in nihil redigi nisi per huiusmodi expoliationem, sequitur ergo idem quod prius. Tertia via sumitur ex parte motus, motus.n. semper respicit speciem ex termino ad quem, non ex termino a quo. ideo vult philosophus 5. phy. ꝙ motus ex nigredine ad albedinem debet dici denigratio non dealbatio. si ergo agens naturale cũ agat per motum & transmutationem expelleret vnam formã absq; introductione alterius, motus ille per quẽ hoc efficeret, quia solutus esset a forma non ad formam non esset in genere, cum determinetur motus ad genus & ad speciem, non vt est a forma & a principio à quo, sed vt est ad formam, & ad terminum ad quem. ergo ab agente naturali quod est quid determinatum in genere procederet motus non determinatus ad aliquod genus, quod est inconueniens. Impossibile est ergo ꝙ sit motus à forma nisi sit ad formam, & ꝙ sit corruptio vnius nisi sit generatio alterius. Nunquam ergo expoliabitur materia vniuersaliter ab omni forma, propter quod nunquam redigietur aliquid in nihil, quod probare volebamus.

Tex. c. 4.

Opposita aũt his nõ est difficille soluere. Nã cum dr̃ ꝙ agens primũ põt hoc efficere, quia põt agere nullo præsupposito. dici potest quòd secũdum ea quæ nobis innotescunt sensui, non procedit aliquid nouum ab agẽte primo nisi mediantibus agentibus secundis. sufficit ergo hoc repugnare agentibus secundis ad hoc, quòd naturalis philosophus non debeat illud ponere, cũ illud naturaliter fieri non posit. vtrum aũt aliter fieri valeat non est præsentis speculationis. Quia aũt addebatur. secundo ꝙ agentia secunda hoc poterant, quia redigere est deficere, & talia agentia sunt quodammodo defecti ua dicẽdum quod si totus effectus ẽm sui totalitatẽ debet cessare esse, & redigi in nihil per defectum, alicuius causę efficientis, hoc non erit nisi per causam illam quę sit causa totius entis, & quia hoc non competit agentibus naturalibus. Ideo per defectum talium causarum, non potest aliquid in pure nihil redigi. Quia autẽ addebatur tertio. ꝙ agens naturale posse redigere in nihil, quia potest hoc effici supponendo materiam in quam agat. dici potest ꝙ sicut agens naturale supponit materiam, ita supponit debitum modum agendi sicut enim non potest agere nisi supponendo hoc subiectum, ita non potest agere nisi modo & ordine quo est aptum natum agere, & quia modus vniuersalium principiorum est nunq; spoliare materiam ab vna forma nisi induat eã alia, nunq̃ erit per actionem talium causarum expoliata materia vniuersaliter ab omni forma, propter quod posit in nihilum redigi vt ratio arguebat. Quia aũt addebatur quarto, quòd quia agens naturale potest tollere formam potest tollere materiam, patet ꝙ potest tollere hanc formam & illa, non tamen potest tollere omnem forma, cum non tollat vnam formam nisi aliã introducat, & quia non tollitur materia nisi tollatur oĩs forma, patet ꝙ nũq tolletur nec redigetur in pure nihil.

Mouetur hæc quæstio. Textu cõm. 12. *Quæstio. XIIII.*

TEertio restat declarare. Vtrum materia posit habere esse separatũ ab omni actu. Et videtur ꝙ sic. Quia prius potest esse absq; posteriori, & res põt esse absque eo quòd non est de ratione eius, sed cum essentiale sit materiæ esse in potentia, vt dicit Comen. in de substantia orbis, actus non erit de ratione materia. poterit ergo esse materia separata ab omni actu. Amplius cetere formæ comparate ad materiã habent quendam modum accidentis, cum materia modo sit sub ista forma modo sub alia. sicut subiectũ modo est sub hoc accidente modo sub illo Cũ ergo substantia scd̃m philosophum 7. meta. sit prior accidente cognitione diffinitione, & tempore, poterit habere esse separatum ab omni eo quod respectu eius videtur habere, rationem accidentis, sed omnes formæ videntur esse huiusmodi respectu materiæ. ergo, & cætera.

Vt autem spectat ad veritatem quæsiti dicere possumus materiam non posse habere esse separatum ab omni actu vniuersaliter, licet separari posit ad hoc actu, & ab illo. Ad huius autem euidentiam distinguendum est de actu & de separatione, actus aũt tripliciter distingui põt videlicet forma, esse, & agere. forma.n. quidam actus est. quia est actus & perfectio materię, esse aũt habet rationẽ actus, quia est actus forme. agere aũt hr̃e rationẽ actus qd̃ suum nomen oñdit, hi aũt tres actus sic se habent per ordinẽ, quia agere pręsupponit esse, & esse formã agere.n. pręsupponit esse. quia res sicut se habet ad esse, ita se habet ad agere. vnumquodque.n. ageus sic agit vt est in actu, esse aũt pręsupponit formã sicut actus id cuius est actus. hunc aũt ordinem exemplariter videre possumus. alium.n. actum designat calor & esse calidum & calefacere. Calefacere.n. designat & dicit actũ q est agere esse calidũ qui est esse. Calor.n. importat actũ qui est forma, & constat ꝙ vniuoce & per se loquendo calefacere præsupponit calidũ esse, esse vero calidũ præsupponit formã caloris. pñt autem hi actus sic nominari quia forma debet dici actus oĩno prim⁹. agere vero, est actus omnino scd̃s. esse vero est aliquo modo primus, aliquo modo secundus, quia respectu formę est actus secundus. respectu agere est actus primus. Inter hos vero actus hic reperitur cõnexio. nam ẽm intellectũ inter nullos eorũ est cõnexio conuertibilis. nã etsi scd̃m intellectũ agere infert esse, esse vero nõ infert agere. põt.n. intelligi res esse absq; eo ꝙ intelligat̃ agere. sic ẽt si esse infert formam. vt quia non possumus intelligere rẽ esse non intellecto eã habere formã, possum tñ intelligere materiã, & formam rei, non intellecto eius esse sic ẽt per intellectũ separatur. vt inter nullos eorum sit connexio conuertibilis, scd̃m tñ actualẽ essentiam inter aliquos eorũ reperitur conuersa cõnexio. Nã licet forte inter agere, & esse, nec scd̃m intellectũ, nec scd̃m essentiã sit conuersa cõnexio, quia põt res esse absque eo ꝙ agat tñ inter esse, & formam scd̃m essentiam nõ inuenitur separatio. si.n. est habet formã & si habet formã habet esse haberet aũt bonam cãm cũ agere pręsupponat esse sicut esse formam quare non est cõnexio inter esse & agere, sicut inter formam & esse. sed ostẽdere nõ est pręsentis speculationis. Attẽdendum tñ maiorem cõnexionem esse inter esse & formam, quam inter agere & esse. Viso quot modis dicitur actus, & quem ordinem & quam cõnexionem habent adinuicem, restat videre quot modis dicitur aliquid separari, hoc autem vt ad pręsens spectat contingit dupliciter, essentia, & intellectu. Cũ ergo quęris vtrũ materia posit separari ab oĩ actu. ab actu oĩno primo vt a forma non põt separari, nec existentia, nec intellectu. ab actu tñ omnino secundo vt ab agere separari põt & existentia & intellectum ab actu quidẽ medio vt ab esse qd̃ est medium inter formam & agere separari potest medio modo, videlicet intellectu non existentia. Quia autem ab agere posit vtroque modo separari sic patet. Nos enim hic loquimur de agere vt est actus transiens in aliquod exterius, non existente ergo ex-

teriori materia præparata, potest res esse absque eo quòd agat, quia non præsente calefactibili potest esse res calida absque eo quòd calefaciat, & sic potest materia secundum existentiam separari à tali actu, quia quæ sunt separabilia existentia sunt separabilia in intellectu, ab actu vero qui est esse existentia separari, non potest. nam licet esse non sit de ratione rei secundum se accepte, cum sit præter rationem quidditatis, est tamen de ratione eius vt existit, & vt habet esse in effectu. In hoc enim conueniunt omnes causæ in dando esse, quod ergo separaretur ab omni esse separaretur, ab ordine cuiuslibet causæ. Si ergo posset materia existente sine omni esse, esset materia absque eo quod esset effectus alicuius causæ, quod est inconueniens, immo cum ipsum existere sit quoddam esse, dicere materiam existere sine esse, est dicere eam esse sine esse, quod est absurdum. ergo existentia, & vt materia est aliquid in effectu, non potest separari ab omni esse. Intellectu autem separari vt potest. Cum dictum sit quòd esse sit, præter quidditatis rationem, ab actu vero qui est forma nec intellectu, nec existentia, separari potest. Intellectu non, quia cum sit de se potentia prima, non poterit facere motum in intellectu nisi vt est actu coniuncta. Ideo primo physicorum dicitur, quod materia, non intelligitur nisi per analogiam ad formam. Immo, quia quod quid est, est obiectum intellectus, & materia non videtur pertinere ad quidditatem nisi vt est coniuncta formæ. Cum omnes partes diffinitionis, & quidditatis sint quodammodo formæ, non poterimus per intellectum percipere materiam nisi vt est sub forma vel vt habet analogiam ad formam. — Tex.c.66

Quia autem existentia non posit vltra separari à forma patet, cum non posit vltra separari ab esse, & esse absque forma esse non posit, vtrum autem hoc miraculo fieri posset non est præsentis speculationis. Potest ergo materia, & existentia & intellectu separari ab omni agere siue ab omni actu transeunte in aliquid extra, ab omni autem esse separari potest intellectu, sed non existentia, licet separari posit ab hoc esse vel ab illo, ab omni autem forma nec separari potest intellectu, nec existentia licet separari posit ab hac forma vel ab illa, & appello non separari à forma intellectu, quia non nisi per analogiam ad formam potest intelligi.

Opposita autem his non est difficile soluere. Nam cum dicitur actum non esse de ratione materiæ secundum se: Dicendum est quòd actus qui est esse, licet non sit de ratione materiæ secundum se, est tamen de ratione eius vt existit, & vt est aliquid in affectu, actus vero qui est forma non solum est de ratione eius vt existit, sed etiam vt est aliquid ab intellectu apprehensum, & hoc sufficit ad hoc quod nec existentia, nec intellectu posit materia separari ab omni actu.

Quia vero vlterius addebatur cæteras formas habere motum accidentalem respectu materiæ, dici potest quod licet per comparationem ad materiam, secundum se cætere formæ videantur habere quendam motum accidentalem, tamen per comparationem ad materiam vt existit, & vt est aliquid, effectu omnis, forma vniuersaliter non habet accidentalem motum, cum de ratione materiæ sic accepte sit habere aliquod esse, & esse sub aliqua forma, vt ostensum est.

De his ergo quantum contingit, & cætera. Hic tria sunt declaranda. Primo enim videndum est vtrum de motoribus immobilibus considerare, debeat philosophus naturalis, cum contrarium huius habeatur in litera. Secundo videndum erit de subiecto generationis, vtrum causa perpetuitatis generationis posit poni materiale principiũ, vt in litera dicitur. Tertio etiam de ipso subiecto generationis dubitabitur, vtrum sit ens in potentia, & vtrum sic proprie dictum generata fieri vt ex ente in potentia. — Tex.c.13

Mouetur hec quæstio. Tex. commen. 14.
Quæstio. XV.

Circa primum sic proceditur. Videtur quod de motoribus immobilibus considerare posit philosophus naturalis, quia cuius est considerare propria mobilia, eius est considerare proprios motores, sed philosophi naturalis est considerare de corporibus supercęlestibus, quorum motores appropriati dicunt motores immobiles. ergo, & cætera. Amplius qui considerat aliquem effectum per se, eius est considerare maxime causam illius effectus, sed philosophi naturalis est per se considerare de motu. ergo & eius considerare, erit de primo motore immobili, qui est maxime causa motus. Amplius in octauo physic. probatur quòd est deuenire ad vnum motorem immobilem per se, & per accidens & ab intra.

Notandum ergo vt communiter dicitur, motores immobiles esse de consideratione scientiæ naturalis est qualiter vt sic, & qualiter vt non. — Tex.c.37
Nam considerare de eius secundum substantiam non est naturalis philosophi, sed metaphysici. Considerare autem de ipsis vt motores sunt spectat ad philosophum naturalem. Hoc autem commune dictum, & si verum est, non manifestum est, oportet enim nos dicere sequendo doctrinam philosophi, considerare de dictis motoribus vel simpliciter, vel saltem non pertinere aliquo modo ad naturalem philosophum. Cum hic habeatur quòd non habet considerare, de motore immobili naturalis philosophus sed primus, & in secundo physico. dicatur quòd quæ amplius non mota mouent, non amplius sunt physicæ considerationis, sed vt soluatur controuersio distinguendo de consideratione talium motorum, secundum substantiam, & in eo quòd motores sunt & adaptare has, considerationes ad physicum, & ad Metaphysicum non videtur, inconueniens nam si physicus considerare potest de dictis motoribus vt motores sunt, vt videtur. consideratio metaphysice non extollit considerationem naturalem. Videtur enim non plus se extendere considerationem metaphysicam nisi considerare de eis ut motores sunt, nostra enim cognitio incipit à sensu, propter quod quicquid de talibus motoribus consideramus hoc est per effectus, & vt innotescunt nobis per sensum, & quia huiusmodi effectus est potisime motus, tota humana cognitio non videtur se posse vltra extendere nisi vt consideretur de talibus motoribus ratione motus vnde phylosophus duodecimo Metaphysico. cum inuestigat de eis per motum, inuestigat ponens tot motores quot sunt mobilia. Sciendum tamen quod non pertinere aliquid ad considerationem humane scientiæ potest intelligi dupliciter, — Tex.c.26 (beside the line "tur quòd non habet considerare, de motore immobili"); Tex.c.48 (beside the line "cum inuestigat de eis per motum, inuestigat po-")

vel ratione scientiæ & per se, vel ratione modi participatur a nobis, & quasi per accidens. naturalis autem philosophus, quia non considerat de talibus motoribus secundum substantiam, sed solum ratione motus, hoc est parte ipsius scientiæ secundum se si enim humana cognitio posset se extendere ad considerandum de intelligentijs vltra id quod apparet nobis per motum homo tamen in eo quòd physicus, & secundum scientiam naturalem de ipsis considerare non posset nisi per viam motus. scientia enim naturalis non abstrahit à materia quali, & à virtutibus actiuis, & passiuis, per quas fit motus & transmutatio. Ideo in ea supponitur motus, & etiam considerata in ipsa introducuntur ratione motus, & inde est quod in natura nihil est ociosum, neque frustra, frustra enim dicitur aliquid inquantum, non consequitur finem proprium naturalia ergo quia vt secundum quod huiusmodi sunt mota, & transmutata, & quia vt sunt talia, consequuntur fine suos, ideo in ipsis est finis & bonũ, & non est in eis aliquod ocio

Tex.c.3 sum, vnde in tertio meta. scribitur ꝙ finis est illud propter qđ aliud fit, & quia vt ibi subditur omnes actiones fiunt per motum. Ideo concluditur ibidem ꝙ impossibile est quòd ista causa sic sit in rebus quę non mouentur, in mathematicis forte possunt dici multa ociosa, quia considerata ibidem considerantur vt immobilia. vnde in eis, vt 3. meta. scribitur,

Tex.c.3 non est finis neq; bonum acquisitum. s. per motum Cum ergo consideratio naturalis sic sit cum motu, transmutatione, ex parte ipsius scientie est vt consideret de rebus per viam motus, vnde & cum diffinit naturam describit eam vt est principium motus & cũ aliqua tradit de principijs naturę vt intelligentijs, & prima causa, tradit ea per modũ motus. metaphysicum. n. sinõ considerat de motoribus imbilibus nisi per viam motus, hoc non est per se, sed ex parte ipsius scientiæ, sed hoc est quasi per accidens, & ratione modi quo dicta scientia participatur à nobis. si enim humana cognitio se posset extendere ad considerandum de substantijs separatis secundum substantiam præter viam motus. Hoc est secundum quòd Metaphysicus sic consideraret de eis. Ideo merito in prohemio metaphy. inter scientias humanas metaphysica describitur libera, quia ratione scientiæ, & secundum se considerare habet de substantia rerum non subiectarum motibus & transmutationibus, & cognitionibus materiæ. Quia si nos habentes metaphysicam non possumus de dictis, substantijs separatis considerare secundum substantiam, nisi ratione effectuum, & per viam motus, hoc est quia imperfecte possidetur à nobis. Ideo in primo metaphy. dicitur quòd iuste metaphysica ponitur, humana possessio, est enim libera ab istis sensibilibus, vel potest considerare de rebus liberis & non subiectis sensibus, quibus sensibus humana cognitio, multipliciter ancillatur.

Opposita autem his soluere non est difficile, nam cum dicitur, naturalis philosophi est considerare de motoribus immobilibus cum consideraret mobilia eis appropriata: patet quòd non arguit ratio quòd de eis considerari posit secundum substantiam, sed solum in eo ꝙ sunt motores appropriati dictis motoribus. Quod vlterius addebatur ad naturalem, pertinere considerare de dictis motoribus qui sunt maxime causa motus, de quo motu potissime, considerat naturalis. dici potest quòd bene arguitur debere, considerare naturalem de eis vt sunt causa motus, & vt sunt motores, non tamen habetur quòd de eis considerari possit secundum substantiam. Quod vero addebatur tertio probatur Tex.c. in octauo physico. quòd est deuenire ad motorem immobilem, non arguitur quòd de illo motore cõsideret naturalis nisi in eo ꝙ motor, non autem ꝙ consideret de eo in eo ꝙ est ens, & secundum substantiam, quod spectat ad primum philosophum.

Mouetur hæc quæstio. Tex. commen. 15.

Quæstio. XVI.

SEcundo restat declarare vtrum causa perpetuitatis generationis possit poni materiale principium. Et videtur quòd non. tota enim causa quare philosophus attribuit materiæ generationis perpetuitatem, vt patet in litera. ex hoc sumitur, quia generatio vnius est corruptio alterius, & econuerso. Improbando ergo dictum philosophi hoc ordine incedemus. quia primo ostendemus Tex. quòd potest esse generatio accidentium sine corruptione. Secundo probabitur quòd potest esse corruptio accidentium sine generatione. Tertio manifestabitur quòd si talia reperiuntur in accidentibus quòd reperiri possunt in substantijs. poterit ergo separari materia à formis substantialibus, & accidentibus, & quia sic separata non poterunt sic subsistere cedet in nihil & generationem continuare non poterit. Primum videlicet esse generationem vnius accidentis sine corruptione alterius sic ostenditur, quia si diuidatur corpus terminatum in medio eius apparebit color, & tamen ibi non erat aliquis color, cum color absque superficie esse non posit, & cum in medio corporis ante sui diuisionem nulla sit superficies in actu. ergo per diuisionem corporis terminati, vt si diuidatur lapis vel argentum generabitur ibi color absque corruptione, coloris. Quia autem posit esse corruptio accidentis absque generatione alterius sic ostenditur. Nam mixta habent aliquas qualitates, cuiusmodi sunt color, & sapor, quibus carere videntur miscibilia, & elementa. si ergo resoluatur elementatum in sua elementa erit corruptio coloris absque generatione alterius coloris, & corruptio vnius saporis absque generatione alterius. Quia autem sic debeat esse in substantijs, vt quòd posit esse corruptio vnius substantiæ absque generatione alterius, vt in tertio proponebatur sic ostenditur. ostensum enim fuit supra agens sic assimilare sibi passum vt attingit ipsum, & quia immediatius attingit ipsum per formam, accidentalem quàm per substantialem per prius transmutat ipsum in accidentalibus quàm in substantialibus. si ergo non sit transmutatio ad substantiam nisi præuia alteratione, & mediante transmntatione accidentali. si potest esse, corruptio accidentis sine generatione, & econuerso, esse poterit corruptio substantiæ absque generatione, & econuerso. poterit ergo expoliari materia autem ab omni forma, tam accidentali quàm substantiali absque eo quòd induatur aliqua forma, & quia sic separata, non poterit subsistere vt concludebatur, & bene, generationem, continuare non poterit.

Notandum ergo quosdam assignasse duas, rationes, quare materia generationem perpetuat. Prima talis est. materia de se est in potentia ad omnes formas, & essentiale est materiæ esse in potentia, materia ergo semper est in potentia ad formas, & semper de ea poterunt

runt educi formæ, & per eductionem formarum, continuatur generatio, materia ergo quantum, est de se semper est continuatiua generationis. Secunda ratio talis materia de se est ingenerabilis & incorruptibilis si.n.materia esset generabilis haberet materiam, de qua fieret, & si esset corruptibilis haberet materiam, in quam cederet, esset ergo materiæ materia, & ratio materiæ iret in infinitum, quod est inconueniens. sed si materia esset ingenerabilis, & incorruptibilis, quia nunquam deficit, poterit continuare generationem, & corruptionem. Hæ autem rationes vel non sufficiunt, vel petunt quod est in contrarium, arguentes magis oppositum quàm propositum. Nam cum dicitur, essentiale esse materiæ, esse in potentia ad formam, & ad actum, & non competere, ei aliquem actum, si vim rationis attendimus, quia quodlibet vt videtur, separari potest ab eo quòd non est de ratione eius, videtur argui materiam separari posse ab omni, actu, & quia sic separata non potest subsistere, videtur concludi quòd generationem perpetuare non possit. Quod verò addebatur secundo quòd materia est ingenerabilis, & incorruptibilis, ratio seipsam impedit. Nam si poneretur generabilis, & corruptibilis, nihilominus perpetuationem continuaret. Nam si materia generaretur, haberet materiam, & illam materia aliam, materiam, & sic in infinitum nunquam deficeret generatio; sic etiam si corrumperetur, corrumperetur in materiam, & illa materia in aliam materiam, sic ergo nunquam cessaret corruptio, friuola est enim ipsa ratio, & seipsam impedit, cuius dato opposito euidentius concluditur intentum. Respondendum est ergo ad viam philosophi, & dicendum est secundum viam naturæ, generationem perpetuari posse, quia corruptio vnius est generatio alterius, & econuerso. prædictæ autem rationes, si aliquid bonitatis, habent, hoc est prout sunt reducibiles ad hanc viam si ergo ex parte materiæ ostendere poterimus non, posse esse sine generationem, & corruptionem, nec econuerso, quia propter hoc perpetuari potest generatio; vt ostensum erit ex parte materialis principij esse hanc possibilitatem perpetuitatis. Inquantum materia est prædictorum causa. Quia autem materia sit causa non esse corruptionem sine generatione duplici via ostendi potest. Materia enim dupliciter tendit in formam. Primo per appetitum, quia appetendo formam qua est priuata naturaliter tendit in ipsam. Secundo per motum, quia vt motui & transmutationi subijcitur sic tendit in formam, quam per motum, & per transmutationem acquirit, vtroque autem modo potest summi ratio ex parte materiæ, quòd non sit corruptio absque generatione. materia enim per se non potest appetitum expoliari a forma sub qua existit, quia priuatio, & non ens non possunt habere rationem boni, & appetibilis. si ergo appetit expoliari à forma sub qua existit hoc est per accidens, & ex consequenti, vt quia appetit esse sub alia forma sub qua esse non potest nisi expolietur ab ea sub qua est, & quia quod est ex consequenti sine eo quod sequitur, esse non potest, non erit corruptio absque generatione, nec expoliabitur vna forma nisi induatur alia.

Secunda via sumitur ex parte motus. Nam sicut ex parte efficientis arguebatur, vt quia motus, quem efficiens naturale efficit, oportet esse quid determinatum ad genus, eo quod ipsum agens naturale, est determinati, generis ita quòd omne receptum in materia est quid particulare; & hoc aliquid oportet omne tale esset determinati generis. Ex parte ergo materiæ arguere possumus motum quo transmutatur materia eo ipso quòd in materia recipitur esse determinati generis, & quia motus non terminatur ad genus nec ad speciem respectu formæ à qua incipit, sed respectu formæ ad quam vadit, cum motus sit in eodem genere cum rebus ad quas est motus, vt dicitur tertio physicorum, nunquam materia per motum aliquem expoliabitur ab vna forma nisi per motum illum tendat in aliam formam. Vtroque ergo modo naturaliter loquendo, tam ex parte efficientis quàm ex parte materiæ non potest aliquid tendere in nihil, & quia ex hoc sequitur continuatio, generationis materia, & efficiens sunt causa continuationis generationis, nõ materia quælibet nec efficiens quilibet, quia non materia quælibet semper manet, nec efficiens, quodlibet semper manet, sed materia prima & principia efficientia & corruptibilia sunt generationis continuatiua. Nam si propter hoc continuatur generatio, quia corruptio vnius est generatio alterius, vt dictum est illa, materia erit generationis continuatiua, quæ manet eadem in omni generato, & corrupto hæc autem non est materia disposita, & proxima, sed prima, & remota, vt superius dicebatur. Tex.c.4

Opposita autem his non difficile soluere. Ad quorum euidentiam notandum, quòd à qualitatibus secundis vt à qualitatibus quæ non insunt elementis, vt materia potest expoliari simpliciter, à qualitatibus, vero primis & a formis substantialibus nunquam expoliatur materia simpliciter. potest enim expoliari ab hac forma substantiali vel ab illa & a qualitate ista vel illa. Sed non ab omni tali simpliciter, & hoc sufficit ad hoc quòd continuetur generatio. Rationes autem procedebant de qualitatibus secundis cum arguebant quòd poterat esse generatio coloris absque corruptione & corruptio coloris, & saporis absque generatione. Color enim, & sapor dicunt qualitates secundas non primas. Cum ergo arguebant rationes materiam separari ab omni forma tam accidentali quàm substantiali, quia poterat separari à dictis qualitatibus, supponebant falsum cum arguerent de qualitatibus secundis, mediantibus quibus non inducitur per se loquendo substantia est forma, peccabant etiam nihilominus rationes per fallaciam accidentis. Cum enim diuiditur corpus terminatum non generatur ibi color per se sed per accidens, per se enim ex tali diuisione efficiuntur diuersæ partes corporis, & diuersis partibus corporis effectis, ex consequenti fiunt ibi diuersæ superficies, & quia superficies in corpore terminato non est sine colore, per accidens est ibi generatio coloris. sic etiam cum mixta resoluuntur in elementa per se corrumpuntur qualitates mixtorum, vt habent repugnantiam ad qualitates elementorum, per accidens vero corrumpuntur color, & sapor & aliæ qualitates secundæ sequentes ad qualitates illas.

Mouetur hæc quæstio. Textu comm. 16.

Quæstio. XVII.

TErtio quæritur vtrum, ens in potentia sit illud ex quo fit generatio. oritur autem hæc quæstio propter hoc. Nam semper generatio vnius est corruptio alterius, & econuerso, vt ex aqua corrupta generatur ignis. In aqua ergo ex qua generatur ignis est tria considerare, actus: potentia, & priuatio. Est enim aqua ex qua generatur ignis actu aqua & est potentia ignis, & est priuata forma ignis. Cum ergo dicimus ignem, generari ex aqua quòd est magis proprie, & per se dictum, vel quod generetur, ex aqua, vt est quid in actu, vel vt est quid in poten- Tex.c.17

tia, vel non est quid in priuatione existens, videtur autem illud ex quo fit aliquid, & secundum quòd huiusmodi esse ens in actu. Nam semper generatio fit ex corruptis. Corruptio autem incipit ab esse, & ab actu, & terminatur ad non esse. Ergo generatio secundum se videtur semper esse existens in actu. Amplius secundum Commentato. octauo phylosoporum
Tex.c.4 si materia, esset absoluta ab omni forma vt non posset esse subiecta motui, & transmutationi, sed quod non potest esse subiectum motui, & transmutationi non potest esse generationis subiectum, cum generatio, fiat per motum, & transmutationem. ergo generatio fit ex aliquo, vt est in actu, non vt est in potentia.

Notandum igitur non esse intentionis nostræ ad præsens determinare vtrum in generatione fiat resolutio vsque ad materiam primam, quia de hoc infra quæretur. Rursum quæstio quæsita non, solum habet locum in substantialibus, sed etiam in accidentalibus. Nam cum ex frigido fit calidum, id ex quo generatur calidum est actu frigidum, & est in potentia calidum, & est priuatum forma caloris. Cum ergo ex omnibus istis fiat calidum ex ente in actu, ex ente in potentia, & ex priuatione, etiã in tali generatione haberet locum quod quæritur ex quo istorum trium esse generatio calidi. Dixerunt quidam generationem posse summi dupliciter, secundum se, & vt est mutatio quædam, vel vt includit motum. Dicunt ergo quòd si accipiatur generatio, secundum se & vt est mutatio quædam, sic est ex ente in potentiæ quia ens in potentia est generationis subiectum. si vero accipiatur vt includit, motum sic est ex ente in actu, quia tale ens est subiectum motus. Sed istud non videtur sufficienter dictum. Nam siue accipiatur generatio vt est mutatio, siue vt includit motum, semper est ista per accidens, quod aliquid generetur ex ente in actu. Motus enim dupliciter potest accipi, vel secundum rationem generalem, & vt habet rationem, accidentis. vel secundum rationem specialem vt est tale accidens quod est motus, & sicut dupliciter potest accipi motus, sic subiectum motus duo in se continet actum, & potentiam. Quod enim motui subijcitur, actu est, quia si non esset aliquo modo in actu, sed esset potentia pura, vt patuit per Commen. motui, & transmutationi non poterit esse subiectum, sic etiam quod motui subijcitur in potentia est, quia nihil mouetur nisi ad id quod est in potentia. Motus ergo requirit subiectum aliquo modo in actu, & aliquo modo aut in potentia, sed quod requirit subiectum in actu competit ei secundum quandam rationem generalem, quod autem requirit subiectum ens in potentia competit ei magis per se, & secundum rationem specialem, & in eo quòd motus. Ideo motus dicitur esse actus entis in potentia, ratione qua est actus entis requirit subiectum ens in actu, ratione qua subditur in potentia oportet illi actui potentialitatem esse admixtam. Licet ergo motus vtrunque requirat. magis tamen quod subijcitur motui secundum quòd huiusmodi est in potentia quàm in actu. Ideo motus non est actus entis in potentia, in eo quod entis, sed in eo
Tex.c.6 quod in potentia, vt potest haberi ex tertio physicorum. Et quia generatio non includit motum, nisi vt per ipsum introducitur forma, cum motus non inducat formam secundum rationem generalem, & in eo quòd accidens, sed secundum rationem specialem & in eo quòd motus, cum secundum talem rationem etiam per se requirat ens in potentia. Generatio etiam vt includit motum per se loquendo non debet duci ex ente in actu, sed ex ente in potentia, accidit enim motui vt motus est, & vt est inductiuus formæ, quòd fundetur in ente in actu, subijcitur enim ens actu motui, sed non vt est in actu, sed vt est in potentia.

Dicimus ergo generationem vt mutationem importat siue ipsam rem genitam non esse ex ente in actu, nec ex priuatione, sed ex ente in potentia. Nam id ex quo est aliquid per se loquendo manet in eo quod est ex illo, licet enim aqua ex qua generatur ignis sit actu aqua ratione formæ posse esse sub forma ignis, & sic non minus ratione priuationis formæ ignis inseparabiliter annexe formæ aque, tamen cum ex aqua fit ignis completa generatione non manet forma aque, per quam aqua erat quid in actu, nec manet priuatio formæ ignis, per quam aqua dicebatur non ignis, sed manet materia, per quam erat potentia illud. Accidit ergo igni fieri ex aqua, & ex ente in actu, & fieri ex igne, & priuatione, cum talia non maneant, sed per se competit fieri ex ente in potentia & ex materia quę completa generatione manet sub forma ignis. Ideo philosophus in primo physicorum vult quòd per se generatio non fiat ex ente, id est, ex actu, nec ex ente, id est, priuatione, sed ex ente in potentia. si vero generatio concludat motum adhuc non est per se, & propriæ dictum quòd fiat ex ente in actu, vt ostensum est vtrum autem fiat ex priuatione vt quòd priuatio sit se principium fieri, licet sit principium rei facte per accidens non est præsentis speculationis, sed pertinet ad librum physicorum, super quo si nos contingeret scribere ostenderemus priuationem esse aliquo modo principium, fieri & non esse omnino per accidens, vt quidam volunt.

Opposita autem his non est difficile soluere. Nam cum dicitur quòd semper generatio est ex corruptis, & ex ente in actu. dici potest quòd causa sine qua non, non est causa per se sed per accidens, licet ergo non fiat generatio nisi ex ente in actu, non oportet hoc esse per se sed per accidens. Quia vero vlterius addebatur quòd si materia esset separata ab omni actu non est subiecta motui, & transmutationi, dici potest quòd vt patet per habita, licet subiectum motus sit in actu & in potentia, per se tamen subijcitur motui vt est in potentia non in actu. Cum motus vt dictum est sit actus entis in potentia secundum quod in potentia. deficit ergo ratio, quia considerat quod est per accidens, deficit etiam quia quodammodo non est ad propositum, cum nos loquamur de generatione quæ est mutatio & non motus.

PRopter quid autem hæc quidem, & cetera. Hic declaranda sunt tria primo enim videndum est. vtrum substantia suscipiat magis, & minus, vt videtur, auctor dicere in litera. Secundo dato substantijs non competere magis & minus proprie sed large. Restabit declarare. vtrum in accidentibus inueniri posit magis, & minus proprie sumptum. Tertio videndum erit vtrum calidum, & frigidum sint differentiæ substantiales ignis, & terræ. Cum habeatur in litera tarram, & ignem illis differentijs differre.

Mouetur hæc quæstio. Tex. commen. 18.
Quæstio. XVIII.

CIrca primum sic proceditur, videtur, quod substantijs nullo modo competat suscipere magis, & minus, formæ autem suscipientes magis, & minus intenduntur, & remittuntur, sed intensionem

sionem & remissione formæ considerantur vt quidam motus, ex hoc enim forma intenditur & remittitur, inquantum successiue tendit ad esse completum & incompletum, & quia successio non est sine motu, vbicunque talia reperiuntur ibi est inuenire veram rationem motus, sed cum in substantia non sit motus,
Tex.c.10 vt probatur quinto physi. intensio, & remissio in formis substantialibus reperiri non poterit. Amplius secundum philosophum in prædicamen. substantijs non competit suscipere magis & minus.

Notandum ergo q magis, & minus comparationẽ importat, quotiescunque autem aliqua comparantur, adinuicem respectu alicuius vnius fit comparatio, sicut ergo in substantijs reperitur vnitas, sic in eis comparatio esse potest, & quia vna vnitas non reperitur nisi in specie specialissima, quæcunque sunt, comparabilia proprie, adinuicem sunt alia secundum vnam for-
Tex.c.34 mam specificam. Ideo probatur 7. physico. non esse
29 comparabilia nisi quæ sunt eiusdem speciei, sed licet proprie vnitas sit in specie specialissima, aliqua in vnitas est in forma generis, & in his quæ per analogiam dicuntur, & sicut est in talibus aliqualis vnitas, ita est in eis aliqualis comparatio, est ergo propris comparatio secundum formam specificam, large tamen, & secundum genus & secundum analogiam comparatio sumi potest. Hoc viso cum quæritur vtrum in substantijs reperiatur magis, & minus proprie. Si accipiatur comparatio secundum magis & minus propriæ, & vt respicit eandem formam specificam non. Si autem suscipiatur large comparatio, secundum quòd habet esse in genere, vel etiam in analogo sic. Duo ergo sunt declaranda. Primo quòd in substantijs non reperitur magis & minus proprie. Secundo quòd reperitur hic in eis large. Primum sic ostenditur. Nam si secundum formam specificam reperietur in substantijs magis, & minus, vel hoc esset secundum gradus essentie vel secundum gradus ipsius esse. Secundum gradus essentiæ non, nam cum essentia pertineat ad diffinitionem, quia diffinitio est sermo expre siuus quidditatis & essentiæ, per variationem cuiuslibet talis gradus variabitur diffinitio re, & per consequens variabitur natura & species eius. Isti autem sunt illi gradus de quibus loquens phi
Tex.c.4 losophus. 8. Metaphysic. ait formas, & diffinitiones esse sicut numeros. Nam sicut qualibet vnitate addita vel remota variatur species numeri, ita quolibet tali gradu variato variatur aut species rei. ergo secundum gradus essentiæ non potest esse comparatio secundum magis, & minus in eadem specie, cum variatio talium graduum semper inducat diuersitatem specificam. Si vero dicatur talem comparationem attendi secundum gradus ipsius esse, non autem secundum gradus essentie hoc stare etiam non potest. Nam cum nos loquamur de formis substantialibus, secundum quas datur esse specificum, non poterit esse variatio in tali esse tollatur species, & esse specificum, sed variata specie non vlterius est comparatio proprie. ergo magis & minus loquendo propriæ vt respiciunt eandem formam specificam in substantijs reperiri nõ poterunt.

Quia autem secundum formam generis & secundũ analogiam quandam reperiantur magis, & minus in substantijs, hoc non solum non est inconueniens, sed & necessarium. Nam cum omnia sint essentialiter à primo ente, quæcunque essentialiter differunt, secundum quandam essentialem analogiam habent ordinem ad primum ens, sicut ergo numeri, quia ab eadem procedunt vnitate, ordinate ab vnitate distant, ita quòd non sunt duo numeri diuersarum specierum, equaliter ab vnitate distantes, & in quibus equales vnitates reperiantur, ita quòd omnia entia sunt ab vno ente deriuata, & sunt quasi quidam numeri, & quædam compositiones, respectu primi entis, in quo reperitur pura simplicitas, oportet huiusmodi producta secundum quandam analogiam distare a primo ente, & quia vt ab eo distant, & vt ad ipsum ordinantur si reperitur, in eis ratio entitatis. Entitas in rebus creatis vniuoce reperiri non potest, sed analogice. Immo non erunt due species essentialiter differentes, in quibus equaliter reperiatur, entitas cum species vt ostensum est, & innuitur à philosopho. 8. Metaphysico. sicut sunt numeri, Tex.c.10
in quibus secundum diuersas species non reperiuntur, equales dignitates, illa ergo species quæ magis distabit à primo ente erit imperfectior, & minus habebit de entitate, quæ vero magis appropinquabit enti primo perfectior erit & plus de entitate habebit, est ergo substantia vna magis ens, quàm alia, sed quod est perfectior & plus participat de entitate primi principij, & si in eodem genere reperitur hic ordo & hic comparatio secundum magis, & minus non est dubium quòd in analogo reperitur, cum vnitas analogie sit amplior vnitate generis, & aliqua vniantur in analogo quæ in genere vniri non possunt, hic autem in speciali sic declarantur, substantia enim est analogum & est genus vt autem analogum prędicatur de principijs substantię vt de materia & forma, vt autem est genus prædicatur de ipsis compositis enim dicimus materiam esse substantiam, & formam esse substantiam, substantia quæ dicitur de vtraque non potest esse substantia quæ est genus, quia ea de quibus essentialiter prædicatur genus sunt in genere directe, materiam autem & forma non sunt in genere per se & secũdum rectam lineam sed per reductionẽ & sicut principia. Vtrum autem sint principia in toto genere substantiæ, vel non, non spectat ad propositum, sufficit autem quòd sint principia substantiæ sensibilis, de qua intendimus perscrutari, & propter quam est quęstio interoducta. Forma enim est magis ens & magis substantia quam materia, cum materia maxime distet a primo ente, & sit omnino quasi prope nihil. videtur enim esse media inter nihil, & aliquid, vt innuit Commentator primo physicorum. Com.7.
ergo in substantia vt est analogum reperitur magis, & minus, ex quo forma plus de entitate participat q̃ materia, & sicut in substantia vt est analogum magis, & minus reperitur, sic in ea reperiuntur talia vt est genus quod triplici via venari possumus. Primo ex intentione naturę. Secundo ex victoria formę. Tertio ex perfectione speciei. Ex intentione naturæ accipitur magis & minus in substantijs secundum cõpletum & incompletum in viam generationis, & sic animal est magis substantia, & magis ens quàm embrio, quia intentio naturæ non finitur in embrione, sed in animali nec est perfecta generatio cum, peruenitur ad embrionem, sed cum peruenitur ad animal. Magis vero, & minus victoria vt formæ reperitur in elementis. Nam tunc forma habet victoriam supra materiam cum eam extendit, & rarefacit. si ergo forma est magis ens quàm materia, formalia & rara sunt magis entia, & magis substantiam quàm materialia, & entia & isto modo ignis est magis substantia quam terra.

Magis autem ex perfectione, speciei reperitur in rebus mixtis in quibus, vltimatur generationis motus. Nam & si cum peruentum, est ad asinum cessat generatio, & etiam cum peruenitur ad leonem generatio cesset tamen quia in leone perfectius reseruatur ratio animalis, & dignitas specifica quàm in asino, & in animali perfecto quàm in imperfecto, animalia perfecta sunt magis entia, & magis substantia quàm imperfecta, & omnis substantia generabilis, & corruptilis, quia propter talia est quæstio introducta, vel est elementum, vel est elementatum, & si est elementatum vel ad eam est intentio naturæ, & vltimatur in ea

generatio vt animal, vel non vt embrio, & quia in omnibus, iſtis oſtenſum eſt quomodo accipitur magis, & minus, vt ſpectat ad propoſitum de quæſtione eſt ſufficienter inquæſitum. Aduertendum tamen quòd ſi cut in ſubſtantijs generabilibus & corruptibilibus reperitur magis, & minus, ſic & in incorruptibilibus reperiri habet, cum incorruptibiles ſubſtantiæ non ęqualiter diſtent à primo ente, ſed qualiter hoc ſit in aliud tempus apponatur.

Oppoſita autem his non difficile ſoluere. Nam cum dicitur ꝙ ſi in ſubſtantia eſſet magis & minus eſſet in ea motus dici debet ꝙ accipitur ibi magis & minus proprie prout dicit intenſionem & remiſsionem in eſſe manente eadem forma ſpecifica, quod oſtendimus non cō uenire ſubſtantijs. Quia autem ſecundo addebatur, philoſophum dicere non competere ſubſtantijs ſuſcipere magis & minus. Intelligendum eſt proprie, & vt reſpiciunt formam ſpecificam, ſed ſi accipiatur magis, & minus large vt reſpiciunt genus & analogum ſubſtantiæ competere poſſunt, vt dictum eſt.

Mouetur hęc quæſtio. Tex. cōm. 8. *Quæſtio. XIX.*

SEcundo reſtat declarare vtrum magis, & minus reperiri poſſunt in accidentibus proprie, cum oſtenſum ſit in ſubſtantijs reperiri ſolum large ſumpta. Et videtur ꝙ non. Nam ſicut arguebamus ſecundum gradus eſſentiæ & eſſe in ſubſtantijs, ſic & in accidentibus arguere poſſumus. ſi enim accidentibus competit ſuſcipere magis, & minus, vel hoc erit ſecundum gradum eſſentiæ vel ſecundum gradum ipſius eſſe. Secundum gradus eſſentiæ non. Nam cum ſecundū gradus tales formæ ſint ſicut numeri, non poterit eſſe magis & minus ſecundum tales gradus niſi varietur ſpecies, ſicut non poteſt eſſe magis, & minus ſecundum vnitates in numeris niſi varietur ſpecies numerorum, ſed variata ſpecie non eſt proprie cōparatio. ergo, &c. Amplius nec ſecundum gradus in eſſe poteſt attendi comparatio talis, eſſe enim fluit ab eſſentia immediate. Cum ergo eſſentia formæ manente in eadem ſpecie ſecundum gradus variari non poſsit, nec eſſe quod immediate ab ea fluit talem variationem ſuſcipere poterit. Amplius qñ aliquid fluit à duobus ab vno principaliter ab alio ex conſequēti. videtur ꝙ ſi debet eſſe variatio in effectu debeat eſſe variatio in cauſa principali, ipſius autem eſſe principalis cauſa eſt forma. ſi ergo manet eadem forma non variata manebit & idem eſſe.

Notandum ergo ꝙ ſicut virtus comparatur ad agere ſic forma comparatur ad eſſe ſicut ergo vna, & eadē virtus ſecundum maiorem & minorem diſpoſitionem paſsiui magis & minus agit, vel eſt ratio ꝙ paſſum magis & minus tranſmutetur. ſic vna & eadem forma ſecundum maiorem & minorem diſpoſitionem materię dat magis & minus eſſe. videmus. n. quòd calor eſt quędam virtus actiua, & eſt ratio agendi, & eſt quædam forma, & eſt ratio eſſendi, vt. n. comparatur ad paſſum & ad calefactibile exterius eſt ratio agendi, ſed vt comparatur ad ſubiectum & ad materiam inqua eſt, eſt ratio eſſendi, ſicut ergo vnus & idem calor ſi inueniat calefactbile exterius magis & minus diſpoſitum, eſt ratio quare magis & minus calefiat, ſic ſi inueniat ſubiectum in quo exiſtit magis & minus diſpoſitum, reddet ipſum magis & minus calidum. Ex hoc etiam magis apparet veritas quæſtionis præmiſſe. Nam licet forma ſit ſimplici eſſentia conſiſtens, tamen vt comparatur ad ſubiectum inueniendo ipſum magis & minus diſpoſitum dat ei magis & minus eſſe quia forma ſubſtantialis immediate eſt perfectio materiæ, cum materia ipſa ſecundum ſe eſt in potentia pura, & ſecundum ꝙ huiuſmodi non ſit magis & minus diſpoſita, forma ſubſtantialis, non poterit dare magis & minus eſſe, cum perficiat immediate ipſam materiam; quæ ſecundum ſe magis, & minus diſpoſita omnia non poteſt, forma vero accidentalis quia perficit ens in actu, & materiam quæ eſt ſub forma, quia ſic conſiderata materia poteſt eſſe magis & minus diſpoſita, non eſt inconueniens eam intendi & remitti & dare magis & minus eſſe, non ratione ſui ſcdm ſe ſed propter maiorem & minorem diſpoſitionem materię. Sed ſi ſic dicimus, quod credimus bene dictum occurrit nobis grauis dubitatio. Nam ſi forma ſecūdū ſe manet ſimplici eſſentia, intenditur autem & remittitur quantum ad eſſe prout inuenit materiam magis & minus diſpoſitam, conſtat illam diſpoſitionem materiæ mediate qua forma accidentalis dicitur intendi, & remitti, nominare aliquam formam ſuperadditam materiæ, quia ſi dicta diſpoſitio nullam formam nominaret, cum materia ſecundum ſe non poſsit dici magis & minus diſpoſita, non poſſemus ſaluare intenſionem & remiſsionem. Sed tunc quæro de illud forma quę reddit materiam magis & minus diſpoſitam, aut nominat formam accidentalem aut ſubſtantialem. Non aūt poteſt dici ꝙ nominet ſubſtantialem formam, quia cum talis, forma non intendatur nec remittatur, non poterit reddere materiam magis & minus diſpoſitam, ſed ſi nominet accidentalem formam, vt dicatur vna forma accidentalis recipi in materia mediate alia accidentali forma tunc quæro de illa accidentali forma mediate qua recipitur, aut intenditur & remittatur, aut non ꝙ ſi nec intenditur nec remittitur, nō poterit reddere magis & minus diſpoſitam. ſi vero competit ei intenſio & remiſsio, recipietur in materia mediate alia diſpoſitione, cum intenſio & remiſsio reſpiciant materiam diſpoſitam, & illa diſpoſitio, quia oportet quòd intendatur & remittatur, recipietur mediate alia diſpoſitione. Cum ergo nō ſit intenſio & remiſsio in forma, niſi forma alia præcedens ipſam intendatur & remittatur, quia in formis nō eſt abire in infinitum, ſtandum eſt in primis, & videtur eſſe dicendum nullam formam poſſe intendi vel remitti. Hæc autem vt pateant ſciendum ꝙ licet poſsit contingere formam intendi & remitti, quia recipitur mediante alia forma quæ intenditur & remittitur, vt ſi albedo ineſſet mediate frigido conſtringente partes perſpicui, intendi & remitti poſſet albedo per intenſionem & remiſsionem frigiditatis magis & minus conſtringentis dictas partes, non tamen eſt hoc neceſſarium. pōt. n. aliqua forma intendi & remitti abſq; eo ꝙ forma alia præcedens ipſam intendatur vel remittatur, & tñ nunq̄ intenditur vel remittitur forma, niſi quia inuenit materiā magis & minus diſpoſitam hoc autem ſic eſt videre, nō . n. eſt inconueniens aliqua eſſe in ſe diſtincta formaliter, quæ comparata ad aliud faciūt materialem diſtinctionem. ſicut album & nigrum in ſe formaliter diſtinguuntur, & tñ reſpectu viſus ſunt materiales differentiæ, cum vna virtus ſit cognoſcitiua albi & nigri poterit contingere vnam & eādem formam recipi in materia mediantibus pluribus formis, ita ꝙ ille formæ, licet in ſe eſſent formaliter diſtincte comparate tñ ad formam quæ mediantibus illis recipitur materialem habent diſtinctionē & quia forma recepta mediantibus dictis formis poſſet habere maiorem conuenientiam cū vna q̄ cum alia, qñ reciperetur mediate forma cū qua magis continuit, diceretur inuenire materiam magis diſpoſitam, qñ vero mediante alia inueniret materiam minus diſpoſitam vt ſi color reciperetur in materia mediate humido & ſicco, quia plus continuit calor cum ſicco q̄ cum humido, cū ſicca poſsint eſſe calida in ſummo & non humida, dato quòd nec ſiccitas nec humiditas intenderetur vel remitteretur poſſe calor intendi & remitti prout eſt coniunctus ſiccitati vel humiditati. Dupliciter ergo pōt eſſe intenſio & remiſsio in forma accidentali, vel quia talis Tex.

talis forma recipitur mediantibus pluribus formis, cum quarum vna habet maiorem couenientiam q̃ cum alia. semper ergo est intensio & remissio in forma mediate maiori vel minori dispositione materiæ, nec tamen est processus in formis in infinitum, vt patet per habita.

Opposita autem his nõ est difficile soluere. nam cum dicitur si est intensio & remissio in forma accidentali, vel hoc est secundum gradus in essentia, vel secundum gradus in esse, & cum aer esse respicere essentiam conce datur prima ratio. videlicet talem intensionem vel remissionem non esse secundum gradus in essentia, cum omnis forma quantũcunq; accidentalis possit dici simplici essentia consistens, sed hoc est secundum gradus in esse. & cum arguitur esse respicere essentiam & non esse intensionem in esse nisi sit intẽsio in essentia, vt patet per habita esse. respicit essentiam formæ, vt habet ordinem ad materiam. ergo eadem essentia formæ poterit dare magis & minus esse si inueniat materiam magis & minus dispositam. Quia autem addebatur vlterius de effectu procedẽte à duabus causis ratio peccabat in materia assumendo falsa. Nam cum quęlibet causa faciat ad esse effectus, cum de ratione causæ sit ꝙ ad esse eius sequatur aliud, per variationem cuiuslibet causæ poterit esse variatio in effectu. Si ergo esse respicit formam vt habet ordinem ad materiam quantumcunq; forma sit simplici essentia consistens poterit esse variatio in ipso esse propter variationẽ materiæ, vt quia inuenit eam aliter & aliter dispositam, posset etiam aliter dici, quia licet in substantialibus esse sit principalius à forma quàm à materia. In accidentibus forte est econuerso. nam cum accidentia non sint entia nisi quia sunt entis, forte esse in talibus est principalius à substantia q̃ à forma, sed vtrũ hoc sit verum & vtrum esse in accidentibus præcedat formas accidẽtales, vel econuerso, non est præsentis inquisitionis, sed spectat ad philosophiam primam. Ad pręsens autem intantum dictum sit ꝙ vna & eadem essentia formæ accidentalis inueniendo materiam magis & minus dispositam magis & minus radicatur in ipsa & magis & minus inest, & intenditur & remittitur secundum esse quod habet in ea.

Mouetur hæc quæstio. Tex. cõm. 19. Quæstio. XX.

Tex. c. 53 TErtio restat declarare vtrum calidum & frigidum sint formæ substantiales igni & terræ. Et videtur ꝙ sic, quia secundum Commen. in. 1. de Anima. Membra leonis & membra cerui non differũt nisi quia animæ differunt. Differentia ergo rerum est ex substantialibus formis, vt differentia animalium ex animabus, alia vero magis esse signa videntur distinctionis q̃ distinguant. Cum ergo philosophus in litera absolute loquẽdo nominet differentias ignis & terræ calidum & frigidum videtur velle prædicta pertinere ad substantiales formas ignis & terrę. Amplius prius non tollitur per ablationem posterioris. si ergo calor esset forma accidentalis in igne esset posterior q̃ natura ignis, non ergo tolletur natura ignis per ambulationem caloris ꝙ videmus esse falsum, non enim manet ignis nisi sit coniunctus calori.

Notandum ergo circa hoc fuisse deceptum Alexandrum, credidit. n. formam substantialem ignis esse calorem, mouebatur autem hoc motiuo. videbat. n. ꝙ in igne nulla erat virtus actiua nisi calor, quia quodlibet agens agẽdo assimilat sibi passum, & per actionẽ suam inducit suam formã in materiã, si in igne non est virtus actiua nisi calor, & nõ agit nisi calefaciẽdo, oportet ꝙ ꝑ calorẽ igniat & generet ignem in materia. si ergo calor non esset forma substantialis in igne, sequeretur hoc inconueniens, ꝙ ageret vltra suam speciem, quia per virtutem caloris induceretur forma substantialis, cum tamen calor ponatur accidentalis forma, sed dicere calorem esse formam substantialem in igne non est verum, quod quadrupliciter probari potest. Prima ratio assignatur talis, quia quod est accidẽs in vno nunq; est forma substantialis in alio. nam secundum philosophum primo Physi. Quod vere est nulli accidit. potest. n. contingere quod est accidens in se esse essentiale vt hic, vt color est essentialis albedini, licet in se sit accidens quoddam, sed quod in alio est accidens esse formam substantialem & veram substantiam in alio nullo modo potest contingere. Calor ergo qui est accidens in corporibus mixtis non poterit esse substantia in aliquo elementorum, & maxime cum ignis & terra & huiusmodi elementa sint nomina substantiarum. si. n. nomarent accidentia, quia accidentia essent essentialia accidentibus, non videretur absurdum quod est accidens in mixtis esse essentiale in igne, si nomine ignis accidens nominaretur. Secunda ratio talis, quia nulla forma substantialis est sensibilis loquendo de sensibilibus exterioribus, cum talium sensuum obiecta sint possibiles qualitates, vtrum autem sit aliquis sensus interior comprehendẽs substantiales formas sub esse indiuiduali non est præsentis speculationis, cum ergo calor per se sentiatur à tactu qui inter sensus exteriores computatur, forma substantialis esse non poterit. Ad hoc etiam adduci potest, quia calor intenditur & remittitur forma substantialis vt ostensum est, nec intensionem, nec remissionem potest suscipere. Vlterius vero quia agentia naturalia non sunt sua virtus & agunt per aliquam virtutem superadditam sue essentiæ & naturæ forma substantialis in eis erit solum immediatum principium essendi & nõ agendi. Calor ergo quia est immediata ratio agendi forma substantialis esse non poterit. Alexãder autem peralogiçabatur per rationem suam. Nam cum dicebat nullum agens agere vltra suam speciem verum est loquendo per se & in virtute propria. Nam cum omne agens vt est in actu, cum non sit in actu nisi per formã, si ageret vltra formam propriam ageret prout nõ est in actu, quod est inconueniens. In virtute tamen alterius & vt instrumentum agere aliquid vltra suam virtutem & vltra suam speciem non est irrationabile, sicut serra in virtute artis inducit formam arche quam in virtute propria non posset inducere. si ergo calor in virtute propria induceret formam substantialis ignis, ageret vltra suam speciem, & esset inconueniens, sed quia omnes qualitates actiue elementorum sunt instrumenta substãtialium formarum existentium in eis, & multo magis sunt instrumenta & organa supercœlestis corporis, calor non in virtute propria, sed in virtute substantialis ignis, & in virtute supercœlestis corporis habet inducere formam substantialem.

Tex. c. 37

Opposita autẽ his non est difficile soluere. Nam cum dicitur differẽtias esse per formas substantiales non per accidentales, dicendum est ꝙ per vtrasq; formas res differunt. non. n. omnis differentia facit aliud, sed est quædam differentia quæ secundum ꝗ huiusmodi facit alteratum. Dicitur tamen esse differentia per formas substantiales, per accidẽtales vero esse magis signum distinctionis, non quia nulla differentia sit per accidẽtales formas, sed quia principalis differentia est per substantiales formas, non per accidentales, possunt ergo calidum & frigidum dici differentiæ ignis, & terræ absq; eo ꝙ sint dictorum elementorum substantiales formæ, quidam tamen voluerunt ꝙ per calidum & frigidum vellet philosophus circumloqui formas & differentias substantiales ignis, & terræ, sed de hoc tangetur in declarationibus sequentis lectionis. Ad præsens autem sufficiat scire calorem & frigiditatẽ esse accidentia non substantias. Quia autem addebatur vlterius ꝙ per ablationem posterioris non aufertur prius, verum est per se loquendo, per accidens

accidens tamen hoc potest contingere. Nam si à materia in qua est ignis remoueatur calor, redditur materia indispofita, quo facto ex consequenti cedit forma ignis. Ex hoc autem melius patet solutio Alexan. nam sicut per amotionem caloris remouetur forma ignis, non per se & directe, sed quasi ex consequenti, inquantum redditur materia indispofita ad talem formam, ita calefacere per se, & directe ordinatur ad introductionẽ caloris, sed quia materia calefacta efficitur dispofita ad susceptionem formæ ignis per huiusmodi calefacere potest generari ignis. Ex quo apparet formam accidentalem non esse directe rationem & principium agendi vltra suam speciem vt conabatur ostendere ratio Alexandri.

Tex.c.20 Dicuntur aũt hic quidem simpliciter &c. Hic declaranda sunt tria. Primo declarandum est vtrum sit posibile generationem esse. Secundo dato ꝙ sit posibile esse generationem, dubitabitur de generatione simplici, vtrum in substantijs posit esse generatio simplex. Tertio dato ꝙ in substantijs reperiatur generatio simplex, ostendetur vtrum in accidentibus contingat generationem simplicem reperiri.

Mouetur hæc quæstio. Tex. cõm. 20. Quæstio. XXI.

Circa primum sic proceditur. si contingit generationẽ esse. ergo potest materia expoliari illa forma & indui alia. poterit ergo ex aqua fieri aer, tunc arguo. Detur instans in quo vltimo est aqua, & instans in quo primo est aer, aut est vnum & idem instans aut non. non potest dici esse idem instans, quia tunc simul esset aer, & aqua, erit ergo aliud & aliud instans, sed inter quælibet duo instantia cadit medium tempus, ergo erit dare medium tẽpus in quo materia nec erit sub forma à qua recedit, nec sub illa quam induit, poterit ergo expoliari omni forma, quod est inconueniens. Hoc autem licet sit argumẽtum valde commune, hic tamen introductum est, quia communis solutio non videtur sufficere. Amplius si est posibilis generatio potest aliquid de nouo generari, & si potest aliquid de nouo generari, oportet ꝙ generatio incipiat esse, sed omne quod incipit esse potest dici factum & generatum, si generatio inciperet esse, generatio esset genita. ergo generationis esset generatio, quod est inconueniens. Amplius generatio est processus ex non esse ad esse, vt innuit philo-
Tex.c.7. sophus. 5. Physi. Est ergo generatio media inter esse & non esse, quia quælibet erit media inter suos terminos. si ergo esset posibilis generatio posset esse aliquid medium inter esse & non esse, quod est inconueniens, cum contradictoria sint illa, quorum non est medium secundum se, vt habetur primo posteriorum.

Notandum autem ꝙ generationem esse duplici via inuestigare possumus. primo ex parte materiæ. Secundo ex parte actionum naturalium. materia. n. quia est apta nata perfici per omnes formas, & naturaliter quodlibet appetit suam perfectionem appetit esse materia sub omnibus formis, & quia non potest sub omnibus esse simul, appetit succesiue esse sub illis. si ergo debet appetitus materiæ compleri oportet generationem & cor-
Tex.c.80 ruptionem esse. hæc autem via tangitur circa finem primi Physico. vbi dicitur materiam machinari ad maleficium propter priuationẽ cui est annexa, & appetit corruptionem, non per se. vnumquodq;. n. semper appetit naturaliter quod melius est, per se ergo materia appetit
Tex.c 24 &.28. generationem & esse sub forma, per accidens. n. appetit corruptionem. ista etiam via tangit. 7. Meta. vbi dicitur materiã esse id per quod res potest esse & non esse. Secunda via ad inuestigandum hoc idem sumitur ex parte actuum naturalium, agentia. n. naturalia, quia sunt quædam deriuationes primi agentis intendunt saluare in rebus participationem diuini esse. Ideo data est virtus generatiua rebus, vt quod non possunt saluare in se saluent in suo simili, & quod non possunt saluare in eodem numero saluent in eisdem specie. vtrum autem sit alia ratio, quare sit data virtus generatiua vt per has rationes cõcludatur perpetuitas generationis non est præsentis speculationis. sufficit autem ad præsens scire posibile esse generationem esse. Rursus in hoc opere non loquimur vt theologus, sed vt expositor philosophię. hãc autem secundam viam quam tangimus innuit philoso-
phus. 2. de Anima. vbi vult omnia appetere diuinum Tex. esse, & quia nihil corruptibiliũ potest permanere idem numero, innuit generationẽ esse datam rebus, vt quod non possunt secundum identitatem numeralem participare participent secundum identitatem specificam. hæc autem ratio & si irrefragabiliter non arguit generationis perpetuitatem, quia falsa per rationes insolubiles ostendi non valent, generationis autem posibilitatem sufficienter arguit, & hoc sufficit ad propositum ostendendum.

Opposita autem his quandam difficultatem habent. Cum. n. dicitur si ex aqua fit aer detur instãs in quo est vltimo aqua, & instans in quo est primo aer. innuit philosophus. 8. Phy. ꝙ non est dandum instans in quo res Tex. corrupta est, quia vltimo est verum dicere eam esse, sed est dandum instans in quo primo est res generata, si. n. ex aqua fit aer per totum tẽpus corruptionis debemus dicere ꝙ est aqua, & in instanti quod copulatur ad illud tempus debemus dicere ꝙ est aer, & quia inter tempus & instans non est aliquid medium, ideo non est dare tẽpus medium, in quo nec sit aqua, nec sit aer. Ista autem solutio licet vera sit, multam tamen habet calumniam. Nam secundum philosophum. 4. Physi. tempus Tex. mensurat motum nunc vero mensurat mobile. est enim vnum nunc in toto tempore, sicut vnum mobile in toto motu. Cum ergo aqua tẽdit ad corruptionem, aqua se habet in ratione mobilis, ipsum autem corrumpi & alterari se habet in ratione motus, aqua ergo dum mouetur ad corruptionẽ mensurabitur nunc tempus, motus vero illæ quo ad corruptionem vadit, mensurabitur tempore, & quia non est absoluere rem à propria mensura, quãdiu durabit aqua, tandiu est dare nunc & instans quo mensurabitur. Dandum est ergo nunc in quo verum est dicere ꝙ est vltimo aqua. vlterius dicere ꝙ per totum tempus est aqua & in instanti ad quod copulatur illud tempus incipit esse aer, est non distinguere inter mensuram motus & mobilis, & est considerare ea quæ sunt per accidens, quia consideratur ac si mobile vt propriam mensuram respiceret tempus, cum habitum sit ipsum mensurari ipso nunc siue ipso instãti temporis. Sciendum ergo non esse nostræ intentionis ad præsens hanc quæstionẽ radicitus inquirere, quia transcenderet susceptũ negocium, tamen vt spectat ad propositum, motui debetur duplex duratio, vna intrinseca & alia extrinseca. duratio extrinseca est ipsum tempus, & quia hic duratio non depẽdet ex ipsis motibus mensuratis, ideo manens vna mensurat omnes motus, & est vnum tempus mensura omnium temporalium. sicut quia vlna est mensura extrinseca respectu pannorum, posset vna vlna mensurare omnes pannos, sed præter hanc durationem extrinsecam competit ipsis motibus mensuratis quędã duratio intrinseca, sicut præter quantitatem vlne quæ est extrinseca quantitas panni. Nisi mansurabili per vlnam inesset mensura intrinseca cui applicata quantitas vlne quæ in mensura extrinseca, mensurabile mensuraretur, mensurabile ab vlna mensurari non poset. Cui applicata quantitas vlne mensurat pannum, pannus ab vlna mensurari non posset, sic nisi esset duratio & succesio intrinseca cuilibet motui, quæ relata ad

ta ad tempus mensuratur ab eo, motus à tempore mensurari non posset. Et quia illæ durationes sunt intrinsecę ipsis motibus particularibus, ideo dicendum est de eis, sicut dicimus de ipsis motibus. Oportet ergo has durationes intrinsecas esse plures & esse intercisas, sicut motus particulares sunt plures & intercisi. tempus autem quod fundatur in primo motu est vnum & cōtinuum, sicut motus primus est vnus & continus, & quia in magnitudine continua non est dare duo indiuisibilia, inter quæ non cadit magnitudo media, in magnitudine autem intercisa est dare duo indiuisibilia sine magnitudine media, vt si due lineæ intercise contiguentur, erunt ibi duo puncta sine linea media. In tempore ergo quia est vnum & continuum non est dare duo instantia sine tempore medio, sed in alijs durationibus intercisis est dare duo instantia sine duratione media. Cum.n. ex aqua fit aer est aliqua duratio intrinseca ipsi aque, & aliqua duratio intrinseca ipsi aeri, & illæ due durationes non proprie continuantur, sed contiguantur & comparantur ad tempus, sicut si due lineæ intercise applicarentur vni lineę continue. Cum ergo queris vtrum sit dare instans in quo vltimo est aqua, si ex qua fiat aer. si queris de instāti durationis intrinsece sic. si vero de instāti temporis non, & quia durationes extrinsece non sunt continue, & licet sit dare secundum talem durationem instans in quo vltimo est aqua, & instans in quo primo est aer, non est tamen dare durationem mediam, in qua nec sit aqua, nec sit aer. vera ergo erat solutio philosophi. Et ratio in contrarium aliquam veritatem concludebat, concludēdo vnum esse instans in quo vltimo est aqua, sed non oportet hoc instans esse temporis instans, sed instans ipsius durationis intrinsece. vtrum hæc duratio intrinseca cuilibet motui mensurato possit dicit quando, ita ꝙ sicut quilibet motus habet esse ex ordine quem habet ad motum primum, ita quælibet duratio cuiuslibet motus relinquatur ex adiacentia temporis quod fundatur in motu primo, & sic ipsum quādo quod ex tali adiacentia relinquetur, & vtrum sit vnum quando omnium quando datum. sicut est vnum tempus omnium temporalium, & vtrum sic accipiātur instantia in ipso quādo, sicut accipiuntur in tempore non est pręsentis speculationis. Ad pręsens autem intantum dictum est ꝙ per iam dicta haberi potest solutio rationis prætacte. Quia autem secundo addebatur ꝙ si generatio inciperet esse, generatio generaretur. ergo nihil potest generari de nouo, quia si genitū incipit esse, oportet ꝙ generatio esse incipiat. dici potest ꝙ nō quicquid incipit esse est proprie genitum, nisi forte genitum acciperemus large, nec valet ratio facta arguendi. generatio terminatur ad esse. ergo quicquid accipit esse, accipit esse per generationem. Nam tactus & motus quantumcunq; incipiat esse post non esse, sunt tamen ingenita, quia non accipiunt esse per generationem. sic & generatio est ingenita, quia non accipit esse per generationem. potest ergo dici ꝙ solum compositum habet esse per se, proprie etiam generatur & accipit esse per generationē, & non alia. Quia autem addebatur tertio generationem esse medium inter esse & non esse, ergo est media inter extrema contradictionis, dici debet generationem non esse mediam inter esse & non esse simpliciter, sed inter esse & non esse actu, & sic acceptum esse & non esse non sunt contradictoria, sed habent medium ens in potentia, quod incipit à non esse in actu & terminatur ad esse in actu, vel possumus dicere ꝙ sicut materia nunq; absoluitur simpliciter ab omni esse, sic nunq; est generatio, nec aliquis motus qui non sit cōiunctus alicui actui. Nō refert autem vt spectat ad propositum, vtrum hoc sit per se vel per accidens. v. g. si ex aqua debet fieri aer generatio incipit à non aere, & terminatur ad aerem, sed non aer à quo incipit generatio habet esse coniunctum alicui actui, ponatur enim id non aer esse aqua.

Mouetur hæc quæstio. Tex. cōm. 20. *Quæstio. XXII.*

Secundo restat declarare vtrum in substantijs possit esse generatio simpliciter. Videtur ꝙ non. Nam ens simpliciter tripliciter potest dici. Vno modo dicitur ens simpliciter. i. vniuersaliter, & sic simpliciter diuiditur contra ens contractum. Alio modo potest accipi simpliciter. i. principaliter, & sic simpliciter contra secundum quid, & hoc modo substantia est ens simpliciter. Tertio modo potest dici simpliciter. i. ens in actu & sic simpliciter diuiditur contra ens in potentia, ꝙ.n. est potentia tale non est simpliciter tale, & quia quoticscunq; multiplicatur vnum oppositorum totiens multiplicatur reliquum, & sicut ens simpliciter dicitur ens tripliciter, ita & non ens simpliciter tripliciter dici potest, vel non ens vniuersaliter, vel non ens substātia, vel non ens aliquo modo in actu. si ergo generatio fit ex non ente simpliciter, generatio erit ex nō ente simpliciter, sed nullo prædictorum modorum secundū ꝙ dicitur aliquid non ens simpliciter potest dici generatio substantiæ fieri ex non ente. ergo in substantijs, de quibus ad præsens intendimus querere, nulla erit gñatio simpliciter. Quia autem ex non ente simpliciter non possit esse generatio substantiæ patet, quia agens naturale, per cuius actionem fit generatio semper, præsupponit aliquid in quod agat. Ideo habetur in litera, ꝙ omnes philosophantes perterruit concedere aliquid esse ex nihilo, & vniuersaliter ex non ente. Amplius ꝙ ex non ente simpliciter secundo modo. i. ex non substantia non sit possibile fieri generationem substantiæ. patet per philosophum. 1. Physico. qui ait, ꝙ ex non substantia non fit substantia. Tex. c. 25

Amplius ex non ente simpliciter tertio modo. i. ex non ente aliquo modo in actu non potest esse generatio quia secundum Cōmen. 8. Physico. Si esset materia soluta ab omni actu non posset esse subiecta motui, & transmutationi, sed sine motu & transmutatione non fit generatio. ergo &c. Cōm. 4.

Notandum ergo generationem simpliciter dupliciter sumi posse absolute & comparatiue. tunc. n. aliquid dicitur absolute tale, quando est secundum se tale, & secundum sua principia tale. Sed tunc est comparatiue tale, quando est respectu alterius tale, generari ergo aliqd simpliciter potest accipi absolute, & secundum se, & cōparatiue, vt comparando vnum generatum ad aliud generatum, vtroq; autem modo in substātia reperitur generatio simpliciter, tunc quidē accipitur generatio simpliciter & absolute secundum se quando generatur penes ea quæ sunt per se principia generationis, hęc autem sunt materia, forma, potentia, & actus, generatio. n. incipit à materia & ab ente in potētia & terminatur ad formam & ad ens in actu. Incipit autem à non ente & terminatur ad ens, quando ergo est generatio ex ente in potentia simpliciter, & terminatur in ens simpliciter, & terminatur simpliciter in ens absolute nomine, potest dici generatio simpliciter, talis autē generatio est substantiæ. ex illo. n. ente in potentia per se loquendo est generatio aliqua quæ subijcitur formæ quæ per illam generationem acquiritur. Cum ergo forma substātialis quæ acquiritur per generationem substantiæ sit in ipsa materia, quę de se est pura potentia, oportet ipsam materiam esse id quod subijcitur in tali generatione. Ideo scribitur primo huius cap. de alteratione, ꝙ hyle est maxime subiectum generationis. si. n. ipsa forma substantialis immediate perficit ipsam materiam, quia nulla forma accidentalis pręcedit ipsam per se loquendo, ipsa materia & ipsum hyle erit id ex quo est generatio substantiæ. si. n. alia occurrunt hoc est per accidens vt supra ostendebatur. ex ente. n. in actu & ex priuatione vt dicebatur generatur aliquid per accidens, ex ente vero in potentia Tex. c. 24

per

per se & ex tali ente in potentia fit generatio, quale est illud ens quod subijcitur formæ per generationem acquisite, est ergo generatio substantiæ generatio simpliciter, quia est ex non ente simpliciter, cum sit ex ente simpliciter in potentia. rursum generatio substantiæ est generatio simpliciter, quia terminatur ad ens simpliciter. terminatur.n.ad substantiam, quæ simpliciter debet dici ens. Vtrum autem prædicta duo propter quæ absolute accipitur generatio simpliciter inseparabiliter sint connexa, vt quotiēscunq; terminatur generatio ad ens simpliciter, quod generatur non fiat ex non ente simpliciter, & econuerso, & quod illorum plus faciat ad generationem simpliciter, & vtrum magis debeat dici generatio simpliciter, vel quia est ex non ente simpliciter, vel quia terminatur ad ens simpliciter, infra patebit. Nam in cap. de augmento vbi disputabimus de dimensionibus indeterminatis quomodo præcedunt formam substantialem in materia. ibi.n.de hoc aliquid dicetur, & deo dāte quod ibi fuerit dimissum supplebitur in secundo, vbi disputabitur, vtrū oporteat qualitatem simul remanere. Ad præsens autem intantum dictum sit generationem substantiæ dici generationem simpliciter, tum quia est ex non ente simpliciter, cum hyle.i.materia prima sit maxime gñationis subiectum. tum etiam quia talis generatio terminatur ad ens simpliciter.n.ad substantiā, quę ens simpliciter dici potest. Viso quomodo in substantijs reperitur generatio simpliciter & absolute, restat videre quomodo in eis reperitur huiusmodi generatio comparatiue, hæc autem comparatio dupliciter sumi potest. vel respectu accidentium, vt comparando substantiam ad accidens. vel respectu substantiarum comparando substantiam ad substātiam, vtroq; autem modo in substantijs reperitur generatio simpliciter. nam respectu accidentis quælibet substantia generatur simpliciter, cum quælibet substantia plus habeat de entitate ꝗ accidens comparando etiam substantiam ad substantiam, inuenimus in substantijs generationē simpliciter, & sic non quælibet substantia generatur simpliciter, sed substantia perfectior respectu substantiæ imperfecte dicitur generari simpliciter, hęc autem perfectio vt superius dicebatur tripliciter potest accipi. Nam huiusmodi generabilia & corruptibilia vel sunt elementa vel sunt mixta, & si sunt mixta vel sunt ea in quibus non vltimatur generatio naturæ, vt in generatione embrionis vel sunt talia ad quæ cum peruentum est, finitur intentio generationis naturalis, cū.n.peruenitur ad embrionem non cessat, sed cum peruenitur ad alias vel ergo comparabitur generatio vnius elementi ad generationem alterius, vt generatio ignis ad generationem terræ. vel comparabitur generatio eius in quo non finitur generatio naturæ ad generationem eius in quo finitur, vt generatio embrionis ad generationem animalis. vel cōparabuntur seinuicem mixta ad quæ cum peruentum est cessat generatio naturalis, vt si compararetur generatio vnius animalis ad generationem alterius, secundum primum modum accipitur generatio simpliciter ex victoria formæ, quia generatio ignis est generatio simpliciter respectu generationis terræ, secūdum ſm modum accipitur generatio simpliciter ex intentione naturæ, quia generatio animalis est generatio simpliciter respectu generationis embrionis. secūdum tertium modum accipitur generatio simpliciter ex perfectione speciei, qa generatio animalis perfecti est generatio simpliciter respectu generationis animalis imperfecti, & gñatio vniuersaliter animalis est generatio simpliciter respectu generationis plante, & generatio plante respectu generationis lapidis. Quomodo autem secundum dictos modos accipitur gñatio simpliciter patet per dicta in quæstione illa vtrum in substantijs reperiatur magis & minus. ibi.n. ostensum fuit ꝙ ex victoria formæ ex intentione naturę, & ex perfectione speciei reperiebatur plus de entitate in vna substantia ꝗ in alia, & quia generatio substantiæ plus habentis de entitate est generatio simpliciter respectu substantiæ deficientis à perfectione entitatis illius, oportet secundū omnes dictos reperire in substantijs generationem simpliciter, accipiēdo simpliciter non absolute sed comparatiue, vt dictum est.

Opposita autem his non est difficile soluere. Nā cum dicitur ꝙ in substantijs reperitur generatio simpliciter, ergo generabitur substantia ex non ente simpliciter. Dici potest ꝙ non solum dicitur generatio simpliciter, qa est ex nō ente simpliciter, sed etiam quia terminatur ad ens simpliciter, dato ergo ꝙ non esset generatio ex non ente simpliciter, adhuc esset in substantijs generatio simpliciter, quia terminaretur talis generatio ad substātiam quę ens simpliciter dici debet. deficit ergo argumētum, quia non syllogiçat, sed peccat in forma, dificit etiam in assumendo falsam formā & peccando in materia. Nam vt ostensum est, generatio substantiæ non est ex non ente simpliciter.i.ex non ente vniuersaliter vt ex nihilo, nec ex non ente simpliciter.i.ex non ente principaliter vt ex non substantia, quia vt dicebatur, & bene, ex non substantijs non fit substantia, sed ex non ente simpliciter.i.ex non ente in actu, & ex ente in potentia. Et ꝙ arguebatur materiam nunꝗ separari ab actu, quia si sic separata esset motui & transmutationi non posset esse substantia. dici potest ꝙ accidit generationi substantiæ secundum ꝙ huiusmodi vt potest patere per iam habita, & de his quæ sunt per accidens nihil est cure arti, vt dicitur quinto Ethicorum.

Mouetur hæc quæstio. Tex. cōm. 20. Quæstio. XXIII.

TErtio restat declarare. vtrum in accidentibus reperiatur generatio simpliciter. Et videtur quòd non, quia secundum quid & simpliciter opponuntur, opposita autem in eodem esse non possunt, quicquid ergo generatur secundum quid non debet dici generari simpliciter, sed generatio cuiuslibet accidentis est secundum quid. ergo nulla talis generatio dicitur simpliciter. Amplius generatio respicit ens & esse tanꝗ terminum ad quē, sed accidentia non sunt entia, sed solum sunt entis, cum ergo generatur accidens, non debet dici generari ens, sed nunquam est simpliciter generatio, nisi sit generatio entis, nulla ergo accidentis generatio simpliciter debet dici.

Notandum autem ꝙ vt in præmissa quæstione dicebatur generatio dupliciter sumi potest. absolute & comparatiue. Cum ergo queritur vtrum in accidentibus sit generatio simpliciter, si intelligatur absolute & secundū se non, sed comparatiue sic. ꝙ autem in accidētibus non sit generatio simpliciter absolute, si considerentur prædicta de leui patet. dicebatur.n.ꝙ quia generatio secundū se erat ex non esse ad esse. vt potest patere in. 5. Phy. Tunc erit generatio simpliciter si sit ex non ente simpliciter vel si sit ad esse simpliciter, neutro autem istorum modorum generatio accidentis potest dici generatio simpliciter, non.n.talis generatio meretur nomen generationis simpliciter, quia sit ex non ente simpliciter in actu, sed ex ente in potētia. verum est.n.ꝙ per se loquendo generatio non est ex ente in actu nec ex priuatione, sed ex ente in potentia. per se.n.calidum non generatur est frigido, nec ex priuatione calidi, sed ex eo ꝙ est in potentia calidum, sed tamen tale ens in potētia est quod per se generationi subijcitur quale est illud ens in potentia, quod est subiectum formæ per generationem acquisite. ideo tale ens in potentia subijcitur in generatione substantiæ, quale est id quod subijcitur formæ substantiali, & tale ens in potentia subijcitur in generatione accidentium quale est subiectum formæ accidentali, forma

ma autem substantialis vt dicebatur immediate perficit ipsam materiam. vtrum autem omnis forma substantialis immediate perficit materiam non est præsentis speculationis, non.n.intendimus querere de forma humana quomodo se habeat ad materiam quam perficit, & q̃uo in homine saluatur generatio simpliciter, quia hoc sapit aliam scientiam. ibi. n. deo dante suo loco talia dicemus. In hoc autem opere volumus semper verba nostra referre ad alia generabilia in quibus saluamus generationem simpliciter, quia forma substantialis in ipsis per se loquendo immediate perficit ipsam materiam, forma vero accidentalis quæ per alterationem inducitur non immediate perficit ipsam materiam, & quia huius formæ sic per alterationem inductæ aliquo modo causa est totum compositum ex materia & forma. Ideo talis forma in toto composito fundatur sicut in subiecto. fit ergo per se loquendo generatio calidi ex potentia calido, & generatio cuiuslibet accidentis ex eo quod est in potentia tale, sic etiam generatio substantiæ fit ex potentia substantia, sed potentia calidum non est potentia simpliciter. est.n.substantia actu quod est potentia calidum. Cũ substantia in actu sit subiecta formę calidi, sed quod est potentia substantia, & id quod subijcitur formæ substantiali est potentia simpliciter. Ideo generatio substantiæ est generatio simplex, quia est ex non ente simpliciter in actu, ex ente autem simpliciter in potentia. generatio autem calidi est generatio huiusmodi, quia potentia calidum simpliciter est actu, cum sit actu substantia. non est ergo potentia simpliciter, sed est solum potentia hic, quia ponitur esse potẽtia calidum. Patet ergo ꝙ ex parte termini à quo secundum ꝙ generatio dicitur esse ex non ente, non possumus concedere absolute loquendo generationem accidentis esse generationem simpliciter, cum generatio eius non sit ex non ente simpliciter, sed solum ex non ente aliquo modo, vt ostensum est. Vlterius non possumus dicere generationem accidẽtis esse generationem simpliciter ex parte termini ad quem, vt dicatur generatio simpliciter, quia terminatur ad ens simpliciter. habitum.n.est accidentia non esse entia simpliciter, non.n.sunt entia nisi quia sunt entis, vt probatur in pluribus locis philosophiæ primæ. Declarata est ergo prima pars quæsiti. videlicet. ꝙ in accidentibus non reperitur generatio simpliciter absolute. Restat ergo declarare secundum ꝙ. s. ibi reperiatur generatio simpliciter comparatiue. hoc autem tripliciter inuenitur. potest.n.accidens ad tria comparari. ad propriam essentiam per quam reponitur in specie, & ad substantiam in qua fundatur, & ad esse sub quo existit, omnibus.n.his modis possumus venari vnum accidens plus habere de entitate q̃ aliud. Prima via sumitur ex parte sue essentiæ. alteratio.n.semper fit ab opposito in oppositum suum. omnis.n.motus ad formam est aliquo modo inter duo opposita, & maxime alteratio inter duo opposita habet esse, huiusmodi autem opposita, vt patet per Cõmen. in. 1. Cœli & Mundi. semper sic se habent ꝙ vnum habet rationem habitus, aliud vero priuationis. Cum ergo generatur id accidens quod habet rationem habitus est generatio simpliciter non absolute sed comparatiue, vt respectu eius quod habet rationem priuationis, quia tale accidens deficit ab entitate eius quod habet rationẽ habitus. Si ergo vera esset opinio illorum, ꝙ accidentia in se nullam entitatem haberent, sed ita sunt entia in comparatione ad substantiam, sicut vrina sana dicitur quæ in se formaliter nullam sanitatem habet, sed solum nominatur sic, quia repræsentat sanitatem quæ est in animali, hoc posito ex propria essentia non possumus inuestigare vnum accidens habere plus de entitate q̃ aliud, cum nullum accidens secũdum hanc opinionẽ ponatur habere formaliter aliquam essentiam vel naturam, sed ostensum fuit hoc supra esse falsum: declarabatur.n.accidentia aliquam entitatem in se habere, tamen quia huiusmodi entitas erat entitas diminuta, propterea non dicebatur essentia, sed propter entitatem quæ est in substantia, quia entitas substantiæ debet dici entitas simpliciter, vt dicebatur ibidem. si ergo accidentia aliquam entitatem in se habent, ex parte essentie eorum inuestigare possumus generationem vnius esse generationem simpliciter respectu alterius, inquantum entitas vnius est perfectior & minus ammixta priuationi q̃ entitas alterius. Secunda via ad inuestigandum hoc idem sumitur ex parte substantiæ in qua accidentia ipsa fundantur. nam si vna substantia plus habet de entitate q̃ alia, & vnam substantiam dicimus generari simpliciter respectu alterius, quia accidẽtia ab ipsa substantia dicuntur entia, etiam accidẽs illud quod est aptũ natum fundari in substantiam plus habentem de entitate secundum ꝙ huiusmodi esse videbitur magis ens, & generatio eius per se loquendo dicetur generatio simpliciter respectu accidentis, quod est aptum natum fundatum in substantia minus habente de entitate. Tertia via sumitur ex parte ipsius esse, quia accidens quod habet esse magis actiuum videtur esse magis ens, & generatio eius dicetur generatio simpliciter respectu accidentis habẽtis esse minus actiuum, & quia de his tribus modis inuestigatur generatio simpliciter in accidentibus, bonum fuit exemplum philosophi dicentis generationem calidi esse generationem simpliciter respectu generationis frigidi. calidum.n.excellit frigidum. In prædictis tribus primo.n.calidum magis signat speciem & formam. frigidum vero priuationem, non ꝙ frigiditas sit priuatio pura, sed quia plus habet de imperfectione ammixta q̃ caliditas. Secundo calidum est aptum natum fundari in substantia magis ente, quia in igne. Frigidum vero in substantia minus ente, quia in aqua vel in terra. Tertio calidum habet esse magis actiuum q̃ frigidum. frigidum.n.respectu calidi non debet dici actiuum, sed subactiuum. Sed si vlterius quęreretur quæ prædictarum viarum sit potior, & propter quid debeamus magis dicere gñationem accidentis esse gñationem simpliciter, vel ratione substantiæ in qua fundatur, vel ratione ꝓprie naturæ, vel rõne sui esse. Dici potest, quia & si omnes illæ considerationes bone sint, consideratio tñ ratione substãtię in qua fundatur, si sit per se & ẽm ꝙ huius, potior esse videt̃, quia accidẽtia licet in se entitatẽ aliquam habeant, & eis aliquod esse conueniat, magis tamen dicuntur entia propter entitatem quę est in substantia, q̃ propter eorum naturam vel propter eorum esse. Et quia generatio simpliciter ex ipsa entitate sumitur, exemplum philosophi cum hoc ꝙ fuit competens exemplificando de calido & frigido, in quibus omnes prædictę causę congregantur, aliquid congruit, & quia illis differentijs videlicet, calido & frigido differũt ignis & terra, quia vt dictum est generatio simpliciter accidentium potissime accipienda est respectu substantię in qua fundatur, vt accidens quod fundatur in perfectiori substantia, secundum ꝙ perfectior est, dicatur simpliciter generatum. quidam.n.per calidum & frigidum intelligere dãt differentias substantiales ignis & terræ dicentes, ꝙ licet calidum & frigidum sint accidentia, tamen possunt circumloqui differentię substantiales, quia illæ sunt nobis ignote. exponunt ergo per generationem calidi & frigidi de substantiarum generatione, non accidentium, sed hoc vt dicitur est ire præter intentionẽ Arist, quia secundum eum in omnibus generibus reperitur generatio simpliciter, & quia exemplificauerat in igne, dicimus generationem ignis esse generationẽ simpliciter respectu terræ, nisi velimus dicere hoc calidum esse defectiuum, oportet dicere exemplum de calido & frigido deseruire generationi accidentium. Amplius calidum, & frigidum per se dicunt formas accidentales,

forte

forte per circumlocutionem possunt dicere substantiales, frustra autem itur ad circumlocutionem, cum ex textu potest haberi bona & melior sententia secundum q̃ verba sonant. Patet ergo quomodo & qualiter in accidentibus reperitur generatio simpliciter, quia non absolute sed comparatiue.

Opposita autem his non est difficile soluere. Nã cum dicitur simpliciter & secundum aliquid opponuntur, & opposita in eodem congregari non possunt. dici potest q̃ verum est absolute sed comparatiue congregare opposita nihil prohibet. idem.n.potest esse magnum & paruum ad aliud & ad aliud relatum, & quod est secundum quid in se consideratum potest esse simpliciter respectu alterius. Quia vero addebatur accidentia non sunt entia nisi, quia sunt entis, bene arguitur, quia non sunt entia simpliciter, & q̃ generatio eorum non est generatio simpliciter & absolute loquendo, potest tamen esse generatio simpliciter comparatiue, & quia licet accidentia in se sint ens aliquod comparatiue, tamen vnum accidens est ens respectu alterius vt respectu eius quod magis ab entitate deficit.

Tex.c.23 DE generatione & alteratione, &c. Hoc capitulum.q. tres partes habet. nam in prima parte datur differentia inter generationem & alterationem, quia in alteratione subijcitur ens in actu, in generatione vero non, & quia in alteratione subijcitur ens in actu, quia alteratio est q̃dam motus, & motus est actus entis & habẽtis actualitatem aliquam. Ideo circa primam partem est dubitandum de alteratione per comparationem ad motum, & quia de ratione motus videtur esse q̃ in eo non sit dare primum mutatum esse, & motus videtur esse quid continuum, Ideo circa hoc tria declarabimus. primo declarabitur vtrum alteratio sit motus. Secundo vtrum in ea sit primum mutatum esse. Tertio vtrum sit motus continuus. Secunda pars huius capituli est. q̃ manẽte passione symbola continuit fieri generationẽ & corruptionem. Circa hoc aũt duo essent dubitanda. primo vtrum remanente passione symbola tollatur ratio generationis. Secundo declarandum esset quomodo continuit passionem symbolam remanere. Tertia pars capituli est q̃ hyle est maxime proprie subiectum generationis, in alijs autem transmutationibus aliquo modo. Circa hoc autem dubitandum esset, quomodo & qualiter hoc sit verum, quia dubitanda circa tertiam partem huius capituli declarabuntur in capitulo de augmento, & in secundo, vbi de passione symbola disputabitur, declarabuntur dubitanda circa partem secundam. in hoc ideo capitulo solum sunt declaranda dubitanda circa partem primam.

Mouetur hæc quæstio. Tex. cõm. 23. Quæstio. XXIIII.

CIrca primum sic proceditur. Videtur q̃ alteratio non sit motus. si.n.est motus vel est motus ad vbi vel ad formam. non est motus ad vbi, q̃a in omni motu tali de necessitate mutatur locus, quod enim alteratur non de necessitate mutat locum. vt dicitur in capitulo de augmento. erit ergo motus ad formã sed omnis forma est simplici essentia consistens. nulla ergo forma inducitur in materiã successiue, cum non habeant partem, sed sit simplex essentia, quia ergo de ratione motus est esse quid successiuum, nulla transmutatio ad formam debet dici motus, cum in tali transmutatione non possit saluare successio. Amplius secundum Boetium. accidentia sunt indignantis naturæ. corrumpi enim possunt, alterari vero minime, quælibet ergo variatio tollit formam accidentalem, & nulla accidentalis forma tollitur successiue, sed sine successione non est motus. ergo &c.

Notandum ergo difficultatem quæsiti in hoc esse. Nam cum omne quod mouetur sit partim in termino à quo & partim in termino ad quem. vt probatur in. 6. Physi. oportet in omni motu saluare successionem aliquam. si ergo forma accidentale in simplici essentia consistit, & non potest induci successiue, rationabiliter dubitatur quomodo in transmutatione ad talem formam potest saluari ratio motus. Sciendum ergo q̃ in huiusmodi transmutatione tria sunt considerãda. essentia ipsius formæ, quæ per talem transmutationem inducitur, & subiectum quod tali formæ subijcitur, & esse sub quo talis forma existit. Cum ergo quæritur vtrum in alteratione reseruetur ratio motus, si comparemus huiusmodi transmutationem ad ipsam formam secundum se quæ per talem transmutationem inducitur, nõ potest in ea reseruari ratio motus, quia vt arguebatur & bene, ipsa forma secundum se, cum non habeat partem & partem, vel simul tota expellitur, vel simul tota inducitur, & quia simultas repugnat motui in ea secundum q̃ huiusmodi non reseruatur ratio motus, sed si referrimus huiusmodi transmutationem ad ipsum subiectum, in quo forma recipitur, & ad esse quod habet forma in tali subiecto, ibi potest aliquo modo reseruari ratio motus. dico aliquo modo, quia in nulla transmutatione ad formam ita complete reseruatur ratio motus sicut in transmutatione ad vbi. Quia autem tam ratione subiecti q̃ etiam ratione ipsius esse quod habet accidentalis forma in subiecto possit in alteratione reseruari aliquo modo ratio motus sic patet. Nam licet forma ipsa non habeat partem & partem, subiectum tamen in quo recipitur, partem & partem habet, & ratione partium subiecti potest assignari successio in introductione talis formæ, vt si ignis debeat calefacere aerem successiue poterit calefacere ipsum calefaciẽdo prius vnam partem q̃ aliam. Ex quo apparere potest, cum forma ipsa per accidens diuidatur diuisione subiecti, quia albedo multa est si superficies multa fuerit, & calor multus est si eius subiectum multum fuerit in ipsa forma accidentali, secundum quam est alteratio non per se & primo, sed per accidens & ratione subiecti partem, & partem assignare possumus. & prout in ea assignamus partem, & partem, & dicimus ipsum successiue induci, possumus in transmutatione ad talem formam saluare aliquo modo rationem motus. Secundo hoc saluare possumus ex parte ipsius esse. Nam licet quælibet forma quantũcunq; accidentalis non habeat gradus secundum essentiam, potest tamen habere gradus quantum ad esse, ita q̃ secundum esse quod habet talis forma in subiecto, potest intendi & remitti, & quia vbicunq; est assignare gradus & intensionem & remissionem, ibi potest assignari successio motus in forma accidentali secundũ esse quod habet in subiecto motus, & successio esse potest. sic.n.imaginari debemus q̃ si ex frigido debeat fieri calidum remittitur frigidum secundum esse quod habet in subiecto, & quia secundum tale esse est assignare gradus in ipso frigido, per continuam remissionem est deuenire ad talem gradum in huiusmodi esse, q̃ si infra illum gradum fiat descensus ita reddetur materia indisposita respectu formæ frigidi, q̃ in ea frigiditas reseruari non poterit, & tunc in illo instanti in quo efficitur materia sic indisposita, cedet forma frigidi in positionẽ materiæ & inducetur in eam forma calidi. forma ergo secundum se vel tota expellitur vel tota inducitur, quia secundum suam essentiam per se loquendo non habet partem & partem nisi tm̃ per accidens, vt ratione partium subiecti, & quia cum in suo esse habet gradus ratione talium patium, & propter tale esse aliquo modo saluatur simpliciter ratio motus. Cum ergo quæritur vtrum alteratio sit motus. dici debet q̃ alteratio potest accipi vt est motus & vt est mutatio, q̃a respectu ipsius essentiæ

essentie formæ secundum se, quæ per alterationem inducitur, est ibi mutatio solum. respectu vero ipsius subiecti, in quod successiue indici potest, & respectu ipsius esse secundum quod potest intendi & remitti seruatur in ea ratio motus. Quod vero est magis ꝑprie dictum, vel ꝙ alteratio sit motus, vel ꝙ sit mutatio, vel ꝙ idem est, vtrum inductio ipsius essentie formæ quæ est mutatio tãtum vel vtrum successiua transmutatio secundum partes subiecti, & secundum intensionem & remissionem ipsius esse debeat appellari alteratio, non est presentis speculationes, quia de hoc deo dante tangetur aliquid in secundo vbi disputabitur de alteratione elementorum. Ad presens autem sufficiat scire alterationem sic posse accipi ꝙ in ea saluatur ratio motus.

Opposita autem his non est difficile soluere. Nã cum dicitur, forma est simplici essentia consistens non habẽs partem & partem. dici potest, ꝙ licet secundum se partem & partem non habeat ipsa forma accidentalis, habet tamen partem & partem ratione subiecti, tamẽ cum extendatur extensione eius & ratione talium partium, & propter ipsum esse secundum ꝙ intenditur & remittitur potest in ea vt ostensum est saluari ratio motus.

Quia vero vlterius addebatur accidentia esse indignantis naturæ, quia corrumpi possunt, non alterari possunt. consueuit communiter dici ꝙ accidentia non possunt alterari, possunt tamen esse termini alterationis. Sed hoc videtur deuiare ab intentione auctoritatis mote. Nam sicut accidẽtia non possunt alterari, sed possunt esse termini alterationis, ita non videntur posse corrumpi, sed possunt esse termini corruptionis, compositum enim est idem quod per se generatur & corrumpitur non forma, ideo dici potest ꝙ circa accidentia non continuit alteratio secundum ꝙ alteratio dicit motum, & successionem secundum se, & quantum ad essentiam eorum, sed ratione partium subiecti, & propter intensionem & remissionem ipsius esse potest ibi contingere successio & motus. Quod autem in soluendo tangebatur ꝙ omne quod mouetur partim est in termino à quo & partim in termino ad quem, vt patet, ex huiusmodi auctoritate non habetur ꝙ ipsa forma ad quam est motus secũdum se sit diuisibilis, sed quòd ipsum subiectum sit quid diuisibile ꝙ concedimus. nihil. n. proprie alteratur nisi sit quantum & diuisibile. Quia autem intelligenda sit auctoritas non de forma secundum se sed de proprio subiecto vel de forma vt diuiditur diuisione subiecti patet. dicitur. n. ibi omne quod mouetur est partibile, quia partim est in termino à quo & partim in termino ad quem, forma aũt vt patet nõ mouetur, sed est terminus motus, sed magis ꝙ subijcitur ei, mouetur ad ipsam.

Mouetur hæc quæstio. Tex. cõm. 23. Quæstio. XXV.

Tex.c.52 SEcundo restat declarare. vtrum in alteratione sit dare primum mutatum esse. Et videtur ꝙ non, quia de ratione motus est ꝙ in eo non sit dare primum mutatum esse. vt probatur. 6. Physi. Si ergo in alteratione seruatur ratio motus, in ea non erit dare primũ mutatum esse. Amplius & si in alte ratione vel in aliquo alio motu esset dare primum mutatum esse vel primum alteratum esse, motus illæ esset compositus ex indiuisibilibus, semper. n. mobile prius mouetur in spatio minori quàm in maiori. Cum ergo in principio spatij & in principio motus non sit moueri nec mutatum esse, si esset ibi dare primum mutatum esse, illud vel esset diuisibile vel indiuisibile. nõ diuisibile, ergo ipsi principio spatij, quia non esset primo mutatum esse, tamen in parte eius esset primo mutatum esse quàm in toto. si autem dicatur huiusmodi mutatũ esse, esse indiuisibile, ergo ipsi principio spatij, quod non potest nominari per aliquid indiuisibile, erit indiuisibile illud in quo est primo mutatum esse continuum vel contiguum vel consequenter se habens, sed ponere in eadem magnitudine indiuisibilia esse continua vel contigua vel consequenter se habentia est dicere magnitudinem esse compositam ex indiuisibilibus vt ostẽdimus cum dissoluimus paralogismos Democriti. ergo &c. Amplius ante omne mutatum esse præcedit moueri. vt probatur in eodem. 6. Sed in omni moueri sunt infinita mutata esse, sicut in omni linea sunt infinita puncta. ergo ante omnem mutatum esse sunt infinita mutata esse. & per consequens ante omne alteratũ esse præcedit alterari in quo sunt infinita alterata esse, non est ergo dare primo alteratum esse. Tex.c.58

Notãdum autem quosdam credidisse in alteratione non esse dare primo alteratum esse. credebant. n. ꝙ sicut in motu locali non est dare primo mutatum esse, sic nec in alteratione, sed hoc stare non potest. In motu. n. locali ideo non est dare primo mutatum esse, quia mobile nullam partem spatij acquirit simul, sed successiue acquirit partem post partem & motu suo prius acquirit partem minorem quàm maiorem, quia prius mouetur per medietatem palmi quàm per palmum totum, & per medietatem medietatis quàm per medietatem & quia continuum est diuisibile in infinitum non est ibi dare primo mutatum esse, nec est ibi dare partem spatij quam primo mobile acquisierit, quia cum quælibet pars spatij sit diuisibile, non potest ibi dari pars primo acquisita per motũ, quia pars illius partis primo acquisita esset, sed in alteratione non sic. oportet. n. ibi dare primo partem in qua est primo alteratum esse. est. n. ibi signare partem quæ tota simul alteratur, nec est in alteratione, sicut in motu locali, ꝙ semper pars minor prius alteretur, sicut in motu locali semper minor pars prius per motum acquiritur, in alteratione enim acquiritur forma & qualitas aliqua naturalis. forma autem & huiusmodi qualitas non potest reseruari in materia quantumcunq; minima, quia intantum posset diuidi ꝙ forma & qualitas naturalis quæ per alterationem acquiritur in eo reseruari non posset. Ideo ad minus oportet tantam partem simul alterari in qua reseruari posit forma per alterationem inducta. si. n. aqua debeat calefieri non inducetur calor in partem aque quantumcunque minimam, sed ad minus tanta pars aque simul calefiet in qua posit reseruari forma caloris. Et vt appareant melius prædicta sciendum ꝙ licet secundum rem & secundum esse nõ separetur in huiusmodi generabilibus & corruptibilibus continuum à passionibus, nec passiones à continuo, ipsi tamen rei generabili aliqua videtur competere magis ratione continui. aliqua vero magis propter passiones ipsas. motus. n. locale vt ad propositum spectat magis videtur respicere ipsum continuum, alteratio vero magis ipsas passiones & qualitates, per motum. n. localem acquiritur ipse locus, sed vt dicetur infra in. c. de tactu in mathematicis debetur tactus & locus. In quarto. n. Phy. probatur ꝙ ipsis dimensionibus per se debetur occupatio loci. Ideo contra ponentes vacuum ostenditur ꝙ si essent dimensiones per se separate ab omni corpore & ab omnibus passionibus occuparent locum, & si poneretur cum eis aliquod corpus ponerentur duo corpora in eodẽ loco. Si ergo mathematicis & dimensionibus separatis debetur locus, quia talia videntur recipere ipsum continuum secundum se, motus locale per quem acquiritur locus, videtur respicere ipsum continuum, & quia continuum est diuisibile in infinitum, & in qualibet parte continui quantumcunq; minima reseruatur ratio continui, in qualibet parte spatij quantuncunq; minima reseruabitur ratio motus locale. Ideo in tali motu non est dare primo mutatum esse, quia mobile nullam partem spatij acquirit simul, sed prius acqnirit partem minorem q̃ maiorem alteratio vero quia per eam per se loquendo non acquiritur lo- Tex.c.6.

cus sed qualitas, & forma nō respicit mobile in eo quod est quid continuum secundum se, sed in eo quod habet esse naturale, & est coniunctum qualitatibus & formis quæ non possunt reseruari in parte quantumcunq; minima. Ideo nō semper prius alteratur pars minor quàm maior, sed vt dicebatur, saltem tanta pars alterabile alteratur, ꝙ in ea reseruari possit ratio qualitatis & formæ per alterationem acquisita, & illud sic alteratum simul potest dici primo alteratum esse. Vtrum autem possit accipi alteratio, ꝙ in ea non sit dare primum mutatum esse, in sequenti declaratione patebit. Ad pręsens autem intantum dictum sit ꝙ in alteratione dari potest primum alteratum esse.

Opposita autem his non est difficile soluere. Nā cum dicitur ꝙ contra rationem motus est quòd in eo sit dare primo mutatum esse. Dicēdum est ꝙ simpliciter hoc est contra rationem motus locale, sed non est simpliciter contra rationem alterationis, vtrum autem in alteratione aliquo modo hoc saluari possit, ꝙ in eo non sit dare primo alteratum esse, in sequenti declaratione dicetur. Quia autem addebatur secundo. ꝙ si esset dare primo alteratum esse, motus siue mobile esset quid cōpositum ex indiuisibilibus, & ita quantum esset ex non quantis. dici potest ꝙ indiuisibile dupliciter potest accipi. vel secundum quod continuum respicit, vel secundum ꝙ respicit corpus naturale. indiuisibile.n. respectu continui est quantum & est indiuisibile simpliciter, sed indiuisibile respectu corporis naturalis non est indiuisibile simpliciter, sed est quid quantum, oportet.n. dare partem aliquam quātam, quæ si vlterius diuidatur expoliabitur à forma & à natura propria, & ex indiuisibilibus constare corpus & continuum non est inconueniens. Quia vero addebatur tertio ꝙ ante omne mutatum esse præcedit moueri & ante omne alteratum esse alterari, quomodo autem hoc sit intelligendum in sequenti declaratione dicetur. vbi supplebuntur si qua hic omissa fuerunt.

Mouetur hæc quæstio. Tex. cōm. 24. *Quæstio. XXVI.*

TErtio restat declarare vtrum alteratio sit motus continuus. Et videtur ꝙ sic, quia de ratione motus est quòd sit quid continuum. Si ergo in alteratione reseruatur ratio motus ipsa erit quid continuum. Amplius secundum philosophum tēpus habet continuitatem à motu. motus vero à magnitudine. Cum ergo magnitudo alterabile sit quid continuum, alteratio erit quid continuum.

Notandum autem quosdā dixisse in alteratione nullo modo reseruari continuitatem, sed hoc non videtur bene dictum. est enim aliquo modo alteratio continua, licet simpliciter quid continuum dici non debeat. Et si dicatur quòd alterante approximato ipsi alterabili non continue fit alteratio, sed in toto tempore fit continua dispositio alterabile, & instanti ad quod copulatur illud tempus habet esse alteratum esse, & vna parte alterabile sic alterata disponitur alia pars eius, & post dispositionem sequitur alteratum esse illius partis, & ex talibus alteratis esse diuersarum partium completur alteratio totius mobile, & quia huiusmodi alterata esse non sunt continua, ideo motus alterationis non est quid continuum. Istud non videtur sufficere ad ostendendum nullo modo alterationem esse quid continuum, quia in illo tempore in quo disponitur alterabile, aut aliqua variatio fit in ipso alterabili, aut non. si nulla variatio fit in eo, sicut in principio illius temporis quo durabat dispositio non fiebat introductio formæ, secundum quòd contingebat alteratum esse, ita nec in fine illius temporis continget huiusmodi introductio, exquo nulla variatio fit in ipso alterabili per huiusmodi dispositionem. si vero oportet aliquam variationem fieri in ipso alterabili, cum variatio illa non sit sine alteratione, sicut præsente actiuo passiuum continue disponitur & variatur, ita continue alteratur, videtur enim repugnare ipsis apparentibus dicere alterationem ex nulla parte continui tatem habere. Sciendum ergo ꝙ alteratio vt tactum est ad tria comparari potest, ad subiectum quod alteratur, ad formam quæ per alterationem inducitur, ad esse sub quo talis forma existit. Comparata ergo alteratio ad fomam, nec est motus, nec continua. comparata autem ad alterabile, & si debet dici motus, non tamen est proprie quid continuum, respectu autem ipsius esse, motus & continuum dici potest. primum sic ostēditur. formam, vt dictum est, simplici essentia consistit, nec per partes successiue inducitur. Ideo in ea non reseruatur per se ratio motus, & si secundum ꝙ huiusmodi non est motus sed mutatio solum, non debet dici motus continuus. Nam motus continuus præsupponit motum.

Secundum autem sic ostenditur. dictum est ꝙ non quantacunq; pars mobilis alteratur successiue, sed oportet dare aliquam partem mobile simul alteratam, sed reseruari potest ibi ratio motus prout in eodem subiecto alterabili est dare diuersas partes successiue alteratas esse, licet enim oporteat dare aliquam partem simul alteratam, non tamen oportet totum alterabile simul alteratum esse, sed sufficit tantam partem simul esse alteratam in qua possit reseruari ratio formæ per alterationem inducte, & quia in eodem alterabili est signare plures tales partes, alterabile potest successiue alterari, & quia in illis alteratis esse non reseruatur continuitas, sed successio. & si ratione successionis debet dici motus, non tamen debet dici quid continuum nisi forte per accidens, vt patebit in soluendo rationes oppositas. Tertium autem sic ostenditur, quia si ex frigido debet fieri calidum, cōtinue successiue remittitur frigidum in suo esse, nec est signare tēpus in quo remittatur donec sit frigiditas cōmota & inducta caliditas, & sicut continue remittitur frigidum, sic continue potest intendi calidum introductum per corruptionem frigidi. ergo quantum ad intensionem & remissionem secundum esse & motus & continuatio saluari potest. Sic itaq; imaginari debemus ꝙ præsente actiuo continue disponitur passum, & ista continua dispositio nihil est aliud nisi intensio vel remissio ipsius formæ secundum esse quod habet in subiecto, & facta sufficienti dispositione forma ad quam disponit actiuum inducitur simul saltem in tanta parte passi, quanta sit sufficiens ad susceptionem illius formę, & illa parte passi sic alterata disponitur pars alia, ita ꝙ alterationem vnius partis non oportet continuari alterationi alterius partis, sed cadit ibi tēpus medium quo fit dispositio, & illa dispositio est illud alterari quod pręcedit alteratum esse, & quia huiusmodi alterati & dispositioni respicit gradus ipsius esse sub quo est forma. illa vero alterata esse respiciunt partes ipsius alterabilis, quia he partes & illi gradus non videntur eiusdem esse rationis, nec videntur pertinere ad idem genus, non est proprie vnus motus continue ex omnibus illis dispositionibus, & ex omnibus illis alteratis esse. patet ergo quomodo non simpliciter alteratio est motus continuus, aliqua tamen continuatio saluatur ibi propter continuam intensionem vel remissionem ipsius esse sub quo est forma, siue quod idem est, propter continuam dispositionem passi.

Cum ergo dicitur quòd de ratione motus est quòd sit quid continuum, dici debet hoc esse de ratione motus localis, in alijs autem motibus possumus aliquo modo saluare continuitatem, sed non simpliciter. Quia autem addebatur secundo quòd mobile est quid continuum. ergo & alteratio. vt patet, alteratio magis conuenit mobili, & alterabili ratione qua est coniunctum passionibus

pasśionibus & qualitatibus actiuis & pasśiuis quàm vt est quid continuum, continuatur autem vna pars alterata ipsius alterabilis cum alia parte alterata, sed non in eo ꝙ alterata, immo discontinuantur alterata esse per tempus medium disponens. Ideo si dicuntur talia alterata esse continua propter cõtinuitatem alterabilis est valde per accidens vt dicebatur, non est enim continuitas in ipsis alteratis esse, sed magis est continuitas in ipsa dispositione vt ostensum est.

Tex.c.25 De augmentatione autem reliquum &c. Quia philosophus in præsenti lectione distinguit augmentationem ab omnibus alijs motibus. Ideo quærendum est de differentia motus augmenti ad omnes alios motus. tria ergo declarabuntur. primo ergo declarabitur differentia augmenti ad generationem. Secundo ostendetur differentia eius ad alterationem. Tertio ad motum localem.

Mouetur hæc quæstio. Tex. cõm. 25. Quæstio. XXVII.

Circo primum sic proceditur. Videtur ꝙ motus augmenti non sit realiter distinctus à generatione. Nam secundum philosophum circa finem huius capituli per idem est augmentum & alimentum, sed alimẽtum non alit nec nutrit nisi vt est quod & vt est substantia, sed vt est substantia conuertitur in substantiam membri, & est ibi generatio & corruptio. si ergo idem est alere & augere, idem erit generatio & augmentum.

Amplius quando ad aliquid concurrunt plura, denominatio debet fieri à principali, non ab annexo, sed in augmento concurrit ibi transmutatio ad substãtiam inquantum substãtia cibi conuertitur in substantiã membri, & transmutatio ad quantitatem, inquantum quantitas alimenti superadditur quantitati aliti, sed cum trãsmutatio ad substantiam sit principalior transmutatione ad quantitatem debet fieri denominatio, & debet dici illa transmutatio generatio non augmentum. Amplius videtur velle philosophus ꝙ si alimentum per se acciperet formam carnis esset ibi generatio, tamen quia accipit huiusmodi formam non per se, sed vt est coniunctum membro, ideo est ibi augmentum, sed hoc non videtur sufficere, quia sicut generatio est motus ad substãtiam, ita augmentum est motus ad quantitatem, sicut ergo non est ibi generatio proprie, quia alimẽtum non accipit formam carnis in se, sed vt est coniunctum alij. sic non est ibi augmentum, quia non transmutatur ad quantitatem, vt est aliquid in se, sed vt est coniunctum alij, vel ergo nec erit ibi generatio nec augmentum, vel erit ibi vtrunque.

Tex.c.25

Notãdum autem viam philosophi bonam esse. ideo enim est ibi augmentum & non generatio proprie loquendo, vel quia alimentum non accipit formam carnis, vt aliquid per se existens, sed vt alteri coniunctum. Duo ergo sunt declaranda. primo ꝙ non est ibi proprie loquendo generatio. Secundo ꝙ est ibi augmentum. primum duplici via venari possumus. videlicet. ex parte ipsius esse & ex parte formæ. Prima quidem via sic patet. Nam si generatio est processus à non esse ad esse, vt dicitur. 5. Physico. sic loquendum est de generatione vt loquimur de ipso esse, quæ ergo habent esse per se, per se generari possunt, quæ habent esse in alio eis per se generatio competere non potest, vnde philosophus. 7. Meta. ostendit solius compositi est per se generatio, & non materiæ & formæ, cuius veritatis, & si plures causæ asśignari possunt, inter alias autem hęc satis est bona. vt dicatur compositum per se generari, quia per se habet esse, materia autem & forma, quia per se non existũt per se generari non possunt. Cum ergo cibus non trãsmutetur ad formam carnis vt aliquid per se existens, sed vt coniunctus alij, proprie & per se loquendo non erit ibi generatio. Secunda via sumitur ex parte ipsius formæ. Dictum est enim quòd augmentum manet secundum speciem, sed fluit & refluit secundum materiam. sic enim docet nos imaginari philosophus. vt cũ aliquis eadem mẽsura vt coreo vel vtre mẽsurat aquam si ab illo vtre egrediatur & ingrediatur aqua semper manebit idem vter, sed aliquãdo erit in pluri aqua, aliquando in pauciori, & quia forma continet materiam magis quàm contineatur ab ipsa, quandiu alitur animal, tandiu manet forma eius continens eius materiam, & eius corpus, sed huiusmodi forma aliquando est in pluri materia, vt cum restauratio est plus quàm deperditio, aliquando autem in pauciori materia est, vt cum deperditio præualet restaurationi: materia ergo fluit & refluit, sed forma semper manet, quandiu manet animal. ergo per conuersionem alimenti non proprie ibi acquiritur forma noua substantialis, sed fit ꝙ illa forma habeat esse in pluri materia, & quia noua generatio recipit nouam formam, non proprie est ibi generatio, cum non proprie acquiratur ibi noua forma. Viso quòd non sit ibi proprie generatio. restat videre ꝙ sit ibi proprie augmentum, quod de leui patet, quia sicut generatio respicit aliquando formam substantialem, ita augmentum respicit maiorem quantitatem, licet ergo animal per alimentum non sit sub alia forma substantiali, tamen est sub maiori quantitate. ideo est ibi augmentum non proprie generatio.

Tex.c.7.&.9.

Tex.c.27

Opposita autem his non est difficile soluere. Nã cum dicitur idem esse nutrimentum & augmentum, quia idem cibus nutrit & auget. dici debet quòd est idem subiecto, licet non eodem modo est & quod & quãtum, sed tamen non est idem simpliciter, cibus enim non eodem modo alit & auget, sed auget secundũ ꝙ est quantum, alit autem vt est animal & in substantia, vt dicitur in secundo de Anima. & etiam vt innuitur circa finem huius capituli, & hoc sufficit vt augmentum sit aliud à generatione. Quia autem addebatur secundo ꝙ denominatio debet fieri à digniori parte, ex quo plura concurrunt ibi. dici posset quòd hoc forte verum esset, si eque per se & proprie concurreret ibi vtrunqꝫ, sed vt dictum est in dicta transmutatione, non est ibi proprie generatio, sed augmentum. Quia vero addebatur tertio quia sicut cibus accipit formam carnis vt in alio, ita quantitas eius habet esse vt alij coniuncta, dici debet ꝙ hoc argumentum petit quod est in contrario. arguit. n. oppositum, non propositum. Nam cum cibus accipiat formam carnis in alio non est ibi generatio ex parte alimenti, quia non transmutatur ad formam substantialem vt aliquod per se existens, nec est ibi generatio aliti, quia alitum non accipit nouam formã, sed de augmento non sic. Nam licet non sit ibi augmentum ipsius cibi, quia eius substantia non manet, est tamen ibi augmentum animalis, quia animal est sub minori quantitate quàm prius. ergo eo ipso ꝙ cibus accipit formam carnis vt coniunctum membro, quia per talem transmutationem animal non est sub alia forma substantiali, est tamen sub alia quantitate inquantum est sub quantitate maiori. arguitur per huiusmodi rationem ꝙ non est ibi generatio, sed augmentum.

FINIS QVAEST. D. EGIDII ROM. SVPER PRIMO DE GENERAT.

QVAESTIONES CLARISSIMI PHILOSOPHI MARSILII INGVEN SVPER LIBRIS DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE FELICI AVSPICIO INCIPIVNT.

De Generatione autem & corruptione, &c. Textu Commenti Primi. Quæſtio I.

Circa primum librum de generatione primo quæritur. Vtrum ens mobile ad formam ſit ſubiectum libri de generatione. Et arguitur ꝙ non. Anima eſt ſubiectum libri de gñatione. ergo non ens mobile ad formam. conſequentia tenet, quia vnius ſcientię ſolũ debet eſſe vnum ſubiectum. Antecedens patet, quia cuiuslibet ſcientiæ inferioris anima eſt ſubiectum. Secundo ſequitur ꝙ iſte liber inconuenienter diceretur liber de generatione, immo dici deberet liber de generabili ſiue de ente mobili ad formam. conſequens eſt falſum. Et probatur conſequentia, quia ſcientia debet capere denominationem à ſubiecto à quo capit vnitatem, & diſtinctionem. primo Poſteriorum, modo generatio non eſt ens mobile ad formam, immo eſt ipſamet forma ſeu motus vel mu-
Tex.c.11 tatio quę vel qui non mouetur in quinto Phyſicorum.

Tertio ſequitur quòd iſta ſcientia non diſtingueretur à ſcientia libri Metheororum. conſequens eſt falſum. probatur conſequentia, quia de ente mobili ad formam in libro Metheororum. totaliter conſideratur.

Quarto ſequitur quòd iſte liber deberet eſſe ſecundus liber philoſophiæ naturalis. conſequens falſum, & contra omnes philoſophos qui ponunt communiter ꝙ eſt tertius, & probatur conſequentia, quia forma ſubſtantialis eſt prior motu locali, ſicut ſubſtantia, acciden-
Tex.c.4. te. ſeptimo Metaphyſi. ergo iſte liber debet præcedere librum de Cœlo, in quo conſideratur de ente mobili ad locum. Quinto ens mobile ad formam non verificatur de omnibus in iſta ſcientia conſideratis. ergo non eſt in ea ſubiectum. conſequentia tenet, quia ſubiectum debet de omnibus in ſcientia conſideratis verificari, eo quòd eſt terminus cõmuniſsimus eiuſdem, aliter enim propter eius vnitatem non deberet ſcientia dici vna. Antecedens patet. quia hic conſideratur de actione & paſſione, de tactu, mixtione generatione & corruptione, alteratione & augmentatione per totum primum, quorum nullum eſt ens mobile ad formam. Sexto ens mobile excedit metas huius ſcientiæ. ergo non eſt eius ſubiectum, conſequentia tenet, quia eius ſubiectum debet ſibi eſſe adequatum. Antecedens patet, quia ens mobile ad fomam dicitur de animalibus generabilibus. modo talia quo ad ipſorum generationem non conſiderantur in hoc libro, immo de illis conſideratur in libro de generatione animalium.

In oppoſitum eſt communis fama philoſophorum dicentium quòd in libro de Cœlo determinatur de ente mobili ad locum tanquam de ſubiecto, & in libro de gñatione de ente mobili ad formam tanq̃ de ſubiecto.

In iſta queſtione Primo videbur quomodo iſta ſcientia differat ab alijs partibus philoſophiæ naturalis. Secundo videbitur de quæſito.

Quantum ad primum eſt primo notandum quòd philoſophia naturalis dicitur ſcientia conſiderans res ſub ratione qua ſunt mobiles teſte philoſopho. Secundo Phyſi. dicente, quòd ſi aliquod eſt mouens non motum non eſt amplius phyſicæ conſiderationis, hoc eſt à naturali philoſophia quantum ad ſuam eſſentiam non debet conſiderari, propter quod patet, quomodo diſtinguitur ipſa à philoſophia morali, & à prima philoſophia. i. à Metaphyſica. à prima enim philoſophia, quia illa inquirit ens inquantum eſt ens, non inquantum mobile. Quarto Metaph. cap̃. primo, à morali autem, quia iſta conſiderat res prout cadunt in vſum rationis. Vnde licet conſiderat eas prout ſunt mobiles, hoc tamen reſtricte. i. prout ipſe cadunt in vſum rationis, & à mathematica differt, quia mathematicus abſtrabit à motu. Secundo Phyſi. cap̃. 3. & ex conſequenti non conſiderat de rebus prout ſunt mobiles. Secundo notandum quòd philoſophiæ naturalis ſunt octo integre partes.

Prima enim conſiderat de ſingulis motibus in generali non deſcendendo ad aliquam ſpeciem motus ſpecialem, nec de aliqua iſtarum complendo ſermonem, & traditur in octo libris Phyſicorum. nam iſte eſt ſemper modus artificialis. prius in generali, poſterius in ſpeciali conſiderare, propter quod dicit Philoſophus primo Phyſi. Oportet ex vniuerſalibus in ſingularia procedere, ideſt in minus vniuerſalia. Nunc ſeptem partes conſiderant in ſpeciali de diuerſis ſpeciebus motuum, & prima earum, puta ſecunda, quæ traditur in quatuor libris de Cœlo & Mundo. conſiderat de prima ſpecie motus in ſpeciali, ſcilicet de motu locali. hæc eſt enim prima ſpecies motuum, inquantum motus ſunt teſte Philoſopho. 8. Phyſi. Tertia verò conſiderat de alijs quinque ſpeciebus motus. ſ. generatione corruptione alteratione augmentatione & diminutione, & hoc ſpecialius quàm conſideratur de eis in quinto Phyſicorum & completius; non tamen deſcendendo ad generationem corruptionem vel aliquam aliam mutationem aliquorum generum vel aliquarum ſpecierum, præterquam, quia conſiderat ſpecialiter de generatione & corruptione elementorum, & traditur in duobus libris de generatione & corruptione. Quarta pars & omnes ſequentes conſiderant de aliquibus ſpeciebus motus, ſcilicet generatione, & corruptione alteratione & augmentatione &c. ſed hoc eſt adhuc ſpecialius quàm de illis conſideratur in ſecunda vel tertia partibus prędictis. Vnde ipſa quarta pars conſiderat in ſpeciali de generatione & corruptione mixtorum imperfectorum, ſicut impræſsiones metheorologicæ, vt ventus, ros, pruina, voragines, ſalſedo maris, hiatus, & alia huiuſmodi. etiã determinat de his quæ apparent per reflexiones, aut refractiones radiorum, ſicut ſunt iris. halo. & huiuſmodi.

di. Vltimate determinat de qualitatibus secundis, sicut sunt durum, molle, congelabile, liquefactibile, digestibile, indigestibile. Et hic traduntur in quatuor libris Metheororum. Quinta pars postquam in generali in quarta parte fuerit determinatum de ipsis qualitatibus secundis incipit specialiter considerare de ipsis mineralibus, & generationibus mixtorum homogeneorum, sicut sunt sanguis, lac, aurum, argentum, & alia huiusmodi, & hanc partem non habemus ab Aris. translatam, vtrum eam fecerit vel ne ignoramus, sed loco eius fecit Albertus librum de mineralibus. Sexta pars iam in speciali considerat de perfectissima forma rerum mobilium. s. ipsa anima, & operationibus eius, prout se tenent ex parte animae, sicut videre, audire, intelligere, & considerare, & traditur in libris tribus de anima. Septima pars considerat de operationibus corporum animatorum prout ipse se tenent ex parte corporis, & ista traditur in paruis libris naturalibus. Sunt autem huiusmodi somnus, vigilia, memoria, & reminiscentia, videre, audire, etiam diu viuere, breuiter viuere, iuuenescere, senescere, crescere, augmentari, & similia.

Octaua pars considerat de generatione & corruptione diuersorum mixtorum specialiter, puta de generatione plantarum, & de generatione singularum specierum animalium, & traditur in libris de plantis & vegetabilibus, & in libris de animalibus, & in aliis huiusmodi. Ex quo patet tertio principale propositum, puta quòd scientia librorum de generatione & corruptione, habet se ad primam partem philosophiae, tanquam ei subalternatam, & considerat de quinque speciebus motus specialius & completius quàm ipsa prima pars. totaliter vero differt a secunda parte, quia nihil cõsiderat de motu locali, & differt à quinque partibus sequentibus. Nam etsi de eisdem speciebus motus considerat de quibus in sequentibus partibus consideratur, hoc tamen est in eo generalius & communius, & in sequentibus specialius, prout in secundo notabili patet.

Quantum ad secundum articulum est sciendum, quòd subiectum attributionis alicuius scientię, de quo hic agitur, debet esse prius notum in ipsa scientia, & ex consequenti debet habere generalem rationem significandi omnes res principaliter in scientia consideratas. Debet quoque easdem significare eadem rotione qua illa scientia istas res considerat, vt quamuis iste terminus ens vel vnum omnia significet, & non plura quàm ista de quibus considerat naturalis philosophia, non tamen ponitur subiectum in ea, quia non significat ea secundum rationem secundum quam sunt mobiles, & secundum eam solum considerat philosophia res naturales, prout dictum est, sed ens mobile subiectum eius ponitur, quia res significat secundum quod ipsa à naturali philosophia consideratur.

Hoc praemisso sit prima conclusio haec. generatio vel corruptio, vel quaecunque alia species motus non est subiectum huius scientiae, cum aliquod istorum debeat esse in ea prius notum, sed nullum istorum in hac scientia est primo notum. ergo conclusio vera. maior nota per conditiones subiecti. minor arguitur, quia quinque species motus considerate sunt passiones entis mobilis ad formam, modo passio in scientia nunquam est prius nota, eo quòd posterior est suo subiecto. Secunda conclusio. generabile non est subiectum huius scientiae, probatur. quia subiectum scientiae debet significare res consideratas in ista scientia ea ratione secundum quam scientia eas considerat, modo hoc non conuenit huic termino generabile in ista scientia. ergo non est subiectum in ea. maior patet per notabile positum, & minor declaratur, quia esto quòd ista scientia consideret de rebus generabilibus, considerat tamen res non solum secundum rationem secundum quam sunt generabiles, sed etiam secundum quam sunt alterabiles vel augmẽtabiles &c. nam de omnibus his quinque motibus hic consideratur, vt dictum est, nec potest ostẽdi vbi plus de eis completiue loquatur nisi hic, & ideo patet quòd iste terminus generabile non significat res secundum rationem communem, secundum quòd ab ista scientia consideratur. Modo consimili probari posset quòd corruptibile augmẽtabile diminuibile vel alterabile non est huius scientię subiectum attributionis. Tertia conclusio est & responsalis, quòd iste terminus ens mobile ad formam est subiectum attributionis huius sciẽtię, probatur. nam illud quod est in ista scientia prius notum & terminus cõmunissimus non excedens eius metas est subiectum huius scientiae, sed ens mobile ad formam est huiusmodi. ergo &c. maior est nota per conditiones subiecti, minor declaratur, quòd enim est terminus primo notus. patet. quia est subiectum omnium passionum hic consideratarum. nam generatio & corruptio & alia huiusmodi hic considerata conueniunt enti mobili ad formam tanquam subiecto, quòd autem sit terminus communissimus patet. nam de omnibus istis hic consideratis verificatur. s. generabile corruptibile alterabile &c. quodlibet enim istorum est ens mobile ad formam, vt augmentabile ad formam completam seu maiores, & diminuibile ad formam minorem, & sic de aliis, significat etiam rationem communem omnibus entibus mobilibus ad formam eque primo conuenientem tam generabilibus quàm alterabilibus, & sic de aliis. Sed quòd non excedat metas istius scientię patet. quia hic consideratur de omnibus entibus mobilibus ad formam, cum non sit aliquis alius motus ad formam nisi aliquo istorum quinque motuum, de quibus hic consideratur, vt notum est per praecedentia.

His praemissis respondetur ad rationes ante oppositum. Ad primam concedo quòd anima est subiectum inhesionis huius scientiae, & negatur consequentia qua infertur. ergo non est ens mobile ad formam.

Ad probationem conceditur quòd vno modo solum debet esse vnum subiectum scientiae vnius, sed diuersimode nihil prohibet quòd eiusdem scientiae sunt plura subiecta, vt anima est subiectum huius scientię inhesionis, & iste terminus ens mobile est subiectum eiusdem attributionis. Ad secundam negatur consequentia qua infertur, quòd sequitur quòd iste liber male diceretur liber de generatione. denominationes enim tales sunt ad placitum. Et quando dicitur quòd scientia debet à suo subiecto denominari. Respondetur quòd si communicati placet denominatio fieri potest à principaliori, quia ergo generatio est principalior passio in hac scientia considerata, ideo ipsa dicitur scientia de generatione, potest tamen dici scientia de ente mobili ad formam. Ad tertiam negetur consequentia qua infertur, quòd non distingueretur à scientia libri Metheororum. Et quando dicitur quòd de ente mobili ad formam in libro Metheororum consideratur per totum. Dicitur quòd hoc est verum, sed hic consideratur de illis generalius, & in libro Metheororum specialius. vt in primo articulo dictum est. Ad quartum negatur consequentia, qua infertur quòd iste liber deberet esse secundus liber philosophiae naturalis. Ad probationem dicitur, quòd etsi forma substantialis sit prior motu locali in esse, eo quòd est substantia, tamen in ratione motus, motus localis specialiter circularis prior est omnibus aliis motibus, cum sit aliorum causa. vt. 8. Phy. dicitur. ergo philosophia naturalis, quia non cõsiderat formam prout est res, sed prout habet attributionem ad motum vt satis habetur ex. 2. Physi. Et in ratione motus prior est localis. ideo liber considerans de entibus prout sunt localiter mobilia, debet esse primus liber philosophiae naturalis, & praecedere librum considerantem ens mobile

Tex. c. 55 57. & 58.
Tex. c. 3.

bile ad formam. Ad quintum negetur consequentia, qua infertur. ens &c. ergo non est subiectum huius scien tie: non.n. oportet subiectum verificari de omnibus in scientia consideratis. puta de passionibus, & de alijs quę minus principaliter considerantur, sicut nec ens mobile in libro Physico. verificatur de vacuo & de infinito, sed sufficit ꝙ de omnibus principaliter consideratis verifice tur, & ꝙ passiones & alia minus principaliter considera ta considerentur in ordine ad ipsum. modo generatio, & corruptio & alia huiusmodi enumerata in ratione nō considerantur hic principaliter, sed in ordine ad subie- ctum tantum. s. vt eius passiones, & ideo non est in- conueniens, ꝙ de eis non verificetur, sed sufficit ꝙ veri- ficetur de generabili & corruptibili, & alijs huiusmodi hic principaliter consideratis. Ad sextum nego ante- cedens quo dicitur ꝙ iste terminus excedit metas huius scientię. Et ad probationem conceditur quod dicitur de talibus generabilibus. dicitur etiam de illis quo ad eorum generationem hic in generali considerato, sicut de omnibus alijs generabilibus, & ideo in probatione negatur ꝙ de ipsis hic non cōsideretur quo ad ipsorum generationem, sed in libro de generatione animalium aliter considerat de eisdem, & sic non procedit ratio.

Ratio post oppositū arguit pro tertia cōclusione &c.

Antiquorum quidem. igitur &c. Tex. cōmen. 1.

Quæstio. II.

COnsequenter quæritur secundo. Vtrum aliquid posit simpliciter generari & corrumpi. Et argui- tur primo quòd non, quia nulla substantia potest generari. ergo nihil potest generari simpliciter, conse- quentia tenet, quia quod generatur simpliciter est sub- stantia. antecedens probatur, quia si aliqua substantia posset generari vel esset materia vel forma vel compo- situm, sed nullum istorū potest generari. ergo &c. con- sequentia tenet, & antecedens pro prima parte patet. à
Tex. c. 2. sufficienti diuisione, & per Philosophum. 2. de Anima.
Tex. c. 7. & 7. Metaphysi. & pro secunda parte declaratur, quia
Tex. c. 27 nec materia fit, nec forma fit per Philosophum. 7. Meta.
Tex c. 17 ergo nec compositum fit, cum totum non sit aliud ꝙ
Tex. c. 11 sue partes. primo Physicorum. ergo si neutra pars fiet,
12. & 55. nec totum compositum dicetur fieri. ergo &c. Secun
Tex. c. 26 do si aliquid generaretur simpliciter maxime esset for- ma, sed ipsa non generatur simpliciter. ergo &c. conse- quentia nota est, & antecedens pro prima parte patet. quia forma est terminus generationis & finis primo hu ius, & primo Physicorum. pro secunda parte declara- tur. nam si forma generatur, hoc est ex nihilo, ergo non generatur. consequentia tenet, quia nihil ex nihilo fit. an tecedens patet. quia forma non fit ex aliquo sui, cum ni hil eius præfuerit, nec fit ex materia, cum materia non
Tex. c. 80 fiat forma, nec pars eius. ergo pure fit ex nihilo. Con
Tex. c. 42 firmatur sic. Forma non generatur ex materia. ergo ex nihilo fit, si fit. consequentia tenet. antecedens similiter, quia materia & forma sunt principia. primo Physi. mo do principia non fiunt ex alterutro. vt ibidem patet.

Tertio si sic. sequeretur ꝙ aliquid posset generari ex simpliciter non ente. consequens est falsum. vt prius, & probatur antecedens, quia sicut se habet generatio se- cundum quid ad non ens secundum quid, ita se habet generatio simpliciter ad non ens simpliciter, sed ita se ha bet generatio secundum quid, ꝙ fit ex non ente secun- dum quid, vt generatio albi ex non albo. igitur ita se ha bebit generatio simpliciter, ꝙ fiet ex non ente simplici- ter, quod fuit probandum. consequētia est clara, & ma- ior patet ex conuenienti similitudine. minor est ante de- clarata. Quarto sic. Nihil quod est potest generari, omne ens est quod est. ergo nullum ens potest generari, discursus est in celarent. maior est nota de se, & minor similiter. Quinto. nullius accidentis est generatio sim pliciter. omne quod generatur in materia est accidens. ergo nullius quod generatur in materia est generatio simpliciter. maior patet per Philosophum. primo huius. Tex. minor patet. quia omne quod generatur in materia ad- est & abest ei præter subiecti corruptionē. ergo est eius accidens, quod fuit probandum, & tenet consequentia per diffinitionē accidentis positam à Porphyrio. Sex- to. corruptio non est possibilis. ergo nec generatio. con- sequentia tenet, & antecedens similiter, quia si esset pos- sibilis vel esset naturalis, & hoc non, quia nulla corru- ptio est naturalis, cum omne ens diligat se permanere, nec potest dici ꝙ violēta, quia cum nullum violentum sit perpetuum. vt dicitur secundo Cęli. tandem deficiet Te corruptio. ergo cum generatio simpliciter non posit & esse sine corruptione. vt dicitur capitulo tertio huius pri Te mi. sequitur ꝙ tandem deficiet generatio quod est pro positū. Septimo arguitur sic. Non est nobis euidens aliquid generari simpliciter. ergo non est concedēdum, consequentia tenet ex eo ꝙ nobis dubium non est à no bis concedendum. antecedens declaratur, quia aliquid generari non potest nobis esse euidens nisi per experien tiam, puta ꝙ. a. generatur, quia. a. nunc percipitur, & an te non percipiebatur, modo ista consequentia non va- let. a. non percipiebatur ante. ergo. a. non fuit ante. po- tuit enim. a. ante esse, licet non apparuerit, ideo dubium est vnicuiꝗ an viso. a. deus ipsum ante conseruauerit, sic ꝙ ipsum ante non potuerit apparere. ergo &c.

In oppositum est Philosophus in isto primo. Te

In ista quæstione primo præmittenda est vna opinio de quęsito & reprobanda. Secundo respondendum est ad quæsitum. Tertio videndum est de illo, quod tangi- tur in vltimo argumento. s. vtrum sit possibile nobis esse euidens aliquid simpliciter generari.

Quantum ad primum articulum est notandum pri- mo. quòd diuersi modi dicendi erant apud antiquos de ipsa generatione simpliciter. Aliqui enim posuerunt Te solum vnam esse materiam, & illam dixerūt esse totam substantiam rerum, & negauerunt omnem generatio- nem simplicem, & solum posuerunt alterationem, nec dixerunt vnquam aliquam substantiam generari de no uo, cum semper maneret eadem materia sine generatio ne sui & corruptione, quam dixerunt esse vnam sub- stantiam, sed bene concesserunt vnam partem materiæ, aliquando fieri hominem aliquando asinum, non pro- pter alicuius substantiæ generationem nouam, sed pro- pter aliam materiæ situationem & figurationem in par te illa, in qua nunc homo vel asinus apparet, vnde hanc negassent, homo generatur, sed hanc concessissent ali- quid generatur homo. sicut quando sor. fit pater. hanc negamus, pater generatur, sed bene concedimus hanc, aliquid generatur pater. Item dixissent quòd homo bene erit asinus, & ꝙ homo & asinus non differunt spe cie, & sic de multis similibus, & de hac opinione videt Te fuisse Parmenides & Melissus. Alij autem posuerunt & multa principia materialia rerum, & isti fuerunt diuersi. Quidam dixerunt ea esse quatuor elementa vt Empe- docles. Quidam corpora Athomalia indiuisibilia vt Leucippus & Democritus. Quidā res homogeneas, & alia huiusmodi. vt carnem & ossa, vt Anaxagoras. Qui dam vero puncta. vt Philosophus imponit Platoni, & in hoc omnes conueniebant ꝙ cōgregatione istorū fie- ret generatio, & segregatione corruptio, & transpositio ne partium alteratio. vnde Anaxagoras differebat ab alijs, quia dixit ꝙ congregatione partium eiusdem ra tionis fieret generatio, & segregatione partium ethero genearum, & per oppositum corruptio fieret congrega tione etherogenearum intra se homogeneas conculcan tium, & segregatione homogenearum. Secundo no tandum est. ꝙ ex istis opinionibus pullulauit vna opi nio valde

nio valde fimosa volens ꝙ nihil generaretur simpliciter & supponit fundamentum ꝙ nihil fit ex nihilo, cuius causa, quia non entis videtur esse distātia infinita ad ens, & ideo nulla potentia sufficeret ad aliquid producendū ex nihilo, & etiā patet in processu Arist. in primo phy. Tex.c.33 & 75. Secundo supponitur ꝙ simplex generatio non fit cō gregatione partium præexistentium. Ex his inferunt conclusionem ꝙ nihil generatur simpliciter. probatur ab eis. si aliquid generatur simpliciter ipsum fit ex aliquo præexistente. per primam suppositionem. vel ergo subiecto ex quo fit generatio additur aliquid quod non fuit ante, & si sic. tunc illud generatur ex nihilo, cū nihil eius fuerit ante, vel additur ei aliquid quod ante fuit, & si sic. non est vera generatio, cum congregatio, partium prius existentium, non arguat veram generationem, per secundam suppositionem. Secundo arguunt illi sic. non arguimus aliquid generari simpliciter nisi per nouam accidentium, apparitionem. modo consequentia non valet. hic est mutatio in accidentibus ergo est mutatio in substantijs. Tertio sic quia sicut se habet ars ad artificialia, ita natura ad naturalia, sed ars transmutat suam materiā sine generatione noue substātiæ simpliciter ergo etiam natura transmutabit suam naturam sine generatione simpliciter vel noue substantiæ, quod est propositum, & consequenter dicebant ꝙ omnis transmutatio est alteratio congregatio vel segregatio vel motus localis. Secundo ꝙ nihil incipit esse simpliciter, sed bene incipit esse tale vel tantum. Tertio ꝙ omne quod est, est materia aut forma aut compositum ex his. Quarto ꝙ materia est tota substantia rerum inanimatarum. Quinto ꝙ omnia inanimata sunt eiusdem speciei. Hæ igitur sunt opi. contrariæ Arist. quæ non possunt demonstratiue improbari, & cætera. Contra quarum primam arguitur sic. Si solum sit vna materia. vt isti dicunt, sequitur ꝙ sicut aqua est caliditatis seu calidi corruptiua, ita etiam ignis. consequens est manifeste falsum, & probatur sequētia, quia ignis, & aqua sunt eiusdem speciei totaliter & essentialiter, & ex consequenti qualitatiua dispositio seu esse quale cōueniens vni non repugnabit alteri, & disconueniens vni seu repugnans repugnabit alteri. antecedens patet, quia aqua calefecta remoto calefaciente reducit se ad frigiditatem, corrumpendo omne calidum. Nec valet si diceretur, ꝙ propter aliam figuram, seu sitū respectu figure aque & ignis aqua caliditatem corrumpit, & ignis non. nam figura aque & ignis in spheris suis est eadē, quia vtrūq; ipsorum est sphæricum, cum sint corpora simplicia fluida, quæ scilicet volunt secundum quamlibet, partem superficialem sui equaliter distare à centro. De situ vero capiamus aquam, & ignem successiue in eodem loco apud nos facta, videbitur ꝙ licet in eodem situ sit ignis in quo fuit aqua, nihilominus caliditatem conseruabit ignis quam aqua corrumpet. Et eadem ratio est contra omnes alias opiniones, sed specialiter contra Anaxagoram ponētem quodlibet quod ex aliquo generatur, fuisse ante in illo per minutas partes diuisum, sic ꝙ propter particularum paruitatem ante non poterat apparere. arguitur, quia nō videtur quomodo ipse saluare posset ꝙ tantus ignis quantus ex modicis generaretur straminibus vel lignis fuisset in ipsis absconsus, cum absconsum in aliquo semper sit minus illo in quo absconditur sicut contentum, continente, tn̄ ignis genitus ex ipsis straminibus multo est maior. Et hę psuasiones sufficiāt. nam ex talibus radicibus nō videtur melius contra eos posse argui donec videatur aliquis defendens aliquam, opinionum prędictarum, & tunc ex dictis suis contra eum arguatur.

His præmissis respondeatur ad motiua opinionis vltimate recitate admittendo omnes suppositiones suas, & negando consequentiam quam inferunt. Ad primam probationem dicitur ꝙ illud quod generatur simpliciter fit ex aliquo præsupposito, & conceditur ꝙ illi subiecto additur noua forma substantialis cuius nihil erat, & negatur consequentia. Ipsius formæ nihil fuit ante. igitur generatur ex nihilo. nam generatur ex subiecto præsupposito. non. n. dicitur aliquid generari ex nihilo, cuius subiecto in generando introducitur aliquid cuius nulla pars fuit ante, nec ex eo ꝙ non generatur ex aliquo sui, sed ex alia causa, scilicet quia generatur, sine subiecto præsupposito, de cuius potentia ipsa forma educitur. Ad secundam concedimus, quòd arguimus substantiā vltimate generari ex permutatione accidentiū & ipsorum generatione. Et quando dicitur ꝙ non valet consequentia hic. est mutatio in accidentibus. ergo in substantia, dicitur ꝙ immo ista consequentia valet bene in accidentibus proprijs. vt si hoc est risibile, & ante non fuit. bene sequitur ꝙ est generata substantia, naturaliter loquendo. Ad tertiam dicitur, licet in quibusdam sit similitudo de artificialibus & naturalibus, tamen quo ad productionem effectus talis vel talis non valet similitudo, quia ars non valet nouam, substantia in propria virtute generare vel producere, cum formæ rerum artificialium sint accidentia, vt dicit Cōmen. 2. phys. Natura autem potest, & causa dissimilitudinis est, quia ars inquantum, talis non potest nisi qualitatiue disponere. Natura autem per dispositiones qualitatiuas producet nouas substantias, & si ars quandoque producet nouam substantiam, sicut forte dicerent alchimiste, tamen hoc non est virtute artis principaliter, sed naturæ cooperantis. Hæc de primo articulo. Com.7. & 9.

Quantum ad secundum articulum est notandum, ꝙ duplex est generatio, quædam simpliciter dicta sine additione, & ista est proprie generatio substantiæ, alia est generatio secundum quid, & est generatio accidentis, scilicet generatio talis vel tanti vel alicuius huiusmodi, nouem prædicamentorum accidentium, & est secundum Arist. cap. tertio huius primi talis differentia inter has quia generatio qua de aliquo verificatur iste terminus ens sine addito de quo ante non verificabatur vocatur generatio simpliciter, vt cum asinus producitur dicimus ꝙ iste asinus est ens, & iste idem asinus ante nō fuit ens. per oppositum corruptio simpliciter, vt cum iste asinus non est ens & fuit, ens dicitur corruptus simpliciter. Sed generatio secundum quod dicitur generatio qua iste terminus ens, cum addito aliquo de aliquo termino accidentali verificatur, cum quo addito ante de eodem non verificabatur. vt si sortes fiet albus ipse generabitur secundum quid. dicimus enim sortes non est ens album, & ante hoc non fuit ens album, & iste sint descriptiones logicales date per verificari de aliquo subiecto de quo potest prædicari. Secundo notandū ꝙ realiter generatio potest sic describi est mutatio facta in subiecto naturaliter, per alterationem, qua de potentia subiecti immediate incipit esse nouam substantia, & dicitur notanter mutatio naturalis in subiecto ad differentiam creationis, dicitur etiam immediate, quia per alterationem incipit esse noua substantia, cum alterationis finis fit substantia, sed non immediate, quia substantia, non est terminus proprius & immediatus alterationis, immo qualitas. Opposito modo describitur corruptio. Corruptio est mutatio facta naturaliter in subiecto per alterationem qua in potentia subiecti desinit esse subiecta immediate, quæ ante in ipso fuit. Generatio secundum quid vocatur mutatio facta in subiecto qua incipit esse solum, aliquod ens tale aut tantum vel aliquod huiusmodi de. 10. prædicamentis accidentium vt albū aut nigrum. Tertio est notandum circa modum imaginandi Arist. de generatione simpliciter dicta qui probabilior est ceteris, quia rationes tales quales habēt aliæ

opiniones

opiniones contra se non habet & melius saluauit apparentias eorum, & est iste quòd subiectum generationis
Tex.c.96 est ens in pura potentia. patet primo physi. & 7. meta-
Tex.c.8 phy. de cuius potentia per alterationem præuiam generatur, noua forma substantialis, & ista est res principalior q̃ materia quia ipsa dat esse in actu secundū istum modum, & ab ea capitur nomen & diffinitio. materia autem solum dat esse in potentia, nec ab ea capitur dif-
Tex.c.11 finitio. patet istud secundo physi.cap. secundo vt gene
& 12. rata forma asini in in materia dicimus. hoc est asinus actu cum autem ipse non esi dicimus quòd solum est asinus, potentia. Et siquis diceret contra discriptionem generationis simpliciter quòd sequeretur albedinis generationem esse generationem simpliciter probatur consequentia. quia generata albedine dicimus. hæc albedo est ens, & ante non fuit ens. Respondetur quòd naturaliter, & secundum Philosophum accidentia non sunt entia. vnde quando dicimus est ens sine addito intelligimus quòd sit substantia, cum ens sit analogum ad sub-
Tex.c.2 stantiam & accidens quarto meta.cap. 1. Et tale per se positum stat pro famosiori suo significato, & ideo respondetur faciliter quòd generata albedine adhuc hæc non est vera. albedo est ens. capiendo ens nominaliter, sed bene est ens inherens, seu ens alterius, sed dices ergo est ens. conceditur consequentia, capiendo ens participaliter, sed nominaliter capiendo non valet. vnde albedo bene est existens, sed nō est ens nominaliter, quia non est substantia. Item siquis quæreret de generatione hominis. vtrum iuxta diffinitionem generationis positam deberet dici simpliciter generatio. Respondetur quòd credendum est supposito quòd in homine nō sit nisi vna forma substantialis, scilicet anima intellectiua quæ creatur, quod non propriissime homo generatur, potest tamen largo modo dici generatio, quia per, congregationem anime create in corpore disposito incipit esse, cum ante non fuit.

His præmissis sit prima conclusio hic possibile est aliquid generari simpliciter, vel in sensu diuiso aliquid potest generari simpliciter. probatur sic. Possibile est ꝙ iste termin⁹ ens sine addito in aliqua genaratione de aliquo incipiat verificari, de quo ante nō verificabatur. ergo possibile est aliquid simpliciter generari. consequētia tenet ex primo notabili, & antecedens patet, quia positis straminibus ad ignem dicimus de igne qui producitur quòd est ens, & ꝙ ante non fuit ens. Secundo possibile est quòd fiat mutatio in subiecto per quam de potentia subiecti immediate incipiat aliquid esse noua substantia. ergo & cetera: consequentia patet. ex secundo notabili. antecedens patet in casu primæ probationis.

Secunda conclusio. Possibile est aliquid corrumpi simpliciter, vel diuisim. probatur per descriptionem, corruptionis simpliciter. Tertia conclusio. Possibile est aliquid generari, vel corrumpi secundum quid patet quia aliquid fit frequenter ens calidum quod ante non fuit ens calidum, & similiter aliquid desinit esse ens frigidum quod ante fuit ens frigidum. ergo aliquid generatur secundum quid vel etiam corrumpitur secundum, quid. consequentia patet per descriptionem, & antecedens est notum per se. Et hæc de secundo articulo.

Quantum ad tertiam sciendum quòd duplex est euidentia, quædam summa, quædam naturalis. Summa vocatur euidentia qua habita de aliqua propositione, & habens eam credendo illam non potest decipi, & tali euidentia scit quisq; se esse & principia communia, & sic de aliis. Naturalis vero dicitur quæ habetur ex experientiis & coniecturationibus sensibilibus fortioribus ad vnam partem contradictionis q̃ ad aliam. Prima euidentia nescio rem quam video esse, quia dubito an sit creator an creatura. Secunda euidentia bene scio eam esse, & nescio quid ipsa est.

Hac distinctione præmissa sit prima conclusio. Non est nobis euidens euidentia summa aliquid generari vel corrumpi. patet ratione facta ante oppositū, quia experientia qua hoc arguimus non est nobis euidens tali euidentia. Secunda conclusio. Ex nobis euidens euidentia naturali aliquid generari aut corrumpi. probatur, quia experientiæ naturales fortius cogunt aliquid generari simpliciter q̃ suum oppositum. consequentia tenet per descriptionem secunde distinctionis. antecedens patet per secundum articulum. Tertia conclusio. A naturali philosopho simpliciter est concedendum aliquid simpliciter generari. probatur, quia est euidens euidentia naturali, & talis sufficit ad philosophum naturalem, quia maiorem inquirens ineptus esset ad philosophandum. Secundo meta. ergo, & cetera consequentia tenet Tex.
& antecedens patet per præcedentem conclusionem.

Correlarie sequitur ꝙ licet certum sit secūdo modo aliquid generari vel corrumpi, tñ communiter incertū est de hora. patet. nam certum est quòd non possumus scire primam horam vite asini, aut primam horam mortis, cum bene posset asinus viuere, licet nullo modo in eo perciperetur motus. Secundo sequitur ꝙ trāsmutatio substantialis communiter percipitur nō solum ex vno motu seu vnico accidente, sed ex multis mutationibus seu accidentibus. Manifestum est correlarium, quia nisi esset propriissime proprium, vnum non sufficeret ad concedendum, transmutationem substantialem.

Tertio sequitur ꝙ aliqua sunt de quibus est dubium an mutata sunt an non substantialiter, sicut de vino & aceto dubium est an non substantialiter differunt specie vel non. Et hæc de tertio articulo.

Ad rationes principales. Ad primam negatur antecedens ꝙ nulla substantia potest generari. Ad probationē dicitur ꝙ tam materia q̃ forma, etiam compositū diuersimode generatur. Materia. n. generatur subiectiue, quia fit subiectum noue formæ. vnde Commenta. Cōm
primo physi. Materia est quæ in rei veritate generatur. Forma autem generatur terminatiue. est. n. terminus generationis. primo huius. cap. de actione. Compositum Tex.
vero generatur completiue seu totalitatiue. includit. n. totalem factionem formæ & materiæ tanq̃ suas partes.

Ad Philosophum 7. Meta. dicentem, ꝙ materia non Tex.
fit & cætera dicitur quòd materia nō fit totalitatiue seu factionem totali omnium quæ fiunt, sic. s. ꝙ omnia quę fiunt in generatione includat tanq̃ suas partes, quia formam non includit. Eodem modo dicatur de forma, quia materiam nō includit, sed sic fit compositum prout ipse dicit ibidinem, cum tam materia quam forma sit eius pars. Ad secundam conceditur maior & negatur minor, quòd forma non generatur simpliciter.

Ad probationem negatur quòd forma si fieret, fieret ex nihilo, conceditur tñ quòd non fit ex aliquo sui, licet fit ex materia tanquam ex subiecto, sicut dictum est in solutione primæ rationis opinionis fundate in primo articulo, & qñ dicitur quòd materia non fit forma hoc conceditur, &c. & etiam conceditur quòd materia non sit pars formæ, & negatur consequentia. ergo forma fit ex nihilo. Vnde forma dicitur fieri ex materia, non quia materia sit aliquid formaliter formæ, sed materia est subiectū ex quo per dispositiones, qualitatiuas forma producitur virtute causæ efficientis, & sic forma non fit ex nihilo. Ad confirmationem negatur, ꝙ forma non fit ex materia. Et ad probationem conceditur ꝙ materia & forma sunt principia, & dicitur ꝙ talia bene fiunt ex alterutris prout ly ex. denotat circunstantiam causæ materialis, sed non fiunt ex alterutris, put ly ex. denotat circunstātiam partis, & sic intelligitur propositio Arist. 1. Physi. s. ꝙ principia non fiunt ex alterutris sic ꝙ vnum componatur ex alio tanq̃ ex sui parte, Tex.
sed sic fit ex eis cōpositum seu principiatum. Ad tertium

tium dicitur ꝙ aliquid posse generari ex simpliciter nō ente potest dupliciter intelligi. Primo modo ꝙ ly non, neget hunc terminum ens pro entibus in actu tantum, & sic concedatur consequens & totum argumentum. nam generatio fit ex materia quæ est simpliciter nō ens in actu, cum sit in pura potentia, aliter potest ly non. negare ens pro entibus in actu & in potentia, & sic negatur consequentia. Et ad probationem negatur similitudo. s. ꝙ sicut se habet generatio secundum quid ad non ens secundum quid, ꝙ ita se habeat generatio simpliciter ad non ens simpliciter. Nam licet generatio secundum quid fiat ex non ente secundum quid, tamen generatio simplex non fit ex non ente simpliciter, sic ꝙ non fiat nec ex ente in actu, nec ex ente in potentia. verum est tamen ꝙ non fit ex ente in actu, sed ex ente in potentia. vt dictum est. Sed diceres tu nunquid materia ex qua fit generatio actu est. ergo ista generatio fit ex actu ente, & non solum ex ente in potentia, sicut tu dicis.

Respondetur ꝙ generatio bene fit ex ente actu actualitate præsentialitatis, quia fit ex ente quod actu præsentialiter existit, sed quādo Phylosophus & alij dicunt ꝙ non fit ex ente in actu, loquuntur de ente in actu actualitate formaliter. i. non fit ex composito ex materia, & forma, aut ex ipsamet forma. & ex tali ente in actu non fit generatio, quia materia ex qua fit, nec est compositum nec forma. Ad quartam conceditur maior, & minor, & negatur discursus, & dicitur quòd non est in celarent, eo quòd ly ens. in maiori ampliatur ad supponendum pro his quæ possunt esse, & in minori solum supponit pro his quæ sunt, & sic arguitur à minus amplo ad magis amplum cum distributione. Vnde debet concludi. ergo nihil quod est potest generari, quod nō est mihi inconueniens, quia cum hoc bene stat, ꝙ adhuc aliquid bene potest generari, &c. Ad quintam conceditur maior & negatur minor. s. quòd omne qđ generatur in materia est accidens. Et ad probationem, conceditur quod omne quod generatur in materia adest & abest materiæ præter eius corruptionem loquendo de adesse realiter, & non sequitur. ergo est accidens propter duo primo, quia illa diffinitio Porphyrij datur de terminis prædicabilibus, & capitur ibi adesse & abesse logicaliter, & ideo ratio non procedit. Et ex alio deberet dici præter subiecti corruptionem si diffinitionem de rebus debemus exponere, & nō præter materiæ corruptionem. modo hoc est falsum, forma enim substantialis non abest materię præter subiecti corruptionem, immo corrumpitur compositum quando forma abest & sic corrumpitur subiectum prout notum est. Ad sextam dicitur ꝙ corruptionē esse naturalem pōt intelligi dupliciter. Vnomodo in ordine ad suas causas efficientes, scilicet deum, cœlum, & particulare agens. Alio modo in ordine ad subiectum, & hoc dupliciter. Vno modo ꝙ de per se ipsum eā appetat. Alio modo quòd ad eam inclinatur per modū sequelæ seu de per accidens.

Per hoc respondetur ad rationem negando, quòd corruptio non est possibilis. Ad probationem dico ꝙ corruptio est naturalis in ordine ad suas causas agentes, quia illa per eam conseruanti generabilia in debito numero multitudine, & proportione, quia si solum ignis generaretur & non corrumperetur tandem superabundaret eius quantitas & suffocaret alia. Eodem modo dicatur de alijs. Secundo dicatur ꝙ licet non sit de per se naturalis materiæ in ordine ad formam quam amittit, & appetit appetitu complacentiæ, est tamen ei naturalis de per accidens, & per modum sequele inquantum per eam attingit formam quam appetit appetitu desiderij, puta formam quæ generatur, & huiusmodi naturalitas sufficit ad hoc quòd perpetuo duret corruptio, quia nō est pure violenta. Tertio dicitur quòd corruptio est violenta in ordine ad id quod corrumpitur, quia hoc appetit se permanere, & etiam in ordine ad ipsum non est perpetua. nam sua corruptione facta corruptio in ordine ad ipsum cessat, & sic patet quomodo corruptio est naturalis, & quomodo violenta. patet etiam quomodo inquantum est naturalis est perpetua, & inquātum violenta non. Ad aliam patet quid sit dicendum per dicta in tertio articulo. Ratio post oppositum est pro duabus conclusionibus secundi articuli. Et sic patet qō.

Necesse est autem & his alterationem esse, & cetera. Textu commenti. 1. Quæstio. III.

QVæritur tertio. Vtrum generatio sit alteratio. Et arguitur quòd sit, quia omnis motus quo aliquid aliter se habet quam prius se habuerit est alteratio, generatio est motus quo aliquid se habet aliter quàm prius se habuerit. ergo generatio est alteratio. maior patet per quid nominis alterationis patet etiā minor, quia in generatio materia se habet aliter q̄ prius se habeuerit. Secundo si solum esset vnum principiū materiale generationis entium, tunc generatio esset alteratio, sed solum est vnum principium materiale generationis. ergo generatio est alteratio, discursus bonus, & maior patet per Philosophum. Primo cap. huius dicentem quòd antiqui solum ponentes vnum, principium materiale generationis & alterationis, nōn poterant saluare generationem esse distinctā ab alteratione, minor Tex.c.1 patet primo physi. cap. 5. Tertio sic. Alteratio est generatio. ergo generatio est alteratio. consequentia tenet Tex.c.66 per conuersionem simplicem, & antecedens patet omnis motus ad substantiam est generatio. alteratio est motus ad substantiam. ergo alteratio est generatio. Maior patet ex tertio physicorum, quia generatio est motus ad substantiam, & minor patet per Philosophum primo huius, quia generatio substantialis est finis alterationis. Tex.c.4.5 Quarto sic. Omnis motus successiuus, qui nō est ad quantitatem nec ad vbi est alteratio, sed generatio est huiusmodi. ergo & cetera maior est Philosophi Tex.c.55 5. physi. vbi vult quod quilibet motus est vel ad quantitatem vel ad vbi, vel ad qualitatem quam vocat alterationem. Minor patet 3. physi. quo ad primam partē, Tex.c.9 & 18 sed quòd non sit ad quantitatem, vel ad vbi notum est de se. Quinto sic. Motus ad grauitatem vel leuitem Cōm.6 est generatio & est alteratio. ergo, &c. consequentia tenet, & antecedens pro prima parte est Commenta. tertio cœli dicentis, quòd grauitas, & leuitas sunt formæ Cōm.66 & 4.c.2 substantiales elementorum. Minor patet quia motus est de essentia termini ad quem. modo per alterationem aliquid fit grauius vel leuius qualitatiue vel alteratiue. ergo motus alterationis est motus ad grauitatem vel leuitatem. Sexto. Albedinis & nigredinis est generatio, alteratio. ergo, &c. Septimo. Omnis motus ad qualitatem est alteratio, generatio est motus ad qualitatem. ergo generatio est alteratio. Maior patet ex 5. physi. & Tex.c.18 minor etiam patet, quia generatio est motus ad formā substantialem diuisibilem, modo omnis talis est qualitas. probo. quia omnis talis est paritas. est enim binarius duarum medietatum, modo omnis paritas est qualitas, cum paritas sit de quarta specie qualitatis.

In oppositum est philosophus in isto primo capitu. Tex.c.1
In ista questione erunt tres articuli. In primo videbitur de quæsito. In secundo de differentia alterationis, & vsque ad Tex.c.11 generationis. Et in tertio de quadam dubitatione, puta an aliqua species posit in aliam transmutari, &c.

Quantum ad primum est notandum quòd duplex est generatio, scilicet generatio simpliciter, & secundū quod dicta, patuit quid sit vtrunq; ex præcedēti quæstione. Secundo est notandum, quòd generatio aliquando accipitur pro dispositione præuia, disponente materiam ad introductionem formę substantialis, & sic non

non differt ab alteratione, sicut patet per Commenta. aliquando autem pro introductione formæ substantialis, & sic dicitur generatio simpliciter. Tertio est notandum, quod licet generatio secundum quid dicatur de alteratione, sicut postea dicetur, tamen magna est differentia inter generationem secũdum quid, & alterationem. Vna est rationis, quia generatio secundum quid connotat simplicem productionem secundum aliquod prædicamentum aliud à prædicamento substantiæ, vt productionem albedinis aut consimilis, sed alteratio, connotat quòd sit de qualitate contraria in qualitatem contrariam aut mediam, saltem si stricte accipiatur. Secunda & alia communitatis. nam omnis productio secundum aliquod nouem prędicamentorum accidentis dicitur generatio secundum quid, sed solum generatio secundum quid quæ est secundum qualitatem dicitur alteratio. Quarto est notandum, quòd alteratio accipitur large, stricte & strictissime. Large dicitur mutatio in qualitate propter quam de primis substantijs variatur prædicatio terminorum pr̃to qualitatis vt illuminatio isto modo dicitur alteratio, & dicitur notanter propter quam de primis substantijs. nam secundum veritatem omnis mutatio quæ est ad formam diuisibilem est ad qualitatem, quia est ad paritatem, non tamen quæuis talis est alteratio, quia non mutant prædicationem denominatiue de primis substantijs secũdum terminos de prædicamento qualitatis. Stricte dicitur mutatio inter qualitates contrarias aut medias, & sic accipitur à Philosopho cap. quarto huius primi. vt dealbatio. Stri-
Tex.c.24 ctissime dicitur, mutatio inter qualitates contrarias aut medias actiuas, & passiuas adinuicem, vt calefactio.

His præmissis sit prima conclusio hæc. Generatio secundum quid, est alteratio. probatur sic Generatio albedinis est alteratio, sicut arguit sexta ratio ante oppositum. Secunda conclusio. Geneneratio simpliciter dicta non est alteratio, probatur sic. Omnis mutatio qua incipit esse ens simpliciter non est alteratio, in generatione incipit esse ens simpliciter dictũ. ergo nulla generatio simplex est alteratio. maior patet, quia in alteratione nõ incipit esse nisi qualitas aut ens quale, quod non est ens simpliciter dictum. minor patet per diffinitionẽ generationis simpliciter dictã positam in præcedẽti quęstione.

Confirmatur. Generatio non est mutatio ad qualitatem propter quam de primis substantijs mutantur termini de prædicamento qualitatis. ergo non est alteratio. cõsequentia tenet per quartũ notabile, quia in pura generatione inquantum huiusmodi nunquam de aliquo mutarentur termini de prædicamento qualitatis sed potius de prædicamento substantiæ. Hæc de primo articulo.

Quantum ad secundum articulum sit primo notandum quòd prima differentia est inter generationem, & alerationem, quia generatio est in subiecto in pura potentia & attribuitur rei quæ fit & ante non fuit. Vnde dicimus ignem qui fit & ante nõ fuit generari. alteratio autem attribuitur enti in actu quod idem manet sub
Cõm.4 vtroque termino mutationis, & sic dicimus aquam aut
Tex.c.69 hominem alterari. vt patet per Commenta. secundo de
Tex.c.24 anima, & per Philosophum. Primo physi. & primo huius. Intelligendum tamen quod nolo dicere quod alteratio veraciter sit in toto composito subiectiue, immo est in sola materia prima multotiens, sicut postea dicitur sed attributiue est in composito. Cum vulgares denominent compositum alterari & non materiam primã.

Secunda differentia est quod terminus generationis est ens simpliciter vt substantia, & hoc aliquid in actu alterationis vero terminus est qualitas & ens quale & accidens. Tertia differentia sequitur ex prima, quia subiectum alterationis saltem attribuitiue dicitur alterari, subiectum vero generationis nõ dicitur generari, & causa est, quia vulgares materiam primam quæ est veræ subiectum generationis, non percipiunt, & ideo sibi generari non attribuunt, & per oppositum, totum compositum sensu percipiunt, ideo ipsum dicunt alteratione mutari. Quarta est sequens ex secunda. quia q̃d per generationem acquiritur principalius est quàm eius subiectum, alteratione vero quod acquiritur est minus principale suo subiecto cum accidens sit minus dignũ substantia. Quinta est, quia in generatione nunquã est successio secundum intensionẽ & remissionem gradualem, in alteratione vero est successio vt in pluribus secundum intensionem gradualem, & causa est, quia substantia non sucipit magis & minus sicut qualitas.

Sexta est, quòd non est possibile aliquam rem totalem generari in aliquo toto tempore, & in qualibet eius parte sed alterari bene Vnde ignis datus bene in qualibet parte temporis dati potest alterari, sed generatus in prima medietate temporis nequaquam in secunda medietate temporis potest generari. Septima est q̃d oẽm generationẽ præcedit immediate aliqua alteratio disponens subiectum ipsum ad generationem, nõ aũt omnẽ alterationem immediate in subiecto præcedit aliqua alteratio, immo nec generatio vt notum est. Octaua est, quod semper ad vnius formæ generationem sequitur alterius formæ corruptio, cum materia non potest simul habere plures formas substantiales, non autem est sic in alteratione. Nã bene producitur qualitas in alteratione, licet qualitas contraria in multis non corrumpatur in eodem subiecto. Hæc de secundo articulo.

Quantum ad tertium articulum dubitatur an indiuiduum vnius speciei sine ipsius corruptione possit in aliam transmutari speciem substantialiter. Et arguitur primo quòd sic, quia per incantationes homines sine corruptione sui trãsmutantur in porcos, vel caro humana vt nasus hominis in racemos. ergo, &c. Consequentia tenet, & antecedens patet, quia dicitur de multis. qui sciuerunt homines in porcos transmutare. Similiter per perspectiuam & radiorum solariũ reflexionem dicitur quòd multi fuerunt homines tangentes nasum proprium manu credentes se tangere racemum, & q̃d hoc sit sine corruptione patet, quia nunquã si esset corruptio talia econtra in priorem speciem transmutarentur, cuius contrarium experimur. Secundo aqua infusa in vino transmutatur in vinum sine corruptione sui. ergo, &c. consequentia est nota. antecedens patet per gustantes. quia dicunt se solum vinum gustare quod sit sine corruptione aque. patet, quia si succus menthe ponatur in vinum extraheretur iterum aqua ex vino quod non posset esse si aqua corrupta fuisset. Tertio vinum sine corruptione sui transmutatur in acetum. ergo, &c. consequentia tenet, quia vinum & acetum videntur diuersarum specierum, quòd transmutatur est notum, & quòd sine corruptione sui patet, quia visum est quòd acetũ iterum transmutatur in vinum, q̃d non esset si vinum esset corruptum. Quarto alchimiste transmutant argentum vinum in aurum sine corruptione sui. ergo. Consequentia tenet. & antecedens pro prima parte patet per eos, & pro secunda similiter, quia aurum productum tali modo econtra redit in naturam suam. s. argenti viui, quod non esset si argentum viuum fuisse corruptum.

In oppositum est quòd dictum est in quæstione.

Pro hac dubitatione primo est notandum, quòd põt in substantijs duplex reperiri transmutatio, vna vera, & alia apparens & non vera. Vera est quando realiter indiuiduum de vna specie transmutatur in aliam. Sed non vera est quando per accidentium mutationem indiuiduum apparet transisse in aliam speciem, non tamen intrauit sicut si argentum viuum manens ipsum, apparet rubeum solidum & firmum, sicut aurum iam apparenter

renter diceretur mutatum in aurum mutatione non vera, tamen adhuc esset argentum viuum in veritate, nec ex hoc debet aliquis mirari, quia nos non iudicamus de substantijs nisi per accidentia apparentia, & ideo si ista intantum transmutarentur quòd nos nesciamus distinguere credimus veram transmutationem fore factam, licet non sit facta. Secundo est notandum quòd mutatio vera in substãtia ex triplex scilicet creatio transubstantio & generatio vel corruptio. De prima exemplum sicut anima intellectiua creatur. De secunda sicut panis in corpus christi mutatur, idem dicitur transubstantiari. De istis duabus eo quòd sunt mutationes immanifeste, & supernaturales nihil ad præsens, sed solum de generatione, &c.

His præmissis sit prima conclusio hæc. Indiuiduum vnius speciei non potest sine eius corruptione substãtialiter transmutari in aliam speciem mutatione vera patet, quia dato ꝙ sic, sequitur ꝙ idem indiuiduum in genere substantiæ esset diuersarum specierum, vt homo & cadauer, quod non est possibile, eo quòd materia simul non recipit diuersas formas substantiales, & tenet consequentia, quia si indiuiduum trãsiens ad aliam speciem nõ corrumpitur, sed manet quod fuit, & cum hoc sit adhuc noue speciei, sequitur quòd in termino motus sit diuersarum specierum. Secunda conclusio. Mutatione solum apparenti & non vera, bene potest indiuiduũ vnius speciei substantialiter sine eius corruptione in aliã speciem transmutari, patet quia frequenter certus homo per duos dies apparet cadauer, & tamen secundum veritatem adhuc manet homo prout postea experientia est manifestum.

Iuxta hoc ad rationes dubitationis. Ad primam dicitur ꝙ huiusmodi incantationes non faciunt trãsmutationes veras, sed si aliquid faciunt solum faciunt apparenter. Ad secundam negatur antecedens, & ad probationem dr̃ quòd aqua infusa in vino nũquam est corrupta substantialiter, neque transit in vinum, immo manet vera aqua, sicut ratio bene probat, & diuiditur in ita paruas partes quòd non potest eius sapor, percipi distincte, sicut sapor vini, nihilominus tamen est adhuc vera aqua. Ad tertiam dicitur, quòd substantialiter vinum. & acetum non sunt diuersarum specierum, & ideo ratio non procedit. Ad quartam dicitur, quòd si alchimiste faciunt ex argento viuo verũ, aurum, quòd tunc argentum viuum corrumpitur, & si iterum de auro fiat argentum viuum, quòd non est idẽ quod fuit ante nisi in specie, sed si solum faciunt mutationem apparentem, tunc verum est quòd non corrumpitur argentum viuum, quia non veraciter in aliam speciem transmutatur. Et sic patet quid sit dicendum de tertio articulo.

His ergo præmissis respondeatur ad rationes principales. Ad primam negatur maior. s. ꝙ omnis motus quo aliquid habet se aliter q̃ prius est alteratio. Ad probationem dicitur, quòd illud quid nominis alterationis, licet proprie dicatur sibi competere, tñ sic non accipitur cõiter, immo Philosophus 5. physi. de speciebus motus restringit motum alterationis ad motum, aliter se habendi in qualitatibus, modo tale quid non est generationis. Ad secundum negatur maior. s. ꝙ si sit solum vnum principium materiale ꝙ tunc sit generatio alteratio. Ad phylosophum in isto primo dicitur, ꝙ voluit & intellexit, ꝙ antiqui solum ponentes vnum principium materiale, & idem esse ens in actu sicut posuerunt non poterant saluare generationem esse distinctam, & cætera sed si posuissent ipsum esse ens in potentia, sicut Aristo. secus fuisset, & bene saluassent generationem, & alterationem esse distinctas mutationes. Tex.c.7 & 18.

Ad tertiam negatur antecedens, quòd alteratio sit generationem. Ad probationem dr̃, ꝙ aliquis potest dici motus ad substantiam dupliciter. Vno modo tanq̃ ad terminũ intrinsecum & proprium, & sic conceditur maior. s. ꝙ omnis motus ad substãtiam est generatio, & negatur minor. s. ꝙ alteratio est huiusmodi. Secũdo modo tanq̃ ad terminum extrinsecũ & nõ proprium & sic non proprium, & sic negatur maior, & conceditur minor. Prędicta. n. alteratio est motus ad substãtiam tanq̃ ad terminum remotum & extrinsecum, cum eius finis intrinsecus non sit substantia, immo qualitas. Ad quartam dr̃, quòd motus potest capi large pro quauis mutatione successiua, sicut describitur in tertio physi. Et isto modo negatur maior, quia isto modo ad substãtiam est bene motus, & conceditur minor. Alio modo motus accipitur stricte, scilicet pro mutatione successiua facta in subiecto existente hoc aliquid in actu in vtroque termino motus, & sic accipitur 5. physi. Et hoc modo conceditur maior, & negatur minor. s. ꝙ generatio sit motus, quia non fit in subiecto existẽte hoc aliquid in actu prout notum est. Ad quintam negatur maior. s. ꝙ motus ad grauitatem, &c. sit generatio. Ad probationem. s. ad auctoritatem Cõmen. Tertio cœli dr̃, ꝙ in hoc nõ tenetur communiter, quia opinio sua de formis elementorum a pluribus non tenetur. Aliter põt dici ꝙ intellexit ꝙ essent qualitates. vere motiue elementorum, non tamen principaliter substantiales. Ad sextam dicitur, ꝙ ipsa est pro prima conclusione primi articuli. Ad septimã negatur maior. s. ꝙ omnis motus ad qualitatẽ est alteratio, & ratio est, quia omnis motus ad rem diuisibilem est ad qualitatẽ cum omnis res diuisibilis sit paritas, quia binarius suarum medietatum, non tamen omnis huiusmodi motus est alteratio. Ad probationem eius, & ad Philosophum 5. physi. dr̃ ꝙ intellexit ꝙ motus ad qualitatem propter quem de prima substãtia mutantur termini de prædicamento qualitatis est alteratio prout dictum est. Ad rationem post oppositum dicitur, quòd est pro secunda conclusione.

Tex.c.6 Tex.c.9 & 18. Cõm. 67 & 4. c. 2. Tex.c.18

Empedocles quidem videtur contraria dicere, & ad apparentia, &c. Textu commen. II.
Questio. IIII.

QVæritur quarto. Vtrum si generatio est impossibilis alteratio est impossibilis. Et arguitur primo quòd non, quia quando alique due mutationes, sunt distincte, licet vna earum esset impossibilis non popter hoc alia esset impossibilis, modo generatio, & alteratio sunt mutationes possibiles distincte. vt dictum est prius. ergo si generatio esset impossibilis non propter hoc alteratio esset impossibilis maior videtur esse nota de se, & a simili, quia licet generatio antechristi esset impossibilis non propter hoc alicuius rei distincte generatio esset impossibilis. Secundo sic. Sicut se habet generatio, huius ad alterationem huius, ita se habet generatio in communi ad alterationem in communi, sed non sequitur, si generatio huius esset imposibilis quod propter hoc huius alteratio, sit impossibilis. ergo nec si generatio in communi esset impossibilis, quòd tunc alteratio esset impossibilis, maior patet conuenienti similitudine, & minor nota est quia huius rei quæ est generatio est impossibilis, tamen eius alteratio, non est impossibilis, immo possibilis vt notum est. Tertio sicut se habet esse ad esse, ita se habet posse ad posse, sed ad esse alterationis non sequitur esse generationis. ergo nec ad posse esse alterationis sequitur posse esse generationis, igitur nec ex opposito cõsequẽtis, puta ex nõ posse generationis, sequitur nõ posse esse alterationis. maior patet ex conuenienti similitudine, & videtur esse philosophi primo priorum. cap. 3. vbi vult quod si ad. a. esse sequitur. b. esse, tunc etiam ad. a. esse possibile sequitur. b. esse possibile, & ex consequenti, sicut

ficut fe habet effe.a.ad effe.b. ita fe habet poffe ipfius.a. ad poffe ipfius.b.quod eft propofitum, & minor eft nota. nullo.n.modo fequitur alteratio eft. ergo generatio eft cum alteratio pręcedat generationem rei. Quarto fi valeret huiufmodi confequentia hoc effet ex eo quòd alteratio ordinatur in generationem tanquam in finem, fed fi in natura finis eft impofsibilis, ordinata ad finem funt impofsibilia, fed modo ambo ifta funt falfa. ergo confequentia ifta non valebit. confequentia eft bona, & antecedens pro prima parte notum eft pro fecunda probatur. primo.n.falfum eft quòd alteratio ordinatur in generationem probo, quia alteratio inuenitur vbi nulla reperitur generatio. vt in cœlo illuminatio non ordinatur in generationem, fimiliter nec introductio fcientiæ in animã intellectiuam, nec fenfatio in fenfum, quę funt tamen quandam alterationes, nec eft verum quòd qñ finis eft impofsibilis quòd ordinata in finem funt impofsibilia. probo. quia entia naturalia appetunt fe femper permanere. primo phyfi. Et ifte finis eft impofsibilis cũ
Com.18 neceffario fit omne corruptibile tandem corrumpi. primo cœli. Et tamen entia naturalia & appetitus fuus in hunc finem ordinata, funt pofsibilia prout notum eft.

Tex.c.121 Quinto bona confequentia tenere debet per aliquẽ locum dialecticum, fed ifta non videtur per aliquem locum tenere. ergo ipfa non eft bona. maior patet. fpecialiter de confequentia probatiua, & minor videtur effe nota, quia nullus videtur effe locus per quem teneat conclufio, immo non videtur tenere, nifi ex eo quòd antecedens eft impofsibile.

In oppofitum eft Philofophus in ifto primo. Dicit n. contra Empedoclem, ꝙ fi impofsibile eft elementa
Tex.c.2 ex inuicem generari, quòd etiam impofsibile eft ea inuicem alterari.

In ifta quæftione erunt tres articuli. In primo videbũtur quædam terminorum diftinctiones & de necefsitate generationis conclufiones. In fecundo præmittende funt fuppofitiones ad principale quæfitum facientes. In tertio refpondendum eft quæftionem.

Quantum ad primum primo eft notandum, quòd neceffarium quandoque attribuitur propofitionibus, & dicitur propofitio neceffaria propofitio de ineffe de pręfenti affirmatiua fic fe habens quòd qualitercunque ẽm eius totalem fignificationem per eam fignificatur, ita neceffe eft effe, ita proportionaliter defcribitur propofitio neceffaria de præterito vel futuro vel pofsibili. Quandoque vero attribuitur rebus, & propriifsime dicitur res quæ non poteft non effe. Aliter & communius defcribendo illud eft neceffarium quod non poteft eternaliter non effe, nec femper non effe donec fuerit. Contingens autem quod poteft eternaliter non effe pofito ꝙ nunquam fit. Secundo notandum, ꝙ neceffarium attribuitur propofitionibus pro rebus fex modis. Primo enim eternitate continua tam in ante, quàm etiã in poft & hoc modo deum effe neceffarium. Secũdo modo dicitur neceffarium eternitate continua ab vna parte tm̃, vt de præterito propofitio vera, aut hæc de futuro. Luna eclipfabitur cras, & tale neceffarium poteft fieri falfum & impofsibile. fimiliter de impofsibili fuum contradictorium poteft fieri neceffarium. Tertio modo dicitur eternaliter & intercife, fic tamen quòd quodlibet fingulare propofitionis ineuitabiliter euenit, vt lunam eclipfari. neceffe enim eft lunã eclipfari eternaliter fed intercife. nam ante quodlibet tempus naturaliter loquendo eclipfabatur, & poft quodlibet tempus eclipfabitur ex necefsitate, fed non continue eclipfatur. Quarto fic intercife eternaliter, fed quodlibet fingulare propofitionis euenit contingenter, vt generationem afini effe, nam eternaliter neceffe fuit generationem afsini effe illo modo, nulla tñ generatio neceffe fuit. Quinto attribuitur neceffarium quod folum vna hora aut momento contingit, fed tamen ineuitabiliter euenit, vt aliqua certa cęli conftillatio. Sexto dicitur neceffarium quod contingenter euenit, fed tamen quia ponitur in effe, ipfum pro ifto tunc pro quo eft neceffe eft effe, vt fi for. eft ipfe de necefsitate eft pro illo tempore pro quo eft, & ad hoc propofitum loquitur Philofophus primo periherme oẽ quod eft quando neceffe eft effe. Sed quæreret quis. ponis tu rem cõtingentem. vt for. de necefsitate effe pro illo tempore pro quo eft, & fi dicis quòd fic. arguitur contra. fortes quando eft neceffe eft effe, fed fortes eft ens quando eft ergo fortes neceffe eft effe. Eodem modo argui poteft de propofitione Arift. omne quod eft quando eft neceffe eft effe, fed fortes eft ens, quando eft ergo fortes neceffe eft effe. Refpondeo quòd fexto modo necefsitatis quodlibet ens neceffe eft effe pro tempore pro quo eft, licet multa entia fimpliciter loquendo contingenter funt, & ad hoc funt rationes mouentes. Primo quia iam de cetero per nullam potentiam poteft eternaliter non effe. igitur iam de cetero dicitur eternaliter effe vel fuiffe. confequentia tenet per defcriptionem neceffarij, fed non dicitur eternaliter fuiffe, quia non fuit igitur effe. Secundo quia immediate poft fi for. nũc primo eft ipfum neceffe eft fuiffe. igitur eadem ratione pro ifto tempore ipfum neceffarium eft effe. confequentia tenet, quia non erit pofsibile ipfum neceffario fuiffe nifi pro effe quod nunc habet. antecedens eft notum. Tertio quia ifta immediate poft erit vera. for. de necefsitate fuit, eo ꝙ in præterito fuit, & pręteritum non poteft nõ effe præteritum primo cœli. igitur nunc de necefsitate eft, aut fuit pro tempore pro quo eft, confequentia tenet & tunc vltra, fed non de necefsitate fuit, cum fuppofitũ fit ipfum pro nunc primo effe. igitur ipfum neceffe eft effe pro tempore pro quo eft. Quarto quia res contingens pro tempore pro quo eft non poteft non effe. ergo Tex.c. &131 pro illo tempore de necefsitate eft. confequentia tenet antecedens patet, quia dato quòd pro illo non fit, fequitur quòd fimul eft & non eft, quod implicat contradictionem. Ad rationem in contrariũ factam dicitur ꝙ hic eft diftinguenda for. quando eft neceffe eft effe, eo ꝙ ly quando, quandoque determinat hoc verbum effe, & eft fenfus ꝙ fortes neceffe eft effe pro tempore pro quo eft, & fic nõ valet fyllogifmus factus cõtra quia minus eft prædicatum conclufionis q̃ prædicatum maioris. Alio modo poteft fe tenere ex parte fubiecti, & eft fenfus ꝙ for. quando eft de necefsitate eft, & fyllogifm⁹ eft bonus, & maior erit falfa: eodem modo dicitur de propofitione Arift. Tertio eft notandum, ꝙ impofsibile dr̃ dupliciter. Vnomodo prout attribuitur propofitionibus, & defcribitur contrario modo à neceffario fcilicet ꝙ eft propofitio quæ fecundum totalem fignificationem pro nunc aliqualiter fignificat, qualiter non poteft effe de præfenti proportionabiliter defcribitur in præterito vel futuro vel alijs. Alio modo attribuitur, rebus, vt dicitur chimera impofsibilis eft. Et poteft diftingui, quia aliquid dicitur impofsibile fimpliciter, vt quia per nullam potentiam poteft effe. vt implicans, contradictionem, vt deum non effe. Aliud dicitur impofsibile fecundum curfum naturæ, quia per potentias naturales non poteft effe, vt terram effe in fphæra lunæ.

Quarto eft notandum, ꝙ in fphęris elementorũ ęternalis eft alteratio aque & aeris inter fe. nam inter polos eft maior generatio aque, propter quod dicitur fecundo metheororum, quòd maria borealia fluũt in auftralia, quia ibi aqua iuuatur a forti frigiditate terræ, nec poteft impediri a radijs folaribus, fub equinoctiali vero eft contrarium. nam ibi femper generatur, aer quia aer, in calefaciendo aquam, & in corumpendo iuuatur a calore folis ibidinem forti, & eft bene aduertendum, quod illud per potentias naturales non poteft impediri, quia nulla potentia naturalis poffet facere quin taliter

fieret. ex quo sequitur quòd semper est vna continua generatio aque sub polis, quia ab eterna fuit alteratio continue ibidem aeris ab aqua & ab eterno generatio aque & corruptio aeris. Secunda sequitur quòd est vna eterna generatio aeris sub equinoctiali. Tertio sequitur quòd sicut aqua fluit a parte boreali versus maria australia, ita aer continue fluit, licet non percipiamus ab equinoctiali versus polos, & hoc fit in sphera, aeris vt sm oēm suam partem eque distet a centro, & vt illa maneat vniformis. Ex his inferri possunt conclusiones.

Prima hæc est. generatio necessario est patet, quia hæc est necessaria, generatio aeris, est. Secunda hęc est necessario corruptio est. patet vt prius, & loquor hic de necessitate continua quæ non potest impediri per potentias naturales, quia manifestum est quòd sic necesse est continue fieri generationem, & corruptionem.

Tertia conclusio necesse est quarto modo, scilicet necessitate intercisa generationem asinorum esse, quorū patet, quia ab eterno fuit, & in eternum erit naturaliter loquendo, licet intercise. Quarta conclusio. generationem hominum aut asinorum non esse est impossibile, & hoc prout ipsum opponitur necessario quarto modo dicto. probatur sicut præcedens. Quinta conclusio. generationem hominum aut asinorum esse non est necessarium primo modo aut simpliciter immo eā nō esse est possibile patet, quia possibile est ꝙ aliquo tēpore huiusmodi generatio non fiat. Hęc de 1. articulo.

Quantum ad secundum primo supponitur ꝙ quæstio intelligitur de alteratione proprie vel proprijssime, dicta quę est inter qualitate contrarias, aut medias actiuas, & passiuas, adinuicem, de alijs autem non loquitur Arist. Secundo supponitur ꝙ huiusmodi alteratio finaliter & omnino ordinatur in generationem, probatur sic. ignis alterans alterat propter generationem, & sic de alijs alterationibus naturalibus ideo suppositio vera consequentia tenet. Antecedens patet, quia agit in propter assimilare sibi passum. Primo huius. capitolo de actione, sed non est passum perfecte assimilatum, nisi sit actu ignis. igitur propter generare ignem. Secundo probatur sic quia cum entia naturalia, & mu-
Tex.c.51 tationes naturales sint ordinate, vt etiam dicitur secundo huius capitolo penultimo, & in generatio, & alteratio consueuerunt se concomitari in eodem subiecto, oportet quòd vel generatio ordinetur in alteratio
Tex.c.56 &57. nem, quod nullus diceret vel alteratio in generationem quod est propositum. Tertio probatur sic, quia videmus quòd alteratio semper præcedit generationem simpliciter dictam in materia, vel igitur a casu sequitur generatio alterationem, quod non est dicendum, cum natura agat propter finem secundo physi. cap. penultimo, & etiam cum casus non reperiatur in illis quę frequenter fiunt, vt etiam patet ibidem cap. 11. & 12.
Tex.c.80 &49. vel sequitur eam ex intentione naturæ, & si sic tunc habere propositum. Et confirmatur sic illa ratio. Al
Tex.c.48 &52. teratio est medium necessarium ad generationem faciendam. ergo à directore infallibili ordinatur in eam consequentia est bona, qu a si non ordinaret eam in eam iā deciperetur, & antecedens est notum, & tunc vltra, sed directio appetitus naturalis est infallibilis, vt ait Commentator. 12. Metaphysi. igitur ipse dirigit alterationē in generationem, quod est propositum. Tertio suppo
Tex.36. &37. nitur quòd appetitus naturalis non potest in toto frustrari suo fine, immo necesse est ꝙ possit ipsum in parte attingere. patet tertio de anima capitulo vltimo, & primo cœli cap. quarto & siquis vellet eam negare probaretur ex prioribus sic. Naturalis apetit⁹ dirigitur ab agē
Tex.c.60 &45 Tex.c.32 te infallibili. igitur necesse est ꝙ possit aliquo modo suū finē attingere. cōsequentia tenet, quia si non posset ipsū aliquo modo attingere, iā agens deciperetur, qd ipsum in talē finem dirigeret. antecedēs patet in quarta probatione præcedentis suppositionis. Hoc de 2. articulo.

Quantum ad tertium sit conclusio responsalis hæc, ꝙ si generatio esset impossibilis, alteratio esset impossibilis. probatur sic. Alteratio ordinatur a natura in generationem. igitur si generatio est possibilis, alteratio est possibilis. antecedens patet, per scdam suppositionem, & consequētia tenet per tertiam, & tunc vltra ex opposito cōsequentis, si nulla generatio esset possibilis, nulla alteratio esse possibilis. igitur si generatio esset impossibilis alteratio esset impossibilis. cōsequētia tenet per locū à causa finali ad suum effectū, & est maxima. si finis est impossibilis in natura, ordinata in finē erunt impossibilia. ecōuerso vero alteratio est possibilis, generatio igiť est possibilis. tenet per locū ab effectu cāæ finalis ad suā causam & est maxima. si ordinata in finē sunt possibilia, igitur finis erit possibilis. Et siquis diceret. si aliqua qualitas esset separata à suo subiecto ad imaginationem. vtrum ne posset pati, & videtur ꝙ nō per prędicta, oppositum tn̄ videtur de facto contingere, cum frigiditas quæ est in sacramento altaris calefiat vt experientia docet, quæ tamen est simpliciter separata. Respondeo ꝙ non, teste Philosopho cap. de actione dicente. Si autem aliquid fuerit separatum calidum hoc nihil patietur, loquendo naturaliter, seu non patietur naturali passione. Ad rationem facta in contrarium dr̄, ꝙ si caliditas aut frigiditas quæ in sacramento altaris patitur, non patitur naturali modo, sed miraculose, & ideo de hoc nihil ad præsens. Hoc de tertio articulo.

Ad rationes principales ad primam negetur maior. s. qn̄ due mutationes sunt distincte, &c. sed hoc forsan haberet veritatem vbi vna non esset finaliter pp aliam, modo alteratio finaliter est propter generationem, & ideo non est ad propositum. Ad secundam similiter negatur maior, ꝙ sicut se habet huius generatio ad huius alterationē, ita se habet generatio in cōi, &c. & causa dissimilitudinis est, quia huius alteratio non ordinatur ad ipsius generationem, sed ad generationē alterius, sed alteratio in cōi ordinatur in generationē in cōi, & ideo non est inconueniens, ꝙ licet huius generatio sit impossibilis quòd sua alteratio, tn̄ sit possibilis, quia eis alteratio (vt dictum est) non ordinatur in eius generationem sed alterius, sed de cōmuni secus est. Ad tertiam dr̄ vno modo negando maiorem. nam nō est simile. alteratio. n. potest bene esse, licet generatio non sit saltē in speciali capta, sed tn̄ ipsa non potest esse nisi etiam generatio posset esse. nā fini & ordinato ad finem ista similitudo non est cōueniens. nā ad esse ordinati in finē non debet sequitur esse finis, sed potius econtra, & tn̄ ad posse vnius debet sequi posse alterius, aliter dicitur concedendo maiorem & negando minorem, dicendo ꝙ ad esse alterationis vtiq; sequitur esse generationis, quia esse generationis est necessarium, vt dictū est primo articulo. Modo necessariū ad quodlibet debet sequi. Ad quartam conceditur maior. s. quod hæc consequentia valet, ideo quia alteratio proprie dicta ordinatur in generationem, & ꝙ in natura qn̄ finis est impossibilis, &c. & negetur minor, qua dr̄ ꝙ illa ambo sunt falsa. Ad probationem conceditur, ꝙ alteratio communiter dicta bene reperitur sine generatione, vt illuminatio, & aliæ alterationes, de quibus ratio procedit, sed de illis non est ad proposittum, quia solum in proposito loquimur de alteratione proprie dicta. Ad probationem falsitatis secundi scilicet ꝙ qn̄ finis esset impossibilis in natura, ordinata ad finem essent impossibilia conceditur ꝙ entia naturalia appetunt se semper permanere, & dicitur ꝙ hoc in toto non est possibile, nam in parte permanent eadem numero, & semper permanent eadem in specie & sic non in toto ille appetitus naturalis frustratur suo fine, licet forte in parte priuatur, puta quia non est possibile, quod aliquod ens naturale saltem mixtum ma-

neat semper idem numero. Quintam patet quid sit dicendum ex secundo articulo. Ratio post oppositum est pro conclusione responsali. Hæc de quęstione.

Quocirca propter huiusmodi corruptionem, &c. Text. commen. 17. Quæstio. V.

QVæritur Quinto vtrũ generatio vnius sit corruptio alterius & econtra. Et arguitur primo ꝙ non generatio non est corruptio. ergo generatio vnius non est corruptio alterius. tenet consequentia. nam ex opposito consequentis, sequitur oppositum antecedentis. sequitur. n. generatio vnius est corruptio, alterius. ergo generatio est corruptio. antecedēs patet qa generatio & corrruptio sunt mutationes oppositæ. Secundo vnius generatio est q̃nque corruptio multorum igitur non est pręcise corruptio vnius antecedēs patet, quia generatio vnius ignis est freq̄ter corruptio multorum straminũ, & generatio vnius mixti est corruptio multorum elementorum, & tenet consequentia de se.

Tertio si sic sequitur semper esset equalis multitudo entium cōsequens nullus cōcederet, & cònsequētia probatur, quia si semper q̃n vnum generatur aliud corrumpitur & econtra. tunc semper manerent eque multa entia, vt si à quatuor denarĳs vnus auferretur & alius adderetur, & econtra semper manerēt eque multi denarĳ.

Quarto generatio luminis in medio, siue generatio, scientię in anima intellectiua est alicuius generatio vt notum est, & tñ nullius est corruptio, cũ lumen in medio nullum habeat contrarium, nec scientia in anima, intellectiua. ergo generatio vnius non est semper corruptio alterius. Quinto in generatione asini est alicuius generatio, & tñ vt videtur nihil corrumpitur. igitur, &c. consequentia tenet, & antecedens pro prima parte est notũ pro scd̃a declaratur, forma embrionis nō corrumpitur cum ipsa disponat ad generationem ipsius asini, modo nihil agit ad corruptionem sui quare ipsa non vr̃ corrũpi neq; videtur ꝙ ibidem aliquid aliud possit corrumpi. Sexto in corruptione asini aliquid corrumpitur, & tñ ibi nihil generatur. igitur consequentia tenet. & antecedens pro prima parte patet, quia corrumpitur asin⁹ pro secunda parte declaratur, quia si aliquid ibi generaretur hoc esset forma quæ manet in cadauere, sed ꝙ illa non generaretur persuadetur, quia videtur ꝙ sit eadem forma corporeitatis, quæ ante fuit in asino cum habeat similem quantitatem & figuram, & alia accidentia consimilia. modo notum est, ꝙ ad similes dispositiones qualitatiuas similes formæ substantiales consequuntur.

Septimo, in nutritione hominis aliquid corrũpitur, & tñ nihil ibi generatur. igitur, &c. consequentia tenet, & antecedens pro prima parte patet, quia corrumpitur cibus, & pro secunda declaratur cum nō generetur materia ex quo ē ingenerabilis & incorruptibilis primo physic. nec generatur forma, cum forma substantialis in homine non sit alia q̃ forma intellectiua, quæ nec in parte, nec in toto potest generari nihil generatur ibi. Nec valet si quis diceret ꝙ ibi generatur cōpositum cum nō possit generari compositum nisi aliqua sua pars generetur. modo demonstratum est nullam partem compositi generari. Octauo arguitur in corruptione hominis, aliquid generatur, puta forma cadauis, & tamen ibi nihil corrumpitur. ergo, &c. consequentia tenet. antecedens pro secunda parte patet, cum non corrumpatur, materia, vt prius dictum est, nec forma, cum intellectus humanus sit ꝑpetuus 3. de anima, qui solus est forma hominis. Nono in generatione mixti ex elementis generantur odores, colores, & sapores, & tñ nulla qualitas opposita corrumpitur. ergo, &c. consequentia tenet, & antecedens pro prima parte patet per experientiam, pro secunda etiā patet. quia in elementis nō sunt huiusmodi qualitates, puta color, odor, & sapor.

Tex. c. 82

Tex. c. 20

In oppositum est Philosophus primo huius cap. tertio.

In ista quæstione primo respondendũ est ad quæstionē de virtute sermonis & magis logice. Secundo respōdendum est ad eā ẜm intentionem Aris. & magis philosophice. In tertio videndũ est specialiter an ad generationē vnius qualitatis sequatur corruptio alteri⁹, & ecōtra.

Quantum ad primum est primo notandũ ꝙ generatio aliq̃n accipitur pro subiecto generationis, & sic dicit Cōmen. primo philosophicorum, ꝙ materia prima est quæ in rei veritate generatur. q̃nque autem accipitur pro forma quæ generatur, vt generatio ignis dicitur forma ignis quæ generatur. Proportionabiliter corruptio potest accipi pro subiecto corruptionis, & quandoque pro forma quæ corrumpitur. Secundo notandum quòd corruptio seu etiam generatio, prout est mutatio, simplex non potest accipi pro subiecto generationis, aut corrruptionis, causa hoc non sit mutatio successiua, vel motus, sed secundum veritatem est forma quæ acquiritur, & corruptio formæ quæ deperditur. Ista enim prout succesiue producitur secundum successiuam materiæ dispositionem dicitur generatio successiua, vel motus, & illud supponitur ad præsens, & probabitur deo dante tertio. physic. Tertio notandum, quòd duplices sunt res alique enim sunt res successiue, vt motus aut tempus quorum esse consistit in continuo fieri vnius partis post aliam, eo quòd partes talium non permanent simul. iuxta dictum Philosophi in p̃nto quantitatis dicentis, quòd partes temporis non habent positionem, quia non permanent Aliæ sunt res naturæ permanentis, quarum partes simul sunt, & manent, vt aqua vel aer. Quarto est notandum, quòd in istis rebus successiuis idem est esse generari & corrumpi verbi gratia idem est motum generari, & corrumpi. probatur sic motus localis quandoque generatur. vel igitur q̃n est vel, q̃n non est, si q̃n est tunc esse motus & generari eiusdem motus sunt idē quod est propositum, vel antequam aliquid eius est, & hoc non quia tunc generatio motus esset sine motu, & ex alio, quia motus non generatur nisi quando mobile mouetur, modo quandiu nihil ipsius motus est mobile non mouetur. igitur quandiu nihil ipsius motus, est motus non generatur, vel postquàm desinit esse, quod nullus diceret, eodem modo arguitur de corruptione. nam motus aliquando corrumpitur. vel ergo quando est, & habetur propositum. s. quòd idem est suum esse & corrumpi, vel postquam totaliter desinit esse, & hoc non, quia tunc totaliter est corruptus, & ex consequenti amplius non corrumpitur, vel antequam incipiat esse, quod nullus diceret. Esse igitur in rebus successiuis generari & corrumpi sunt idem.

His præmissis sit hæc prima conclusio. si improprie capiantur generatio & corruptio. s. pro subiecto generationis & corruptionis, tũc generatio vni⁹ est corruptio alterius patet, quia subiectũ respectu formæ, quę generatur est generatio respectu formę, quæ corũpitur est corruptio. idē. n. est subiectum qđ in generatione formę sequentis subĳcitur quæ generatur, & formæ præcedētis quæ corrumpitur. Secunda cōclusio est ista. in rebus succesiuis capiēdo generationē proprie pro forma quæ producitur, & proportionabiliter corruptionē, generatio est corruptio. probatur demonstrato motu, aut alia in forma successiua, hæc forma est generatio & hęc forma est corruptio. ergo corruptio est generatio, & patet pręmisse, quia in successiuis est idē esse generari & corrũpi, vt dictũ est. in 4. notabili. Tertia conclusio est ꝙ in permanētibus nō oportet ꝙ generatio sit corruptio patet, qa generatio est forma q̃ generatur, & nō oportet formā permanentē q̃n generatur actu corrũpi, & ex cōsequenti nō oportet eam actu corrũpi nec esse corruptā.

Quarta conclusio, ꝙ in permanētibus omnis generatio

tio erit corruptio patet, quia oīs forma quę generatur erit corrupta. ergo oīs generatio erit corruptio. consequentia tenet per notabile ſm, & antecedens patet, quia
Tex.c.121 oīs res permanens quæ generatur aliq̄n corrūpetur, cū corruptibile nō poſsit perpetuari. primo cęli. & tūc erit corruptio, per ſcd̄m notabile. Sed quæreret aliquid, eſt poſsibile q̄d in permanētibus generatio ſit coruptio. Reſpondeo quòd non reputo impoſsibile ꝙ magna forma ignis quæ generatur, & eſt generatio ſimul ſucceſsiue incipiat ſm partes genitas corrumpi, & ſit corruptio vnde in caſu crederem hāc eſſe concedendā, generatio, rei vere permanentis eſt corruptio. Quinta concluſio eſt hæc propoſitio de virtute ſermonis eſt falſa, loquendo proprie de generatione, generatio vnius eſt corruptio alterius. Nā generatio non eſt niſi forma quæ generatur, vt dictum eſt, & iſta nullius alterius eſt corruptio prout notū eſt. ergo, &c. Vnde licet in ſucceſsiuis generatio ſit corruptio, tn̄ non eſt corruptio alterius. ſed eiuſ
Tex.c.15 dem. Et hæc de primo articulo dicta ſufficiant.

Quantum ad ſecundum arti. ſit primo notandū, ꝙ intentio Ariſ. fuit q̄n dixit q̄d generatio vnius eſt corruptio alterius, ꝙ ad generationē vnius compoſiti ſubſtātialis, ſequitur corruptio alterius cōpoſiti ſubſtantialis.

Secundo eſt notādum, & ſit prima ſuppoſitio, ꝙ plures formæ ſubſtantiales vltimate ſeu perfecte non poſſint ſtare in eodē ſubiecto ſeu in eadē materia. Et voco formam vltimam ſeu perfectā formam dantem eſſe ſpecificum in ſpecie ſpecialiſsima prędicamenti ſubſtantiæ. probatur ſic, quia ſi pn̄t ſe compati in eadē materia ſequitur ꝙ indiuiduum hn̄s eas eſſet ſimul diuerſarū ſpecierum, puta ſimul homo & aſinus, vel lapis & lignum. falſitas conſequentis eſt manifeſta de ſe, tn̄ oſtenditur ſic ſequitur ꝙ ipſum differret ſpecie a ſe conſequens eſt impoſsibile, & hæc conſequentia tenet quia, quodlibet indiuiduum vnius ſpeciei in genere differt ab indiuiduo alterius ſpeciei eiuſdem generis. Si ergo ipſum eſſet diuerſarum ſpecierum ipſam a ſe differret ſpecie. tenet conſequentia, quia quælibet forma ſubſtantialis dat eſſe ſpecificū ſubſtantiæ. ſi ergo plures ſimul ſtarent ſequeretur propoſitum, & hoc eſt q̄d vult Cōmentator in de ſubſtantia orbis dicens, ꝙ actui ſubſtantiali repugnat recipi in materia habente vnicā formam ſubſtātialem. ergo vna manente non recipit aliam. Tertio eſt notandum & ſit ſecūda ſuppoſitio ꝙ materia prima non pōt ſtare nuda, & per ſe ſine forma ſubſtantiali. Probatur primo
Tex.c.8 quia pure potētię repugnat per ſe ſtare, cum hoc ſit pro
Tex.c.69 prium entiū actu. materia aūt eſt pura potentia 7. meta. cap. 2. & primo phy. Secundo probatur ſic quia ſi aliqua materia ſtat nuda, vel ab eterno ſtetit nuda, quod non eſt conueniens, eo quod appetitus naturalis mate-
Tex.c.9. 2.c.18.& 96. riæ ab eterno fuiſſet violentus, & ſic violentum fuiſſet, perpetuum, q̄d eſt cōtra Philoſophum primo cœli cap. ſecundo vel aliq̄n materia habuit formam ſubſtantialē, & ſic ipſam nunq̄ dimiſiſſet quin aliam ſimul recepiſſet quia quodcunq; agens q̄d ſufficit ſua alteratione propria corrumpere formam. hoc ſufficit aliā introducere.
Tex.c.81 Tertio cum probatum ſit quòd non ſit materia quin aliq̄n habuerit formam, eo ꝙ materia naturaliter appetit formam. 1. phyſi. cap. vltimo, & appetitus naturalis, non pōt ab eterno fuiſſe in toto ſuo fine priuatus, vt patuit in priori quæſtione. quæritur deinde iſtud idem cōfirmādo an agens cum illam formam in materiam quæ eſt nuda per aduerſarium corrumpit, ſp ſimul aliam generet. ſi ſic nunq̄ manſiſſet materia nuda, vel illam corrumpit, anteq̄ generauit aliam, q̄d non eſt poſsibile, qa tunc agens naturale promptius eſt corrumpere q̄ generare, q̄d non eſt verū, immo generationem intendit de per ſe, corruptionem vero ſolum de per accidens, puta quia ſine ea nō potuit ſui ſimilis generationē complere. His præmiſsis ſit concluſio reſponſalis, ꝙ ſemper generatio vnius eſt, corruptio alterius, & econtra ad intellectum dictum. ſ. quòd ad generationē vnius compoſiti ſubſtantialis, ſequitur alterius corruptio, & econtra ad corruptionem vnius, ſequitur alterius generatio. probatur ſic, quia ſi aliquod compoſitum generatur, quęritur an eius materia ſtetit nuda, & hoc non, per tertiam ſuppoſitionem vel ante ſtetit cum forma ſubſtantiali, & ſi ſic, quæritur an iſta remanet cum forma compoſiti quod generatur, & hoc non. per ſecundā ſuppoſitionem, vel non manet cum ea, & ſic compoſitum ſubſtantiale corrumpitur per eius corruptionem, vel ad minus per eius receſſum, quod eſt propoſitum. Eodem modo arguitur de corruptione. Nam quando aliquod compoſitum corrumpitur, quæritur an eius materia manet nuda, & hoc non per tertiam ſuppoſitionē vel manet cum forma ſubſtantiali. ſi ſic quæritur an illa forma fuit ante cum forma ſubſtantiali compoſiti quæ corrumpitur, & hoc non per primam ſuppoſitionem, vel de nouo generatur, & ſi ſic tunc generatur nouum compoſitum, quod eſt propoſitum. Et notanter dico ꝙ ad generationem noui cōpoſiti, ſequitur corruptio alterius, & econtra, & non ad generationem formę ſubſtantialis, ſequitur corruptio formę ſubſtantialis alterius propter generationem formæ cadaueris ex homine vbi noua forma ſubſtantialis. ſ. cadaueris generatur, & tamen nullius forma ſubſtantialis corrumpitur, cum forma hominis ſit anima intellectiua quę non corrumpitur, cum ſit perpetua a parte poſt, vt dicit fides chriſtiana. Circa quam materiam bene eſt aduertendum ꝙ ſecundnm opinionem ponentem ꝙ in homine non ſit alia forma q̄ anima intellectiua creata, & a deo infuſa, quam credo fore veriorem, & magis fidei conſonam. Dicendum eſt quòd generatio hominis non eſt proprie genaratio, eo quòd eſt potius congregatio animę creatę a deo cū materia, quam generatio, ſed quo ad diſpoſitionem ſubiecti pręuiam habet natnram generationis. quo autem ad hominis verā productionem habet magis naturā factionis miraculoſe, & ſupernaturalis propter cām dictam, & cōſequenter, ſicut generatio eſt impropria & miraculoſa, ita nutritio eſt miraculoſa partialiter. nam quia nutrimento corrupto in materiā eius non generatur aliqua forma de nouo, ſed anima intellectiua incipit illam materiam informare, quam ante non informabat, & ſic non eſt naturale quòd forma ſubſtantialis vadat de ſubiecto in ſubiectum, & vltimo corruptio hominis nō eſt vera corruptio, eo quod nulla pars eſſentialis corrumpitur, immo ambe manent, ſed forma à materia ſeparatur, ideo deſinit eſſe compoſitum, poteſt tamen dici corruptio compoſiti multum largo modo, ſicut generatio partialis compoſitio, quod compoſitum in prima mutatione ceſſat eſſe quod ante fuit, & in alijs mutationibus cōpoſitum totale aut partiale incipit eſſe quod ante non fuit. Et hoc de 2. articulo.

Quantum ad tertium arti. eſt primo notādum ꝙ aliquę qualitates ſunt non habentes contrariū, vt lumen ſenſatio intellectio, & ſimile. Alique vero ſunt habentes contrarium, vt albedo nigredo. Secundo eſt notandum, ꝙ habentes contrariū ſunt duplices. Alique ſunt qualitates contrariæ, a quibus ambabus, & a quarum qualibet aliq̄n materia denudatur, vt albedo, nigredo & multæ aliæ qualitates. Alique ſunt ſic ſe habentes ꝙ ſemper in materia eſt altera ipſarum, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas, leuitas, & grauitas, denſitas, & raritas, & aliæ huiuſmodi.

His præmiſsis ſit hæc prima concluſio. Non oportet quòd ad generationē qualitatis non habentis contrariū in ſubiecto ſequatur corruptio alterius qualitatis in eodem vel econtra. patet, quia non oportet ꝙ ad generationē luminis, aut ſenſationis, ſequatur corruptio qualitatis oppoſite, vel alicuius alterius qualitatis. Secunda concluſio

concluſio, nõ oportet ꝙ ad generationẽ qualitatis hñtis contrariũ, à qua & ſuo contrario põt denudari, ſequitur corruptio alterius qualitatis oppoſitę, per vltimã rationẽ factam ante oppoſitũ. Tertia concluſio, ſp ad generationẽ qualitatis habẽtis contrariũ ſine qua aut ſuo cõtrario materia non põt ſtare, ſequitur corruptio alterius qualitatis oppoſitę & econtra, vt ad generationẽ caliditatis, ſequitur corruptio frigiditatis & econuerſo, & ſic de conſimilibus probatur, quia materia ſine aliqua huiuſmodi qualitatum nullo modo põt manere. ergo cũ propter contrarietatẽ nõ poſsint ſimul ſtare, oportet ꝙ ad generationem vnius ſequatur corruptio alterius, & econtra. Et ex his patet. qũo in qualitatibus generatio, vnius eſt corruptio alterius. Et hoc de tertio articulo.

Ad rationes principales reſpõdetur, & primo ad primam concedendo ꝙ in permanẽtibus vt in pluribus generatio nõ eſt corruptio. In ſucceſsiuis tñ verum eſt vt dictum eſt, & conceditur conſequens, & conſequentia puta de virtute ſermonis, generatio vnius nõ eſt corruptio alterius, & hoc eſt pro ſcđa concluſione primi articuli. Nec voluit Ariſt. ꝙ generatio vni⁹ eſſet corruptio alterius ſed hoc ponit ad intellectum datũ in ſecundo articulo. Ad rationem vltra qñ arguitur ꝙ generatio, & corruptio ſunt mutationes oppoſitæ, & ideo non pñt de ſeinuicem ſeu de eodem verificari, dr̃ ꝙ ſunt oppoſite quantum ad terminos ad quos vadunt, quia generatio eſt ad eſſe. corruptio aũt ad non eſſe, & hoc voluit.
Tex.c.7 Philoſophus 5. phy ſed non ſunt termini oppoſiti proprie in verificari, immo ſimul de eodem verificantur, vt dictum eſt. Ad ſecundum conceditur, ꝙ generatio vnius eſt corruptio plurium, vel contra, nec hoc eſt contra Ariſt. quia Ariſt. non vult plus niſi ꝙ ad generationem vnius compoſiti ſubſtantialis, ſequitur corruptio alterius compoſiti ſubſtantialis ad minus vnius. Vtrũ autem plurium vel vnius tm̃ non curauit. Et per hoc idem reſpondetur ad tertiũ negando, ꝙ ſemper ſit equalis multitudo entium diſtinctorum, quia aliqñ ex multis vnũ generatur, & quandoq; vnum in multa corrumpitur, vt dictum eſt. Ad quartum dr̃, ꝙ arguit propria concluſione tertij articuli. Ad quintũ cõceditur ꝙ in generatione aſini eſt aliqua corruptio, & negatur, ꝙ ibi nullius ſit corruptio. Et ad probationem dr̃ quòd forma embrionis, puta ſeminis corrumpitur, nec conceditur ꝙ ipſa forma ſubſtantialis ſeminis diſponit ad generationem aſini cum, nihil de per ſe agat ad ſui corruptionem, ſed virtus infuſa à patre agit ad generationem Et ſi aliquis auctor dicat formam embrionis principaliter diſponere ad generationem. dicatur ꝙ non loquebatur de forma ſubſtantiali, ſed de virtute infuſa à patre.

Ad ſeſtum negatur ꝙ in corruptione aſini nihil generetur. Et ad probationem eius conceditur, qđ ibi generatur forma, quæ manet in cadauere, & negatur ꝙ iſta ſit eadem forma corporeitatis, cum illa quæ ante fuit in aſino. Et ad probationem conceditur quòd bene eſt eiuſdem figurę quantitatis, & ſuperficiei, ſed non eſt talis in qualitatibus primis ſubiecti, ſicut fuit prius in aſino, puta in calido, & humido, & ideo quia ſecundum proportionem qualitatum primarum educitur forma ſubſtantialis, & illa proportio eſt alia, forma etiam erit alia.

Ad ſeptimum reſpondetur vno modo negando, ꝙ in nutricatione hominis nihil generetur, loquenendo large, de nutricatione. Conceditur tamen quòd ibi nec generatur materia, nec forma, ſed negatur conſequẽtia cũ infertur. ergo ibi nihil generatur, & cauſa eſt, quia ibi generatur compoſitum partiale. ſ. noua pars integralis hominis, non per hoc quòd forma ibi generetur, ſed quia anima intellectiua materiam nutrimenti incipit informare, quam ante non informauit, vt dictum eſt. in ſecundo articulo. Aliter dr̃ quòd nutritio hominis non eſt pura nutritio naturalis, vt in eodem articulo dictum eſt quare ratio dicta nihil ad præſens, concludit, cum Ariſto. intellexerit dictum ſuum naturaliter loquendo.

Ad octauam conceditur ꝙ aliquid generatur in corruptione hominis, & negatur quod ibi nihil corrumpatur. Conceditur tamen quòd ibi non corrumpitur materia nec forma, ſed homo, eo quòd forma ſua à materia ſua remouetur, & eſt ſciendum quòd non eſt proprie corruptio. Aliter dicitur vt prius quòd ſi generatio hominis non eſt puræ naturalis. ergo nec corruptio & ita non procedit contra Ariſt. cum de mutationibus ſupernaturalibus non ſit locutus. Ad nonam dicitur quòd arguit, pro ſecunda concluſione eiuſdem articuli tertij. Ratio poſt oppoſitũ eſt pro concluſione rñſali.

Propter quid autem nunc hæc quidem ſimpliciter.
Text. cõmen. 18. *Quæſtio. VI.*

Conſequenter quæritur. vtrũ in generatione ſimpliciter dicta fiat ex parte formarũ ſubſtantialiũ reſolutio vſq; ad materiam primam. Et arguitur primo quòd non. nã ſi ſic. ſequeretur quòd materia prima aliqñ ſtaret ſine forma ſubſtantiali. conſequens falſũ & contra dicta, & probatur conſequentia, quia materia non recipit nouam formam niſi dimiſſa pręterita, & ſi omnes pręterite corrumpũtur, ſequitur quòd in inſtanti medio nulla forma erit in materia, & conſequentia tenet, quia non eſt maior ratio, quare pro tunc in ea eſſet forma generanda quàm forma corrupta, cum inſtans, illud ſit medium generationi & corruptioni. Secũdo formæ elementorum manent in generato quę, fuerunt in corrupto, ergo, & cetera conſequentia tenet. quia iſte ſunt formę ſubſtantiales. antecedens patet auctoritate Philoſophi primo huius cap. de mixtione, dicentis. Corrumpitur autem neque alterum neque ambo ſaluatur. n. virtus eorum. Tertio in generatione cadaueris manet eadem forma corporeitatis, quæ eſt forma ſubſtantialis igitur, & cetera conſequentia tenet, & antecedẽn. declaratur, quia manet eadem materia corporea ergo manet eadem forma corporeitatis, quia aliter materia non deberet dici corporea. Quarto forma oſsis, & carnis manet eadem ergo, &c. Conſequentia tenet, quia huiuſmodi formæ ſunt formæ ſubſtantiales antecędens patet quia in generatione cadaueris manet caro, & os, vt patet per communiter loquentes. Quinto in generatione animalis primo generatur forma vegetatiua, & iſta manet cum forma ſenſitiua poſtea generanda ergo, &c. conſequentia tenet, quia quęlibet iſtarum eſt forma ſubſtantialis, & antecedens pro prima parte patet per Philoſophum in libro de generatione animalium. dicentem quòd embrio primo viuit vita plante. ergo primo generatur forma vegetatiua, & pro ſecunda parte patet, quia forma ſenſitiua non repugnat formæ vegetatiue. ergo vegetatiua manet cum alia quod eſt propoſitum.

In oppoſitum eſt Philoſophus, quia ſequeretur quòd diffinitio generationis ab Ariſt. data in iſto primo eſſet mala. conſequens eſt inconueniẽs, & conſequentia probatur, quia dicit quòd eſt tranſmutatio totius in totum nullo ſenſibili remanente in ſubiecto. Modo ſi manet eadem forma ſubſtantialis, tũc manet idem compoſitum ex materia & forma, & ex conſequenti manet aliquod ſenſibile ſubiectũ cũ compoſitũ ſubſtantiale ſit ſenſibile.

In iſta quæſtione erunt duo articuli. In primo vidende ſunt diuerſe opiniones ponentium non fieri reſolutionem vſque ad materiam primam & alique improbande. Secundo reſpondendum eſt ad quęſtionem.

Quantum ad primum articulum eſt primo notandũ ꝙ ſpecialiter quatuor ſunt modi aut quinque ponentes plures formas in eadẽ materia, exquo ſequitur in generationę nõ fieri reſolutionem vſq; ad materiam primã.

Primus

Primus modus est ponentium formas elementorum manere in mixto. vnde isti dicũt ꝙ in sola generatione elementorum fit resolutio vsq; ad materiam primam. in generatione aũt mixtorum non quia formæ elementorum manent, & contra hanc opinionem supponitur ꝙ formę elementorum non manent in mixto, quod probabitur in isto primo, quæstione speciali facienda, & iō de ea nihil ad præsens. Secundus modus est, ponẽs in homine duas esse formas partiales substantiales sensitiuam. s. eductam de potentia materiæ & intellectiuã creatam & infusam, & ista opinio est probabilis, tñ isti proposito impertinens, nam esto quòd esset ita sicut opinio ponit nihilominus tñ fieret resolutio tam in generatione hominis quam in eius corruptione ex parte formarum substantialium vsq; ad materiam primam ęque bene, sicut in generatione, & corruptione aliorum corporum inanimatorum, & causa est, quia isti dicunt semper istas duas animas simul coniungi & separari & locũ vnius formæ totalis habere, & ideo istam opinionem dimittam hic intactam. Tertius modus est, quòd formæ substantiales in mixtis sunt subordinatę ſm subordinationem prædicatorum quidditatiuorum, & ꝙ semper forma correspondens prædicato communiori habet se per modum materiæ respectu formæ, minus communis prædicato quidditatiuo sequenti corrispondentis, & quòd solum est vna forma specifica correspondens vltimato prædicato quidditatiuo, puta speciei specialissime, de qua ponitur respectu cuius omnes alie dicuntur dispositiones in materia, & ista sola est actus vltimatus, & habet pro se, vt videtur Commentatorem 1. physi. dicentem, quòd quæcunque sunt inter materiã primam & vltimam formam sunt materiæ compositę, & formæ compositæ, & videtur ꝙ per media inter materiam primam & vltimam formam intelligere velit huiusmodi formas subordinatas, de quibus iam primo est pertractandum. Quartus modus est, quòd in omnibus generatis manet eadẽ forma corporeitatis, & quòd hæc est perpetua in ipsa materia, qui modus videtur, propinquus pręcedenti, nisi ꝙ nõ ponit tot formas subordinatas sicut præcedens. Quintus modus est, ꝙ in ipso animato sit ponenda aliqua forma carnis, & aliqua ossis substantialis atque specialis, & pręter istam formã ponitur forma communis quæ vocatur anima. Et de istis opinionibus breuibus quo potero pertransibo.

Cõm. 1

His positis sit hæc prima conclusio, contra tertiam opinionem recitatam, quòd non est ponenda pluralitas formarum substantialium subordinatarum ſm ordinẽ prædicatorum quidditatiuorum. probatur, sic si hæc pluralitas esset ponenda, sequeretur ꝙ in eodem composito tres essent formæ vegetatiue, & sic due superflue rent. & consequentia probatur, quia forma correspondens corpori animato est vegetatiua, cum anima vegetatiua sit cõmunissima, & prima potẽtia sine qua nulla aliarũ potest esse. 2. de anima. cap. 3. & sic habemus vnã animam vegetatiuam generalem. Secũdo substantialiter similiora sunt poma & pira quam pira & salices. erit ergo ſm opinionem illam scd̃m illud prædicatum quidditatiuum, alia forma substantialis sibi correspondens, quæ si sit vegetatiua, iam habemus duas & non põt dici ꝙ non sit forma vegetatiua, quia cũ ipsa sit specialior ipsa est perfectior quam prima. ergo cum non sit sensitiua nec intellectiua, oportet ꝙ sit anima vegetatiua. Et etiam similiora sunt inter se duo poma essentialiter q̃ pirum & pomum, & ideo scd̃m illud prędicatum quidditatiuum erit iterum tertia forma specialior, quæ etiam erit vegetatiua & probari potest eodem modo, sicut probatum est in præcedenti, & sic habebit idem malum siue pomũ tres formas vegetatiuas quod fuit probandum. Secundo arguitur sic. sequitur ꝙ erunt due formæ sensitiue in eadem materia, quod videtur falsum vt prius. probatur consequentia, quia forma in equo correspondens huic prædicato animal est anima sensitiua, quæro igitur an ista specialior, quæ correspondet speciei specialissime, equi etiam sit sensitiua, & sic habeo propositũ, ꝙ cum scd̃m prædictos modos sunt distincte, sequitur quòd in eodem sunt plures formæ sensitiue, nec potest dici quòd non sit sensitiua, eo quòd est specialior & vltimata igitur oportet quòd sit cognoscitiua, cum igitur cognoscitiua sit & non sit intellectiua, erit sensitiua quod erit propositum. Secunda conclusio est. contra quartam opinionem, quòd nõ est ponenda forma corporeitatis coeterna materiæ, manens. s. eadem in generato, quæ fuit in corrupto. probatur. primo auctoritate Commentatoris. Primo physic. dicentis, quòd si materia haberet eternaliter formam aliquam ipsa nullam aliam posset recipere. Secundo auctoritate Phylosophi 7. Metaphy. cap. Secundo dicentis, ꝙ subiectum generationis, nec est quid, nec quale, nec quantum, & ex consequenti subiectum generationis non debet esse aliquid in actu. igitur illam formam corporeitatis non debet habere, quando in eo generatur aliqua forma specifica vltimata. tenet consequentia. nam si illam habet, tunc per ipsam est actuata.

Tex. c. 3 & 34.

Cõm. 63 & 69. Tex. c. 8

Tertio quia idem est in asino esse asinum, & esse corpus, & esse substantiam, cum igitur forma substantialis det esse per diffinitionem formæ, sequitur quòd est eadem forma dans esse asinum, & esse corpus, conclusio videtur tenere, & antecedens patet, quia esse asinum & esse corpus in asino non est aliud quam asinus.

Quarto. non est aliqua forma distincta correspondens alijs prædicatis essentialibus, ergo nec erit aliqua correspondens corpori. consequentia videtur tenere, quia nulla apparet potior ratio, propter quam corpori debeat correspondere distincta forma quàm alijs prędicatis essentialibus seu quidditatiuis. antecedens probatum est, per pręcedentem conclusionem. Quinto. frustra ponitur forma corporeitatis si per aliam omnia possunt saluari, sed omnia possunt saluari ponendo, quod in viuo & quodlibet composito sit solum vna forma substantialis. ergo, & cætera consequentia est nota. & antecedens habetur a Philosopho. 1. physi. Tex. c. 41 frustra enim ponitur fieri per plura, quod eque bene potest fieri per pauciora, & minor patet, quia eque bene, & conuenienter saluatur omnia ponenda solum vnam formam substantialem in re composita, sicut in soluendo rationes apparebit. Tertia conclusio. forma carnis non differt specie a forma ossis in viuo. immo est eiusdem speciei totaliter cum ea, pro probatione supponitur ꝙ forma substantialis educitur de potentia materiæ secundum exigentiam proportionis qualitatum primarũ & secundarũ adinuicem patet illa, quia ex materia in qua est dispositio qualitatiua conueniens equo forma equi educitur, & in qua est dispositio qualitatiua conueniens asino forma asini educitur, & sic de similibus, nec potest aliqua ratio, vt videtur assignari alia, propter quam ex materia ista generatur asinus, & & de ista equus, & sic de alijs. Secundo supponitur ꝙ quęlibet pars integralis viui viuit, & ex consequenti ad minus habet animam vegetatiuã eductam de potentia materiæ, saltem in alijs ab homine. patet, quia quælibet pars huiusmodi nutritur, & augetur & alia opera vitæ facit, quod non esset nisi viueret. Tertio supponitur, quòd huiusmodi anima vegetatiua per totum viuum substantialiter est, ita similis in suis partibus, sicut forma aeris, licet habeat diuersas potentias & partes organicas, quæ sibi in diuersis operationibus administrant. patet istud, quia dato ꝙ substãtialiter anima quę est in oculo esset dissimilis animæ partiali, quæ est in albugine, seu in tunicis oculorum, sequeretur quòd iste due anime partiales differrent specie, quia substantialiter

sunt dissimile. ergo cum ex diuersis existentibus in actu non fiat aliquid actu vnum septimo, & octauo metaphy. & per Commentatorem in de substantia orbis ex
Tex.c.49 Tex.c.16 istis duabus partialibus animabus non componeretur aliqua anima vna totalis, & sic anima ista totalis non est aliquid vnum, & per consequens ex ea non esset aliquid vnum animatum, quod est inconueniens. Confirmatur sic. Si iste due animæ partiales sunt diuersarum specierum substantialiter, tunc vltima earum non possent vniri, ergo ipse non possent constituere vnam animam totalem. consequentia nota. & antecedens patet quia vltima ipsarum sunt diuersarum specierum, sicut albedo & dulcedo sunt diuersarum specierum, modo ex talibus non potest fieri aliquod vnum. His suppositis. probatur conclusio sic. Si forma carnis differre specie à forma ossis, oporteret ꝙ proportio dispositionis qualitatiue educens formam in carne differret specie ab educente in osse. consequentia tenet per primam suppositionem. falsitas consequentis declaratur, quia tunc pars animæ quæ educta est in carne, deberet etiam differre specie a parte animæ, educta in osse. consequentia tenet per eandem suppositionem, falsitas consequentis patet per tertiam suppositionem. Sed dices. nunquid verum est, quòd dispositiones qualitatiue in asino, cordis & cerebri eiusdem differant specie. videtur quòd sic quia cor ponitur callidum, & cerebrum frigidum.

Respondetur quòd proportio dispositionis qualitatiue organice ordinate scilicet ad diuersas operationes, bene differunt specie, & hoc probat ratio, & hoc voluũt diuerse auctoritates, radicaliter educentes non differunt specie, immo in omnibus mẽbris asini huiusmodi proportiones educẽtes sunt consimiles, sicut partes formæ educte sunt consimiles. Quarta conclusio. Non sunt ponende in asino plures formæ totales substantiales, patet quia maxime ponerentur ex eo, quòd in eo esset forma carnis, & forma ossis, & præter eas, anima communis. Modo manifestum est, quòd anima totalis est, tam forma ossis quã carnis secundum diuersas partes, eo ꝙ probatum est, quod forma substantialis ossis & carnis sunt eiusdem speciei specialissime. ergo frustra ponerentur inuicem distincte. Quinta conclusio, & vltima istius articuli est. Non sunt ponende plures formæ substantiales totales in eodem indiuiduo, quia vel ponerentur secundum primam opinionem, & hoc non per præsuppositum vel secundam, vel tertiam, vel quartã, vel quintam, & hoc non per conclusionas positas. Sed contra. diceret aliquis. Nam contra istam conclusionẽ videtur esse auctoritas Commentatoris allegata in tertia opinione. Secũdo plures formæ accidentales pñt esse simul ergo & substantiales. consequentia videtur tenere a simili, & antecedẽs patet, quia eadem materia habet quantitatem, & qualitatem, caliditatem & humiditatem, & sic de alijs. Tertio, quia sicut in materia sunt qualitates primę, ex quarum commixtione fiunt qualitates secundæ eis remanentibus, ita videtur quod in ea possunt esse formæ primæ elementares, ex quarum cõmixtione fiant formæ substantiales, mixti secundæ seu consequentes istas formas elementares. Ad ista respõdetur. ad auctoritatem Commentatoris primo dicitur quòd per vltimam formam intellexit formã mixti perfecti sicut animalis aut hominis. Modo huiusmodi forma non potest immediate generari ex elementis sicut dicitur in libro de elementis, sed oportet esse multas trãsmutationes medias, elementorum in cibos, ciborum in humores, humorum in membra consimilia, membrorum consimilium in membra officialia, membra autẽm officialia immediate componunt animal. Voluit igitur ꝙ ista intermedia. s. elemẽta cibi humores sint materia & formæ compositæ, & hoc capiendo materiam improprie non pro vero subiecto transmutationis, sed pro termino a quo sicut dicimus quòd cinis est materia vitri, & dixit eas esse formas compositas seu materias, eo quod non sunt veræ materiæ. Ad secundam conceditur, quòd idem compositum bene habet plures formas accidentales, quia plura esse accidentalia bene conueniunt eidem, sed non sequitur. ergo habent plures formas substantiale, quia non est simile de substantiali, & accidentali. Nam idem esse in diuersis speciebus accidentium nullum est inconueniens, sed idem esse diuersarum specierum substantialium est inconueniens & impossibile. Ad tertiam negatur assumptum. s. ꝙ sicut formæ qualitatiue. Primo sunt in materia, & ex earum mixtione fiunt qualitates secundæ, sic dicuntur manere formę primę substantiales respectu secundarum. Primas enim formas substantiales cum secundis manere est mere impossibile eo quòd sequitur vnum indiuiduum esse diuersarum specierum, quod est mere impossibile accidentia tamen plura tam prima, q̃ secunda manere nihil est inconueniens, eo quod ipse non sunt de integritate rei. Et hoc de primo articulo ad præsens dicta sufficiant.

Quantum ad secundum articulum est primo notandum quòd quærere an ex parte formalium substantialium in generatione fiat resolutio vsq; ad materiam primam nihil aliud est quærere q̃ quærere vtrum nulla forma substantialis quæ fuit in corrupto maneat in generato, ita quod solum ex parte substantiarum quæ fuerũt in corrupto maneat prima materia. Quo pręmisso sit hæc prima conclusio responsalis. s. ꝙ nulla forma substãtialis, quę fuit in corrupto manet in generato. probatur sic, quia si aliqua talis remaneret, quæritur vtrum fuerit forma corrupti, & hoc non potest esse, quia si illa maneret, corrumptum, maneret cum manente forma, substantiali rei in materia maneat res. Vel fuisset in materia cum forma corrupti, & hoc non potest esse, quia sic fuissent plures formę sustantiales, simul in eadem materia, quod est contra dicta in primo articulo. Correlarie sequitur quòd quantum est ex parte formarum, substantialium in generatione simpliciter dicta fit resolutio vsque ad materiam primam. patet correlariũ, quia per conclusionem nulla substantialis forma remanet in generato, quæ fuit in corrupto, & hoc est huius resolutionem fieri vsque ad materiam primam ex parte formarum substantialium. Et hoc de secundo articulo. Tex. Tex.

Ad rationes principales. Ad primam negatur cõsequentia, qua infertur ꝙ materia aliqñ potest stare sine forma substantiali. Et ad probationem dicitur ꝙ materia in eodem tempore adequate accipit formam nouã, & demittit antiquam, cum generatio fiat successiue, si in vna hora adequate materia dimittit formam antiquã & recipit nouam, per prius tamen via ordinis dimittit antiquam q̃ recipiat nouam, sed non via temporis, & adhuc immaginato ꝙ generatio fieret tota simul, similiter & corruptio, sicut forte quidam dicunt de generatione animalium, dicitur ꝙ tunc pro eodem instanti, pro quo desinit esse forma corrupti, incipit esse forma generati, ita ꝙ primum instans non esse formę corrupte est primum esse formæ generate, & ita per nullum instans stat materia nuda, & ideo ad formam dicitur ꝙ primum instans non esse formæ corruptæ est primum, instans formæ generate, & negatur ꝙ non maiori ratione, tunc in materia debeat esse forma generanda quã corrupta, subiectum enim transmutationis attribui debet posteriori passioni, & formæ generandæ. 8. physi. Tex Tex. Tex.

Ad secundam negatur, ꝙ maneant formæ elementorum, & ad auctoritatem dicitur quòd Arist. voluit ꝙ nec alterum nec ambo miscibilia, corrumperentur, quin manerent in potentia, non tamen voluit ea actu remanere, sed de hoc videbitur magis in sequentibus. Te.

Ad tertiam dr̃, ꝙ forma corporeitatis dupliciter accipitur

cipitur. Vno modo pro forma longa lata & profunda, & est corpus de prædicamento quantitatis, & sic conceditur ꝙ manet eadem forma cum maneat eadem materia cum quantitate quæ fuit in corrupto, & manet eadem forma corporeitatis quantitatiue, sed dicitur ꝙ ista forma non est substantialis. Alio modo dicitur forma corporeitatis forma à qua aliquid dicitur corpus substantialiter, & sic negatur ꝙ in materia maneat forma corporeitatis. Sed ad probationem dicitur ꝙ in materia bene manet corpus quātitatiue, sed non manet corpus actu substantiale cum nulla forma corporeitatis de genere substantiæ in ea possit remanere. Ad quartam negatur, ꝙ maneat forma substantialis ossis, aut carnis in generatione cadaueris. Et ad probationem dicitur ꝙ in cadauere non est vera caro, cum nihil sit vera caro nisi viua, nec verum os eadem ratione, sed manet bene caro mortua, aut os mortuum. Auctoritas communiter loquentium non facit ad propositum, quia non curant de vera forma carnis aut ossis. Ad quintam negatur, ꝙ in generatione animalis primo generetur forma vegetatiua q̃ sensitiua. Et ad probationem & ad Philosophum ꝙ embrio primo viuit vita plante, dicitur ꝙ intellexit ꝙ in animali generato primo percipiuntur opera animæ vegetatiuæ q̃ sensitiue, & prius sensitiue q̃ intellectiue. prius. n. animal vegetat q̃ sentiat, & prius sentit q̃ intelligat, tamen hæc est vna & eadem forma substantialis diuersis temporibus in opera diuersa exiens. Ratio post oppositum est pro dictis in secundo articulo. Et hæc de ista quæstione.

Maxime autem generabitur & transmutabitur ex insensibili in sensibile &c. Tex. cōm. 24. Quæstio. VII.

CONsequenter quæritur septimo vtrum aliqua qualitas vel quantitas maneat in generato quæ fuit in corrupto. Et arguitur primo ꝙ non, quia sequeretur ꝙ accidens migraret de subiecto in subiectum, consequens est inconueniens. nam accidentis esse est inesse, & per consequens non potest dimittere vnum subiectum & intrare aliud. consequētia tenet, quia qualitas est prius in subiecto corrupto, & posterius in generato vt subiecto. Secundo sequeretur, ꝙ subiectum
Tex. c. 8. generationis esset ens in actu. consequens est contra Phi
Tex. c. 24 losophum. 7. Meta. & primo huius, consequentia probatur, quia materia esset per qualitatem remanentem actuata cum per aduersariū aliqua qualitas remaneret. Tertio sic. sequeretur ꝙ si ita esset ꝙ diffinitio generationis esset mala, consequens est inconueniens, & cōtra
Tex. c. 23 Arist. consequentia probatur, quia Arist. diffinit generationem, ꝙ est transmutatio totius in totum nullo sensibili remanente, eodem modo si maneret eadem qualitas, vt caliditas vel albedo, tunc maneret idem sensibile, quod est propositum. Quarto sic, si aliqua qualitas remaneret, maxime remaneret caliditas in generatione aeris ex igne, sed illa caliditas non manet. ergo nulla caliditas manet, maior patet de se, & minor declaratur, quia in generatione aeris ex igne aliquis gradus caliditatis corrumpitur, cum aer non sit ita intense calidus sicut ignis, & cum omnes gradus caliditatis sint consimilis naturæ, sequitur ꝙ omnes corrumpuntur, & ex consequenti nihil istius caliditatis remanet in gñato. Quin
Tex. c. 4. & 47. to. sequeretur ꝙ substantia non esset prior accidēte. consequens est contra Philosophum. 7. Meta. & consequentia probatur, quia in generatione generatio accidentis præcedit ipsam formam substantialem. Sexto sequeretur, ꝙ aliquod corruptibile posset perpetuari. conse
Tex. c. 121 quens est contra Arist. primo Cœli. & probatur consequentia, quia si generatur aer ex igne manet caliditas, & si iterum generetur ignis ex aere, etiam manet eadem caliditas, & sic eternaliter per istam circulationem ignis in aerem, & aeris in ignē posset remanere caliditas, quod est propositum, cum ipsa caliditas sit vnum corruptibile. Septimo. si sic maxime sequeretur, ꝙ idem calor remaneret in cadauere, qui fuit in animali. consequentia tenet de se, quia non videtur ratio propter quam non maneret ibi, alibi tamen remaneret, & falsitas cōsequentis declaratur, quia calor in viuente præseruat à putrefactione. in cadauere vero disponit ad putrefactionem, quod non esset, si esset idē calor. Octauo si sic. sequeretur ꝙ esset eadem calefactio continua corrupti & generati. consequens est inconueniens, & contra Philoso-
phum. 5. Phy. & probatur consequentia, quia caliditas Tex. c. 41
intenderetur in corrupto, & postea similiter eadem numero intenderetur in generato. Nono arguitur sic. sicut se habet accidens ad substantiam, ita se habet compositum accidentale, ad compositum substantiale, sed accidens non potest manere sine subiecto. ergo compositum accidentale non potest manere sine cōposito substantiali. ergo si compositum substantiale corrumpitur omnia composita accidentalia corrumpentur. cōsequentiæ sunt note, antecedens pro prima parte patet ex conuenienti similitudine, & pro secunda parte notum est de se. Decimo arguitur sic. sequeretur ꝙ aliqua latitudo caliditatis subito generaretur. consequens est falsum. contra naturam alterationis, & consequentia probatur, quia cum ignis generetur ex aere caliditas aeris quę fuit aliquo modo remissa manet in igne. ergo cum ignis genitus nullam habeat resistentiam subito generabit eam summam, & per consequens aliqua latitudo gradualis generabitur subito, quod est propositum argumenti.

In oppositum arguitur, primo si non, sequeretur ꝙ in habentibus symbolum non est facilior trāsitus, quod
est contra Philosophum secundo huius. Et probatur Tex. c. 25
consequentia, quia si non manet qualitas symbola in generato quæ fuit in corrupto, tunc in habentibus symbolum, oportet duas qualitates ita corrumpere, sicut in non habentibus, & ex consequenti non erit facilior transitus in habentibus symbolum q̃ in non habentibus. Secundo, ad idem arguitur sic, eadem cicatrix manet in generato quæ fuit in corrupto, ergo &c. consequentia tenet, & antecedēs patet experientia de homine mortuo habente cicatricem. Tertio, frustra fit per plura quod eque bene potest fieri per pauciora, cum non sit
ponenda pluralitas sine necessitate. 8. Physic. sed omnia Tex. c. 48
possunt saluari ponendo quòd maneat eadem qualitas, & non ponendo huiusmodi qualitates quæ reperiuntur in genito esse alias q̃ quæ fuerunt in corrupto. ergo frustra ponitur alia. Quarto sequeretur quòd aliquid corrumperetur, & tamen à nullo corrumperetur. consequens est impossibile, & consequentia probatur, quia in generatione aeris ex aqua, cum non maneat humiditas, per aduersarium aque in aere, queritur à quo corrumpitur, non ab aere, quia non contrariatur ei, nec ab aqua, quia est sibi naturalis, nec videtur ꝙ aliud eam corrumpat. ergo à nullo corrumpitur. Quinto, sequeretur quòd aliquid generaretur, quod à nullo generaretur. consequens est impossibile, & consequentia probatur, quia in corruptione bouis caliditas reperitur in cadauere per experientiam, quæ tamen per aduersarium non fuit in corrupto. ergo est generata, quæritur ergo tunc à quo generatur, non à corrumpente bouem, quia homo interficiens non habet generare calorem, immo frigiditas frequenter interficit bouem propter eius nimiam intensionem, quæ non habet generare caliditatē, vel generat eam forma cadaueris per modum sequele, & hoc non, quia caliditas potius sibi repugnat q̃ conueniat, cum ea disponat ad corruptionem, & sic videtur quòd à nullo generetur. Sexto. albedo quæ manet in cadauere fuit ante in homine, ergo &c. consequentia tenet. & antecedens patet, quia si non fuit generata, quod est impossibile, quia omne quod generatur, generatur ex

ex contrario tanq̃ ex termino à quo, vt album ex non
Tex.c.47 albo vel ex inalbo. 1. Phy. Modo manifestum est ꝙ ipsa non est sic generata ex in albo, eo ꝙ equalis gradus albedinis apparuit in corrupto, qui apparet in generato.

Septimo. figura cadaueris à nullo generat̃. ergo &c. consequentia tenet, & antecedens patet, quia si generaretur hoc esset à forma substantiali cadaueris, quod non est verum, quia sibi non conuenit figura talis, immo per eam videtur disponi ad corruptionem. Octauo. sequiretur ꝙ aliquod accidens generaretur sine alteratione successiua. consequens est inconueniens. & probatur sic consequentia, quia intensa albedo inuenitur in cadauere, quæ, per te, non erat in incorrupto. ergo tota simul est generata in qualibet parte subiecti, sicut forma substantialis, quod fuit probandum. Nono. sequeretur ꝙ frigiditas generaret caliditatem, quod est imposibile & probatur consequentia. Nam si frigiditas interficiat hominem adhuc in interioribus videtur manere caliditas, quæ tamen nõ videtur genita nisi à frigiditate. Decimo. sequeretur ꝙ ex duobus non habentibus symbolum non posset generari tertium. consequens est contra
Tex.c.25 Philosophum secundo huius. cap̃. 4. & probatur consequẽtia, quia si ex igne & aqua debet generari aer, oportet quòd remaneat caliditas ignis superans frigiditatem aque, & aque humiditas superans siccitatem ignis. Si igitur manent iste qualitates in aere generato habetur propositum. si non manent, non videtur quid aerem generet, & ex consequenti ex primis duobus non potest generari tertium, quod est propositum.

In ista quæstione erunt tres articuli. In primo videnda est vna opinio de quæstione, & secundum illam soluende sunt rationes in contrarium facte. In secundo videbitur cui accidentia inherent tanquam subiecto, an. s. composito an materiæ. In tertio fundanda est alia opinio contraria primæ & roboranda.

Quantum ad primum articulum est sciendum ꝙ prima opinio est satis probabilis, de quæstione ponens ꝙ imposibile est eadem qualitatem manere in generato, quæ fuit in corrupto, & mouetur rationibus factis ad oppositum, præcipue prima ratione, & quia rationes eius sunt tacte, ideo eas recitare prætermitto.

Ad rationes autem factas post oppositum respondet opinio, & primo ad primam negando consequẽtiam. s. ꝙ in habentibus symbolum non esset facilior transitus. Et ad probationem dicitur ꝙ oportet ibi duo corrumpi, sicut in non habentibus symbolum. hoc autem non obstante ibidem dicitur transitus facilior, quia fit per pauciora contraria, est. n. minor cõtrarietas inter habentia symbolum q̃ inter non habentia. Ad secundum dicitur, ꝙ cicatrix non videtur esse aliud q̃ figura, aut eius pars, & ideo generans cadauer simul generat istam figuram, quæ non est naturalis, nec etiam repugnans cadaueri propter necesitatem materię taliter disposite, ita etiam generat cicatricem istam consimilem in cadauere ei quæ erat in viuo, negatur tamen ꝙ maneat eadem cicatrix. Ad tertiam conceditur maior, & dicitur in breui ꝙ necesitas est cogens ponere nullam qualitatem eandem manere in generato quæ fuit in corrupto, quia accidens migraret de subiecto in subiectum, & aliæ cause necesitatis sunt tacte in arguendo. Ad quartam dicitur negando consequentiam, qua infertur ꝙ aliquid corrumperetur, & tamen à nullo corrumperetur. Et ad probationem dicitur ꝙ in generatione aeris ex aqua, humiditas aque corrumpitur à corrumpẽte aquam per modum sequele. Et quando dicitur ꝙ aer sibi non contrariatur, dicitur ꝙ bene verum est per se, sed per accidens tantum inquantum suo subiecto quod corrumpitur, etiam contrariatur humiditati, quia non potest manere sine subiecto. Ad quintam negatur consequentia, qua infertur ꝙ aliquid generatur, quod tamen à nullo generaretur. Et ad probationem conceditur, quòd in corruptione bouis caliditas reperitur in cadauere, & dicitur ꝙ hæc generatur à corrumpente per modum sequele, etiam si esset frigidum, & causa est, quia licet frigidum de per se non posset generare caliditatem, tamen remittendo caliditatem maiorem propter indispositionem subiecti ad quam non potest immediate sequi frigiditas, bene potest de per se tale accidens generare caliditatem minorem magis propinquam frigiditati, vt sic subiectum versus frigidum continue disponatur, & tandem frigiditas introducatur. Ad sextum negatur antecedens, ꝙ albedo quæ fuit in homine est in cadauere. Et ad probationem conceditur ꝙ est genita. Ad improbationem dicitur, ꝙ Philosophus voluit quòd album fieret ex inalbo, quando generaretur per alterationem præuiam, sed quando generatur per modum sequele ad generationem sui subiecti non voluit nec intellexit. Eodẽ modo dicatur de caliditate & frigiditate, & alijs qualitatibus. Ad septimum negatur, quòd figura cadaueris à nullo generatur. Et ad probationem dicitur, quòd generatur à corrumpente animal cum forma substantiali cadaueris. Et conceditur, quòd illa figura non est naturalis cadaueri, sicut dictum est in solutione secũdæ rationis, sed generatur propter necesitatem materiæ taliter dispositæ. Ad octauam conceditur consequentia, quòd aliquod accidens secundum se, & quodlibet sui generatur sine generatione successiua, & hoc est per modum sequele ad generationem sui subiecti. Similiter corrumpitur accidens sine alteratione præuia successiua per modum sequele ad corruptionem sui subiecti. Et dicitur quòd non est inconueniens, quia talis generatio fit per modum sequele, sed inconueniens est, si ab alterante immediate fieret huiusmodi generatio vel corruptio. Ad nonam conceditur, quòd frigiditas generat caliditatem per modum sequele ad corruptionem caliditatis intensioris, vt dictũ est in solutione quinte rationis, nec est inconueniens. Ad decimam negetur consequentia, qua infertur quòd ex duobus elementis non potest tertium generari. Et ad probationem dicitur, quòd si ex igne & aqua debet generari aer, oportet quòd caliditas ignis superet frigiditatem aque, & quòd aque humiditas superet siccitatem ignis. Et vlterius admittitur quòd iste qualitates non manent in aere generato, sed postq̃ caliditas & humiditas ex vtraq; parte sunt ibi ita intense quòd sub eis non potest remanere forma ignis & aque tunc corrumpuntur iste formæ, & ipse simul educunt formam aeris de ambabus materijs, & ipse desinunt esse per modum sequele ad corruptionem suorum subiectorum, & per generationem noue formæ aeris generantur aliæ qualitates sibi similes per modum sequele ad formam aeris, & directe dicatur de istis, & consequenter secundum quòd diceret de alijs quibuscunq; qualitatibus educentibus formam generandam, quia de omnibus illis est eadem ratio. Et hoc est de primo articulo.

Quantum ad secundum artic. sit hæc prima suppositio. Omne ens diligit se permanere, patet per Cõmentatorem. 1. Physi. cap̃. vltimo. Ex quo sequitur secunda suppositio, quòd nihil agit de per se ad corruptionem sui. patet, quia quodlibet ens diligit se permanere per primam suppositionem, nec valet si quis diceret ꝙ qualitas in eo quòd ordinatur ad formam generandam non diligit se permanere, immo agit ad sui corruptionem. Respondetur quòd qualitas non agit ad suiipsius corruptionem, & ratio est, quia non plus qualitas agit ad sui corruptionem de per se q̃ elementum quod ordinatur ad mixtum vel q̃ sanguis de per se ordinatur ad nutritionem, tunc cõstat quòd quodlibet istorum tam in generatione mixti, q̃ in generatione carnis ex sanguine resistit alteranti & corrumpenti per se. ergo sequitur quòd

Cõm. Cõm.

quòd qualitas non agit ad sui corruptionem de per se. Tertia suppositione, ꝙ effectus non contrariatur de per se sue causæ sine qua ipse nullo modo potest remanere. patet, quia si de per se illi contrariaretur, & ad eius corruptionem ageret, & de per se ageret ad corruptionem sui cum sine illa causa non posit permanere. Confirmatur sic. Omnia appetunt primum bonum naturali inclinatione, vt ait Albertus. 1. Ethi. & non videtur causa propter quam appetant, nisi quia ab eo dependet ipsorum esse & conseruari. ergo ꝓportionabiliter qualitas suum subiectum appetit permanere, & quamlibet causam sine qua ipsa non potest permanere. Quarta suppositio, qualitas & forma accidentalis eidem subiecto inheret, de cuius subiecto educit formam substantialem. patet, quia non inheret vni subiecto, & educit de potentia alterius. secundo quia subiectum cui inheret disponit. non enim disponit rem cui non inheret, & ex consequenti de ipso educit formam, cum non educat nisi de subiecto disposito.

His præmissis sit hæc prima conclusio responsalis ad istum articulum. Quia qualitates primæ, sicut sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, & aliæ ad eas consequentes solũ materię adequate inherent, & non composito ex materia & forma nisi ratione materiæ. probatur sic. caliditas introducta in aquam soli materiæ aque inheret. ergo conclusio vera. consequentia tenet, quia sicut probatur de caliditate, ita probaretur de qualibet alia, antecedens probatur, quia si non, sed inhereret toti composito, sequeretur primo ꝙ caliditas ageret de per se ad corruptionem causę, sine qua ipsa non potest permanere. consequens est contra tertiam suppositionem, quia caliditas de per se agit ad corruptionem aque ꝓut notum est, & sine aqua, cum esset eius causa subiectiua nullo modo posset remanere. Secundo sequitur, ꝙ aliquid per se ageret ad corruptionem sui. consequens est contra suppositionem secundam, & consequentia probatur, quia caliditas de per se agit ad corruptionem causæ sue sine qua non potest permanere. ergo de per se agit ad corruptionem sui. consequentia tenet, quia alias caliditas non agit de per se ad corruptionem terræ, cum non immediate agat ad corruptionem terræ, sed solum agit ad corruptionem frigiditatis, & ad generationem caliditatis summe, cum qua summa caliditate forma terrę non potest permanere. Tertio. illi inheret caliditas, de cuius potentia educit formam substantialem, sed certum est, ꝙ formã substãtialem educit de materia aque. ergo etiam inheret materiæ aque. consequentia tenet, & ma. patet. per quartam suppositionem. mi. patet de se, quia eductio formæ substantialis non fit de toto composito. Quarto. si caliditas inheret toti aque, tunc ipsa aqua remoto calefaciente, non deberet istam caliditatem corrumpere. consequentia est contra communiter loquẽtes in philosophia, & probatur consequẽtia, quia non est possibile ꝙ adequate sit idem agens & passum, modo tota esset passa, & etiam tota esset agens adequate, quia si non, hoc esset, quia istam caliditatem corrumperet aqua mediante frigiditate naturali quę est in ea, & hoc nihil est, quia nulla talis est ponenda, vt dicetur secundo huius. Secunda conclusio. aliquę qualitates denominant totum compositum, & non materiam. patet, quia materia non dicitur calida, aut frigida, sed aqua vel ignis, & causa huius est, quia vulgares materiã ignorant, & ideo sibi denominationem non attribuunt. Ex qua conclusione patet quid sit dicendum ad auctoritatem Commentatoris. 2. de Anima. dicentis, ꝙ forma substantialis est in subiecto in potentia, accidentalis autem est in subiecto in actu. Vult. n. dicere ꝙ forma accidentalis denominatiue est in subiecto composito, vt dictum est in conclusione, licet non inhesiue. Forma autem substantialis non sic denominat compositum, cum

Cõm. 4.

sit ei intrinseca, & eius altera pars essentialis, quare non denominatiue ponitur prædicari de composito. Et hoc de secundo articulo.

Quantum ad tertium articulum sit hæc conclusio responsalis, ꝙ eadem qualitas manet in generato quæ fuit in corrupto. Ista probatur auctoritatibus Philosophi. cap̃. 4. huius primi. vbi dicit sic. In istis transmutationibus si aliqua manet passio in generato & in corrupto. Tex.c.24
vbi non reputat inconueniens eandem passionem manere, quare de mẽte Philosophi videtur fuisse ꝙ eadem qualitas potest manere. Secunda est secundo huius. cap̃. 4. vbi Philosophus vult expræsse, ꝙ in habentibus Tex.c.25
symbolum facilior est transitus, quia facilius est corrumpere vnum q̃ duo. ergo videtur intendere ꝙ in transmutatione elementorum habẽtium symbolum adinuicem non corrumpitur qualitas symbola, quod est propositum. Secundo probatur duabus rationibus, prima quia si huiusmodi qualitas symbola corrumperetur, vel corrũperetur à contrario suo & hoc non, cũ non habeat contrarium in elemento, cuius est symbola, vel corrumperetur per modum sequele ad corruptionem sui subiecti, & hoc non, quia dictum est in secundo articulo ꝙ eius subiectum est materia prima, quæ est ingenerabilis & in corruptibilis. 1. Phy. ca. vltimo. Secunda Tex.c.82
ratio, quia si qualitates disponentes materiam rei corrumpende ad generationem noue formæ corrumperentur cum forma rei corrumpende, queritur quid educit formam generandam. Si nihil, hoc est inconueniens, nec potest dici quòd agens extrinsecum, quia hoc non potest huiusmodi formæ eductionẽ facere, nisi per qualitates introductas materiæ, nec potest dici per qualitates, quia qualitates per aduersarium corrumpũtur cum forma corrumpenda, quæ corruptio via generationis præcedit generationem formæ substantialis. ergo cum ipse in ipsa eductione formæ substantialis non sint pro tunc non educent, nec ante eduxerunt, cum nunq̃ aliquid huius formæ substantialis fuerit, vt supponitur. Et per idem medium probatur, quòd illud non facit agẽs extrinsecum cum qualitatibus in materia introductis.

Secunda conclusio. In generato manet eadem quantitas quæ fuit in corrupto. probatur, quia vel quantitas ponitur ipsa res quantita, & sic cum maneat eadem materia habetur propositum, vel ponitur res distincta, & si sic, tunc est accidens materiæ, & per consequens manet in ipsa materia in generato sicut in corrupto.

Nota circa conclusionem primam, quòd aliquę qualitates manent eque intense in generato, sicut fuerunt in corrupto, vt albedo, & aliæ qualitates secundæ. Aliæ autem sunt in continuo generari, & iste frequenter manent sub alio gradu generato quàm fuerunt in corrupto. Et hæc de tertio articulo.

Ad rationes alterius opinionis ante oppositũ factas respondetur. Ad primam conceditur, quòd aliquod accidens transit de subiecto denominationis ad aliud subiectum denominationis, nec hoc est inconueniens, sed de subiecto inhesionis non transit, cum hoc subiectum sit materia prima solum, vt dictum est in secundo articulo. Et in ista eadem qualitas quæ fuit in corrupto manet in generato. Ad secundam conceditur quòd subiectum inhesionis est ens in actu qualitatiuo, & accidentali per dispositiones in ipso existentes, diponentes ipsum ad receptionem noue formæ, nec hoc est contra Arist. sed Aristo. voluit quòd non esset ens in actu per actum substantialem, & hoc non est contra dicta. Ad tertiam negatur consequentia. s. quòd diffinitio generationis esset mala. Et ad probationes dicitur, quòd Aris. nunq̃ voluit negare quin aliquod sensibile posit remanere in generato, quod prius fuit in corrupto, sed voluit dicere quòd nullum sensibile manet vt subiectum. i. non manet aliquod compositum substantiale, idem in genere

rato &

rato & corrupto. s.n. qualitas manet, ipsa non manet vt subiectum, nec etiam aggregatum ex qualitate, & materia illa est subiectum, sed sola materia, & ideo qualitatem sensibilẽ remanere non est cõtra Philosophum.

Ad quartam conceditur, ꝙ manet caliditas in generatione aeris ex igne. Et ad improbationem admittitur ꝙ in generatione aeris ex igne corrumpitur aliquis gradus caliditatis, quod tamen forte non est verum. Et qñ dicitur ꝙ illæ est eiusdem rationis cum omnibus, conceditur. & negatur consequentia. ergo omnes corrũpuntur. Et si quæratur quis primo corrumpitur. respondetur ꝙ illę vltimo introductus, quia materia inquantum aliqua forma plus caret, tãto plus eam appetit, & consequẽter in ea forma magis firmatur, & fortius esse habet in ea. & ideo quia vltimo gradu introducto minime forma caruit. ideo debilius esse habuit in ea, & ex cõsequenti in corruptione primo corrumpetur, tunc postea vltimo introductus, & sic deinceps. Ad quintam conceditur, ꝙ substantia quæ est compositum, & etiam quæ est forma non est prius tempore accidente, sed Arist. dictum suum secundum Cõmen. 7. Meta. intellexit de materia, & ista est prior tẽpore accidentibus materialibus, cum ipsa materia sit eterna, loquendo naturaliter, & ipsa accidẽtia non. Ad sextam negatur consequentia. s. ꝙ aliquod corruptibile posset perpetuari. Et ad probationem dicitur ꝙ verum est, quòd caliditas quæ est in igne sic bene potest permanere quãdiu materia stat sub forma aeris, aut ignis, sed ordo vniuersi est quòd illa materia tandem successiue veniat ad singulas aliarum specierum formas, & sic tandem veniet materia sub forma aque vel terræ, & tunc caliditas ista corrũpetur, & ideo negatur quòd ista materia sic semper possit manere in ista circulatione inter aerem & ignem. Ad septimam cõceditur, quòd idem calor manet in cadauere qui fuit in animali. Et ad in probationem dicitur, ꝙ calor qui est in cadauere non disponit ad putrefactionem, cum putrefactio fiat à calore alieno & circũstante. 4. Methauro. & sic negatur assumptum. Aliter dici potest, ꝙ non est inconueniens, quia idẽ calor prius existens cum forma viui præseruat à putrefactione, & existens cum forma cadaueris disponit ad putrefactionem, hoc tamẽ non contingit propter diuersitatem calorum, sed propter diuersitatem formarum, cum quibus calor existit. Ad octauam conceditur consequens, & consequentia, ꝙ esset eadem calefactio continua corrupti, & generati secundum rei veritatem, quia est identitas temporis, prout suppono identitas dispositionis, & identitas subiecti, quia materiæ primæ, sed tamen quo ad denominationes vulgarium materiam primam non percipientium, secundum quem modum loquitur Philosophus. 5. Phy. non est eadem calefactio, quia deficit vna conditio, puta identitas subiecti, quia non manet idem compositum ante & post, quod tamen compositum vulgares solum denominant calefieri, & ideo sic stricte loquendo de motu propter defectum subiecti denominationis, negandum est vnam esse calefactionem. Et ad probationem dicitur, ꝙ licet eadem sit caliditas quæ sic intenditur, tamen non est identitas subiecti denominationis, quæ tamen etiam requiritur. Ad nonam dicitur, ꝙ compositum accidentale vel accipitur pro aggregato ex accidente & composito substantiali, & sic conceditur similitudo, ꝙ tale compositum accidentale non potest esse sine cõposito substantiali, quod est eius pars. hoc tamen non obsolute accidens bene potest manere in generato isto composito corrupto. Aliter etiam potest dici. s. quòd compositum accidentale potest accipi pro accidente & materia prima, & sic negatur similitudo. licet. n. accidens non possit esse sine subiecto vel substantia, tamen tale compositum accidentale bene potest esse sine composito illo substantiali cum quo existit simpliciter, tamen bene concederem hanc ꝙ compositum accidentale non potest esse sine composito substantiali.

Cõm. 4.

Tex. c. 41

Ad decimam negatur consequentia, qua infertur ꝙ latitudo caliditatis subito generaretur. Et ad probationem quando dicitur, quòd in generatione ignis ex aere caliditas aeris quæ erat remissior manet in igne. conceditur hic. Et quando dicitur quòd ignis debet ipsam subito intendere vsq; ad gradum summum hoc negatur. Et qñ dicitur quòd non habet resistentiam, huic dicitur dupliciter. Vno modo quòd si caliditas aeris erat remissior, hoc erat per admixtionem graduum frigiditatis, & iste resistunt caliditati ignis. Aliter dicitur quòd si remissio caliditatis aeris non fuisset frigiditati admixta, sed solum per distantiam à gradu summo adhuc ipsa successiue intenderetur, quia agens non posset, esto quòd non haberet resistentiam, eque cito producere formam intensiorem, sicut magis remissam. Rationes post oppositum si quid concludunt hoc erit pro dictis in tertio articu. quare &c.

Eodem textu vbi supra. *Quæstio. VIII.*

OCtauo consequentur queritur. Vtrum idem effectus numero possit à quolibet plurium agẽtium ver. g. dato effectu qui generabitur. a. b. Quęstio est. Vtrum possit ab alio agente, ꝙ̃ ab ipso. b. non concurrẽte generari. Et arguitur primo quòd sic. quia duo ignes possunt simul producere vnum ignem tertium. igitur à pluribus agẽtibus, vel à quolibet plurium agentium potest idem effectus generari. consequentia est nota, & antecedens est de se manifestum. Secundo sic. caliditas eadem numero potest à quolibet plurium agentium generari. ergo &c. consequentia tenet. & antecedens declaratur, quia videtur quòd si. a. manus frigida cuilibet diuersorum agentium eque calidorum approximetur, quòd generaretur eadem caliditas in manu. manus. n. esset eque intense calefacta ab vno igne, sicut ab alio, quare cuicunq; igni approximaretur eadem caliditas generaretur. Tertio dato ligno à quolibet plurium agentium siue ignium, potest ex eo generari idem ignis. ergo &c. consequentia tenet. & antecedens declaratur, quia non videtur ratio quare ignem quem pro certa hora ignis. a. datus ex illo ligno generaret quin. b. eundem ignem ex isto ligno posset generare, si lignum fuisset sibi approximatum in eadem hora. Quarto. si ouum galline ponatur sub vna gallina generabitur ex eo pullus, & si idem ouum ponatur sub alia gallina, nõ videtur ratio quare non idem pullus generaretur, cum semen galli in ouo semper sit idem, quod est principale agens, & ouum est idem in quo est materia. Quinto idẽ cadauer numero potest ex hoc boue generari tam à sorte ꝙ̃ à Platone. ergo &c. consequentia tenet. & antecedens patet. quia quicunq; eorum interficeret bouem certa hora idem cadauer generaret. ex eo quia non apparet ratio quare sor. interficiens non generaret idem cadauer quod Plato, si eadem hora bouem interficeret. Sexto. eandem sensationem numero quodlibet agentium plurium potest conseruare. ergo & generare. consequẽtia videtur tenere, quia non videtur quòd aliquid possit aliud conseruare quin possit ipsum generare. antecedens declaratur, quia si sor. sentiat aliquid, & illud insensibiliter amoueatur, & loco eius poneretur omnino simile ei, socrates diceret se idem sentire, quod prius. quare maneret eadem sensatio quę prius, & tamen conseruaretur à diuersis agentibus successiue. vt patet secundum casum. Et ex alio, quia licet flamma candele continue sit alia & alia, tamen continuo manet idem lumen in medio, quare à diuersis flammis successiue idem lumen conseruatur, quod est propositum. Septimo à quolibet diuersorum hominum potest in intellectu producí

Tex. & 2 Tex & 6

duci idem conceptus numero omnium hominum, ergo &c. consequentia tenet, & antecedens apparet, quia sicut istum conceptũ potest generare sor. ita potest quilibet alter homo, cum omnes eum generent, inquãtum sunt similes, & intentio genita non plus est sor. q̃ Platonis. Octauo à quolibet diuersorum agentium in specie potest produci idem effectus in specie. ergo eodem modo à quolibet plurium agentium diuersorum numero potest produci idem effectus numero. consequentia tenet, quia non videtur maior ratio, quare diuersa in specie producere possunt idem in specie, q̃ quòd diuersa agentia numero possint producere eundem effectum in numero. antecedens patet. quia idem ignis in specie produci potest, & à radijs solaribus, & ab igne, quae tamen sunt diuersarum specierum. Nono eiusdem effectus possunt esse diuersi fines. ergo etiam à quolibet plurium agentium potest generari idem effectus. cõsequentia tenet, quia videtur esse simile de causa finali & agente specialiter, quia causa finalis videtur quodammodo agens. vnde Cõmen. in de substantia orbis dicit. Quia finis significat agens significatione necessaria. & antecedens patet. nam eiusdem pinte diuersi possunt esse fines, vnus. s. ad decoquẽdum alius ad imponendum aliquid seu ad reseruandum. Decimo causae agentes sunt extrinsece effectui. vt notum est. ergo propter agentium diuersitatem non debet effectus diuersificari. consequentia nota. eo ꝙ ab extrinseco effectus non capit vnitatẽ neq; distinctionem. ergo poterit idem numero à quolibet plurium agentium generari. Vndecimo omnes causae agentes pręter primam sunt instrumentales. ergo propter earum diuersitatem non debet effectus diuersificari. consequentia tenet, quia cultellus factus à fabro non diuersificatur propter diuersitatem diuersorum instrumentorum supposita identitate. s. materiae & identitate fabri, immo cum quocunq; malleo faceret cultellum, idem cultellus erit numero. antecedens patet. quia omnes causae praeter primam sunt causae instrumẽtales. Confirmatur vndecimo, nam data materia eadem, vt panno eadem tunica potest ex eo generari à quolibet diuersorum agentium. ergo &c. consequentia tenet. & antecedens patet, quia quicunq; bonus sartor ex isto panno produceret eandem tunicam, cum nihil in tunicam producendam influat, & tunc tale tunica fuisset eadem, quae fuisset producta ab alio sartore. ergo &c.

In oppositum arguitur. Nam ex alia & alia dispositione materiae fit alius & alius effectus numero, modo à quolibet diuersorum agentium fit alia & alia dispositio materiae numero. ergo alius effectus numero, maior est nota, & minor patet, quia diuersa agentia diuersis dispositionibus disponunt materiam sicut ipsa sunt diuersa. Et tunc vltra arguitur. à quolibet diuersorũ agentium producitur alius & alius effectus numero. ergo non potest à quolibet agentium diuersorum produci idem effectus numero.

In ista quaestione primitus incidentaliter videndum est de causis intrinsecis. Secundo videndum est de causis agentibus, in quo etiam erit modus cõmunis respondendi ad quaestionem propositam recitandus & reprobandus. Tertio ponetur alius modus respondendi ad quaestionem.

Tex.c.28 & 29. Tex.c.65 & 67. Quantum ad primum articulũ est primo notandum ꝙ causae sunt duplices. s. intrinsece & extrinsece. 2. Phy. cap. 8. Secundo est notandum, quòd causae intrinsece sunt due. s. materia & forma. 1. Phy. cap. sexto.

His praemissis sit hic prima conclusio. ꝙ ad variationem materiae & formae effectus substantialis compositi variatur ipsum cõpositum, seu effectus, patet. quia compositum non est aliud q̃ materia & forma. si igitur alterum illorum varietur, variata est altera pars essentialis. ergo erit aliud compositum, quod generabitur & non idem. Primum correlarium, ꝙ iste asinus non potuit generari ab alia asina, q̃ ab ista, à qua genitus est. probatur, quia si alia fuisset asina, aliud fuisset semen, ex quo & alia materia. ergo per consequens alius effectus. Secundum correlarium. Asinus ab ista asina non potuisset in alia hora fuisse generatus. probatur, quia propter continuam successionem humorum in animalibus, si alia hora fuisset ista materia seminis in aliquibus partibus fuisset resoluta, & in aliquibus partibus fuisset restaurata, & ex consequenti non fuisset eadem. ergo nec asinus idem. Tertium correlariũ. Si asinus pro instanti tunc non fuisset conceptus quo concipiebatur, aut genitus pro quo generabatur ipsum impossibile fuisset vnq̃ fuisse, patet ex praecedenti, quia non potuit alia hora generari, & sicut haec correlaria dicta sunt de asino, ita intelligãtur de homine & de equo, & de alijs huiusmodi animalibus. Secunda conclusio est haec, ꝙ eadem forma generanda non potest ex qualibet diuersarum materierum totalium generari. probatur primo, quia forma nõ est aliud q̃ materiae formatio, modo non est possibile ꝙ formatio vnius materiae sit formatio alterius. Secundo, eadem figura non potest generari ex qualibet diuersarum cerarum totalium, igitur neq; eadem forma potest generari ex qualibet materierum totalium. consequentia videtur tenere per simile, quia sicut se habet cera ad figuram, ita materia ad formam, & antecedens patet, quia eadem forma numero quae generatur ex vna cera nunq̃ ex alia generaretur. aliter eadem figura numero bis posset generari. Tertio, si eadem forma posset generari ex qualibet plurium diuersarum materierum, sequitur ꝙ ipsa posset bis generari. consequens est impossibile, & contra Philosophum secundo huius. cap. vltimo, & consequentia probatur, quia ponatur ꝙ ipsa generetur ex vna materia, puta. a. propter hoc nulla fit impotentia in alia materia, ex qua potuit generari. ergo postq̃. a. potuit ex alia materia generari. ergo bis poterit generari, quod est propositum. Correlariae sequitur, ꝙ si anima brunelli non fuisset genita ex sua materia in qua est genita, ipsa nunquam fuisset genita ex alia, patet ex secunda conclusione. Et hic de primo articulo. Tex.c.70

Quantum ad secundum arti. est primo notandum, ꝙ communis modus respondendi doctorum virorum & magistrorum ad istam quaestionem est iste. ꝙ duplices sunt causae agentes. Quaedam influentes aliquid in effectum, vt ignis generans, ignem influit in effectum dispositiones, quibus mediantibus ipsum generat. Aliae sunt non influentes, vt ponens ligna ad ignem nihil influit in ignem, tamen per istam positionem ignis generatur. similiter gñatur cadauer per interfectionẽ bouis.

Hoc praemisso ponuntur due conclusiones. quarum prima est, ꝙ à pluribus agentibus non influentibus in effectum potest idem effectus numero generari. probatur, quia effectus productus à tali agente nihil capit intrinsecum ei, quare cum nihil capit ab eis intrinsecum non capit ab eis etiem dispositionem. ergo nullum est inconueniẽs, ꝙ effectus à quolibet talium producatur.

Secunda conclusio eorum hic est, ꝙ à pluribus agentibus in effectum influentibus non potest idem effectus numero generari. probatur. nam à talibus agentibus effectus capit aliquid ab intrinseco, & partem suae substantiae & dispositionem, & ex consequenti ad alietatem causae agentis sequitur alietas effectus. Secundo est notandum, ꝙ iste modus secundum ꝙ mihi apparet est insufficiens. nam videtur ꝙ prima conclusio interimat secundam. pro quo deducendo supponitur primo ꝙ ad eandem dispositionem qualitatiuam subiecti numero, sequitur eadem forma numero, suppositio est de se manifesta. Secundo supponitur, ꝙ per influere in effectum non intelligunt generare effectum, aut partem eius,

eius, quia sic omne agens inquantum agens influeret in effectum, quia omne agens effectum generat ipsum, aut partem eius, sed intelligunt per ly influere introducere aliquam dispositionem præuiam in subiecto, qua mediante producunt effectum. Tertio supponitur, ꝙ aliqua est qualitas, quæ immediate educitur de potentia materiæ, & non per aliquam dispositionem præuiam. patet, alias nulla esset qualitas simpliciter prima, quia omnis sequeretur aliquas qualitates in materia. Iterum data caliditate generanda in materia ipsa generatur per alias qualitates primas in materia, & iste iterū per alias, & sic in infinitum procederetur in huiusmodi qualitatibus primis præcedentibus in materia dispositiue ad generationem caliditatis, quod est impossibile. His stantibus arguitur per primam conclusionem improbando secūdam. eadem caliditas vel eius species potest produci à quolibet diuersorum agentium in materia. igitur eadem forma substantialis, consequentia tenet. virtute primæ suppositionis, & antecedens probatur, quia respectu caliditatis aut sue speciei agens producens non influit. quia non educit eam per dispositionem pręuiam materiæ, per tertiam suppositionem, quod tñ est influere per secundam suppositionem, igitur per primam conclusionem eorum ipsa eadem caliditas numero potest à quolibet plurium agentium generari. igitur &c. Iste totus processus videtur clarus, & consequens primum illatum est contra conclusionem eorum secundam recitatam, quare videtur ꝙ prima destruat secundā. Nec probatio quam adducunt in probationibus suis, siue suarū conclusionum videtur valere. Dicunt. n. cum agens non influit, effectus productus non capit ab agente aliquid sibi intrinsecum. nam hoc est manifeste falsum, cum omnis effectus ab agente suo, siue influat, siue non capiat totam suam essentiam, quare probatio non videtur valere. Et hæc de secundo articulo.

Quantum ad tertium artic. sit primo notandum, ꝙ agentium producētium aliquem effectum aliquid agit de per se ad productionem sui effectus, aliquid autem de per accidens solum agit ad talis effectus productionem. Dicitur autem de per se agere, quod a sua natura innatum est inclinatione naturali talem effectum producere. vt calor calorem, ignis ignem, asinus asinum, & sic de alijs, sed per oppositum de per accidens aliquem effectum produci, quem non produxisset sua propria inclinatione naturali. Secundo est notandum, ꝙ agētium accidentaliter quædam sunt mere instrumētalia, vt malleus, incusq́, & alia instrumenta in productione cultelli, alia sunt occasionalia, sicut agens consilians, vel applicās vt homo interficiens bouem in generatione cadaueris.

Tertio est notādum, ꝙ in ordine ad primam causam omnes aliæ possunt dici instrumentales, quia sunt instrumenta primæ causæ, sed multæ ipsarum influunt in effectum, & licet in ordine ad primam causam dicantur instrumentalesq́, tamen simpliciter loquendo possunt dici principales per comparationem ad alia instrumenta sibi deseruientia sub eis contenta, vt cęlum dicitur principale causa respectu inferiorū, licet in ordine ad primam causam posset dici instrumentale.

His pręmissis sit hic prima conclusio. A quolibet plurium agentium de per accidens ad aliquem effectum, idem effectus numero potest produci, ista conclusio patet. Nam agens de per accidens non producit effectum suam virtute de per se, sed solum est causa ꝙ aliquę qualitates quæ sunt in materia ipsum effectum producant immo etiam quodcunq; alterum, quod eodem modo moueret causas actu in materia existentes eundem effectum generaret. ergo &c, consequentia tenet, & antecedens patet, si sor. ponat ligna ad ignem, & per istam positionem generet ignem ipse solum est causa ꝙ ille ignis cui ligna apponit ignem generet. Ideo quicunq; alius qui eodē modo ligna apponeret illi igni eundē ignem generet, simili modo interficiens bouem generat cadauer, non de per se, sed virtute qualitatum in materia remanentium recedenti forma bouis. Et ideo quicunq; alter pro eodem tempore bouem interficeret, idem cadauer generaret, patet. quia dispositio materialis in materia bouis, virtute cuius generatur est eadem numero à quocunq; bos interficeretur, quare oportet ꝙ forma cadaueris eius virtute genita etiam sit eadem. Secunda conclusio sit hic. A quolibet plurium agentium de per se ipsum effectum producentium non potest idem effectus numero generari. probatur, quia si sic, sequeretur ꝙ idem effectus posset bis produci, consequens est impossibile, & consequentia probatur, quia dato ꝙ a. effectus posset produci & materia. b. & a. c. vel. d. inducuntur, ponatur ergo ꝙ producatur. a. c. ex materia. b. propter hoc manifestum est quòd nulla impotentia generatur in ipso. d. ergo generato ipso effectu. a. & approximata materia. b. d. agenti, ipsum poterit eundem effectum producere, quod fuit consequens probandum.

Sed diceres nunquid ista ratio improbat conclusionem primam. Respondeo quòd non, quia licet huiusmodi cadauer posset generari. a. c. & a. d. postquam autem ponitur productum. a. c. hoc est per virtutem qualitatiuam, quæ erat in materia corrupta forma bouis, & quia ista non potest redire eadem numero corrupto effectu. d. postea istum effectum nō poterit producere seu generare. Probatur deinde ista cōclusio, auctoritate Philosophi & Commen. 8. Meta. vbi dicit. Quia diuersitas effectuum est propter diuersitatē materiæ & motoris. i. agentis, modo nisi diuisim diuersitas motoris sola faceret differentiam & diuersitatem effectuum. frustra diceret diuersitatem motoris, sicut frustra adderetur diuersitas causæ instrumentalis, seu applicantis, seu diuersitas finis. Ex quo sequitur quòd impossibile fuit hunc asinum fuisse generatū, nisi à suo patre. Secundo quòd istam caliditatem quam. a. ignis produxit in manu mea nō potuit aliquid aliud generare, nec aliquis alius ignis. Et hæc de tertio articulo. Tex.

Ad rationes quæstionis respondetur. Ad primam conceditur, ꝙ idem ignis simul potest produci à quolibet plurium ignium, vno & eodem tempore ad sui generationem concurrentiū, sed de hoc nihil ad præsens. Nam de hoc non querit quęstio, sed queritvtrum idem effectus possit ab vno agentium, alio non concurrente generari, & etiam ab alio non concurrente, primo. put patet in principio quæstionis. Ad secundam negatur antecedēs. s. quòd caliditas eadem &c. possit à quolibet plurium agentium de per se concurrentium generari.

Et ad probationem dicitur. quòd manu frigida applicata cuilibet diuersorum ignium eque calidorum quilibet eam calefaceret consimili, sed non caliditate eadem numero, vt in tertio articulo dictum est. Ad tertiam negatur antecedens. s. quòd ex ligno dato quodlibet diuersorum agentium &c. potest ex eo generare eundem ignem numero. Et ad suam probationem dicitur, ꝙ ignem vnū generat vnus ignis, & si alteri idem lignum pro eadem hora fuisset applicatum generasset consimilem, sicut caliditatem similem introduceret, sed non eūdem ignem, sicut nec eandem caliditatem introduceret.

Ad quartam potest dici dupliciter. Vno modo & magis proprie, vt credo quòd diuersarum gallinarum quælibet ex eodem ouo, alium pullum produceret, & causa est, quia calor introductus à gallina videtur de per se agere ad productionem formæ substantialis pulli, qa igitur iste calor à diuersis gallinis est alius & alius ergo etiam forma pulli producti erit alia & alia. Ad improbationem dicitur, quòd licet semen galli sit idem, & materia sit eadem, tamen qualitatiua dispositio quæ immediate educit formam substantialem cum cœlo, est alia &

idē effectus nō pt produci ab alio agente q ꝑ se ꝑ influere

alia & alia sub diuersis gallinis, & ideo licet forma seminis sit eadem, alia forma numero alibi & alibi producitur. Aliter potest dici, quòd calor galline solum accidentaliter agit ad pulli productionem, & semen solū actuatum per illum calorem quicunq; esset actuans illum calorem inducit in ouo, quo forma substantialis pulli producitur, & sic conceditur quod ratio concludit. Et argumentum sit pro prima conclusione tertij articuli.

Ad quintam de cadauere dicitur, quòd arguit pro conclusione iam dicta. Ad sextam negatur antecedens & consequentia. nam esto quòd sensatio generaretur in sensu & remoueatur clam generans, & approximetur simile, hoc generabit nouam sensationem, licet hoc lateat sentientem, & ideo ratio quo ad illud antecedens est falsum. Similiter nihil valet consequentia, diuersi calores possunt istum calorem genitum conseruare. ergo possunt eundem generare, cum antecedens sit simpliciter verum, & consequens impossibile.

Ad septimam negatur antecedens, scilicet, quòd à quolibet diuersorum hominum potest idem conceptus in intellectu generari.

Et ad probationem dicitur, quòd bene quilibet homo potest generare similem conceptum, cum cōceptu quem alter generaret, non tamen potest eundem. Conceditur tamen ꝙ conceptus genitus non plus erit vnius hominis quàm alterius, tamen per alia phantasmata generat eum sor. & per alia Plato, licet phantasmata sint similia, & ideo conceptus geniti debent esse consimiles, sed non sunt idem. Ad octauam negatur consequentia, qua infertur à quolibet diuersorum agentium specie potest produci idem effectus numero.

Et ad probationem dicitur, ꝙ maior ratio est, quia ad producendum eundem effectum in specie sufficit, ꝙ causæ sint consimilis virtutis, modo causæ diuersarum specierum bene sunt consimilis virtutis, & ideo idem in specie possunt producere, sed ad producendum eundem effectum numero requiritur ꝙ causę sint eiusdem virtutis numero. modo nullæ causæ totales naturaliter diuersæ sunt eiusdem virtutis numero, & ideo eundem effectum nequeunt producere. Ad nonam dicitur, quòd diuersi possunt esse fines eiusdem effectus, & negatur consequentia, ergo à quolibet plurium agentium potest idem effectus generari, &c.

Et ad probationem dicitur, quòd non est simile de fine, saltem de fine producto seu intento & agente. Finis enim simpliciter frequenter nihil agit de per se ad productionem effectus, agens autem semper coagit.

Et si dicatur ꝙ finis gratia cuius coagit, tunc respondebitur directe, sicut prius, quando huiusmodi finium actio est de per se in effectu, tunc non potest à quolibet plurium finium idem effectus numero produci. Etiam dicitur ꝙ quando finis agentium naturaliter gratia cuius agit, sunt semper alij & alij effectus, neq; possunt esse plures fines, gratia cuius agentium naturaliter eque immediate, sed bene subordinati, vt ignis generans ignē immediate intendit se permanere, & mediate intendit perfectionem vniuersi. in de substantia orbis. Ad auctoritatem autem Commentatoris dicitur, quòd loquitur de fine gratia cuius. probatio antecedentis procedit de finibus operantibus voluntarie, & non naturaliter, & tales fines nihil influūt in effectum, & ideo ratio non procedit. Ad decimam conceditur, quòd causę agentes sunt extrinsece, & negatur consequentia, quòd propter hoc ex diuersitate diuersorum agentium non debet effectus diuersificari. Ad probationem dicitur, ꝙ effectus bene capit distinctionem ab agente illo suo extrinseco, sicut & totalem suam existentiam capit ab eodem. Ad vndecimam conceditur. quòd omnes causæ agentes præter primam sunt instrumentales in ordine ad primam. & negatur consequentia, quòd propter hoc ex ipsarum variatione non debet effectus diuersificari, dum tamen de per se illum effectum producant, vt dictum est primo. ergo consequentia non valet, quia arguit de causis instrumentalibus effectuum, non de per se producentibus & ideo de illis nihil est ad pręsens.

Ad vltimam dicitur, quòd ipsa arguit de agentibus accidentalibus, & ideo quod ipsa concludit est pro prima conclusione tertij articuli. Ratio vero per oppositum arguit pro secunda conclusione tertij articuli. Et hæc de hac quæstione.

Quæstio IX.

QVeritur nono. Vtrum in quolibet plurium instantium idem generabile datum posit generari. verbi gratia. posito ꝙ a, sit genitum in a, instanti, quęstio est, vtrum ipsum potest seu potuisset fuisse genitum in alio instanti. Et arguitur primo quòd sic, quia a, est contingenter probabile. ergo potest eque bene cras, sicut post cras generari. supposito quòd nondum materia sit disposita ad eius generationem. consequentia videtur tenere, quia de contingentibus non est maior determinatio, vt eueniant cras quàm post cras. antecedens est notum, quia multa generabilia sunt contingenter generabilia, vt dicitur primo Cœli. cap. vltimo. Secundo arguitur sic. Forma cadaueris posset generari hodie ex boue, & etiam post cras. igitur, &c. Tex.c.27 consequentia tenet, & antecedens apparet, quia quandocunque interficitur bos forma cadaueris generatur, modo hic bos potest hodie, vel potest cras interfici.

Tertio nisi sic esset. Sequeretur quòd nulla generatio posset differri. consequens est falsum, & consequentia tenet, ex quo eadem res non potest in alia hora generari.

Quarto idem puer numero secundum medicos potest in septimo vel octauo vel nono mense generari, ergo, &c. consequentia est nota, & antecedens est medicorum. Quinto si non posset sequeretur vel quòd infinita esset instantia, in quibus nihil potest generari, vel quòd esset infinita multitudo generabilium, quorum nullum vnquam generabitur. consequens videtur absurdum pro qualibet sui parte, & consequentia probatur, quia infinita sunt instantia, in quibus saltem de istis mixtis perfectis nullum generatur. Queritur. ergo an in nullo illorum instantium aliquod talium posit generari, & si sic, habetur primum. vel vtrum in quolibet aliquod istorum mixtorum perfectorum posset generari, & si sic. cum non generetur in eo neq; posset in alio instanti generari. sequitur secundum, scilicet quòd infinita sunt generabilia, quorum nullum vnquam generabitur. Sexto in quolibet multorum instantium potest sor. corrumpi. ergo cum sor. corruptio sit cadaueris sor. generatio. sequitur quòd in quolibet plurium instantium potest cadauer sor. generari. ergo idem generabile potest in quolibet plurium instantium generari consequentiæ sunt notæ. & antecedens similiter. Septimo sit a, generabile in b, instanti, & non generetur in illo, quod est posibile, cum a, sit contingenter generabile, quæritur ergo. an post b, instans hic est posibilis a, est generabile. Et si dicatur quòd sic. Sequitur ꝙ sit generabile pro aliquo alio instanti, quàm pro b, & si erat generabile in b, ergo est generabile in quolibet plurium instantium, si dicatur quòd non. Contra hæc erat posibilis, immo vera, & ex parte rei nulla est facta mutatio, cum a, nunquam fuit ens, immo semper nihil fuit, ergo ipsa adhuc est posibilis & non imposibilis. Octauo sequeretur si quæstio non esset vera in tempore a, b, desinerent generari ex dato ligno infiniti ignes manente ligno. consequens videtur absurdum, eo ꝙ lignum manet, & ꝓbatur consequentia, quia cū infinite sunt partes proportionales a, b, & in qualibet certus ignis ex isto ligno

gno potuit generari, & illæ qui potuit ex eo generari in prima non potuit in secunda. & qui in secunda non potuit in tertia, & sic deinceps. sequitur ergo quòd infiniti ignes ex isto ligno dato poterant in a,b, tempore generari, & cessante a,b, tempore manente ligno ammodo non possunt, cum nihil illorum qui tunc poterant generari, posset postea generari. ergo infiniti ignes cessant in instanti terminante tempus a,b, ex ipso ligno ipso remanente posse generari, quod fuit probandum. Nono in quolibet diuersorum temporum possunt eędem causæ totaliter ad effectus generationem concurrere, igitur in quolibet plurium illorum potuit generari idem effectus, tenet consequentia ad easdem causas numero sequitur identitas effectus, antecedēs patet, quia aqua iam summę frigida, crastina die eodem ligno, cui hodie potest applicari, tunc est eadem causa materialis receptiua frigiditatis, puta materia, & eadem causa efficiens, puta frigiditas aque, causæ ergo inferiores sunt eædem & superiores, puta cœlum & intelligentiæ sunt eædem, igitur antecedens verum.

Oppositum arguitur primo, quia sequeretur quòd idem effectus posset bis generari, consequens impossibile, & consequentia probatur, quia si a, effectus potest in plurium quolibet instantium generari, sic in c,d, & generetur in c, & corrumpatur, ergo cum tunc maneat eadem materia, & eædem causæ agentes, tam particulares quàm vniuersales, videtur ꝙ non est ablata potentia, quin possit generari in d, quo posito in esse sequitur a, effectum bis gñari, quod est ꝓpositum. ergo &c.

In ista quæstione erunt duo articuli. In primo videndum est de motu seu mutatione. Secundo videndum est de quæsito, & de terminis motus. Demum ad rationes respondebitur.

Quantum ad primum articulum supponitur primo ꝙ per potentiam naturalem tempus præteritum non potest non esse præteritum, immo dicunt aliqui, quòd etiam per nullam potentiam tempus præteritum posset redire, quia dicunt implicare contradictionem. s. quòd idem esset semel pure corruptum, & sic non esset, & postea iterum esset, & sic esset & non esset. Secunda suppositio est, ꝙ motus est tempus, vel saltem consignificat
Tex.c.98 cat tempus, vt patet. 4. Physic. Tertio supponitur, ꝙ aliud est motus, quàm mobile, vel aliud importat, patet, quia motus importat successionem, quam non im-
Tex.c.93 portat mobile, & propter hoc. 4. Physi. negat Aristo. ꝙ medietas circulationis est circulatio.

His præmissis sit hæc prima conclusio, dato aliquo motu facto in aliquo tempore impossibile est fuisse factum in alio tempore, probatur sic, motus importat moueri in tempore, per secundam suppositionem, igitur a, motus factus in tempore b, importat moueri in tempore b, sed moueri in tempore b, non potest esse in alio tempore, quàm in tempore b, ergo &c. maior determinata fuit prius, & minor patet per primam suppositionem, quia moueri in tempore b, includit b, tempus modo tempus b, non potuit fuisse in alio tempore, cum præteritum tempus non possit non esse præteritum.

Secunda conclusio. Impossibile est motum cęli, qui est in vno tempore esse in alio, & sic nec aliquid aliorum potest esse in alio tempore, quàm in illo in quo est
Tex.c.1. consequentia tenet per Philosophum octauo Phy. quia omnis alius motus depēdet à motu cęli, ergo si iste non potuit fuisse alio tempore, neq; quicunq; alter potuit. Et ex alio, quia remotio principalis causæ & variatio facit variationem in effectibus, modo motus cœli est prin-
Tex.c.21 cipalior causa omnium motuum. 1. Metheo. & primo
Tex.c.56 Met. & secundo huius. cap. 9. antecedens arguitur, quia idem motus cœli non potest redire, cum non possit redire tempus idem, vt dicit prima suppositio, & ex alio si posset illæ motus cœli esse alio tempore. Sequeretur ꝙ esto ꝙ, nunc sit factus, adhuc postea posset fieri, quod implicat, quia sic idem bis fieret. Ex hoc sequitur correlariæ, quòd eundem cursum numero, quem sor. facit homine non potuisset fecisse alio tēpore. Sequitur etiam ꝙ si sor. mouetur aliquo motu hora vesperarum si expectasset vsque ad horam sequentem non potuisset isto eodem motu fuisse motus, licet potuisset alio. Secunda conclusio est, quòd illud quod acquiritur per vnam mutationem seu motum totalem tanquam eius terminus extrinsecus, & proprius impossibile est acquiri per aliam mutationem totalem seu alium motum, probatur. quia mutatio acquisitiua habet distinctionem numeralem, & etiam specificam à termino ad quem vadit ergo quàndocunq; fuisset altera mutatio numero terminus fuisset alter, igitur productum per vnam mutationem per aliam non potest produci. Et notanter dicitur in conclusione. Illud quod acquiritur tanquam terminus proprius &c. quia diuersi motus locales successiue possunt attingere eundem locum, quare locus non est terminus proprius & intrinsecus motus localis, sed potius sua pars est terminus eius, sicut habet videri. 3. Phy.

Secundo etiam dicitur in conclusione totalem, quia forte est possibile quòd idem terminus acquiratur per vnum motum totalem, & alium qui est sua pars, vt totali calefactione acquiritur caliditas, & eadem saltem partialiter acquiritur immediate eiusdem calefactionis. Et hæc de primo articulo.

Quantum ad secundum arti. sit hæc prima suppositio, ꝙ omnis mutatio inferior dependet à cœlo tāquam à causa sua principali & influente principaliori ad sui ge-
nerationem vt patet. 1. Metheo. cap. 2. & etiam. 12. Me- Text.
taphy. 8. Physi. & secundo huius cap. vltimo. Et per au- Text.
ctorem de causis dicentem, ꝙ causa prima plus influit 57.&
in effectum, q̃ causa aliqua secundarum. Secunda sup- Tex.
positio. Mutationes istę dependent à cœlo. ista inferiora sic respiciente, & non solum à cęlo absolute, patet. quia nō agit in ista inferiora, nisi per aspectus quibus influit.

Tertia suppositio. Cęlum est causa de per se agens ad generationem effectus, & etiam sui influentia. patet per primam suppositionem. Quarta suppositio. Ad varietatem causæ de per se agentis ad generationem effectus, variatur effectus. patet per prædicta in quæstione præcedenti. Quinta suppositio. Impossibile est cœlum eodem motu numero, & tempore moueri in vno tempore, quo mouetur in alio, & ex consequenti, nec influere vna & eadem influentia numero alio, & alio tempore, patet per prædicta in primo articulo.

Sexta suppositio est notandum, quòd hic non capitur instans pro mensura indiuisibili, sed pro tempore productionis rei in esse adequate, & ideo siue quis vellet ponere instantia indiuisibilia, siue non, nihil variat propositum.

His præmissis sit hæc prima conclusio. ꝙ generabile datum impossibile est in quolibet plurium instantium produci, probatur sic. sit a, generabile datum ꝙ potuit produci in c, instanti per mutationem b, tunc arguitur sic b, mutatio non potuit esse in alio instāti, ergo a, non potuit in alio instanti generari. ergo &c. consequentia tenet per secundam conclusionem primi articuli, quia a, non potuit produci, nisi per mutationem istam tantam c, antecedens patet, per conclusionem primā eiusdem articuli, quia non potest idem numero successiue redire. Item secundo arguitur sic. In quolibet instanti motus cœli est alius, ergo generatio de necessitate erit alia. consequentia tenet, quia motus cœli per suas influentias est de per se agens ad generationem, per suppositionem tertiam, & ad talis causæ variationem variatur effectus, per quartam suppositionem, antecedens patet, per dicta in primo artic. Tertio causæ producentes a, non possunt in diuersis instantibus esse eędem numero.

mero. ergo neq; potest esse idem numero a, producibile in diuersis instantibus, tenet consequentia. quia ad variationem causarum agentium variatur effectus, & antecedens patet, quia cœlum cum suis aspectibus est principalis causa generationis, vt dicunt suppositiones prima & secunda. & hoc in diuersis instantibus non potest eadem influẽtia numero influere, vt patet per quintam suppositionem, licet forte posset influere consimiliter, & ideo etiam consimilem effectum potest producere, sed non eundem. Quarto si a, effectus ex b, materia potest produci, nunc & cras, ponatur ꝙ nunc producatur, tunc esse ipsius a, per hoc quòd a, nunc est productum non fiunt impotentes, si a, productum corrumpitur, & materia suis causis approximaretur, sequitur quòd iterum producerent a, aut potuerunt producere, & sic corruptum potest redire idem numero, & idem potest regenerari, quæ sunt simpliciter impossibilia. Et sequitur ꝙ est impossibile a, pro quolibet plurium instantium posse produci. ergo conclusio vera. Correlarie sequitur, quòd si equus pro instanti, pro quo generabatur non fuisset generatus, idem equus pro alio instanti nunquam potuisset fuisse productus, & ex consequenti nunquam post potuisset produci. Secundo sequitur generationem rei non posse differri, quia in quolibet plurium instantium non potest idem generabile generari, sed bene potest impediri totaliter eius generatio. Secunda conclusio est hic. quòd non est possibile idem numero regenerari, patet. quia quod semel est corruptum, amplius redire non potest, & ideo semel genitum non generatur idem numero. Sed diceret aliquis contra. Nam Commentator dicit. 8. Metaphy. ꝙ si materia est eadem & agens idem & potentia, quod fit erit idem, sed possibile est quòd ignis iam geniti maneat generans, & sicut agens erit idem, & materia etiam manet & potentia, quia non est aliud, quàm materia. ergo effectus ꝓductus. s. ignis genitus ante erit idem. ergo idem bis potest produci. Secundo. quia non videtur impossibile ꝙ deus idem corruptum faciat reuerti.

Côm. 12.

Ad primum istorum potest dici vno modo. ꝙ Commentator per agens idem intelligit agens eodem modo se habens totaliter, modo hoc non est possibile diuersis temporibus, licet bene simili modo se habeat, & hoc loquendo de agente totali generationis. Aliter dicitur & melius ꝙ potentia non manet eadem in ordine ad effectum semel genitum. vnde materia eius nũquam post est ad eam in potentia. Et ad rationem cum dicitur ꝙ potentia est materia & econuerso. hoc verum est anteq̃ effectus sit genitus, sed postquã effectus est genitus materia non manet eadem potentia respectu effectus geniti, licet maneat eadem materia. Ad secundam dicitur. ꝙ de potentia dei supernaturaliter aut miraculose agente nihil curatur ad præsens, sed loquimur hic physicæ. verumtamen est quòd probabile est dicere deum non posse facere idem corruptum redire, aut idem numero regenrari loquendo de eis quæ vere corrumpuntur, sicut asinus & bos, homo enim non proprie corrumpitur, sed forma eius à materia eius separatur. Et hoc de secundo artic.

Ad rationes principales. Ad primã conceditur, ꝙ. a. generabile est contingenter generabile, non quia non possit ita bene generari in vna hora sicut in alia, sed quia potest vna hora generari, etiam pro eadem hora potest eius generatio per voluntatem liberam impediri, aut auferri, sed non differri. Ad secundam dicitur, ꝙ si bos hodie interficiatur, aliud cadauer generaretur, q̃ generaretur si cras interficeretur, & licet forma cadaueris generetur, qñcunq; bos interficeretur, tamen si bos interficeretur alio & alio tempore, alia & alia forma cadaueris generaretur. Ad tertiam cõceditur, ꝙ generatio non potest differri. hoc. n. est pro correlario conclusionis primæ secundi articuli. Ad quartam dicitur, ꝙ medici non loquuntur de gñatione pueri, sed de partu eius, siue natiuitate, siue eius apparẽtia in mundo. non. n. in 7. 8. vel. 9. mẽse generatur pùer, cum diu ante fuit genitus in vtero. Ad quintã potest dici primo modo concedẽdo primum ꝙ sunt infinita instantia, in quibus nullum mixtorum perfectorũ, vt homo vel asinus potest generari, hoc. n. non est inconueniens secũdum astronomos.

Aliter potest dici, quòd infinita sunt generabilia, quorum nullum vnquam generabitur, nec hoc est inconueniens. Ad sextam conceditur antecedens, scilicet quòd in quolibet multorum instantium potest sortes corrumpi, & conceditur consequentia. ergo in quolibet plurium instantium potest cadauer sortis generari, sed non idem, immo aliud & aliud. Et si dicatur idem corruptibile in quolibet plurium instantium potest corrumpi. ergo idem generabile in quolibet plurium instantium potest generari, negatur consequentia, quia corruptũ non fit aliud & aliud propter diuersam actionem corrumpentem. genitum vero propter diuersitatem eiusdem actionis fit aliud & aliud, ideo non est simile. Ad sextam conceditur casus, & dicitur, ꝙ post. b. instans, hæc est impossibilis a, est generabile, licet ante fuerit vera, & hoc respectu temporis futuri Et ad probationem quando dicitur, quòd nulla est facta mutatio ex parte rei. dicitur quòd verum est, quòd nulla est facta mutatio in a, sed mutatio est facta in his quæ debuissent fuisse eius causæ, puta motus & influentia cœli, & alia huiusmodi. Ista enim perierunt & non possunt redire, quare a, ex defectu suarum causarum non potest ammodo regenerari, & ideo ista propositio. a. est generabile, facta est impossibilis, licet a, non fit in se mutatum.

Ad octauam conceditur, quòd infiniti ignes defierunt posse generari, ex dato ligno tempore a, b, per impedimentum liberi arbitrij. Næc hoc inconuenit. Ad nonam negetur antecedẽs. s. quòd in quolibet plurium instantium possunt eædem causæ ad effectus generationem totaliter concurrere, prout satis patet eius falsitas ex quęstione. Ad probationem dicitur, quòd esto ꝙ in quolibet plurium instantium causæ inferiores essent eædem, tamen causę superiores non possunt esse eędem omnes, quæ tamen sunt principales, cum in alio & alio instanti de necessitate fit alia & alia influentia cœli, & alius & alius motus eiusdem, nec est verum quòd causæ inferiores possunt esse eædem respectu formæ substantialis producende, quia eadem frigiditas non potest in materiam in quolibet diuersorum instantium eandem frigiditatem producere numero, & sic de caliditate, & alijs dispositionibus materialibus requisitis ad productionem effectus, quare nec potest in quolibet diuersorum instantium idem effectus generari. Ratio post oppositum arguit pro prima conclusione primi articuli. Et hæc de secunda quæstione.

De augmentatione, reliquum est dicere quomodo differt à generatione &c. Textu commen. 25.

Quæstio. X.

QVeritur decimo. Vtrum augmentatio sit generatio. Et arguitur primo ꝙ sic. Nam augmentatio albedinis est generatio. ergo &c. consequentia tenet, quia huiusmodi augmentatio est generatio, & antecedens patet, quia augmentatio albedinis, non est aliud q̃ generatio noue albedinis, qua albedo fit intensior. hic aũt est generatio. vt notum est. Secundo. augmentatio ignis ex lignis appositis est gñatio. ergo &c. consequentia tenet, quia hic augmentatio ignis non est aliud q̃ gñatio noui ignis ex lignis de nouo appositis igni. Tertio in augmẽtatione est alicuius simplex corruptio. igitur ipsa est simplex gñatio, consequẽtia tenet.

quia generatio vnius, est corruptio alterius, & econtra, primo huius. cap. tertio & antecedens patet, quia in augmentatione est simplex corruptio nutrimenti. Quarto. diminutio est corruptio. ergo augmentatio est generatio: consequentia tenet per regulam topicam, sicut oppositum in opposito, sic propositum in proposito, & antecedens declaratur, quia aliqua pars viui in diminutione corrumpitur, aliter ipsa non fieret aliquo recedente, quod tamen Arist. dicit in litera, & ex consequenti illa ante erat viua siue substantia, & postea non est viua nec substantia, quare patet quod substãtia corrumpitur simpliciter ex prius dictis. Quinto. si non esset generatio hoc esset, eo quod esset motus ad quantitatem, & talis non est generatio, sed augmentatio non est motus ad quantitatem. ergo stat quod augmentatio est generatio, maior patet, quia non videtur quod aliud obstet, nisi quia augmentatio videtur esse motus ad quantitatem, & generatio ad substantiam. & huiusmodi motus sunt distincti. minor declaratur, quia rarefactio est motus ad quantitatem, quia per ipsam proprie mutantur termini de prima substantia de prædicamento quantitatis, quod non esset nisi motus ad quantitatem, & si rarefactio est motus ad quantitatem, augmentatio non videtur esse motus ad quantitatem, eo quod augmẽtatio non est rarefactio, prout satis deducitur ab Aristot. in litera.

Tex.c.17

Tex.c.31 32.&.35.

Tex.c.33 &.34. Sexta. omnis motus ad substantiam est generatio, modo augmentatio est motus ad substantiam. probatur. quia est nutritio, per Philosophum in litera. modo nutritio est ad restaurandam substantiam deperditam. ergo &c.

Tex.c.25 &.26. Tex.c.6. Tex.c.18 &.19. Oppositum arguitur auctoritate Philosophi. cap. 4. huius primi. &. 3. Physi. ca. 2. &. 5. Physico. cap. 3. & in postprædicamentis. c. 4. vbi semper distinguit augmentationem contra generationem. Secundo augmentatio, & generatio sunt mutationes distinctæ. ergo augmentatio non est generatio. consequentia tenet, quia distinctorum vnum non est alterum, & antecedens patet, quia à Philosopho ponuntur vbique tam ex parte terminorum, quàm etiam ex modo mutationis mutationes distinctæ. Tertio sic, nullus motus ad quantitatem est generatio, omnis augmentatio est motus ad quantitatẽ. ergo nulla augmentatio est generatio, maior patet. quia generatio est motus ad substantiam. 5. Physi. minor patet. ibidem. cap. 3. Quarto nihil quod generatur augetur. ergo generatio non est augmentatio. consequentia tenet per locum à coniugatis, & antecedens patet. quia quod generatur non est, quod autem augetur est, ergo quod generatur non augetur. Quinto. omnis augmentatio est proprie motus, & nulla generatio est proprie motus. ergo nulla generatio est proprie augmentatio, discursus est in camestres, & maior & minor patent quinto Phy. Sexto generatio est in subiecto in pura potentia, ergo ipsa non est augmentatio. consequentia tenet, quia omnis augmentatio est entis in actu eiusdem sub vtroque terminorum, & antecedens patet primo Physi. &. 2. de Anima.

Tex.c.8. &.10. Tex.c.18 &.19. Tex.c.9. &.10. Cõm. 69 Cõm. 4.

In ista quæstione erunt tres articuli. In primo videbitur diffinitio augmentationis, & conditiones eiusdem. In secundo cõparabitur augmentatio ad singulos alios motus, & recitabitur vna opinio de quantitate augmentationis, & improbabitur. In tertio vero respondebitur ad quæsitum.

Quantum ad primum arti. est primo notandum, quod augmentatio pluribus modis accipitur. Primo modo accipitur pro intẽsione, & sic diceremus albedinem, cum intenditur augeri. Secundo modo accipitur pro maioratione quantitatis discretæ, sicut diceremus numerum augeri apposita vnitate, vel alio numero. Tertio accipitur pro maioratione continua facta sine aliqua additione, & isto modo dicitur augeri illud quod rarefit. Quarto accipitur pro maioratione facta per appositionem similis conuersi in simile, & isto modo dicimus aquam augeri per appositionem aquæ nouæ. Quinto capitur pro maioratione facta per appositionem dissimilis conuersi in simile, & isto modo dicimus ignem augeri per appositionem lignorum. Sexto capitur pro maioratione viuentis facta per intus susceptionem nutrimenti, & ipsius conuersionem in maiores partes, quã sunt deperditæ per actionem caloris naturalis, & hoc modo solum accipitur hic. nam alij modi non sunt propriè augmentationes secundum modum loquendi Aristot. De rarefactione postea videbitur, an possit conuenienter dici motus ad quantitatem, vel non, sed tamen ad præsens solum curatur de augmentatione sexto modo dicta. Secundo est notandum, quod augmentatio ista potest sic describi. Augmentatio est conuersio nutrimenti in potentia corpus animatum, in corpus actu animatum in maius, quàm est deperditum per actionem caloris naturalis factam ab anima, vt ipsum viuũ suam debitam quantitatem attingat, in qua descriptione tangitur causa formalis, cum dicitur quòd est conuersio. Non enim habet motus vel accidens propriam causam formalem, & tangitur causa materialis, cum dicitur nutrimenti in potentia corpus animatum. tangitur causa efficiens instrumentalis, cum dicitur per actionem caloris naturalis. tangitur etiam causa efficiens principalis, cum dicitur facta ab anima, & tangitur causa finalis, cum dicitur vel subditur, vt ipsum viuum debitam suam quantitatem attingat. Ex qua descriptione per modum propositum possunt inferri conditiones augmentationis. Et sit hæc prima propositio. Augmentatio habet fieri aliquo adueniente. probatur ex descriptione, quia est conuersio nutrimenti. hoc autem esse non posset, nisi nutrimentum adueniret. Confirmatur. quia rarius saltem isto modo non dicitur maius, immo oportet quòd maioratio quæ dicitur augmentatio fiat non solum per extensionem, sed per nouæ rei additionem, quod est propositum: consequentia tenet, & antecedens probatur, quia non dicitur aqua rara, aut cera rarefacta maior quàm est ante rarefactionem isto modo, non tamen credatur quòd velim negare, quin dicatur maius, sed volo dicere quòd isto modo non dicitur maius. Et attenditur iste modus penes habere plus de materia vna cum maiori extensione. modo licet rarius habeat maiorem extensionem, tamen non habet plus de materia. Secunda propositio. Augmentatio debet esse eiusdem rei. ante & post. patet, quia augmentatio est vere motus, & consequenter oportet quòd idem sit mobile, quod ea mouetur in vtroque termino, & ideo oportet rem quæ augetur esse eandem ante, & post, quia motus est actus mobilis eiusdem ante & post quinto Physico. & antecedens patet. in eodem quinto.

Confirmatur. Nisi res quæ augentur manerent eædem ante & post, sequeretur quòd per augmentationem nihil augeretur. consequens est inconueniens, & consequentia probatur, quia illud quod est in termino à quo non augmentaretur, quia non maneret, nec illud quod est in termino ad quem, quia iam esset de nouo, sic quòd non fuisset ante, quare non augeretur. Tertia propositio. Quælibet pars aucti porosa, saltem debet esse aucta. patet, quia augmentatio fit ab anima, prout notum est, mittente nutrimentum ad singulas partes corporis, vt patet ex diffinitione, modo non est ratio propter quam vna pars porosa augeretur, & non alia, vt notum est, veruntamen est quòd de his duabus conditionibus magis videbitur post. Quarta propositio quæ sequitur est hic, quòd augmentatio propriè dicta fit per intus susceptionem nutrimenti, & non solum per appositionem eiusdem, & per ipsius conuersionem, appositionem, & assimilationem corpori animato.

to. patet, prima pars cum omnibus sequentibus, quia alias non posset esse conuersio nutrimenti in corpus animatum maius quàm est deperditum per actionem factam à calore naturali, quia si calor naturalis hoc debeat facere, requiritur de necessitate ꝙ nutrimentum ingrediatur corpus, vt notum est. Tunc sit quinta propositio siuè conclusio, ꝙ augmentàtio fit nutrimen
Tex.c.34 & 35. to aduenięte in principio dissimili, patet. quia alias non deberet esse eius conuersio antequam vniretur corpori
Tex.c.50 vsq; ad 88. animato. Sexta propositio. Nutrimentum debet esse in fine simile corpori animato, patet. quia aliquis non conuerteretur in corpus actu animatum. Tunc sunt conditiones negatiue, quas Aristo. ponit in litera. Prima est, quòd nihil sit vacuum, patet ex quarto Physic. Secunda est, ꝙ non sit possibilis penetratio dimensionum, patet ibidem. Tertia est, quòd augmentatio non fit adueniente aliquo incorporeo, patet. quia per incorporeum additum nihil fieret maius, quare oportet ꝙ fiat adueniente corporeo. Et hæc de primo articulo, quia ipse de conditionibus augmentationis videtur esse sufficiens.

Quantum ad secundum artic. sit hæc prima conclusio. Ad augmentationem requiritur motus localis. probatur, quia requiritur aduenire nutrimentum per primam conditionem eius, modo istud aduenire non potest nisi per motum localem. Secunda conclusio. Ad augmentationem requiritur alteratio, patet. quia nutrimentum in principio est dissimile, & in fine debet fieri simile. per quintam & sextam conditionem. hæc autem dissimilis assimilatio fieri non potest, nisi per alterationem ipsius. ergo habetur conclusio. Tertia conclusio. Ad augmentationem requiritur vera corruptio patet. dissimile substantialiter non potest assimilari corpori animato, nisi corrumpatur. Quarta conclusio. Ad augmentationem requiritur vera generatio. patet, quia aut ista materia in qua forma nutrimenti corrumpitur manet nuda, quod non est dicendum, vel generatur in ea noua forma substantialis, & si sic, tunc est generatio substantialis, ergo generatio vera simpliciter. Quinta conclusio. Ad augmentationem requiritur nutritio, patet. quia per augmentationem quælibet pars viuentis porosa acquirit magis quàm deperdat. ergo quælibet pars viuentis nutritur. consequentia tenet, quia nutritio in viuente non est aliud quàm deperditi restauratio. modo impossibile est, quòd acquiratur plus quàm est deperditum, nisi deperditum restauretur. ergo impossibile est ꝙ perficiatur augmentatio in qualibet parte viuentis, quin quælibet pars viuentis nutriatur, antecedens patet per tertiam conditionem augmentationis. Ecce ergo quomodo motus ad augmentationem requiritur.

Sexta conclusio est, ꝙ augmẽtatio & generatio sunt
Tex.c.6 5. vsq; ad 18. species motus distinctæ, & hoc capiendo motum large, sicut accipitur in. 3. Physic. patet, quia differunt ad minus ratione, quia ratio generationis est esse ad substantiam nouam, augmentationis autem ad quantitatem nouam, seu maiorem. Septima conclusio. Augmentatio non est solus motus localis, patet. quia nunq̃ per solum motũ localem aliquid augmentaretur, nec etiam nutrimentum alteraretur. ergo &c. Octaua conclusio. Augmentatio non est solum alteratio seu digestio, patet. quia per solam digestionem etiam nunquam fieret augmentatio, nisi nutrimentum corrumperetur, & in substantiam rei augmentande conuerteretur. Nona conclusio. Augmentatio non est sola corruptio. patet, quia sola corruptio augmentationem non perficeret, nisi generatio substantiæ consimilis in materia nutrimenti superueniret. Decima conclusio. Augmẽtatio & nutritio differunt ratione, quia licet sint idem in re, tamen nutritio non connotat in sua ratione nisi deperditi restaurationem, Augmẽtatio vero connotat ꝙ vltra hoc restauratur plus q̃ est deperditum, & ideo etiam nutritio reperitur in speciebus, in quibus augmẽtatio non reperitur, & sic comparata est augmentatio ad singulas alias mutationes, secum concurrentes. Vltima conclusio. Augmentatio est motus ad quantitatem, hæc satis patet in. 5. Phy. & primo huius, & ratio est, quia per Tex.c.18
augmentationem de per se fit variatio terminorum de Tex.c.26
prędicamento quãtitatis de eo quod augetur. ergo &c. consequentia est bona, & antecedens manifestum est, cum viuum post augmentationem sit maius quã ante.

Sed bene est aduertendum ꝙ ex istis conclusionibus non apparet adhuc expræsse, an augmentatio sit generatio vel non, immo nec apparet quæ res sit huiusmodi augmentatio. Nam si quinque motus (de quibus est ante dictum) in primis quinque conditionibus sufficiũt & requiruntur ad augmẽtationem, dubium est, an ipsi quinque, an aliquis istorum sit augmentatio, & de hoc adhuc nihil videtur dictum. Sed aliqui & notabiles viri de isto dicunt concorditer, ꝙ augmentatio est isti quinque motus simul, & hoc videtur aperte, quia istis quinque existentibus est augmentatio, salutem si fiat cõuersio in maiores partes quàm sint deperdite, & istis non existentibus non est augmentatio, quare patet ꝙ augmentatio sit idem cum istis quinq; motibus.

Sed re vera, mihi non apparet ꝙ hoc possit stare salua eorum reuerentia. primo, quia tunc augmẽtatio non esset motus, consequens est contra eos, & contra dicta, & probo consequentiam, quia idem est motus, & vnus motus, sicut propositio, & propositio vna. primo Elenchorum. modo ista quinq; non sunt vnus motus, quare nec sunt motus, si ergo augmentatio esset ista quinque, ipsa non esset vnum. Secundo sequitur. ꝙ augmentatio nihil esset. consequens est falsum, & contra eos, & probo consequentiam, quia ista quinq; sunt distincta, & distincti motus, licet sint plura entia, tamen non sunt vnum ens, quare nec sunt ens, nullum ens sunt, & per consequens nihil sunt, si ergo augmẽtatio esset ista quinque, augmentatio nihil esset. Nec valeret, si dicerent ꝙ propter vnitatem termini, qui est quantias viuentis maior, ista possunt dici vnus motus, cum motus sit de essentia termini ad quem. Nam tunc pari ratione dici deberet, ꝙ alteratio & generatio substantiæ essent vnus motus, cum magis à natura alteratio ordinetur in generationem, quàm motus localis in augmentationem, quod tamen nullus dicit. Tertio sequeretur, quòd asinus tunc augmentaretur quando nutrimentum moueretur localiter versus stomachum suum, hoc nullus diceret, quia si asinus illæ interficeretur antequam nutrimentum fuisset digestum, ipse nunquam ex isto nutrimento fuisset auctus. probatur consequentia, quia si augmentatio est isti quinq; motus, tunc asinus q̃cunq; vnus eorum esset in eo moueretur motu augmentationis. probatur, quia moueretur partim motu augmentationis, scilicet motu locali tali cibi. ergo motu augmentationis, consequentia tenet, quia optime sequitur: mouentur partim motu dealbationis, ergo mouentur motu dealbationis, mouentur partim motu locali, ergo mouentur motu locali, ergo sic in proposito, propter has rationes videtur mihi non esse dicendum, ꝙ augmentatio sit vere isti quinq; motus simul sumpti.

Quantum ad tertium articulum sit hæc prima suppositio, quòd generatio substantiæ est generatio simplex, patet ex dictis in secunda quæstione. Ex qua sequitur secunda suppositio. quòd generatio partis corporis animati ex nutrimento est generatio simplex, patet. quia est generatio substantiæ. Tertia suppositio est, quòd licet ista generatio sit generatio simplex, respectu huius substantiæ partialis, tamen est generatio secundum quid in ordine ad totum compositum. patet, quia hoc non generatur per istam generationem simpliciter,

citer, cum ante fuerit, sed bene generatur secundũ quid, puta manus, aut habens illam partem quam ante non habuit, quia nunc habet eam, & ante non habuit.

His præmissis causa maioris declarationis sit hęc conclusio responsalis. Augmentatio est realis generatio partis maioris substantiæ, quàm est deperdita, dum tamen ipsa fiat sic, ꝙ pars quæ generatur partibus quæ præterierunt continuetur, & ideo magis deberet dici aggeneratio quàm absolute generatio. probatur sic. Omnis conuersio nutrimenti in maiores partes corporis animati quàm sunt deperdite est augmentatio, sed illa generatio est huiusmodi, ergo ipsa est augmentatio, consequentia tenet, & antecedens pro prima parte patet, quia generatio est conuersio nutrimenti, puta vltimati & immediati in partes corporis viuentis maiores quàm sint deperdite, cum sit huiusmodi vltimati nutrimenti corruptio, & ipsius viui generatio, quare est nutrimenti conuersio. Secundo probatur fortius sic. Illud quo existente est augmentatio, & quo non existente non est augmentatio omnibus alijs seclusis est vera augmentatio, sed generatio maioris partis, quàm est deperdita in alias partes corporis viuentis est huiusmodi, ergo ipsa est augmentatio, consequentia tenet, & antecedens pro prima parte est manifestum, & pro secunda parte declaratur, quia impossibile est ꝙ maior pars quàm est deperdita corpori viuo in suis poris augmentetur quin ipsum augeatur, & ideo generatione sic existente est augmentatio simpliciter, & si est augmentatio, oportet de necessitate quòd sit maiorum partium quàm sint partes deperdite aggeneratio corpori viuenti, & ideo hac generatione non existente non fit augmẽtatio. ideo conclusio vera. Correlarie sequitur, quòd idem numero est generatio simpliciter & secundum quid, respectu tamen diuersorum patet. Nam generatio huius partialis substãtiæ in ordine ad eam est generatio simpliciter per secundam suppositionem, & tamen in ordine ad compositum, cuius est pars, est generatio secundum quid, vt dicit tertium suppositum istius articuli. Qua conclusione sic probata respondetur ad rationem quam fecit pro se opinio improbata in præcedenti articulo, quando dicit opinio, quòd istis quinque motibus existentibus est augmentatio. dicitur quòd hoc est verum, & quando subditur, ꝙ istis non existentibus non est augmentatio, dicitur quòd licet aliqui istorum non essent, tamen nihil prohiberet esse augmentationem, vt cum motus localis nutrimenti non esset, sed esset nutrimentum actu motum ad membra, dum tamen esset generatio in maiores partes quàm essent deperdite, vt dictũ est, esset augmentatio, immo ad imaginationem nullo alio motu existente, nisi sola aggeneratione esset augmentatio, quare patet ꝙ alia non sunt de eius integritate, licet sint præuia, & ad augmentationem disponant, sicut alteratio disponit ad generationem. Et hoc de tertio articulo.

Ad rationes principales respondetur. Ad primam dicitur quòd arguit de augmẽtatione albedinis, de qua non est ad pręsens speculatio. Non enim est proprie augmentatio, vt dictum est, sed improprie & generatio secundum quid. Eodem modo dicitur de secunda. quę arguit de augmentatione, quæ fit per appositionem, & non de augmentatione quæ fit per intus susceptionem, & de illa ad pręsens etiam non est sermo. Ad tertiam quartam & quintam dicitur, ꝙ si aliquid concludunt, hoc est pro dictis in isto tertio articulo. Ad sextam dicitur, quòd licet augmentatio sit generatio, & motus ad substantiam in ordine ad substãtiam partialem, quæ de cibo generatur, tamen in ordine ad substãtiam compositam quę augetur est motus ad quãtitatem, & quando dicitur quòd non, quia rarefactio est motus ad quantitatem, dicitur quòd nihil prohibet rarefactionem esse motum ad quantitatem, & etiam augmentationem viuentis, & quòd Philosophus quinto Physi. loquens de augmentatione quòd esset motus ad quantitatem, accepit augmentationem large, prout extẽdit se ad vtrunque istorum. Aliter dicunt alij, quòd rarefactio propriissime est quædam attractio, & quòd proprie non sit motus ad quantitatem, licet ad eam sequatur quædã acquisitio quantitatis, sed de isto magis dicetur post. Tex.

Ad rationes post oppositum. Ad primam. s. ad auctoritatem Philosophi dicitur, ꝙ vult solum quòd augmentatio & generatio differunt ratione, & sic ex consequente sunt diuerse species motus, prout dictum est in sexta conclusione secundi articuli. Ad secundam negetur loquendo vniuersaliter, ꝙ in re omnis augmentatio & omnis generatio sint mutationes distinctæ. Et ad Philosophum ponentem ꝙ distinguuntur, tam ex parte terminorum quàm ex parte modorum mutationis, dicitur ꝙ Philosophus non arguit nisi differentiam rationis generationis ab augmentatione, nec aliud intelligit, & ideo ratio non concludit. Nam generatio partialis de qua dictum est dicitur augmentatio, prout per eam compositum fit maius, & dicitur generatio, prout per eam substantia partialis incipit esse quæ ante non fuit. Ad tertiam negetur maior ꝙ nullus motus ad quantitatem est generatio. Nam ista augmẽtatio est vera generatio, & est motus ad quantitatem. Et ad probationem dicitur, ꝙ generatio bene est motus ad substantiam, & non est inconueniens quòd eadem generatio partialis sit ad substantiam respectu substantiæ quę per eam incipit esse, & sit ad quantitatem in ordine ad totum compositum, quod per eam fit maius. Ad quartam conceditur, quòd nihil quod generatur augetur, & negatur consequentia qua infertur. ergo generatio non est augmentatio. Et ad probationem per locum à coniugatis, dicitur ꝙ solum tenet in prædicationibus quidditatiuis, modo talis non est hæc. Ad quintam conceditur maior, ꝙ omnis augmentatio est proprie motus, & negatur minor, quòd nulla generatio est proprie motus. Et ad Philosophum quinto Physi. dicitur ꝙ voluit ꝙ generatio non est proprie motus, inquantum est generatio, prout tamen generatio partialis est mutatio, qua aliqua substantia manens eadem in vtroque termino fit maior, & sic de ea propter ipsam mutationem terminorum de prædicamento quantitatis, & sic est bene proprie motus, licet inquantum est generatio non debeat dici proprie motus. Ad sextam conceditur maior, quòd omnis generatio est in subiecto in potentia, & negatur quòd augmentatio est in subiecto in actu loquendo de subiecto inhesionis ipsius augmentationis, nam augmentatio realiter inheret materiæ nutrimenti, quę non est ens in actu, & quãdo Philosophus & alij dicunt quòd augmentatio est in subiecto in actu eodem vel in vtroq; terminorum loquendo de ista augmentatione, dico quòd loquitur non de subiecto cui augmentatio inheret, sed de subiecto quod denominatur augeri, hoc. n. est viuum manens idem in vtroq; termino mutationis, vt dictum est. Et hæc de ista quæstione.

Suscipiendum vtiq; magis quasi tangentes quæstionem à principio. Tex. cõm. 32. Quæstio. XI.

QVeritur vndecimo. Vtrum cuiuslibet quod augetur quælibet pars augeatur. Et arguitur primo ꝙ non, quia alicuius quod augetur, aliqua pars diminuitur. ergo &c. consequentia tenet, & antecedens patet, de corpore cuius vnus pes est paralyticus, stat. n. augeri in alijs partibus, in quibus virtus non deficit, & tamen pes propter egritudinem continue diminuitur. Secundo sic, in nutritione non quælibet pars nutriti nutritur. ergo nec quælibet pars aucti augetur, tenet

tenet consequentia, quia augmentatio præsupponit nutricationem, vt dictum est, & antececedens patet. quia nutritio non est nisi restauratio deperditi, modo nō quęlibet pars aliquid deperdit, ergo non quælibet pars nutritur. Tertio si sic oporteret nutrimentum diuidi in infinitas partes consequens est impossibile, vt patet tertio physic. & primo huius, & probatur consequentia, quia infinite partes sunt in corpore augendo si ergo quęlibet debet augeri, oportet cuilibet suum nutrimentū, dirigi, & ex consequenti oportet nutrimentum in infinitas partes. diuidi. Quarto si sic sequeretur quòd auctum post augmentationem esset in duplo maius q̄ ante. consequens est falsum, & contra experientiam. consequentia tamen declaratur, quia cuilibet parti quātumcunque parue aliquid adderetur & per cōsequens oportebit nutrimentum applicari, ita longum, ita latum, ita profundum, sicut & corpus quod augetur, ergo fiet duple quantitatis post augmentationem consequentia tenet, & antecedens, patet, quia dato ꝙ nutrimentum nō sit ita longum, sequitur quod non quælibet pars longitudinis augetur, eodem modo arguitur de lato & profundo. Quinto nihil in aucto augetur. ergo non quęlibet pars augetur tenet consequentia, & antecedens, probatur. quia non pars quæ præfuit, quia ista non est maior quam ante, nec pars quæ aduenit, ipsa non fuit ante nec aggregatum, ex eo quod præfuit, & ex eo qđ aduenit, quia hoc aggregatum etiam ante non fuit, Itē hoc aggregatum nunquam fuit minus, quare sequitur quòd non augetur. Confirmatur sic, Pars quæ præfuit non est aucta. ergo non quęlibet pars aucti est aucta tenet consequentia, & an̄s patet vt prius, & ex alio pars aucti, quę aduenit nō est aucta. ergo non quęlibet pars, augetur, tenet consequentia, & antecedens, patet, quia ipsa nunquam ante fuit. Sesto si sic sequeretur ꝙ penetratio dimensionum esset possibilis, consequens non est concedendum, & ut consequentia probatur. quia non est possibile ꝙ quælibet pars aucti augeatur, nisi nutrimentum penetret corpus auctum, & sic sequitur, quòd penetratio dimensionum est possibilis. dato. n. ꝙ partem vnam non penetraret, sequitur ꝙ illa non augetur, cum illa nihil in se recipiat de nutrimento, & augmētatio fiat per intus susceptionem. Septimo si sic sequeretur ꝙ omnis augmētatio esset dolorsa. consequēs est falsum, & consequentia probatur, quia vel nutrimentum ingreditur corpus solidū, vel non, si non. sequitur ꝙ ipsum non nutritur, vt prius, si sic, sequeretur ꝙ nutrimentum diuidit illam partem solidi, & ex consequenti cum propter diuisionem causetur dolor, sequitur ꝙ augmentatio in animali erit semper dolorosa, & si sic sequitur quod probandum erat.

Tex.c.37

Tex.c.9

Tex.c.38 In oppositum est Philosophus. c. de augmentatione in isto primo.

In ista quæstione erunt tres arti. In primo præmittenda sunt notabilia & suppositiones. In secundo ponende sunt conclusiones, In tertio autem & vlti. mouebuntur quædam dubitationes & soluentur.

Quantum ad primum arti. sit hoc primum notabile quòd augmentatio viuētis de qua dictum est prius pōt esse duplex. Quædam propria quæ fit per intus susceptionem nutrimenti, & per conuersionem ipsius in maiores, partes quam sint deperdite. Alia est impropria, & dicitur, pars ex nutrimento genita impropriæ, augeri quæ licet in se non recipiat nutrimētum, tn̄ pars genita ex nutrimento sibi mediate, aut immediate, iuxtaponitur, & sic dicitur improprie, puta per iuxtapositionem augeri. Secundo est notandū, ꝙ ista quæstio intelligitur de corpore viuente sano. Nam non oportet quòd eger qui augetur eius quælibet pars augeatur.

Tertio supponitur, ꝙ corpus viuum habeat in se poros paruos, idest quasi quædam foramina patet ista suppositio. quia ex corpore viui sudantis aqua exit, vel per huiusmodi poros, & sic haberetur propositum, vel exit per solidum, & hoc non est possibile, quia penetratio corporum, quod est contra Philosophum quarto phy. & statim post improbabitur, ex alio nisi huiusmodi pori essent sequeretur ꝙ in viuo non esset locus receptiuus nutrimenti. consequens falsum, & consequentia probatur, quia cum nutrimentum non diuidat corpus, nec ipsum penetret non videtur in quo reciperetur, nisi in huiusmodi poris, ꝙ tertio, quia calor naturalis à corpore nostro resoluit multa per manus & pedes, patet hoc, qa quantumcunq; quis habeat manus mundas ante somnum, post somnum inueniet eas immundas, quæ resoluta si resoluantur per huiusmodi poros habetur propositum. si per solida corpora penetrarent se vt prius.

Tex.c.8 47.&55.

Quarto supponitur. ꝙ nutrimentum non potest intrare corpus viuū nisi per foramina aut per penetrationem, aut diuisionrm patet de se. Quinto sequitur, ꝙ cū non sit penetratio corporum, quia si esset, tunc omnia corpora mundi possent intra granum milij collocari nam qua ratione duo corpora se penetrarent eadem ratione. tria, quatuor. 12. mille, &c. & sic habetur propositum. Quod etiā patet de folle, cuius latera sunt elongata abinuicem, & foramina bene obstructa. non enim potest fieri laterum compressio, nisi alicubi fieret apertura, vt aer possit cederet lateribus follis comprimendi, quod non videtur esse ex alio, nisi quia latera aerem penetrare non possunt, & similiter nutrimentum non posset ingredi, nisi per foramina huiusmodi aut corporis dimensionem. Sesto sequitur, quòd cum augmentatio non fiat per diuisiouem corporis quod augetur, quia sic esset dolorosa in habentibus sensum, quòd ipsa fit per receptionem in huiusmodi poris solum dimissis alijs modis recipiendi nutrimentum, cuius necessitas patet ex alio, quia non sunt ex alio, vt probatum est vel frustra ibidem sunt, quod non est bene dictum. cum natura talia videatur nō facere frustra vel sunt propter recipere nutrimentum, & habetur propositum.

Septimo notandum est pro quinta suppositione, ꝙ omne corpus viuum habet aliquas partes non porosas. probatur primo. quia omnis porus clauditur aliquo, aut ergo aliquo poro, quod est falsum, aut aliqua parte non porosa & habetur propositum. Secundo nisi sic sit totum in continuo existens esse porus, & sic continuum non esset verum continuum, sed apparens. falsitas consequentis est manifesta, & probatur consequentia, quia vel vbique est porus, & sic habetur propositū vel alicubi non in continuo, & si sic, tunc ibi est pars non porosa. Tertio in corpore cōtinuo vel aliqui duo pori sunt proximi, vel non, si non, tunc inter quoslibet duos poros sunt infiniti pori medij, cum quilibet sit certe quantitatis, oportet continuum esse infinitum, quod est falsum, & si sic, tunc distinguens inter duos poros proximos est pars non porosa, non enim potest dici qđ pori proximi per nihil medium sunt distincti, quia tūc non essent duo pori, immo vnus porus continuus. Et hæc de primo articulo.

Quantum ad secundum arti. sit hæc prima cōclusio pars non porosa aucti non augetur proprie per intus susceptionem patet, quia vel augetur per ipsius diuisionē à nutrimento, & hoc non, per sextum notabile. vel per hoc quòd nutrimentum eam penetraret, & hoc non per sextam suppositionem, aut per receptionem quæ fieret in eius foraminibus, & hoc non, quia per casum non habet poros, aut huiusmodi foramina. ergo nutrimentū, nullo modo potest partem nō porosam ingredi, quare nec per intus susceptionem potest augeri. quare sequitur quòd ipsa non proprie augetur. Ex quo hoc correlarium sequitur, quod non quęlibet pars aucti augetur, patet, quia pars nō porosa isto modo non augetur,

patet per conclusionem. Seconda conclusio. quęlibet pars aucti sani augetur. & hanc intelligit Aristo. probare. nã in nutritione quælibet pars porosa nutriti nutritur ergo in augmẽtatione quęlibet pars huiusmodi augetur. consequẽtia tenet, & antecedens probatur, quia si non quælibet pars huiusmodi porosa nutriretur in corpore sano, sequeretur quòd sanum secundũ, vnam partem augeretur, & secundum aliam periret, quod non est possibile, cum sit sanum. probatur consequentia, quia in parte porosa in qua non fieret nutricatio esset deperditio vt notum est, & non fieret restauratio. ergo. Secundo. si qua pars porosa augetur. ergo quælibet, tenet consequentia, cum non sit maior, ratio de vna quam de alia, & antecedens, patet, quia alias in aucto nihil augeretur, quia non pars non porosa, vt dictum est. nec pars porosa. Tertio positis causis sufficientibus debet poni effectus, sed causę sufficientes sunt ad hoc, q̃d in corpore aucto sano quęuis pars porosa augeatur, ergo. &c. tenet consequentia, & antecedens, est notum pro prima parte saltem in agentibus naturalibus, & pro secunda parte patet, quia est materia sufficiens vt nutrimentum & porus recipiens, & natura distribuens. & calor conuertens, in maiores partes quam sint deperdite, ergo videtur quòd quæuis talis pars debet augeri. Tertia conclusio quælibet pars aucti augetur, aut per iuxtapositionem, aut per intus susceptionem, vt dicit secunda conclusio, & partes non porose augentur per iuxtapositionem, quia iuxtaponitur eis mediate, vel immediate pars in poris ex nutrimento, ergo augetur saltem improprie per iuxtapositionem partis genite ex nutrimento. Quarta conclusio quod partes nõ porose non augentur per solam iuxtapositionem, immo etiam per alterationem nutrimenti, & per conuersionem ipsius in naturam aliti quia partes ille iuxtaposite eis cum nutrimento conuenerũt, ipsum in substantiam aucti. ergo, &c. consequentia nota, & antecedens patet. quia alias in poris non fieret augmentatio nisi partes non porose circunstantes nutrimẽtum in poris receptum in substantia corporis aucti conuerterent. Ex quo patet, ꝙ adhuc magis proprie augẽtur iste partes quam aqua per appositionem aque aut, consimilia, quia iste conuertunt nutrimẽtum in sui substantiam, quod non faciunt alia quæ per appositionem corporum consimilium augentur, & sic patet differentia opinionis Aris. adducte quo ad corpora non porosa respectu antiquorũ qui dixerunt augmentationem fieri per solam iuxtapositionem. Et hęc de secundo articulo.

Tex.c.32 (margin, beside "probare")

Tex.c.44 (margin, beside "corporum consimilium")

Quantum ad tertium arti. sit hęc prima dubitatio. s. vtrũ huiusmodi pori possint esse in corpore viuente. Et arguitur ꝙ non primo quia vel essent pleni, vel vacui. si vacui contra Phylosophũ 4. physi. si pleni, contra, sequitur, & tunc nutrimentum ingrediens ipsos poros faceret penetrationem corporum, quod est impossibile. ergo nullo modo possunt poni huiusmodi pori. Secundo vel essent vbique in corpore, & hoc non quia esset contra dicta. vel essent in vna parte sic, & in alia non, & hoc non est dicendum, quia non videtur potior ratio, quare pori essent potius in vna parte corporis quã in alia, cum calor naturalis vniformiter agat in omnem partem corporis, eo ꝙ omni parti est approximatus.

Tex.c.50 vsque ad 88. quarto physi.55.

Tertio si sic nihil augeretur. consequens est inconueniens, & probatur consequentia, quia esto quòd pori fiant pleni, non propter hoc augeretur corpus, sed solum fieret magis densum, eo quod non magis extensum est post quam ante, nam pinta plena, & vna alia, non plena sunt equalis extensionis. Quarto circundans poros poris exclusis nihil in se recipit, & cõsequenter non est auctum, & est omnes partes viui. ergo nulla pars viui est aucta, maior videtur patere per prius dicta cum receptio solum fiat in poris, & partes circundantes exclusis poris nullum habeant porum, minor patet, quia pori non sunt partes corporis. Quinto si sic, sequeretur quòd augmentatio non esset motus continuus per totum corpus consequens est falsum, & probatur consequentia, quia nulla est pars aucta nisi vbi est porus, alibi autem non quare augmentatio non extendit se per totum corpus, oppositum videtur patere per dicta. Secunda dubitatio est. Quid mouet nutrimentum ad partes quæ sunt in capite, & videtur ꝙ non possit illuc venire cum sit graue, ergo non venit illuc naturaliter, cum de natura grauis sit descendere 4. physi. & 4. cœli. nec venit illuc violenter, quia ibi non videtur esse quid violentans ipsum, cum non appareat quę species motus violẽti esset in motu nutrimenti sursum. Secundo nutrimentũ non potest venire ad omnes partes porosas, ergo non mouetur ad omnes partes corporis, consequentia tenet, & antecedens apparet, q̃a multe partes porose sunt in carne & extra venas, modo non videtur quomodo nutrimentũ veniret ad eas, cum eius delegatio solum fiat per venas. Oppositum dictum est. Tertia dubitatio vtrum per istorum pororum repletionem corpus possit augeri, & arguitur, ꝙ non quia nunquam generatur plus quàm est deperditum. ergo nunquam corpus augetur, tenet consequẽtia, & antecedens patet quia non generatur maius q̃ est porus cum receptum non sit maius recipiente modo tãtum quantus est porus est deperditum, ergo nunquam plus generatur q̃ si deperditum. Secundo sequeretur, quod facta vna augmentatione nunquam post deberet augeri corpus. consequens est falsum, & consequentia probatur, quia pori in prima augmentatione replentur, ergo facta illa augmentatione nulli manent, pori, & ex cõsequenti cũ augmentatio non fiat nisi per poros, sequitur ꝙ post primã nullam augmẽtatio deberet fieri, q̃d est propositum. Oppositumest prius dictũ.

Tex.c. Tex.c. (margin)

Ad istas dubitationes quia difficile sunt respondetur per ordinem. Ad primam dicitur, quòd pori sunt in corpore geniti ex caloris naturalis actione corpus nostrum resoluente duplici de causa. Vna ex necessitate causæ efficientis, quia nutriendo se in corpus agit & ipsum resoluendo facit poros. Secunda est necessitas finis, & est duplex, vt poros superfluitas corporũ tertiæ digestionis membris solidis vt carni & similibus nocentes si manerent in corpore à corpore expellantur, & alia est vt eis mediantibus fit nutricatio, & augmentatio. Ad primam rationem in contrarium dicitur, ꝙ pori ante aduentum nutrimenti sunt pleni fumis aeris, & huiusmodi corporibus subtilibus. Et dicitur vltra ꝙ penetratio non fit, quia huiusmodi corpora subtilia cedunt & euolant nutrimento adueniente sicut aer cedit corpori moto per ipsum. Ad secundam dicitur, ꝙ non sunt vbiq; in corpore. Et ad probationem dicitur ꝙ ratio quare sunt magis in vna parte quam in alia est, quia calor naturalis inuenit vnam partem maioris resistentię q̃ aliam, & sic in parte minoris resistentiæ prius generat porum, & hæc est causa quare sunt hic & non ibi licet enim calor in omnem partem agat alterando, tamen non in omnes agit resoluendo, sed in partem minoris resistentię sicut dictum est. Ad tertiam negatur consequentia, qua infertur quòd nihil augeretur. Et ad probationem dicitur negando ꝙ ex pororum repletione corpus solum fiat magis densum, immo est vere maius extensum, licet quantum est ex hoc non apparet ad sensum propter hoc ꝙ non plus apparet extensum quam est ex priori solius repletione nisi aliud concurreret, quod postea dicetur in responsione ad primum articulum secundi dubij, quàm si porus non esse repletus. Et ad probationem dicitur ꝙ pinta repleta vino est magis extensa quàm ipsa non repleta, quia mensurando sc̃dm tres dimensiones ipsa est maior, Sic etiã

corpus

corpus poris repletum in partibus suis, licet quo ad sensum non appareat maius, quàm ante, tñ ſm veritatem est maius q̃ ipsis poris vacuis. Ad quartam negetur ꝙ circundans poros poris exclusis nihil in se recipit. Nam circundans, hoc in se continet ipsos poros, & ex consequenti continet quod in poris recipitur, & ideo recipit illud in se quod pori in se recipiunt, & per conuersionem illius diceretur magis fieri extensum. Ad quintam potest dici vno modo, ꝙ augmentatio est motus, continuus per totum corpus, quia licet solum sit augmentatio per intus susceptionem, vbi est porus, tamen bene est augmentatio aliarum partium per iuxtapositionem, & ex consequenti omnium, & hoc sufficit ad hoc quòd dicatur motus continuus specialiter, cũ tales partes parue non habentes poros non sint per se sensibiles, & per consequens vulgus nullam attribuit eis denominationem. Aliter potest dici probabiliter, quod secundum veritatem quælibet augmentatio est motus continuus. Sed est verum quod per totum corpus non est vna, sed est multiplicata ad multiplicationem pororum, quælibet tamen quæ fit in vno poro est motus contiuus. Et hoc sufficit ad hoc quod augmentatio dicatur motus vere continuus. & à quolibet istorum dicitur continuum augeri, & sic ipsum totum viuum, & etiam ab omnibus simul, eo quod omnium est vnus, terminus saltem extrinsecus, puta ipsum viuum habere debitã quantitatem sicut dictũ est. Qantum ad secũdum dubium dicitur. quod nutrimẽtum in animali, recipitur in ore, aut protionabili & mittitur in ipsis animalibus perfectis ad stomachum, & a stomacho digeritur in vnam substantiam albam quę a medicis chilus vocatur. Ista autem trahitur per venas meseraicas mediantes, inter stomachum, & epar ad epar, & illic digeritur in vnam massam rubeam quę in confuso cõtinet quatuor humores. ſ. choleram rubeam sanguinem, flegmam, & melancholiam, & nominatur à medicis chimus. a chimo autem isto cholera separatur pro magna parte saltem, & mittitur ad cistim fellis per viam in epate ad hoc destinatam, & etiam ab eo separatur cholera nigra, eo quod istæ duæ cholere in epate sunt cõuenientis nutritionis, & mittitur ad splenem per viam ad hoc deputatam. residua vero massa sanguinea cum flegma remittitur iterum ab epate, ad vena magnas, & per eas ad venas capillares, & per huiusmodi venas capillares mittitur ad singulas partes tam carnis quam ossis porosas, & hoc coadiuuante virtute naturali attractiua membri quo quodlibet membrum attrahit de nutrimento, sibi conuenienti pro nutricatione. Nam vnum membrum, attrahit sanguinem magis cholericũ, aut sanguinem magis flegmaticum secũdum cuiuslibet ipsorum, exigentiam, aut virtutem.

Ad rationes in contrarium. Ad primam dr̃ ꝙ nutrimentum continue mouetur ad membra, quæ sunt in capite motu tractus facto à naturali virtute, ipsorum membrorum sicut enim magnes habet naturalem virtutem attrahendi sibi conueniens, nutrimentum.

Ad secundam dr̃, ꝙ omnes pori terminantur ad capita venarum capillarum, & ideo per eas ad singulas, partes tam carnis, quam ossis nutrimentum valet delegari. Ad tertiam dubitationem dr̃ ꝙ per pororum repletionem corpus augetur. Et ad improbationem negatur ꝙ non generetur in eis plus q̃ est deperditum. Et ad probationem dico ꝙ verum est quòd non generatur, maius quam porus est magnus, & negatur ꝙ tm̃ fuit deperditum, immo calor naturalis postq̃ poros generauit per alicuius corporis resolutionẽ partialem. consequenter sicut & corpus alibi rarefaciẽdo extendit, ita extendit, se & ampliat poros, & sic per huiusmodi rarefactionem pororum & extentionem generarur plus in poris, & maior substantia q̃ est deperdita, & per huiusmodi fit augmẽtatio viui. Ad secundam dico. ꝙ vna augmentatione facta sicut isti pori replẽtur & clauduntur, ita alibi noui generantur ex caloris rarefactione, & ideo sicut istis repletis fit augmentatio, ita per aliorum repletionem de nouo genitorum fiet sequens, & sic quantum est ex parte pororum nunquam deficiet augmentatio, licet deficeret aliunde sicut postea dicetur. Et hæc de tertio articulo.


Ad rationes principales. Ad primam dicitur, ꝙ ipsa verum concludit, sed non est ad propositum, sicut patet ex præcedenti articulo, quia arguit de corpore ergo Arist. autem intelligit de corpore sano. Ad secundã dicitur, ꝙ in nutritione nõ quælibet pars nutriti nutritur proprie, & per intus susceptionem, sed bene per intus susceptionem, vel iuxtapositionem quælibet pars nutritur, & sic in augmentatione quęlibet pars efficitur maior proprie vel improprie, proprie vt porose per intus susceptionem, improprię vero non porose non per intus susceptionem, sed per iuxtapositionem, & sic est directe simile de augmentatione & nutricatione. Et ad rationem, cum dicitur ꝙ nutritio fit per restaurationẽ. deperditi, verum est proprie dicta, & quia solum pars porosa deperdit, & ideo ipsa solũ nutritur proprie aliæ autem improprie nutriuntur, sicut dictum est.

Ad tertiam conceditur, ꝙ non infinite partes proprie augmentantur, saltem distincte, & non communicantes, & ideo non oportet nutrimentum in infinitas partes diuidi, sed solum proprie augmentantur partes, poros habentes, & iste solum sunt finite nõ communicantes, & ideo sufficit in tot partes diuidi nutrimentũ, quot sunt huiusmodi pori vel partes. Ad quartam, conceditur. ꝙ ratio concluderet, si vere quælibet pars per intus susceptionem augeretur, sed quia sic non fit augmentatio, sed solum per partium porosarum nutricationem, & augmentationem, ideo ratio non procedit. Ad quintam negatur antecedens cum dr̃, ꝙ nihil in augmentatione augetur. Et ad probationem dico, ꝙ pars quæ fuit bene augetur, & ideo negatur q̃d non fiat maior quàm ante, immo ipsa per hoc ꝙ aliam in sui naturam conuertit facta est maior, vt manus quę præfuit vel pes est auctus. Similiter dr̃, quòd aggregatum ex partibus quæ præfuerunt, & partibus quæ aggenerate sunt de nouo est auctum. Nam totum compositum est auctum, hoc autem est huiusmodi aggregatum ergo, & c. bene tamen conceditur quòd partes quę aduenerunt non sunt aucte. Et ideo ad confirmationem, dicitur, quòd ipsa concludit veritatem, & est pro dictis, quia ipsa pars quæ aduenit non est porosa, quare proprie non debet esse aucta. Et q̃n Arist. dicit in ratione post oppositum qumalibet partem aucti esse auctã, Tex.c.32 loquebatur de partibus præexistentibus, & consequentur de his locutus sum in positione. Ad sextã negatur ꝙ penetratio propter augmentationem esset possibilis. Et ad probationem dr̃ quòd quælibet pars porosa aucti augetur non proprie, sed per intus susceptionem, nutrimenti sicut dictum est. Et ideo vlterius dicitur, ꝙ pars non porosa non proprie augetur per intus susceptionem, sed per iuxtapositionem, & sic non sequitur nutrimentum penetrare eam. Ad aliam negatur, ꝙ augmentatio esset dolorosa. Et ad probationem dicitur, q̃d nutrimentũ non ingreditur nisi partes porosas, & partes solidas nullũ porum habentes non ingreditur & ideo augmẽtatio est sine diuisione cõtinui, & sine dolore, sicut patet ex dictis. Auctoritas philosophi post oppositum est pro secunda conclusione primi articuli.

Hæc autem tria sunt quorum vnum est quantumcunque, partem, &c. Text. com. 33. *Quæstio. XII.*

DVodecimo quæritur. Vtrum in augmentatione, maneat idem totum ante & post. Et arguitur primo

mo quod non, quia non manent eædem partes materiales, nec eædem formales. ergo non manet idem totum, tenet consequentia, quia totum est suę partes, vt dicit Commentator primo physi. antecedens pro prima
Cõm. 17. quarto phi. 43 Tex. c. 36
parte patet in litera per Philosophum dicentem, quòd partes materiales fluunt & refluūt, & pro secunda parte patet ꝙ forma sequitur materiam, eo quod naturaliter loquendo forma non potest stare sine materia, nec vnam materiam dimittere, & aliam intrare. Secundo sic multæ partes adueniunt, ergo & totum variatur tenet consequentia, vt prius, & antecedens patet, quia non est augmentatio, nisi multes partes adueniant, sicut dicit Philosophus in litera, ergo, &c. Tertio vocentur partes ante augmentationem existentes. a. & post
Tex. c. 41 32. & 34.
augmentationem partes superaddite vocentur. b. tunc arguitur sic. Hoc augendum ante augmentationem est a, & post augmentationem non est a, nec erit a, ergo non est idem post quod ante. consequentia nota, & antecedens pro prima parte est notum, vt prius, & pro secunda parte patet, quia post augmentationem erit a, & b, ergo non erit a, cum a, non sit a, & b. Confirmatur sic, Hoc post augmentationem est idem quod fuit ante. Sed ante fuit a, ergo post est a. Sed post est a, & b, vt notum est igitur a, est a, & b, ergo pars est suum totum. Confirmatur secundo. Hoc est idem quod fuit ante, sed hoc est a, & b, ergo ante fuit a, & b, consequētia est nota vt videtur, & consequens est manifeste falsum, quia ante non fuit nisi a. Quarto principaliter ad quæstionem arguitur sic sequeretur ꝙ aliquid generaretur successiue, & statim vna parte genita cessaret generatio. Sed hoc est falsum, probatur tamen consequentia, quia eadem ratione qua post augmentationem est idem totum quod fuit ante cū multæ partes sunt sibi inuicem addite manebit vna parte ignis genita idē ignis post quotquot partes augerentur sibi. Quinto sequeretur ꝙ eadem ratione sequana essent idem qui fuit tertio vel quarto annis elapsis, hoc est falsum, quia omnes partes sequane quæ surūt ante tres annos sunt corrupte aut saltem intrauerunt mare, quare non est idem totū, cum totum non sit aliud ꝙ̃ sue partes, & antecedens patet quia quęlibet pars sequane quę tūc fuit intrauit mare, & tamen probatur consequentia, quia eadem ratione qua propter successionem partium recedentium, & aduenientium manet idem totum propter eas, sibi succedere in simili situ figura dispositione manebit idem sequana cum partes sue sic sibi succedant in simili situ figura, & dispositione. Secundo probatur, ꝙ non sit idem sequana, quia eadē ratione esset eadē sphæra aeris quę fuit vltra centū annos, & sic posset eadē, sphęra aeris manere perpetua, & sic ex consequenti cū sphęra aeris sit corruptibilis aliquod corruptibile posset perpetuari. consequens est contra Philosophum primo cœli & prima consequentia patet, quia ita bene in simili dispositione situ, & figura successiuis temporibus succedunt sibiinuicem partes sphære aeris, sicut sequane, igitur si vnum, ipsorum manet idem, & aliud manebit idem. Tertio confirmatur, quia sequitur idem bis generari, quia sequana qui fuit vltra centum annos fuit pro tunc genitus. & iste qui nunc est genitus est citra, ergo si est iste idē, idem erit bis genitus consequentia est nota, & antecedens pro prima parte patet, & pro secūda declaratur, quia quodlibet pedale huius sequane, quod nunc est, est genitum citra 10. annos, ergo & sequana totus. consequentia tenet, quia sequana non est aliud quàm omnia ista pedalia simul sumpta, & antecedens, patet quia quodlibet pedale huius sequane, quod est, venit ex fontibus citra breue tempus, & ex fontibus non potuit venire nisi quia in montibus pro tunc est genitus, ergo est citra. 10. annos genitum. Sexto si sic hoc esset ex eo, quòd maior pars manet eadem patet consequentia, quia non videtur maior ratio quare manet idem totum, nisi quia maior pars eius manet sed hoc est falsum ergo, & cetera falsitas consequentis declaratur, quia sequitur quod idem esset aliquid, cum aliquo cum quo in nulla parte conueniret, hoc est impossibile, & consequentia probatur. Nam sit columna tripedalis a, & moueatur, vnum pedale ab ea, & loco eius ponatur vnum aliud pedale quod vo-



cetur b, tunc b, est idem cum a, quia maior pars est eadem, amoueatur ergo secuudum pedale ab a, & ponatus vnum aliud, & vocetur c, tunc c, est idem b, quia due tertiæ sunt idem, vel eædem, & b, cum a, vt prius ergo c, est idē cum a, tunc de c, amoueatur tertium, pedale & vocetur d, tunc d, est idem cum c, vt prius, & c, cum a, vt probatum est, quia quæcunque sunt eædem vni tertio sunt eædem inter se. Modo a, & d, sunt eædem c, quare sibiinuicem erunt eædem, & tñ per casum manifestum est ꝙ in nulla parte conueniunt, quare habetur consequens probandum. Tex.

In oppositum est Arist. in hoc primo cap. quo prius. Et potest probari rationibus ꝙ idem manet idem ante, & post. Primo quia aliter sequeretur ꝙ iste terminus Ioannes, esset nomen commune, quia verificatur de homine aut augmētationē nominato hoc nomine & post si ergo non est idem vniuoce successiue verificatur de pluribus, quod est propositum. Secundo, quia non fuisset idem Christus passus in cruce qui natus est de virgine. Maria illud est salsum, consequentia tenet, quia actus fuit in tempore suę augmentationes. Tertio sequitur ꝙ nullus nostrum baptiçatus, quia aucti sumus post baptisma. Quarto sequitur ꝙ si sor. promitteret soluere hodie ꝙ cras non teneretur soluere, ꝙ nihil promisit ille qui cras erit sor. post augmentationem, cū nunquàm ante fuisset, & ex consequenti nihil deberet, quia nihil promisit. Quinto quia talis augmentatio non est proprie motus, consequens est inconueniens, & consequentia probatur, quia motus debet esse in subiecto eodem in actu, modo augmentatio non fieret in eodem subiecto, nec in actu manente sub vtroq; termino.

In ista quæstione primo ponenda sunt aliqua notabilia. Et responsio ad quęstionem, secundo mouebuntur quædā dubia contra determinata & soluetur.

Quantum ad primum articulum est primo notandum, ꝙ quæstio ista quærit de identitate aūt specifica nihil ad præsens. Secundo est notandum, quod idē numero capitur propriissime. propriæ, & large, propriissime dicitur manens, numero idem. sic quod nec in subiecto toto, nec in parte substātialiter variatur, aut mutatur, & sic deus, est idem, aut cœlum, qui vel qđ fuit vltra annum. Proprie dicitur idem quod manet secundum sui partem principaliorem idem numero, & isto modo dr̃ sortes aut quicūq; alter homo idē est qui ante erat, qa anima intellectiua quę est eius principalior pars manet eadem primo modo, vt notum est. Tertio modo dr̃ idem numero large, cuius partes sunt in continua successione in consimili situ figura & partium situatione sine notabili mutatione in ordine ad ipsum, aut magna differentia, & isto modo dicitur idem sequana qui fuit vltra. 10. annos, aut idē padus, & ꝙ iste modus, identitatis sufficiat ad idem numero est manifestum, quia alias propria nomina fluuiorum vt sequana padus, aut rhenus, non essent termini discreti, quod nullus diceret. Tex. c.

His pręmissis sit hæc prima conclusio. ꝙ in augmentatione viuentis non manet idem ante & post propriissime

sine seu primo modo. Patet quia auctum substantialiter in suis partibus variatur cum alique adueniant ex nutrimento, alique recedant virtute actionis caloris naturalis. Secunda conclusio est ꝙ in augmentatione, hominis manet idem ante & post proprie seu secundo modo capiendo, patet quia hominis principalior pars manet, puta anima intellectiua ergo, &c. Tertia conclusio, in augmentatione viuentis, alterius ab homine, non manet idem numero isto secundo modo. patet, quia in nullo alio viuente manet principalior pars isto secundo modo, ergo, &c. tenet consequentia, per secundum notabile, & antecedens, declaratur, quia in quolibet viuente forma quæ est principalior pars ita variatur sicut materia cum sibi noue partes adueniant sicut materiæ, & etiam alique recedant actione caloris naturalis, sicut patet in conclusione præcedenti. Sed diceres, nonne manent partes in corde, & in cerebro quæ sunt principaliores in viuente. Item nonne manēt partes humide humiditate radicali, quę partes principaliores, sunt quam partes humide humiditate cibali?

Respondetur quòd partes viui formales, puta veræ partes formę sunt ita similes substantialiter, sicut partes formæ aeris, & ideo substantialiter non sunt principaliores partes cordis q̄ pedis, aut alicuius alterius membri, sed accidentaliter & organice possunt dici iste principaliores. Eodem modo partes humide humiditate radicali non sunt principaliores, q̄ partes humide humiditate cibali, & ideo iste rationes non procedunt aliquo modo contra dicta. Quarta conclusio. in omni augmentatione viuētis ante & post manet idem tertio modo. s. large patet quia partes aucti succedūt sibijnuicem in simili figura situ & dispositione sine notabili & magna differentia in ordine ad ipsum ergo, &c. consequētia tenet, & antecedens patet per experientiam. Et hæc est conclusio quam Aristoteles intendebat.

Quantum ad secundum arti. sit hæc prima dubitatio. Quomodo aliquid totum potest manere idem cuius alique partes sunt variate, cum totum non sit aliud q̄ suæ partes. Respondetur ꝙ aliqui dicunt, ꝙ sicut supernaturaliter possibile esse vnam, & eandem rem numero simul esse plures res, ita naturaliter est possibile vnam & eandem rem successiue esse plures. Et isti dicunt ꝙ non est incōueniens ꝙ sortes ante augmentationem sit iste partes, & post sit alie. Sed quicquid sit de hoc dicendum est ad dubitationem ꝙ ad identitatem numeralem tertio modo dictam sufficit identitas figuræ situationis partium ante existentium in continua successione. Sed hoc non sufficeret ad identitatem primo modo dictam, & ideo dr̄ ꝙ licet totum sit suæ partes tamen potest esse non iste partes, sicut & iste pn̄t esse non ille. Nam si partes quę iam sunt totum vocentur a, & partes quæ ex nutrimento augebuntur vocentur b, tunc totum potest esse a, & b, & tn̄ totum nō est a, & b. Secundo quis dubitaret vtrum deberet sic poni eadem sphæra aeris quæ fuit ante centum annos.

Videtur mihi dicendum quòd sic, & ex consequenti correlariæ concedendum esset ꝙ corruptibile potest perpetuari. Nam sphæra aeris est vnum corruptibile cum habeat materiam, & non est dubium quin eque bene sit eadem numero quæ fuit ante centum, annos, sicut est idem sequana qui fuit ante centum annos. Secundo correlariæ est concedendum ꝙ aliqua duo sunt eiusdem speciei specialissime, & tamen vnum corrumpetur & aliud perpetuabitur, vt pedale aeris & tota sphæra aeris. Et si aliquis instaret dicendo ꝙ Philosophus uult oppositum in primo cęli. vbi dicit ꝙ omne corruptibile de necessitate corrumpetur. Dicatur ꝙ sufficit ꝙ cuiuslibet corporalis quodlibet pedale de necessitate corrumpetur. Tertio dubitaret aliquis, ꝙ si idem est sequana qui fuit ante centum annos. ergo sunt eædem partes pedales quę fuerunt sequane ante cētum annos. consequentia tenet, propterea quia totum est suæ partes, & falsitas consequentis patet, quia omnis pars pedalis sequane quæ fuit vltra centum, diu est ꝙ intrauit mare. Similiter omnis pars pedalis sequane quæ iam est citra duos annos est genita. Respondetur ꝙ est idem sicut prius sequana qui fuit vltra centū annos, & conceditur quòd sunt eædem partes simul sumpte tertio modo identitatis. Ad probationem dr̄ quòd omnis pars pedalis quę fuit vltra. 100. an nos diu intrauit mare, & est quòd quælibet pars pedalis quæ iam est citra duos annos est generata, cum hoc tn̄ stat quòd omnes partes pedales sequane simul sumpte quę fuerunt vltra centum annos, sunt adhuc, quia idem sequana est, & ipse est sue partes pedales. Vel sic, iste sequana fuit vltra centum annos, & iste sequana est omnes partes sue pedales. ergo omnes partes iste pedales fuerunt vltra centum annos. Ex quo correlariæ potest inferri hanc consequentiam non valere omnes iste partes pedales fuerunt vltra centum annos. ergo aliqua istarum fuit vltra centum annos, & hoc capiendo ly omnes collectiue. Secūdo infertur quòd à plurali esse ad singulare esse, non oportet consequentiam valere instātia enim patet in articulo prius posito. Alię autē dubitationes quæ possunt moueri patebunt in rationū solutionibus quare, &c.

Ad rationes principales. Ad primam negetur quòd non maneant eædem partes materriales, nec formales. Et ad Philosophum cum dicit, quòd partes materiales fluunt & refluunt, dicitur quòd intellexit q̄d partes materiales, & non porose non manent primo modo seu proprijssime eædem, cum hoc tamen stat quòd manent eædem tertio modo identitatis. Tex.c.36. Ad secundā conceditur, quòd multe partes adueniunt & negatur, consequentia qua infertur, igitur totum variatur, sic. s. quòd non manet idem licet bene varietur in aliquibus suis partibus. Et ad probationem conceditur quòd semper totum est suæ partes, cum hoc tamen stat quod ille partes manent eædem, & etiam totum idem licet in multis partibus fiat variatio, dum tamen partes maneant in consimili situ figura, & dispositione.

Ad tertiam admittitur quod ponitur. Ad argumentum dicitur concedendo quòd hic corpus ante augmētationem est à, & post augmentationem non est a, & negatur cōsequentia qua infertur, ergo non est idē post quod ante, & causa est, quia à negatione prædicamenti ad aliquid non infertur negatio prædicamenti substantiæ, quia arguitur à, est nunc iste partes, & post non erit iste partes, igitur post non erit illud ens vel idem ens q̄d est nunc, talis consequentia non valet, sicut non sequitur sor, nunc est iste pater, & post non erit iste pater, ergo post non erit idem quod ante. Sic enim arguendo à negatione termini prædicamenti ad aliquid, ad negatiuam termini prædicamenti substantię non valet consequentia. Et ad confirmationem per idem dicitur. concedendo, quòd post augmentationem est idem q̄d ante & conceditur quòd ante, est a, & consequentia negatur qua infertur, igitur post erit a. Nam a, est terminus connotatiuus istarum partium, & in talibus terminis consequentia non valet, sicut non sequitur, ille post erit idem homo qui nunc est pater ergo post erit pater. In omnibus enim talibus argumentationibus committitur fallacia figuræ dictionis. Ad tertiam confirmationem conceditur quòd est idem quod fuit ante, & etiam quod est a, & b, & negatur consequentia, ergo ante fuit a, & b. Nam a, & b, sunt termini connotatiui cæterarum partium, & in illis talis consequentia nō valet, vt dictum est, & tamen conceditur in terminis absolutis. est idem quod fuit ante, & nunc est homo, ergo ante fuit homo. Ad quartam confirmationem, conce-

conceditur quòd a, & b, fuerunt ante saltem simul sumpta, quia sunt idem homo qui fuit ante. Ad improbationem etiam consequenter conceditur quòd b, nunquam fuit, sed tamen a, & b, simul sumpta fuerunt ante sicut dictum est in secundo articulo. ꝙ omnes partes pedales sequane fuerunt vltra centum annos, & tamẽ nulla pars eius pedalis fuit ante duos annos. Ad quartum principale negatur consequentia qua infertur, ꝙ quicquid generaretur successiue statim vna parte genita cessaret generatio eius. Et ad probationem dicitur quod non est simile de generatione alicuius rei, & augmentatione viuentis. Nam generatio fit per posteriorũ partium ad priores aggenerationem, & ideo ipsa res quæ generatur non debet dici genita nisi omnes partes eius, vel ad minus maiores essent genitæ. In augmentatione autem, quia nutrimentum intus suscipitur debet dici manere idem post quod ante. Et sic si parua pars, ignis essent genita nõ propter hoc debet dici totus ignis est genitus propter dissimilitudinẽ dictam. Ad quintam conceditur, ꝙ est idem sequana. Et ad probationem dicitur negando quòd omnes partes eius quæ fuerunt vltra decem annos sunt corruptę, immo ambe medietates sunt eadem sicut est idem totum. Et similiter negatur quòd oẽs istę partes intrauerunt mare, immo aliquę partes sunt actu sequana, conceditur tñ ꝙ quęlibet pars pedalis, quę tunc fuit intrauit mare, & negatur cõsequẽtia cũ infertur igitur oẽs partes intrauerũt mare. Et ad probationẽ conceditur ꝙ est eadẽ sphęra aeris, & ꝙ aliqđ corruptibile est perpetuũ, & ꝙ totũ illud est pro dictis. Ad tertiam confirmationẽ negatur, ꝙ sequatur idẽ bis generari. Et ad probationẽ conceditur ꝙ sequana qui fuit vltra decem annos & vltra, & ante fuit genitus, & sic ille fuit vltra centum annos genitus. Et ideo negatur ꝙ iste qui nunc est sit genitus citra, &c. Ad probationem conceditur ꝙ quodlibet pedale sequane qui nunc est fuit genitum citra duos annos, & negatur, consequentia. ergo totus sequana quia nullum pedale est totus sequana, licet sint omnia pedalia simul sumpta. Et ideo si sic assumeretur omnia pedalia sequane quæ nunc sunt, sunt genita citra decem annos. negatur antecedens, ergo, &c. Ad sextam principalẽ conceditur, ꝙ hoc est ex eo, quòd maior pars manet eadem in consimili sito figura & dispositione, & negatur ꝙ si hoc sufficeret ꝙ aliquid esset idem cũ aliquo cum quo in nulla parte cõueniret. Et ad probationem dr̃ quòd si a, columna dicatur eadẽ cum columna d, tunc conuenit cũ d, in ambabus medietatibus, & in omnibus partibus simul sumptis, licet non conueniat cum ea in aliqua parte pedali. Aliter potest dici qđ à columna bene est eadẽ b, columne, & b, columna c, tñ a, ipsi c, non esset eadem, quia non conueniret cũ ea in maiori parte sui. Ad probationem si dicetur quæcunq; sunt eodem vni tertio sunt eædem inter se. Dico quòd hoc verum esset si illa essent illi tertio eadem proprijssime, sic quòd in nulla parte ab eodẽ essent diuersa, sed sic non est in proposito. Ego tñ iuxta opiniones vulgarium, & modum loquendi cõem bene concederẽ quòd aliquid esset idẽ alicui cum quo in nulla parte pedali conueniret, sicut dictum est in quæstione. Rationes post oppositum sunt pro dictis in primo, & secundo articulo.

Quoniam autem de his quæsitum est sufficienter.
Tex.cõm.35. Quæstio. XIII.

Tertiodecimo quæritur. Vtrum augmentatio fiat ſm partes formales & nõ materiales. Et arguitur, primo quòd non, quia ſm illas partes fit augmentatio ſm quas fit nutricatio, sed nutricatio fit ſm partes materiales ergo, &c. maior patet, quia augmẽtatio pręsupponit nutricationem, & minor declaratur, quia ſm eas partes viuum nutritur ſcđm quas aliquid deperdit, cum nutritio sit restauratio deperditi modo ſcđm partes materiales aliquid deperditur, ergo secundum eas, nutritur, & minor patet per Philosophum dicẽtem in litera, fluunt & refluunt partes materiales. Secundo sicut forma viui redditur, maior in augmentatione, ita redditur maior materia, & si sic, ita bene fit augmentatio ſcđm partes materiales sicut formales, vel fit forma maior, & non materia, & si sic etiam forma extenditur vltra materiam, & per consequens pars formæ nõ inhæret materiæ, quod est impossibile. Tertio diminutio fit secundum partes materiales, ergo & augmentatio. consequentia tenet, quia augmentatio, & diminutio sunt motus oppositi. 5. physi. & tales habent fieri circa idem, & antecedens patet, quia partes materiæ fluunt & refluunt, per Philosophum, & ex consequenti ſcđm eas refluentes fit diminutio. Quarto vel partes quę adueniunt viuo ex nutrimento adueniunt cum materia, & si sic, tunc sicut forma augetur, ita materia quod est propositum. Vel adueniunt sine materia, quod est impossibile, quia sequeretur vt prius formã, esse sine subiecto. Quinto augmentatio fit secundum partes quantitatiuas, & tales videntur esse magis materiales. ergo magis fit secundum partes materiales ꝗ̃ formales maior est nota, & minor declaratur per Philosophum tertio physi. vbi dicit, quòd diuisio continui est in materiam id est in partes materiales quantitatiuas. Et sic est quęstio falsa.

In oppositum est Philosophus in litera cap. de augmentatione.

In ista quęstione erunt duo articuli. In primo recitabuntur diuersi modi intelligendi istam literam Arist. allegatam. In secundo eligetur expositio magis cõis, & etiam magis pertinens prius dictis.

Qnantum ad primum articulum est primo notandum ꝙ cõiter ponuntur sex modi distincti intelligẽdi vel distinguendi istam literam Arist. Primus est Cõmentatoris dicentis, quòd non intellexit Aristo. quòd quædam essent partes formales quæ augerẽtur, & quædam materiales quæ non augerentur, sed dicebat solum propter hoc quòd istę actiones quę fiunt in aucto. scilicet alteratio, & generatio sunt virtute formæ, & ipsius animæ, & ideo solum animata augerentur, hæc sunt verba Commentatoris. augmentatum vero non est auctum, nisi per illam formam, aut virtutem per quam habet quòd formam, & istam virtutem intendebat Aristo. cum dicebat augmentum fieri secundum, formam, & non secundũ materiam, & nisi esset ista virtus, impossibilis esset augmentatio in istis partibus sensibilibus. Circa istum modum est aduertendum sciẽtiam Commentatoris esse veram, sed non videtur esse de mente philosophi. quia Philosophus non loquitur de agere quando augmentationem fieri secundum partes formales, immo magis de pati. Dicit enim quòd quælibet pars formalis aucti est aucta. Modo auctum non videtur immediate actionem connotare, sed potius passionem. Et ideo licet opinio sit vera, non tamẽ est de mente Philosophi ideo relinquatur. Secundus modus est, quòd per partes formales intelligimus partes etherogeneas. i. partes quarum quęuis nõ capit denominationem totius seu a toto, sicut sunt pes, manus, caput, & consimiles. Et quòd per partes materiales intelligantur partes homogeneæ, quarum quęuis capit denominationem totius, sicut caro, os, & similia. Et mouentur ad sic dicẽdum, quia partes etherogeneæ figuram certam sibi determinant quæ videtur habere rationem formæ, & ideo eas appellat formales, homogeneę autem non determinant sibi certam figuram sed quamlibet indifferẽter pñt habere, & ideo sicut materia est indeterminata ad figuram, ratione sui ipse materiales appellantur. Item illæ partes, homogeneæ sicut

sicut Phylosophus dicit in litera, componunt etherogeneas, quare rationabiliter materiales sunt vocatę. dicunt enim isti quòd quælibet pars etherogenea augetur pro ut notum est, & ideo dicunt fieri augmentationem ſm partes formales. Sed non quælibet pars homogenea augetur, licet aliqua pars augeatur. Sed instaret aliquis dicens, quod Philosophus videtur esse in contrarium dicit.n. ꝙ partes etherogenæ non augentur, nisi quia partes homogeneę augētur, ergo videtur ꝙ prior sit augmentatio partium homogenearum q̃ etherogenearum. Secundo quia ita ad sensum apparet augeri, caro vel os, sicut manus vel pes immo est purum impossibile manum augeri, & non augeri partes homogeneas. Tertio. omnis pars homogenea augetur. ergo ista opinio est falsa. consequentia tenet, & añs declaratur quia quælibet pars homogenea nutritur imperfecta nutritione, eo quòd calor naturalis est per totum corpus expansus, & ex consequenti in omnes partes viui agit ergo quælibet aliquid deperdet. ergo in nutricatione, perfecta quæuis aliquid ad sui nutricationem acquirit.

Tex.c.35 Tex.c.35

Quarto nisi quælibet pars augeretur, augmentatio non conueniret ipsi aucto primo, quod non est dicendum, consequentia tenet, quia aliquibus partibus conueniret & aliquibus non. Ad ista tenendo prædictum modum respondetur per ordinem. Ad primam concedendo dictum Aristo. quòd non augentur etherogeneæ nisi quia homogeneæ augentur, & conceditur quòd via ordinis aut naturæ augentur, homogeneæ q̃ etherogeneæ, tamen cum hoc stat quòd quęlibet pars etherogenea augeatur, quapropter quælibet, pars formalis dicitur aucta, sed non quælibet homogenea, quia alique partes carnis vt prius dictum est non augentur, quare augmentatio non dicitur fieri secundum partes materiales, eo quòd non quælibet istarum augeatur. Ad secundam dicitur, ꝙ verum est ꝙ partes homogeneæ augentur sicut etherogeneæ, sed non, vniuersaliter, quia quæuis etherogenea augetur, non tamen quæuis homogenea. Ad tertiam negatur antecedens, loquendo de augmentatione quæ fit per intus susceptionem scilicet quod quælibet pars homogenea augetur. Et ad probationem negatur, quòd imperfecta nutricatione quælibet pars nutriatur. Et ad probationem conceditur quòd calor naturalis est per totum corpus expansus, & ideo dicitur quòd in omnes partes viui agit alterando, sed negatur consequentia cum infertur, ergo quælibet aliquid deperdit, quia licet in quamlibet egerit alterando, non tñ quamlibet resoluit, & ideo etiam in nutricatione non quælibet pars restauratur, vel nutritur, quia non ille quæ nihil deperdiderunt. Ad quartam probationem dicitur, quòd augmentatio propriæ dicta quæ fit per intus susceptionem non cōuenit viuenti primo. Sed tamē quia nobiliores partes, & maiores augentur, ideo à maiori fit denominatio, ideo dicitur totum augeri sicut ad, maiorem partem esse albam totum denominatur esse album. Verum tamen est quòd si augmentatio caperetur large pro mutatione qua aliquid dicitur, fieri maius, siue per appositionem, siue per iuxta positionem, sic posset dici quòd competeret viuenti primo, & hoc est de secunda opinione. Tertia opinio est, quòd in viuo sunt alique partes habentes humidum, radicale in se, & alique sunt habentes humidum cibale in se & consequenter habentes in se humidum radicale dicuntur formales, quia anima forma viuentis principaliter existit in ipsis, & ideo ad eorum corruptionem corrumpitur viuum, quapropter ipse semper manent vsque ad finem vitæ, licet non maneant eque humide naturali humiditate, sicut erant in primo. partes aūt alie habentes in se humidum cibale, & humiditatem extraneam, quod est ad confortandum partes principales, & humidum radicale vocantur materiales, ideo quod in eis forma vitalis non existit, tunc ad propositum, quia humidum radicale semper manet, humidum autem cibale fluit & refluit, attento quòd augmentatio fit virtute caloris naturalis, qui sustentatur in humido radicali, ideo dicitur augmentatio fieri secūdum formam id est, secundum naturalem calorem sustentatiuum, in humido radicali, & in partibus ipsum habentibus quæ dicuntur formales. Et non dicitur ſm partes materiales fieri. i. scđm partes habentes humidum cibale, quia humidum istud cibale habet rationem materię, eo ꝙ patitur à calore naturali, & ideo consequenter dicit ista opinio, ꝙ humidum radicale cōfortatur & augetur per additionem humidi cibalis, & hęc additio fit in quolibet membro. Sed contra diceret aliquis, tunc non quælibet pars aucti erit aucta consequens, est falsum & probatur consequentia, quia postquam humidum radicale manet idem ipsum nō augetur proprie nec diminuitur cum nihil eius corrumpatur vt supponit opinio.

Secundo quia vbiq; est humidum radicale in viuo, ergo cum humidum cibale sit in multis partibus viui, sequitur quòd duo corpora sunt simul. consequentia est nota, & antecedēs patet, quia quęlibet pars est viua in viuo. ergo vbique est hnmidum radicale pro eo ꝙ sine eo non esset vita. Tertio sic videtur quòd humidum radicale diminuitur, quod est contra istos, eo quòd Arist. dicit ipsum semper fieri minus purum.

Item calor non solū nutritur ex humido cibali, quare videtur etiam aliquam partem humidi radicalis consumere. Defendentes hanc viam forte dicerent ad primam quòd non oportet quamlibet partem aucti augeri per intus susceptionem, sed sufficit quòd iuxta eam ponatur aliqua respectu cuius totum dicatur maius, & postea conuertatur in eam, aut saltem confortando eam. Ad secundam forte dicerent, quòd humidum radicale, & cibale distinguuntur loco & subiecto & subinuicem iuxta ponuntur in viuo per particulas paruas insensibiles, nec est in partibus humidis, humiditate cibali vita, nec est pro inconuenienti reputandum quòd mulæ partes animalis non habeant vitam, nec sunt propriissime partes animalis.

Ad tertiam dicitur, quòd humidum radicale in essentia sui non diminuitur, sed Aristot. dicit quòd fit magis impurum. Voluit enim dicere quòd ipsum actione caloris desiccatur. Et ad aliud cum dicitur, quòd calor naturalis non solum nutritur ex humido cibali, dicitur quòd nullo modo partem humidi radicalis consumit, sed bene ipsum alterat, & desiccat. Et hunc modum, licet quis posset defendere, credo tamen quòd cogeretur concedere multa alia extranea.

Quartus modus dicendi, est quòd alique sunt partes potentes per se existere, & illæ dicuntur actuales, eo quòd quælibet illarum est tantæ quantitatis quòd separata à toto per se existere posset & sentiri, & iste dicuntur formales. Aliæ sunt partes non potentes per se existere propter, sui paruitatem, immo a toto remotæ statim resoluuntur in medium eas continens, & propter sui paruitatem sunt insensibiles, & iste dicuntur potentiales, quia actu per se existere non possunt, & per consequens materiale. Modo dicit op nio, quòd quælibet actualis, & sensibilis augetur, & ratio est, quia quælibet talis habet poros in quibus recipere potest nutrimentum quo fiet maior. Sed materiales aut potentiales non augentur, eo quòd non oportet quamlibet talem habere porum susceptiuum nutrimenti, immo nec est possibile ꝙ quęlibet talis habeat huiusmodi porum. Sed diceret, actuales componuntur ex potentialibus, ergo actuales non augentur, nisi potentiales augeantur. Ad istud respōdetur concedendo antecedens, & negando consequentiā. Nā

partes poroſe ſine dubio cōponuntur ex non poroſis. Sed tamen nulla non poroſarum augetur poroſis auctis, & ideo licet ex eis componantur, non tñ oportet ꝙ ad augmentationem ipſarum partium actualium poroſarum ſequatur augmentatio proprie dicta potentialium, ſed ſufficit augmentatio ipſarum improprie, dicta, puta per iuxtapoſitionem facta. Quintus modus dicendi præſupponit ſuppoſitiones, quarum prima eſt quòd forma non poteſt tranſire in aliam materiam totalem; Secunda ſuppoſitio eſt, quòd non poſitio tranſire in aliam materiam partialem, niſi extendatur vel diminuatur. Tertia, quòd ipſa poteſt habere aliam materiam partialem ſi fuerit aucta, vel diminuta, Et tunc ponit concluſiones. prima eſt quòd cibus diminuitur, & diſtribuitur, per venas ad ſingula membra. Secunda concluſio, quòd digeritur, & alteratur, deindè corrumpitur forma cibi ſaltem, ſucceſsiue, ſic quòd pars propinquior corrumpenti primo corrumpitur & remotior poſterius. Tertia eſt, dum cibus ſic corrumpitur, forma animalis extenditur in tali materia quæ præeſt, & ſuperadditur, & ſic fit maior quam ante. Ex iſtis iſta opinio vult ſuum propoſitum & modum augmentationis oſtendere, & primo infertur, quod forma proprie augetur & non materia, nam eſto quòd materia maior fieret hoc eſt per, additionem materiæ quæ trahitur à nutrimento, modo iſta non eſt proprie augmentatio, cum fiat per additionem ſimilis formæ autem nihil additur, & tamen ſecundum rei veritatem poſtea eſt maior. Secundo, quòd partes materiales fluunt & refluunt, ſed partes formæ non, quia forma manet eadem inuariata.

Tertio, quòd quælibet pars aucti eſt aucta, quia ibi nulla eſt diſtinctio inter præexiſtens, & ſuperueniens cum forma in nullo varietur. Quarto quòd manet eadem forma totaliter, ideo auctum menet idem proprie, quia forma dat eſſe identitatem & diſtinctionem.

Quinto. quòd totum animal eſt primo auctum, cuius quælibet pars eſt aucta proprie. Sexto quòd ibi non eſt generatio, ſed ſolum tranſubſtantiatio nihil enim formæ generatur. Sed forma præexiſtens, videtur deglutire quodammodo materiam nutrimenti fingendo nouam. Septimò, quod forma continet materiam & non econuerſo, & modus patet. Octauo, quòd humidum radicale fit ſemper minus purum nā materia nutrimenti miſcetur materiæ humidi radicalis, & manifeſtum eſt quòd non eſt ita pura ſicut materia humidi radicalis. Ecce totalem modum huius opinionis bene ſubtilis. Quo poſito arguit iſta opinio contra ſe, primo, quia ſequeretur penetratio corporum ſcilicet materiæ ſuperuenientis, & præexiſtentis. Secundo, quia vnum corpus non poteſt intrare aliud niſi per poros, & ſi ſic, materiæ iſte eſſent ſolum iuxtapoſitæ, & non erit adequate quælibet pars maior. Tertio ſequitur quòd forma tranſiret de materia in materiam, conſequens eſt impoſsibile, & probatur, conſequētia, quia vel demittit materiā priorem, & ſi ſic, habetur propoſitum, vel non dimittit eam, & ſi ſic, non videtur quomodo poſsit informare materiam ſuperuenientem. Quarto, ſequitur quòd per diuiſionem ut tandem tota materia quæ prius fuit in re poſſet ab ea remoueri eadem re remanente, conſequens eſt falſum, & tamen patet conſequentia, quia non videtur cum materia ſeparatur quæ ſit cauſa quin ipſa non poſsit ſeparari. Quinto, tunc non eſſet ratio, quare viuum in infinitum non augmentaretur.

Sexto, quia ſequitur quòd eodem modo parua forma ignis noua adueniente materia ex combuſtione, lignorum extēderetur & informaret totam materiam ſupernuenientem. Ad iſta reſpondet dicta opinio, per ordinem. Ad primam dicitur negando conſequentiam; quia dicit ꝙ materia nō eſt corporea de ſe, & ideo licet plures materię ſe penetrarent, nō ſequitur penetratio corruptum. verū eſt tñ (dicit ipſa) ꝙ ipſe due materia fiunt vna, & ſic non debet vna ſignari contra aliam nec nominari plures, quia inter eas nō manet diſtinctio & fit vnio earum per quandam penetrationē. Ad ſecundam dr̄, ꝙ vnum corpus nō intrat aliud niſi per poros. Sed dicit vlterius ꝙ forma nutrimenti ſucceſsiue in poris corrupta nihil prohibet materiam corporis corrupti materiam alterius ſucceſsiue penetrare & ſubintrare.

Ad tertiam dr̄ ꝙ forma non poteſt ſubintrare aliam materiam, ſed tñ nihil prohibet quin eadem ſit ſub pluri, aut maiori materia ꝗ fuit prius, & adducit exēplum ſimile de figura di. ꝙ ſi figura eſſet forma ſubſtātialis ad imaginationem poſſet per ſubintroitum materiæ eadē figura in valde magnam augeri ſine ſui ſubſtātiali mutatione. Ad quartam dicit, ꝙ ſp̄ aliquid manebit de materia priori, quia ambe qñ ſunt ſub iſta forma non ſunt diſtincte, & ideo quicquid remanet, remanet de materia priori. Ad quintam dr̄, ꝙ augmentatio nō eſt in infinitum, eo ꝙ forma ipſius viui determinat ſibi certam quātitatem. Ad ſextā vlterius dici, ꝙ non eſt ſimile de igne, eo ꝙ nulla forma pōt ſic in ſui naturam, conuertere, niſi anima prout Cōm. ponit in iſto primo. Et hęc eſt poſitio huius opinionis. Contra ꝗ ſunt alique dubitationes inducende. Prima eſt, ꝙ ſequeretur formam partialem migrare de vna materia in aliam conſequens eſt contra ipſos, & probatur conſequentia, quia capiatur pars materiæ quæ per diminutionem viui reſoluitur & vocetur a. Et arguitur ſic à materia aliqua parte formæ viui fuit informata. Et illa iā non eſt informata prout notum eſt. ergo vel illa pars formę manſit in alia materia, & habetur propoſitum. ſ. ꝙ migrat de vna materia in aliā, vel non tranſit, & hoc eſt ſimiliter contra eos qui dicunt formā non extendi, nec diminui per totā vitam. Vel manet in nulla materia, & hoc iterū impoſsibile. Secundo vel materia adueniens eſt extenſa, & habens dimenſiones quantitatiuas, & ſi ſic cū aliam materiam penetrat, ſequitur ꝙ ſit vera penetratio corporū ſeu dimenſionum. Vel eſt inextenſa, & ſic oportet quantitatē eius fuiſſe corruptam, & non vr̄ à quo. Non. n. a materia, cum nullius ſit actiuitatis, nec à calore cum potius habeat rarefacere dimenſionē & generare. Nec per modū ſequele ad corruptionē ſubiecti, cū materia maneat eadem quę fuit quantitatis ſubiectū ſicut qualitatum primarum iuxta prioris dicta & etiā iuxta auctoritatem Cōm. dicentis, ꝙ dimenſiones ſunt coeternæ materiæ, quare videtur ſequi vel penetrationē veram, vel quantitatem materię fuiſſe corruptam, & tñ à nullo. Tertio ſupponitur, ꝙ diſpoſitio qualitatiua quæ vnam formam ſubſtantialem poteſt corrūpere ſufficit pro eodem inſtanti, & debet ex neceſsitate naturæ aliam generare patet, quia niſi ſic materia poſſet ſine forma eſſe, puta ſi applicaretur ſibi agens, quòd pōt formam præteritam corrumpere, & ꝙ non ſufficeret formam ſequentem generare, quò ſtāte arguitur. Nunquàm pōt in materia corrumpi forma quin ſimul in ea alia generetur, ergo non poteſt forma viui ſic deglutire per penetrationem materiam nutrimenti. conſequentia patet, quia non poteſt deglutire materiam cum forma & antecedens patet per ſuppoſitionē. Quarto ſi ſic nō poſſet aſsignari ratio, quare non ex aqua, vel quolibet alio, quòd viuum poſſet intus ſumptum corrumpere, indifferenter fieret nutritio ſeu augmentatio. conſequēs eſt falſum, & contra Philoſophum ſecundo huius, & in libro de ſenſu & ſenſato, & in multis alijs locis, & tenet conſequentia. nam ex quo materia ſolum aduenit nutrito, & non remouetur noue formæ generatio, nō videtur quare non quælibet materia in poris formam priorem dimitteret, indifferenter, cum nuda remaneat a for-

à forma, & à quantitate deglutiretur. Ista motiua sunt ad contrarium, cui ergo placet prædicta opinio videar quomodo ea euadat. Sextus modus est ꝙ per partes formales intelligantur partes porosæ, & per partes materiales partes non porose. Et ratio denominationis est, quia partes non porose non actualiter sunt sensibiles propter paruitatem. Partes autem porose sunt actu sensibiles. Cum ergo forma dat esse actuale, & sensibile. Partes porose, quia sunt sensibiles partes partes dicuntur formales quia autem est insensibilis partes non porose paruitate dicuntur materiales, & tunc consequentes dicitur quòd augmentatio fit secundum partes formales.i.porosas, vt dictum est ante, & non fit secundum partes materiales, id est porosas. Ecce modos communes, & dicitur sic de illa quæstione. Et hoc de primo articulo.

Quantum ad secundum arti. sit hic conclusio responsalis, quòd augmentatio fit secundum partes formales, & non materiales capiendo augmentationem proprie, pro ea quæ fit per intus susceptionem, patet per præcedentem, quæstionem, & sic videtur probabilior inter opiniones sexta opinio dicta. Et hęc de 2. articulo.

Ad rationes principales quæstionis. Ad primam, conceditur, ꝙ secundum easdem partes fit augmẽtatio & nutricatio, & distinguitur minor in qua dicitur ꝙ nutritio fit secũdum partes materiales, quia ly secundũ denotat quòd partes nõ porose adueniunt in nutritione, & sic conceditur minor, & sic etiam in augmentatione veniunt partes non porose. Aliter vero potest, denotare, quòd fit secundum partes materiales, ita ꝙ restauratio deperditi fit in partibus non porosis, & sic negatur ipsa. Nam ipsa solum fit in partibus porosis sicut augmentatio, & ideo solum fit secundum partes formales, & per hoc ad probationem dicitur quòd deperditio non est facta secundum partes non porosas, quia iste non deperdiderunt, sed secundum porosas,
Tex.c.36 quia iste deperdiderunt. Auctoritas autem Philosophi conceditur sicut iacet, quia partes materiales fluũt, & refluunt.i.adueniunt, & recedunt partes non porose. Ad secundam, dicitur, ꝙ sicut forma extenditur, ita extenditur materia, nec plus vnum q̃ alterum, nec etiam minus, & ideo loquendo de partibus materialibus propositio conceditur, quia augentur sicut formales, sed hoc nihil est ad præsens, quia sic nõ capiũtur partes huiusmodi in quæstione. Ad tertiam dico, quòd diminutionem fieri secundum partes materiales potest intelligi dupliciter, vno modo ꝙ partes materiales.i.nõ porose sunt iste quæ post diminutionem sunt diminute & sic negatur ista, quia proprie sunt porose quæ post diminutionem aliquid deperdiderunt, vbi enim aliquid deperdiderunt generatus est porus. Secundo modo quòd diminutio fiat per hoc quòd materiales.i.non porose partes recedunt, & sic conceditur ipsa, & eodẽ modo conceditur quòd augmentatio fiat, eo quòd partes non porose adueniunt tamen prout ly secundum, denotat partes in quibus est augmentatio vel diminutio sola fit vtrumque ipsorum secundum partes porosas, & non secundum partes non porosas. Ad quar
Tex.c.35 tum dicitur sicut ad secundum, quòd arguit de partibus materialibus proprie dictis, & de illis non est pręsens quęstio, quia de vera materia non loquitur Aris. Ad quintum conceditur, quod augmentatio fit secundum partes integrales & quantitatiuas, & dicitur, ꝙ verum est quòd huiusmodi sunt materiales vno modo, puta prout naturale homogeneum distinguitur cõtra etherogeneum, sed tamen huiusmodi partes q̃titatiue porose sunt formales in proposito, & non porose, sunt materiales. Et ideo ratio non procedit. Ad rationem post oppositum dicitur ꝙ est pro conclusione responsali secundi articuli.

Quęret autem aliquis quale oportet esse ex quo augmentum, &c. Tex.cõm.39. Quęstio. XIIII.

QVartodecimo quæritur. Vtrum augmentatio viuentis sit motus continuus. Et arguitur ꝙ nõ per differentiam q̃ Arist. assignat inter augmen Tex.c.41
tationẽ & nutricationem, quia nutritio est motus cõtinuus vsque ad finem vitæ, augmentatio non, & in his verbis videtur velle augmentationem non esse motum continuum. Secundo augmentatio non est motus. ergo non est motus continuus. consequentia tenet per locum a toto in modo, & antecedens apparet, quia omnis motus est de contrario in contrariorum. modo augmentatio non est inter contraria, ergo non est motus maior patet. 5. physic. & minor pa- Tex.c.26
tet, quia augmentatio non est inter quantitates. mo- & 3. phy.
do quantitati nihil est contrarium per Philosophum in 47.
prędicamentis. Tertio diminutio non est motus continuus. ergo nec augmentatio consequentia tenet, quia sunt mutationes oppositę, & ideo qua ratione vna earum debet esse continua eadẽ & alia añs probatur, quia non vr̃ aliquid quod continue resoluatur à corpore nostro, cũ aliquo tempore corpus nostrum acquirat magis q̃ deperdidit ergo tunc non diminuitur. Confirmatur sic. Si fieret diminutio continue hoc fieret à calore naturali, sed hoc non est dicendũ. ergo, &c. cõsequentia tenet, & maior patet de se, quia non vr̃ ꝙ fiat continue aliunde, minor declaratur, quia si sic idem esset corruptiuũ carnis & generatiuum eiusdem. Itẽ idem esset actiuum ad sui corruptionem. Item idem corrũperet carnem & aliam generaret, ex ista consequẽtia videntur sequi inconuenientia. Primum, quia idẽ non videtur cã contrariorum, cũ idem inquantũ idem sp̃ sit aptum natum facere idem cap.9. huius secundi. Secundũ incon Tex.c.55
ueniens, quia frustra calor primam carnẽ corrumperet, & aliam generaret, cũ prior sit purior q̃ secunda posterior genita. Tertium, quia quodlibet ens diligit se permanere vt ante dictũ est. Probatur tñ prima consequentia, quia calor naturalis esset corruptiuus carnis eo ꝙ ipsam continue resolueret, & generatiuus noue, eo ꝙ ex cibo nouam generaret. Secunda ꝙ calor naturalis non resoluit carnẽ, nisi vt se nutriat vt actiones viuentis facere possit, & ex consequenti aliam carnẽ generaret. Et tertia quia deficiente carne necesse est calorem deficere, cum calor non possit stare sine humido, vt in de longitudine & breuitate habetur sufficienter. Cum ergo calor resoluendo carnem agit ad destructionem carnis, sequitur ꝙ agit per modum sequele ad destructionem, sui, quod fuit vltimo probandum. Quarto augmentatio est conuersio nutrimenti, sed ista non est continua ergo nec augmentatio est motus continuus. consequentia tenet, & añs pro prima parte est manifestum, per diffinitionem augmentationis. Et pro secunda parte patet quia corruptio formæ cibi non est continua, cum aliquando cibus non sit in corpore vt tempore magnæ famis. Quinto nutritio non est continua, ergo nec augmentatio. tenet consequentia, quia non semper nutritur animal, quia si animal semper nutriretur, non esset ratio quare famesceret. Sexto arguitur aucto-
ritate Commentatoris octauo physic. volentis quòd Cõm.23
augmentatio non sit motus continuus, quod probat Tex.c.113
ratione sic. In omni motu continuo cuilibet parti cor Tex.c.39
poris debet correspondere aliqua pars ꝙ dispositionis secundum quam est motus. Sed hoc non est possibile in augmentatione vnius anni, ergo, & cętera tenet consequentia, & maior satis habetur a Philosopho quarto & sesto physic. eo quòd motus, & tempus proportionabiliter diuiduntur, & minor patet quia si aliquid augmentaretur per vnũ annum acquirendo quantitatem digitalem, non videtur possibile ꝙ

cuilibet parti anni correspōdeat aliqua pars illius quan titatis digitalis.

Tex.c.25 & 31 Tex.c.18 & 19. In oppositum est Philosophus primo huius, & quinto physi. dicit augmentationem esse motum. Et si debet esse motu, oportet quòd sit motus vnus, cum idem sit, motus & motus vnus, homo & vnus hō propositio & vna propositio. primo elencorum. Et vltra, sequitur, augmentatio est vnusmotus, ergo est continuus motus, cum quinto physicorum dicatur, quòd de ratione vnius motus est continuitas, & non interruptio temporis.

In ista quęstione primo videndum, est de causis, nutricationis, & augmentationis. Secundo videbitur de continuitate nutricationis, & augmentationis.

Tex.c.34 & 39. Quantum ad primum arti. est primo sciendum ꝙ calor naturalis continue agit in corpus, & humidum radicale, & etiam cibale continue consumendo. probatur, quia nisi sic esset, non esset ratio quare animal indigeret nutrimento, consequens est falsum, & contra experientiam, quia experimur animal indigere nutrimento. Modo oportet huiusmodi indigentiæ aliquam esse causam, & patet assumptum, quia si non desiccaretur, humidum radicale, sequeretur quòd animal sine cibo, longo tempore posset manere, sicut cum cibo, eo ꝙ cibus nihil aliud addit quàm restaurationem humidi.

Ex alio patet hæc suppositio, quia Philosophus comparat calorem, ad corpus sicut in lampede ignem ad oleum, modo ignis desiccat, & consumit oleum, ergo sic calor naturalis desiccat humidum corporis. Et ex alio tertio persuadetur. Nam primo docet experientia quòd animal actus suos exercens, indiget spiritibus propter quod si iunctura membri fortiter ligetur vt per ligaturam aduentus spirituum impediatur patitur, membrum illud tremonem, & deficit eius regimem conueniens. Item isti spiritus continue resoluuntur quia membrum patitur tremorem, patet, quia aliter non indigeremus ipsorum continuo aduentu, quod eadem experientia docet esse falsum, ex quo oportet quòd continue generentur huiusmodi calores, & spiritus, & tamen non possunt generari, nisi ex materia apta, & nec apparet alia materia in corpore disposita ad hoc nisi humidum, oportet ergo in hac generatione, humidum desiccari. Quarto persuadetur, quia cum membra animalis sint difformiter calida, necesse est vt mutuo se calefaciant, & alterent, & ex consequenti continua alteratione resoluant. Secundo est intelligendum, quòd ad istam consumptionem iuuat medium extrinsecum, eo quòd ipsum continue alterat nostrum corpus, iuuat etiam motus, iuuant & cibaria calida, & vltimate iuuat studium. Nam omnia ista habent desiccare corpus nostrum. Sed contra primum dictum diceret quis, quomodo calor naturalis posset agere in humidum cum humidum, sit eius proprium subiectum, & accidens naturale subiecto non agit ad ipsius corruptionem. Secundo. nā calidum non contrariatur humido. ergo nec agit in ipsum humidum. tenet consequentia, quia ratio corruptiua est ratione contrarietatis. Ad primum dicunt aliqui, quòd calor non agit in subiectum in quo adequate existit. Sed bene cum partes sunt difformiter calide ipse calor qui est in vna parte, agit in humidum quod est in alia parte. Aliter dicitur & iudicio meo melius, quod calor naturalis est quædam substantia subtilis calida quæ nulli inhæret vt subiecto, sed ipsi humido est in multis partibus commixta, hoc ergo agit generando sibi simile in ipso humido, & tūc cessat ratio de subiecto, quia humidum non est caloris subiectum, cum ipsum non sit accidens. Ad secundum dicitur, quòd calor naturalis qui est quasi, ignis bene est multum siccus, & ideo ratione siccitatis humidum corrumpit, & aperiendo poros de per accidens seipsum calorem resoluit, & etiam dicitur ꝙ calor est magis calidus quam ipsum humidum, & ideo agit in ipsum, ipsum vlterius calefaciendo, & sic patet, ꝙ ratione duplicis contrarietatis calor agit in humidum.

Ex his duobus notabilibus, sequitur tertium notabile, quòd necessaria est animali seu viuo (si debeat longo tempore viuere, & manere) nutricatio, patet, quia nisi fieret restauratio deperditi corpus actione prius posita totaliter desiccaretur & deficeret vita, & ideo cū deus & natura non agant frustra, nec abundent in superfluis, nec deficiunt in necessarijs, tertio de anima, dederunt animali nutritionem.

Ex his pn̄t inferri conclusiones, quarum prima est hęc. Calor naturalis est causa efficiens nutritionis, & ex consequenti augmentationis. probatur, quia ad nutricationem requiritur conuersio nutrimenti, separatio boni, & conuenientis à malo, & disconuenienti, talia enim fieri non possunt nisi mediante calore efficiente, ergo conclusio vera. consequentia nota est, & antecedens pro prima parte patet, & pro secunda probatur, quia frigidum hoc nō potest facere cum simpliciter habeat congregare, immo etiam frigidum frequenter cōuenit nutrimento cum ipsum sit frigidum, & per consequens non agit in ipsum, patet ergo quòd hoc facit calidum, cuius est congregare homogenea, & segregare etherogenea. Secunda conclusio, ꝙ anima est principalis causa nutricationis & augmentationis, probatur ratione communi secundo de anima, quia nisi sic sequeretur quòd animal deberet habere superius omnia leuia, puta calores, & spiritus & inferius omnia grauia, consequens est inconueniens, & contra experientiam. Nam ita sunt ossa in capite, & augmentantur ibidem, sicut in pede, & calor in pede sicut in capite, & probatur consequentia, quòd si solum agunt qualitates, elementales, & non forma, tunc non est ratio, quare grauia ascendunt & leuia descendunt, quare relinquitur quòd huius operationis anima sit causa mouens, graue nutrimentum sursum, & leue deorsum secundū conuenientiam naturæ animalis. Tertia conclusio, ad istam nutricationem concurrunt effectiue quatuor virtutes quas medici ponunt in quolibet membro scilicet attractiua nutrimenti, retentiua eiusdem attracti, digestiua assimilatiua, & vnitiua attracti, & expulsiua superfluit, quod patet, quia si aliqua istarum, vel in parte vel in toto deficeret animal suas operationes, puta nutricationem & augmentationem perficere non posset. Quarta conclusio. causa materialis huius nutricationis est nutrimentum aut materia eiusdem, patet, quia ex istis fiunt istę nutritiones. Quinta conclusio est causa formalis huius nutricationis non est alia quàm ipsemet mutationes in suis partibus continuatę, patet quia formæ non est forma. cum ergo ipse mutationes sint formæ, ipsę non habent aliquam aliam causam formalem q̄ suam continuitatem in partibus quod est propositum. Sexta conclusio causa finalis nutricationis propinqua est salus indiuidui, & remota est salus speciei. Sed augmentationis propinqua est, vt ipsum indiuiduum suam debitam acquirat quantitatem, remota eadem quæ est nutricationis, patet ista conclusio quo ad primam partem, quia ex tertio notabili sine nutricatione non posset permanere, & saluari indiuiduum, & ideo causa finalis eius est salus ipsius, indiuidui. Item indiuiduum non potest permanere, idem numero, nec generare nisi nutriatur, ideo natura vltimate indiuiduum, saltem perfectum per nutricationem intendit generare sibi simile. Et hoc est salus speciei cum per hoc, species perpetuetur. Et sic proportionabiliter dicatur de augmentatione, quia propriè & immediate natura intendit ꝙ viuum habeat suam

Tex.c.4[?] Tex.c.3[?] & 39.

suam debitam quantitatem & vltimate, quia nisi ipsum viuum sit perfectum sua quantitatē conuenienti sibi nō potest generare, ideo intendit in augmentatione generationem sibi similem pro salute speciei, & sic patet omnes causæ nutritionis, & augmentationis.

Quantum ad secundum arti. est notandum, quòd per nutricationem in proposito nihil aliud intelligo ꝙ conuersionem nutrimenti intus suscepti in partes corporis nutriendi, vt fiat restauratio deperditi, per augmentationem autem intelligo augmentationem, propriæ dictam, quæ est ante diffinita scilicet, conuersionem nutrimenti, & cætera. Et ideo pro sola alteratione aut nutrimenti corruptione non, intelligo titulum quæstionis. Secundo est notandum, quòd augmentatio aut nutritio potest esse continua dupliciter. Vno modo proprie scilicet quòd sit continua ex parte temporis, & ex parte dispositionis secundum quam ipsa esset, puta ex parte quantitatis qua acquiritur. Alio modo dicitur continua magis large, quòd scilicet ex parte temporis nulla esset interruptio, licet ex parte dispositionis fieret interruptio. Tertio est notandum, ꝙ de ratione motus est esse continuum. patet, quia esse, vnum cum in omnibus sit idem ipsum, & vnum, vt homo & vnus homo, motus & vnus motus, modo motus discontinui non sunt vnus motus, cum ad vnitatem motus requiratur vnitas temporis quinto physicorum.

Tex.c.34. Tunc sit hæc prima conclusio, quòd augmentatio seu etiam nutritio est motus continuus. probatur, quia omnis motus est motus continuus, vt dicit tertium notabile, omnis augmentatio est motus. ergo augmentatio est motus continuus, & minor patet in post prædicamentis, & in quinto physi. & in hoc primo, eodē modo de nutricatione. Sed forte ista non est difficultas propter quam est mota quæstio, sed potius mota est ad aliud, puta ad videndum vtrum totalis augmentatio quæ fuit à principio viuentis vsque ad terminum augmentationis sit motus continuus. Et circa hoc sit hic secunda principalis conclusio scilicet, quòd non est necesse nutricationem à principio vitæ vsque ad finem esse motum continuum. probatur sic. Possibile est calorem naturalem in certa parte temporis esse ita debilem, quòd in ea non potest fieri nutrimenti conuersio adhuc stante in ea vita, ergo conclusio vera, consequentia nota est, & antecedens probatur, quia cum nutrimentum sit certe resistentiæ, ponatur quòd nutrimentum in pede conuertendum sit vt tria resistens, & remittatur calor naturalis debens ipsum conuertere, sic quòd non possit plus agere quàm ad gradum, vt tria, quæro adhuc. Vtrum cum illo calore in pede, manet vita, & si sic cum iste calor non conuertat aliquod nutrimentum, eo quòd nutrimentum est, tante resistentiæ, sicut ipsum est in actiuitate, & tunc habetur propositum. Si dicatur quod non. Contra. adhuc non sunt qualitates, ita disconuenientes introducte, quòd formam viui possint corrumpere, licet ipsa sit debilitata in suis qualitatibus. Confirmatur. Sub quolibet calore maiore videtur quòd forma pedis poterat generari, igitur sub isto calore potest permanere. Consequentia tenet. nam forma potest sub dispositione qualitatiua minus perfecte permanere quàm generari, vt nunc supponitur, & in secundo dicetur, & antecedens patet, quia quicunque calor maior sufficit ad conuertendum nutrimentum & alia opera vitę facienda, & ideo stantibus dispositionibus organicis, alijs non est ratio, quare non posset sub ea forma generari. Item cum trāsitus fiat de extremo per medium, ad aliud extremum, & calor primitus sufficit ad vitam conseruandam, & ad nutrimentum conuertendū, & postea non sufficiet ad vnum nec ad alterum videtur, ꝙ in medio sufficiat, puta ad vitam conseruandam, licet non sufficiat ad aliud, puta ad nutrimētum conuertendum. Item & tertio plante in hyæme existente gelu fortissimo non apparent nutriri, ergo conclusio vera consequentia bona, quia plante viuunt, & antecedens patet, quia totum nutrimentum ipsarum est congelatū quare nullum pn̄t attrahere nutrimentum, quare non nutriuntur. Et idem apparet de quibusdam animalibus vt de magnis ranis quæ in hyeme non capiunt nutrimentum, & in martio ipsum accipere incipiunt, & si allegetur textus Philosophi in contrarium in isto primo & in secundo de anima. cap. 2. Dicendum est ꝙ loquebatur de animalibus perfectis, & noluit ꝙ talia longo tempore non pn̄t esse sine nutrimento sicut non pn̄t esse sine augmentatione, quia tn̄ possint esse aliquo paruo tempore sine nutrimento hoc non intendebat negare. Tex.c.41 Tex.c.15 Tertia conclusio, non oportet augmentationem à principio vitæ vsq; quo viuum non potest augeri amplius esse cōtinuum motum sine interruptione tēporis, ista conclusio patet, quia viuum qđ augetur posset fieri infirmum, & per infirmitatem in tempore medio suæ augmentationis diminui, vt anno. 16. & 17. & tunc pòstea iterum fieri sanum & de nouo augeri, & tunc apparet ꝙ non fuisset illud viuum sine interruptione temporis auctum, immo tempore infirmitatis non augebatur, vt patet ex casu. Quarta conclusio est, ꝙ si viuū maneat semper sanum nutrimentum sufficiēs appareat approximatum, possibile est ꝙ sine interruptione temporis à principio augmentationis suę vsque ad finem quo non potest vlterius augeri augeatur probatur conclusio, quia causis sufficientibus continue positis in agētibus naturalibus effectum producentibus continue & sine interruptione poneretur effectus, sed in isto casu sunt causæ efficientes positę augmentationis sine interruptione temporis, maior est nota, quia agentia naturalia agunt tm̄ quantum possunt, minor patet, quia causa sufficiens augmentatio vsq; ad terminum ad quem debet augeri viuum, est corpus esse sanum, quia tunc est anima in dispositione cōuenienti, & cū calore naturali sufficienti, & sic est causa sufficiens sufficienter posita, & nutrimentum sufficiens est causa materialis, quare tota minor est nota. Correlarię infertur, quòd quandiu viuum manet sanum & nutrimentum conueniens est sibi approximatum nutritur, & patet ex probatione, conclusionis præcedentis. Quinta conclusio, augmentatio equi totalis facta ex certo cibo in ordine ad tempus bene est motus continuus, quia si equus est sanus vt ante dictum est, nulla fit temporis interruptio, quin equus continue augeatur. Sexta conclusio huius augmētatio equi totalis proprie loquendo non debet dici motus continuus, probatur sic augmentatio facta in diuersis poris non est motus continuus. ergo augmentatio equi totalis nō est motus continuus tenet consequentia, quia augmentatio illa fit in diuersis poris & consequentia probatur, quia augmentatio non est huiusmodi motus vnus, eo quòd forma quæ generatur in alio & alio poro, est alia & alia, vt notum est cū, multi pori totales sint inuicem continui, & ex consequēti est alia & alia mutatio vel dispositio numero, ſm quam fit augmentatio, ita ergo alia & alia numero est augmentatio in alio & alio poro. cōsequentia tenet per notabile secundum, & antecedens est notum. Sed diceret quis quantitas est eadem secundum quam fit ista augmentatio, ergo dispositio secundnm quam fit motus est eadem, consequentia tenet, eo ꝙ augmētatio est motus ad quantitatem, primo huius & antecedens patet quia ista quantitas est quantitas equi. Respondeo negando consequentiam, nisi adderetur ꝙ quātitas est eadem, & dispositio ſm quam augetur est vna, & si hoc adderetur negarē antecedens, quia in alio & alio poro, Tex.c.26 & 27.

Tex.c.18 Tex.c.25 & 31.

& alia & alia dispositione augetur quantitas, & ideo alia, & alia est dispositio secundum quod fit motus. Vnde est simile sicut si huomini augeretur caliditas in pede ab vno igne, & in manu ab alio, partibus tamen intermedijs non calefactis, tunc enim esset vna qualitas totalis secundum quam est motus scilicet, totalis caliditas, hominis, tamen calefactio non esset vna, quia dispositiones quibus ista caliditas intenditur non sunt vnum, immo alia est in pede & alia in manu & aliud simile est sicut si sphæra aeris rarefieret hic, & romæ, tunc illæ rarefactiones fierent secundum eadem quantitatem sphæræ aeris, tamen non esset vna rarefactio, eo quod alia & alia rarefactione quantitas aeris in diuersis suis partibus adinuicem discontinuis extendatur, sic quamuis, quantitas equi totalis quæ extenditur sit eadem, tamen alia & alia generatione in diuersis poris moriatur quæ, generationes non plus adinuicem continuantur quàm rarefactiones aeris prædictæ. Ex ista cõclusione infertur correlariæ, quòd secundum veritatem tot sunt augmentationes totales in viuo, quarum nullæ duæ sunt vna, quando viuum augetur quot sunt pori in quibus fit augmentatio totalis viui. Secundo quod alia, & alia diæ est, alia & alia augmentatio patet, quia fiunt in alijs & in alijs poris, igitur per conclusionem sunt diuersę augmentationes, & capio in istis conclusionibus, positis augmẽtationem improprie cum dico quòd augmentatio equi totalis, &c. Pro omnibus augmentationibus quibus diuerse partes equi dicuntur augeri simul tempore, quæ omnes secundum vulgares possunt dici vna augmentatio, & dicunntur ab eis, eo quod diuersas partes in diuersis poris genitas non percipiunt.

Et iuxta hoc sit settima conclusio, quòd in ordine ad denominationem vulgarium iste augmentationes equi possunt dici vna patet, quia ipsi non percipiunt diuersitatem partium genitarum, & ideo omnes augmentationes factas in diuersis poris sine temporis interruptione dicunt vnam augmentationem totalem equi, nec est inconueniens ita loqui, & secundum veritatem, & rationem aliter censeri. Octaua conclusio est nutritio, totalis equi non debet dici vnus motus, patet ratione qua præcedens conclusio. Nona conclusio, resolutio viuentis a principio vitæ vsque ad finem est motus, & continuus improprie.s. quia fit sine temporis interruptione. probatur, quia vel viuum est sanum, & tunc non interrumpitur resolutio, eo quòd tunc calor naturalis se continue nutrit, vel egrum & tunc continue resoluuntur partes viui à medio ipsum continente, eo quòd hoc medium est sibi contrarium, & tunc resistentia viui est debilitata. Vltima conclusio, resolutio nõ est proprie continua nec vna mutatio, in ordine ad dispositionem secundum quam est motus patet, quia ipsa, est alia, & alia in alijs & alijs poris, sicut & augmentatio, & formetur ratio eodem modo. Corrolarium viuum nunquam manet in eodem statu primo modo identitatis, patet per conclusione præcedentem, quia fit semper ab eo aliqua resolutio. Et hæc de secundo articulo.

Tex.c.4 Ad rationes principales huius quæstionis. Ad primam dicitur, quod Arist. per illam differentiam, non voluit negare augmentationem esse continuum motũ, sed voluit quòd non duraret continue vsque ad finem vitę sicut nutritio. Ad secundam dicitur negando antecedens.s.quòd augmentatio non est motus. Et ad probationem dicitur quòd non oportet omnem motum, esse de vero contrario in verum contrarium, sed sufficit quòd sit inter terminos a quibus capiuntur denominationes imposibiles respectu eiusdem termini existentis hoc aliquid in actu, & ita vult philosophus 5. phys. quod motus debet esse ex vero cõtrario in verũ contrarium, modo ista contrarietas bene reperitur in prædicamento quantitatis vt bicubitum tricubitum, bipedale tripedale & consimilia huiusmodi. Ad tertiam negatur antecedens, quod diminutio non sit motus cõtinuus. Et ad probationem dicitur quod adhuc illo tempore quo corpus nostrum magis acquirit deperdat est resolutio, cum calor naturalis se tunc nutriat, & ex consequenti humidum resoluat, veruntamen est quòd tũc non est diminutio, tñ quandocũque diminutio est ipsa est motus continuus sicut augmentatio. Ad confirmationem conceditur quod diminutio in senibus fit continue à calore naturali, veruntamẽ est quod fit etiam à medio continente nos. Et ad probationem primam conceditur, quod idem de necessitate naturæ est generatiuus, carnis ex nutrimento, & se nutriendo eiusdem corruptiuum, nec est hoc inconueniens, sicut calor naturalis in epate generat sanguinem ex chilo, & in corde eundem resoluit in spiritus & calores. Et quando additur, quod idem nõ est causa contrariorum, dicitur quod hoc est verum eodem modo se habens & de per se, & ideo etiam calor naturali de per se non est nisi causa calefactionis & generationis sui similis: calefaciendo enim carnem generat, & vlterius nimis calefaciendo carnem resoluit, & sic non est inconueniens idem esse causam contrariorum, puta vnius effecti de per se, & alterius de per accidens, & sic est de calore naturali natura hæc enim de per se intendit per eius actionem restaurare deperditum ex nutrimento, & de per accidens quia simul calefacit membra dirigendo nutrimentum, resoluit partes corporis nutriendo. Ad secundam cõfirmationem dicitur, quòd verum est quòd de necessitate naturę calor naturalis bene corrumpit carnem, vt se nutriat & nutritus aliam potest generare, nec hoc est inconueniens modo prædicto. Ad improbationẽ quã dicitur quòd hoc faceret frustra, dicitur quòd hoc fit necessitate naturæ, quia oportet calorem restaurare cũ sine eo non possit esse vita, & ideo si nutrimentum deficeret, vt aliunde restaurare posset, non videtur inconueniens, quòd ex humido radicali corporis, restauraret carnem corporis corrumpendo. Ad tertiam dicitur, quòd verum est quòd calor agendo in humidum radicale agit ad sui corruptionem de per accidens, quia aliter non posset permanere sine humido, sed de per se non agit ad sui corruptionem. Et hoc voluit auctoritas phylosophi prius allegata. Ad quartam principalem conceditur, quòd augmentatio est, quando est conuersio nutrimenti, etiam negatur quòd ista conuersio non sit continua, & negatur consequentia, quod aliquando in corpore humano non sit cibus, immo semper est sanguis in corpore animalis vel in non habentibus sanguinem ei proportionabile & tale est nutrimentum, & ideo dicitur quod in corpus est nutritio & nutrimẽti conuersio per totam vitam vel saltem per maiorẽ partem vitæ, & sic continue manet corruptio cibi propinqui, puta sanguinis. Et si petatur, quare isto cibo propinquo manente animal appetit cibum nouum, dicitur quod hoc est, quia membra cibi retentiua sentiunt se, euacuari, & ideo petunt repleri naturali inclinatione, eo quod sine cibo ~~non~~ possent in suo vigore naturali permanere. Ad quintam negatur quòd nutritio non sit continua, & quando dicitur quòd tunc non esset ratio quare animal famesceret dicitur qđ causa est quia membra retentiua nutrimenti sentiunt se euacuari per nutritionem & appetunt repleri, & propter hoc fit fames vt ante dictum est. Ad sextam auctoritatem Commentatoris cõcluditur in 8. physi. eo quòd ipsa laborat pro sexta conclusione, ratio tamen sua nõ concludit, quia nõ est imposibile quòd continue per integrum annum acquiratur quantitas digitalis aut granum milij, & quod tamen cuilibet correspondeat aliqua huiusmodi quantitas, cum quolibet continuum sit ita bene diuisibile in infini-

Tex.c.26 (margin, beside "phys. quod motus debet esse ex vero cõtrario")

infinitum, sicut tempus quantumcunque sit magnum,
Tex.c.69. sicut patet ex.4.&.6.Phy. Ratio post oppositum arguit pro prima conclusione. Et hæc de ista quæstione.

Eodem textu vbi supra. Tex.c.15. Quæstio. XV.

QVintodecimo queritur. Vtrum rarefactio. sit argumētatio. Et arguitur primo ꝙ sic, omnis mo-
Tex.c.18 tus ad quantitatem est augmentatio, rarefactio est huiusmodi. ergo &c. maior est vera. 5. Phy. & minor patet, quia corpus quod rarefit post rarefactionem est maius quā ante. Secundo sic, omnis motus propter quem de prima substantia mutantur termini de prædicamento quantitatis est augmentatio vel diminutio; sed rarefactio est huiusmodi. ergo rarefactio est augmentatio vel diminutio, sed sicut manifestum est, non est diminutio. ergo est augmentatio, maior patet vt prius, & ex alio, quia talis motus non potest reduci ad aliud prædicamentum, minor patet, quia si substantia bipedalis rarefiat vt sit tripedalis non est dubium quin de ea variabuntur termini de prędicamento quantitatis. Tertio, omnis motus quo producitur noua quātitas est de prædicamento quantitatis, sed in rarefactione producitur noua quantitas, ergo rarefactio est de prædicamento quantitatis, & non est diminutio, ergo augmentatio, consequentiæ sunt notę, & maior patet, conuenienti similitudine, sicut omnis motus quo producitur noua qualitas est in prędicamēto qualitatis. minor patet, quia secundum illos qui dicunt quantitatem esse rem distinctam à re quanta in omni rarefactione noua quantitas producitur, & in condensatione aliqua. s. quæ prius fuit corrumpitur. Quarto augmentatio viuentis est augmentatio. ergo à multo fortiori rarefactio est augmenta-
Tex.c.37 tio. antecedens est philosophi in litera, & probatur consequentia, quia per augmentationem viuentis non producitur noua quantitas, sed potius quantitas nutrimenti quantitati viui superadditur, vt patet per processum philosophi in litera, sed per rarefactionem noua quantitas realiter producitur, modo nullus diceret quin realius dici debet mutatio ad quantitatem, & augmētatio mutatio qua generatur noua quantitas quàm mutatio qua vna quantitas adderetur alteri, sicut magis proprie dicitur dealbatio productio noue albedinis in subiecto, quàm additio vnius substantiæ albe ad aliam substantiam albam.

Tex.c.35 &.36. In oppositum videtur esse philosophus in ca. de augmentatione, vbi dicit ꝙ augmentatio fit aliquo adueniente, modo rarefactio non est aliquo adueniente, ergo non est augmentatio. In ista quæstione primo videbitur modus quomodo potest fieri rarefactio. Secundo videbitur responsio ad quæstionem.

Quantum ad primum articulum nota ꝙ quantitas siue dimensio substantiæ est distincta à substantia. hanc
Tex.c.28 &c.63. suppositionem suppono declarādam. 1. Phy. & ab alijs magistris ibidem declaratam, & ideo solum eam per vnam rationem quę ad hoc consueuit adduci declaro.

Primo supponitur, ꝙ aer idem qn̄ꝗ potest stare sub quantitate in duplo maiori per rarefactionem, & alio tempore sub quantitate in duplo minori per condensationem, quod patet, quia si fiala ponatur cum ore ad ignem rarefiat aer intantum ꝙ si postea ponatur cum ore super aquam condensabitur ad subduplum, sic ꝙ oportet aquam intrare vsꝗ ad medietatem fiale ne maneat vacuum. Secundo supponitur ꝙ aer non potest tantum condensari per solam compressionem, nec tantum rarefieri per solam tractionem, aut motū localem. patet etiam experientia, quia follis lateribus extensis & foraminibus obstructis, sic ꝙ aer non posit cedere, experimur ꝙ per vnam compresionem nos istum aerem non possumus ad subduplum condensare, immo sensibiliter patet, ꝙ latera follis notabiliter comprimere non possumus, quod non est ex alio, nisi quia aerem interceptum non possumus notabiliter condensare, eodem modo patet, quia nec rarefacere, lateribus. n. follis compresis & foraminibus obstructis non possumus latera follis abinuicem notabiliter elongare, quod non videtur ex alio nisi, quia aerem qui est intus non possumus notabiliter extēdere. Ex his persuadetur soppositio sic, nam volenti latera follis comprimere resistit aer materia vel forma, caliditas, vel dimensio ab omnibus distincta, & nullum istorum modorum potest dici præter vltimum. ergo dimensio est distincta à substantia. cōsequentia tenet, & antecedēs pro prima parte patet ex sufficienti diuisione pro secunda declaratur, non. n. potest dici ꝙ aer, quia ipse potest subsistere in duplo minori loco, vt dicit prima suppositio, nec forma, per consequens nec materia, cum multo plus de materia terræ sit in duplo minori quantitate. Nec potest dici ꝙ caliditas potest esse, quia plus de caliditate stat sub parua quantitate ferri calidi, nisi tunc inquantum ad caliditatem sequitur dimensio quæ resistit, & sic posset dici resistens per modū sequele, relinquitur ergo ꝙ dimensio distincta resistit, & habetur propositum. Secundo nota, ꝙ rarum apud nos dicitur quod habet parū de materia sub multa extensione, densum autem dicitur quod habet multum de materia sub parua extensione, vnde rarefieri est minus de materia sub equali extensione acquirere. Condensari vero plus de materia &c. Raritas vero est paucitas materiæ sub multa extensione, densitas autē est multitudo materiæ sub pauca extensione. Tertio nota, ꝙ qn̄ꝗ dicitur corpus rarefieri improprie. s. quādo ipsum in partibus suis abinuicem elongatur per subintroitum corporum aliorum extendentium, sic ꝙ appareat locum maiorem occupare, & similiter condensari improprie dicitur si comprimantur & cogantur partes aliene inter partes suas recepte, & sic postea appareat minorē locum occupare isto modo; spongia quando comprimitur dicetur condensari, quando iterum latera extenduntur & ingrediuntur partes aeris replētes poros spongie medios dicitur rarefieri, sed de ista condēsatione seu rarefactione nihil ad præsens, quia sunt modi metaphorici & non veri. Sed proprie rarefieri, est corpus prius minus fieri maius, nullo extrinseco ingrediente. Et isto modo est de condensatione.

Tunc sit prima conclusio. huiusmodi rarefactio est posibilis per calefactionem, & condensatio per frigefactionem. patet per experiētiam de fiala ante adductam super ignem. nam aer calefit & rarefit super aquam, & iterum refrigidatur, & vsꝗ ad subduplum condensatur, & de musto nouo, quod calefit, & ex consequenti rarefit intantum ꝙ rumperetur vas nisi fieret apertura. etiam de aqua bulliente apud ignem. replet. n. calefacta intense aliquando totam ollam, & cum frigiditas modica superuenit condensatur iterum ad subduplum. Secunda conclusio, condēsatio potest fieri per solam compressionem absꝗ huiusmodi alteratione præuia. probatur, cum ignis genitus ex straminibus occupet maiorem locum q̄ stramina, & penetratio dimensionum sit imposibilis, oportet ꝙ aer cedat igni genito. quero ergo an condensatur, & sic habetur propositum, vel pellit vltra alium aerem, & sic iterum alium vsꝗ ad cęlum & sic per generationem parui ignis oportebit cœlum, mutare situm, nisi tunc dicatur ꝙ alibi præcise tantum de aere conuertitur in corpus densum, & sic ignis genitus recipitur in locum in quem alius aer qui in densum conuertitur dimisit. Sed hoc est fictitium debere, quia sequeretur ꝙ tu non posses ex straminibus ignem generare nisi alibi tantum de aere in densum conuerteretur quantus esset ignis à te genitus. Tertia conclusio est, ꝙ etiam rarefactio est posibilis absꝗ huiusmodi alteratione

tione præuia, probatur per precedētem conclusionem, quia condensatio est possibilis. ergo & rarefactio sine huiusmodi alteratione. consequentia tenet. & antecedēs probatum est ante. Ex alio, quia si aer conuertitur in aquā quæ occupabit minorem locum q̄ aer corruptus, non est dubium quin oportebit alium aerem rarefieri ne maneat vacuum aut sequi cœlum, sicut prius arguebatur. Et tertio patet conclusio per experientiā, quia si vas esset obstructum & semiplenum vino, & in alia medietate aere semiplenum & fiat foramen inferius exibit multum de vino & fortiter, eo q̄ aer intus existens sufficienter rarefit & replet locum. Quarta conclusio. huiusmodi rarefactio fit per noue quantitatis generationem, condensatio vero per præterite quantitatis corruptionem, patet, quia corpus quod rarefit magis extenditur, & dimensio existens non est res quæ extenditur, vt dicit primum notabile. igitur oportet q̄ ista dimensio maior generetur. tenet consequentia, quia sicut eadem calidtas nō redd:t rem magis calidam vno tempore q̄ alio intensiue, ita eadem dimensio non redderet eandem rem vno tempore extensiorem q̄ alio, nisi sibi aliquid adderetur, & noua quantitas aggeneraretur, proportionabiliter arguitur de condensatione. Sed contra istam cōclusionem instabit quis fortissime sic di. Sit per te q̄ quantitati bipedali aggeneraretur quātitas pedalis, & per eam corpus rarefiat & vocetur materia seu compositum partiale, quod quantitatem aduenientem in se receperit a. Et arguitur sic a, materia iam informatur quantitate pedali ante non informabatur ea, sed erat cum alia materia sub quantitate bipedali, vt patet per casum. ergo ante informabatur aliqua parte quantitatis bipedalis. consequētia patet, quia cū erat sub quantitate bipedali aliqua parte illius quantitatis informabatur, & tunc sit ista pars b, & tunc arguitur sic b, pars quantitatis bipedalis prius informauit materiam a, & istam postea non informabit. ergo transiuit de materia a, ad aliam materiam. ergo de subiecto in subiectum.

Ista ratio est mihi multum difficilis, & ideo sufficit mihi mouere eam & probabiliter euadere. Alij autem soluant eam qui diligentius eam intuentur, potest ergo dici vno modo, q̄ in rarefactione quantitas tota præterita corrumpitur & sequens maior generatur, & hæc forsitan est securior solutio, & tunc soluta est ratio, quia verum est q̄ a, materia erat ante sub parte quantitatis bipedalis materiæ, & placet q̄ sub b, sed tamen b, quantitas non transiuit ad aliam materiā, quia ipsa simul tota quantitas materiæ præcedens a, est corrupta. Sed instatur statim contra hoc, quia caliditas rarefaciens non est apta nata quantitatem corrumpere, sed potius generare. Potest dici q̄ verum est, q̄ de per se quantitatem non corrumpit, sed bene corrumpit minorem, vt possit generare maiorem, quia minor est via in maiorem, modo non est inconueniens, q̄ habito fine cessent media quæ erant propter istum finem, vt q̄ cum generatur quantitas maior corrumpatur minor. Aliter potest dici & satis profunde nescio an sufficienter, sed vt dixi sufficit mihi solum mouere. Primo q̄ materia non est extensa nisi ratione quantitatis, & ex consequenti non habet partem extra partem secundum situm nisi per quantitatem. Secundo q̄ materiæ sunt certe & finitę partes, sic quòd non potest in infinitum extendi, immo q̄ materia quæ est sub forma ignis est tātum rara quòd non potest vlterius rarefieri. Tertio quòd si in corpore denso sunt plures materiæ simul sub eadem quantitate, tamen illa quātitas solum inheret vni earum. Exemplum. pono q̄ in aere pedali sit dupla materia ad materiam, quæ est in pedali ignis. dico ergo quòd solum materiæ pedali illa quantitas inheret, ita quòd non inheret alijs duobus pedalibus materiæ, sed alia duo pedalia materiæ sunt simul cum illa eadem quantitate, & seeundem situm. Quarto quòd in rarefactione materię quibus quantitas prior non inherebat extenduntur & situm distinctum acquirunt contra situm materiæ cui quantitas præcedens inherebat per nouam quātitatem in eis genitam. Per hoc dicitur facile ad rationem, & conceditur, quòd a, materia iam informatur quantitate pedali. & negatur consequentia, igitur ante informabatur aliqua parte quantitatis bipedalis, quia licet iuxta dicta ante erat cum ea secūdum situm, simul tamen quantitas ei non inherebat, & sic licet illa quantitas bipedalis eadem maneat, tamen semper manet in eadem parte pedali materiæ adequate, & sic non transit accidens de subiecto in subiectum, & credo quòd consequenter dicēdo hæc opinio est defensabilis.

Quantum ad secundum artic. est primo notandum. quòd augmentatio potest capi dupliciter. Vno modo generaliter pro omni mutatione ad quantitatem maiorem. Et per oppositum diminutio pro omni mutatione eiusdem ad quantitatem minorem, & sic capiuntur. 5. Phy. à philosopho cap. 3. Alio modo restringitur augmentatio ad mutationem qua viuum per intus susceptionē nutrimenti fit maius, & sic capitur à philosopho in isto primo. Secundo notandum est, quòd termini de prædicamento quantitatis connotantes mensuram, vt bicubitum tricubitum & consimiles non prædicantur de primis substantijs nisi ratione extensionis, vnde siue sub extensione bicubita sit multa materia siue pauca eque bene corpus habens materiam dr̄ bicubitum.

His præmissis sit hæc prima conclusio. rarefactio est proprie motus ad quātitatem. probatur sic, motus propter quem de primis substantijs variantur termini de prædicamento quantitatis de necessitate & de per se est proprie ad quantitatem, sed rarefactio est huiusmodi. ergo &c. maior est de se nota. ex. 5. Physic. minor declaratur, quia si corpus pedale rarefiat, ad rarefactionem sequitur de per se quòd postea est maius pedali, & prius erat pedale. Nec valeret si quis diceret, quòd post non haberet plus de materia q̄ prius, & ideo non deberet dici maius pedali, sicut nec prius, & ratio dicta est in notabili. Secundo, quia termini de prædicamento quantitatis non connotant habere multam aut paucam materiam, sed solum esse tantum vel tantum extensum. Secundo motus quo de per se noua quantitas producitur est de per se ad quantitatē, rarefactio est huiusmodi. ergo &c. maior patet de se, sicut. n. est motus ad qualitatem quo producitur qualitas, ad vbi quo acquiritur locus, quare similiter est in quantitate, & minor patet per vltimam conclusionem præcedētis articuli. Secunda conclusio est hæc, quòd condensatio est motus proprie de prædicamento quantitatis patet sicut conclusio præcedens. Cum. n. he mutationes sint oppositæ, oportet quòd sint eiusdem prædicamenti, cū contraria sint eiusdem generis. Sed quis instabit dicens, rarum & densum sunt de quarta specie qualitatis. ergo condensatio & rarefactio erunt de prædicamento qualitatis. consequentia tenet, quia sunt motus ad qualitatem. s. raritatem & densitatem, & vltra. sunt motus ad qualitatem. ergo non sunt motus ad quātitatem, cuius oppositum est dictum. Confirmatur sic. mutatio inter raritatem & densitatem est alteratio. ergo condensatio & rarefactio non sunt motus ad quantitatem. consequentia tenet, quia alteratio non est motus ad quantitatem. antecedens patet, quia est mutatio inter qualitates cōtrarias, cum raritas & densitas, vt dictum est, sint qualitates & sint contrariæ. vt vult philosophus secundo huius ca. 2. Tertio sic. omnis calefactio est alteratio. ergo omnis rarefactio est alteratio, & vltra. ergo nulla rarefactio est motus ad quantitatem. vltima consequentia est nota, & prima declaratur, quia sicut calefactio est ad caliditatem & ideo dicitur alteratio, ita rarefactio est ad raritatem quæ

Tex. c. | a. t. c. | vsq; ad | Tex. c. | Tex | Tex | &. | Tex | Tex. c. | &. 10.

quę est qualitas, vt dictum est. Quarto rarefactio non est motus. igitur non est motus ad quantitatem. consequentia est nota. & antecedens declaratur, quia motus non est ad illa quae acquiruntur per modum sequele ad alios motus, ideo non ponitur motus ad primam speciem qualitatis. 7. Phy. modo raritas acquiritur per modum sequele ad alios motus. puta ad remotionem partium vel calefactionem. igitur rarefactio non est motus. Tex.c.18

Pro solutione primarum rationum est aduertēdum. ꝙ in rarefactione duo possunt cōsiderari. vnum est quātitas maior quae acquiritur, & secundum hanc est motus ad quantitatem. Alio modo partes corporis abinuicem elongari, & magis distantes situari adinuicem, & secundum hoc potest poni motus ad qualitatem. Cum enim quaerimus quale est hoc, & dicitur rarum, concipimus partes materiae in eo esse paucas, & abinuicem elongatas. & per oppositum dicatur de denso.

Et iuxta hoc facile respondetur ad primam concedendo ꝙ rarum & densum sunt de quarta specie qualitatis, & ꝙ condensatio & rarefactio in ordine ad habitudinem partium substantiae sunt de praedicamento qualitatis, vt dictum est, cum hoc tamen stat ꝙ sunt de praedicamento quantitatis in ordine ad quantitatem quae acquiritur vel deperditur, vt dictum est. Ad secundum dicitur per idem, ꝙ mutatio inter raritatem & dēsitatem est alteratio in ordine ad situm partium substantiae, vt dictum est, cum hoc tamen stat ꝙ sit motus ad quantitatem in ordine ad quantitatem quae acquiritur vel deperditur, & ideo negetur ꝙ alteratio non est ad quantitatem, sed bene verum est ꝙ alteratio eodem modo quo alteratio non est ad quantitatem, nihil.n. reputo inconueniens ꝙ eadem mutatio sit vno modo alteratio, & alio modo considerata sit motus ad quantitatem, sicut non est inconueniens ꝙ eadem mutatio sit generatio & augmentatio. Ad tertium conceditur quòd rarefactio est alteratio, cum hoc tamen stat quòd etiam sit ad quantitatem, vt dictum est. Ad quartum dicitur, quòd motus quandoꝗ capitur strictissime pro mutatione non habita per modum sequele ad aliam mutationem. Et sic sine dubio rarefactio non est motus, immo nec augmentatio viuentis, quia de necessitate sequitur alias mutationes ad quas habet sequelam, & sic capitur motus. 7. Phy. Alio modo motus capitur stricte pro mutatione successiua facta in subiecto, manente hoc aliquid in actu eodem sub vtroꝗ termino mutationis propter quam de necessitate oportet mutare terminos certi prędicamenti de primis substantijs. Et hoc modo capitur. 5. Physi. & sic rarefactio est bene motus. Et ideo iuxta dicta patet quid sit dicendum ad rationem. Tex.c.18 Tex.c. 9. & 10.

Tertia conclusio est. quòd capiendo augmētationem communiter rarefactio est augmentatio, ista conclusio probatur. omnis motus ad quantitatem maiorem est augmentatio. rarefactio est motus ad quantitatem maiorem, ergo rarefactio est augmentatio. consequentia tenet, & maior patet per philosophum. 5. Phy. & minor patet per conclusionem praecedentem. Quarta conclusio est. quòd condensatio est diminutio, capiendo diminutionem modo proportionabili. probatur sicut pręcedens. Quinta conclusio & est probabilis. quòd rarefactio est magis proprie motus ad quantitatem q̄ augmentatio stricte capiendo sic, quanto per aliquem motum magis proprie acquiritur quantitas, tanto est magis proprie ad quantitatem, sed per rarefactionem magis proprie acquiritur quantitas q̄ in augmentatione viuentis. igitur est magis proprie motus ad quantitatem. maior videtur nota ex terminis, & minor patet, quia in rarefactione simpliciter acquiritur noua quantitas sine additione quantitatis ab extrinseco. In augmentatione autem viuentis, esto quòd quantitas sit maior, tamen fit superadditio noue quātitatis ab extrinseco, & per istam fit alio alia quantitas maior. modo videtur quòd magis proprie acquiratur quantitas vbi acquiritur sine additione ab extrinseco q̄ vbi acquiritur per additionem q̄ quantitatis extrinsece. Vltima conclusio est capiendo augmentationem stricte. sicut capitur in isto primo rarefactio non est augmentatio. patet per philosophum in litera, & per proprietates huius augmentationis, quia ipsa fit per intus susceptionem. rarefactio non. nam augmentatio solùm competit viuentibus, & huiusmodi rarefactio non, quare patet ꝙ huiusmodi rarefactio non est augmentatio. Et haec de secundo articulo. His praemissis respondetur ad rationes, & breuiter rationes ante oppositum omnes vadunt pro tertia cōclusione secundi articuli, & ratio post oppositum arguit pro conclusione vltima eiusdem articuli. Et haec sint dicta de ista quaestione sufficienter &c. Tex.c.18 a t.c. 25. vsq; ad 43.

Quoniam autem oportet primum de materia & de vocatis elementis. Tex.cōm. 43. Quaestio. XVI.

DEcimosexto queritur. Vtrum omne agens agat per contactum, & arguitur quòd non. deus & agentia incorporea agunt, & tamen non tāgunt. ergo non omne agens agit per contactum, consequētia tenet. antecedens pro prima parte patet per philosophū cap. de actione dicentem, quòd est aliquod agēs impassibile, & tale est incorporeum, pro secunda parte patet, quia tactus est solum rerum diuisibilium, cum oporteat vltima esse simul. 5. Physi. cap. 4. & in isto primo cap. de tactu. Secundo cęlum agit in ista inferiora & non tangit ea. ergo. consequentia tenet, & antecedēs pro prima parte patet, quia illuminat & calefacit ea, pro secunda parte declaratur, quia vltimum coeli non est simul cum ipsis inferioribus. Tertio sic. sequeretur quòd nullum agens ageret in distans, consequens est falsum & contra experientiam, & probatur consequentia, quia tangetur in distans & non tangetur nisi per contactum. Quarto sequitur quòd agens solum agit in passum secūdum superficiem passi. consequens est falsum, & contra experientiam. probatur consequentia, cum secundum solam superficiem tangant. Cōfirmatur sic, quia si sic sequeretur quòd sola superficies exterior agentis ageret, consequens est falsum, & probatur consequentia, quia ipsa solum tangit aut saltem secundum eam agens solū tangit. arguitur ergo sic, agēs non agit nisi per contactum, & solum secundum superficiem tangit. ergo solum secundum eam agit, & vltra. ergo non agit secundū profunditatem sui, sed solum agit secundum eius superficiē. Tex.c.53 54.& 55. Tex.c.22 Tex.c.44

Quinto, quia visibile agit in visum, & tamen non tangit visum. ergo, consequentia tenet, & antecedens pro ambabus partibus notum est. Sexto si aliquod agēs agit fortius in distans q̄ in propinquum, aliquod agens non agit per contactum, sed aliquod agens agit fortius in distans q̄ in propinquum. ergo, consequentia tenet. nam si fortius agit in distans, ponatur. ergo quòd agat in ipsum actione vt tria. & in propinquum in quod agit debilius agat actione vt duo, & ponatur actionem vniformiter remitti, sequitur, quòd quando in ꝓpinquum cessabit agere, eo quòd eius actio est remissa in duobus gradibus, tunc adhuc aget in distans actione vt vnum.

Et ex alio. si contactus esset causa actionis hoc esset vt deferens virtutem agentis in distans, & ex cōsequenti non posset agens in distans fortius agere q̄ in propinquum. ergo si fortius agit in distans contactus non est causa actionis, quod est propositum. antecedens probatur. primo, quia coelum aut sol in distans ab eo, puta in aerem apud nos generat calorem, & in sphaeras medias coelestes sol huiusmodi calorem non potest producere, cum coelum sit inalterabile. primo Cęli. 3. cap. Secundo, quia speculum concauum fortissime ad aliquam distantiam calefacit, immo intantum quòd incendit, sicut dicunt Tex.c.20

dicunt perspectiui,& docet experientia, tamen apud se non generat notabilem caliditatē. Et tertio,quia adamas ferrum ab eo remotū attrahit,stramen autem propinquum sibi minoris resistentiæ attrahere non potest. ergo huiusmodi agētia fortius agunt in distans ꝙ in pro prinquum. Septimo multa agunt in seipsa. ergo non omne agens agit per contactū.consequentia tenet, quia nihil tangit se. antecedens patet.primo de graui mouente se deorsum. Secundo de aqua calida remota à calefaciente quæ se reducit ad frigiditatem,vt docet experien-
Cōm.17. &.t.c.36. tia,&.3.de Anima intellectiua quæ producit in se intentionem actum volendi, cum talia in eadem non producantur nisi ea coagente,vt habet videri in.2.de Anima.

Te.c.44. In oppositum videtur esse philosophus cap.de tactu. vbi videtur dicere,ꝙ ad hoc ꝙ aliqua agant & patiantur adinuicem requiritur ꝙ se tangant. In ista quęstione primo præmittenda sunt notabilia & suppositiones. in secundo arti,ponende sunt responsales conclusiones.

Quantum ad primum articulū nota ꝙ duplicia sunt agentia.quædam corpora,vt cœlum & alia inferiora.& quædam incorporea, vt deus & intelligentiæ. Secundo nota ꝙ agentia corporea aliqua agunt in materiam extrinsecam,vt calidum in frigidū. aliqua agunt aliquo modo in se , vt anima in se producit suos actus cognoscendi saltem intellectiua,graue mouet se deorsum.Et vt titulus sit magis planus restringo ipsum ꝙ intelligitur de actione proueniente ab agēte extrinseco seu de actione proueniente in materiam exteriorem. Tertio nota. ꝙ huiusmodi agentia sunt duplicia , aliqua quæ agunt actione reali, vt caliditas agens caliditatem, aliqua sunt quæ agunt actione spirituali, vt albedo producens speciem albedinis . Quarto nota , ꝙ tactus dicitur vno modo attributiue & totaliter improprie, & attribuitur rebus incorporeis & dicitur res incorporea indistans alicui, quod agit tangere ipsum, sicut diceretur, ꝙ intelligentia mouens sphæram lunæ tangit ipsam. similiter ꝙ
Tex.c.45 deus tangit mundum. Isto modo intelligitur litera Aristot.cap.de tactu. Est autem vt agentia incorporea tangāt.est autem vt sic modo dicto,est autem vt non,quia non ꝑprie tangunt. Alio modo tactus accipitur proprie & attribuitur corporibus , & hoc tripliciter.s. strictissime & vocatur naturalis.stricte , & vocatur tactus mathematicus.& large seu improprie,& vocatur tactus metaphoricus . Tactus autem strictissime dictus describitur à philosopho sic. ꝙ est diuersarum magnitudi-
Tex.c.44 num habētium positionem, quarum vltima sunt simul & sunt actiua & passiua insimul . Ecce tres conditiones huiusmodi tactus.prima ꝙ sit in diuersas magnitudines quę habeant situm extra seinuicem,propter illud materia & forma non tangunt se, quia non habēt distinctum situm.Secunda quia vltima ipsorum sunt simul, & tertia ꝙ inter se sint actiua & passiua . Et ꝑpter illam vltimam conditionem partes aeris consimiliter qualitates non tangunt se, quia non sunt actiue nec passiue vt sic adinuicem.Tactus stricte dictus non habet nisi duas conditiones primas . Et isto modo medietates continui eiusdem tangunt se. Sed tactus large & metaphorice dictus est agens sua virtute passum attingens . Et sic tangens non oportet ꝙ tangatur ab eo quod tangit, secun-
Tex.c.45 dum quem modū dicit philosophus in litera . dicimus enim aliqn̄ tristantem tangere nos. puta quādo nos per eius tristiam mouet ad passionem,sed non nos eum,tūc enim agit ipse in nos, sed non nos in eum. Quinto nota, ꝙ Arist.non voluit agens debere tangere quodlibet passum, quod ab eo patitur , quia hoc est manifeste falsum, prout satis arguunt rationes ante oppositum facte sed potius aliquod adminiculum,mediante quo agit in alia ab eo passa . Pro sexto notabili supponitur ꝙ per vacuum nulla potest fieri actio.volo dicere, ꝙ si in medio pleno per pedalem distantiam poneretur magnus ignis & magna aqua , & postea ad imaginationem circumcirca destrueretur medium igne,& aqua remanentibus in suo situ, ꝙ tunc nullo modo ignis posset agere in aquā nec econuerso,& quia in illa suppositione consistit tota virtus quæstionis , ideo eam fortius quo possum probabo. Primo, quia ignis in hoc casu non tangit aquam, & actione eius non potest ad aquam pertingere.ergo non agit in ipsam.consequentia tenet, quia si agit oportet ꝙ agat mediate.s.quòd actio deferatur per aliud ad passum , vel immediate.s.quia tangat passum. & antecedens declaratur. Primo,quia manifestum est, ꝙ non tangit, quia ante non tetigit quando erat plenū, & nullus motus localis est factus alicuius eorum , nec partialis,nec totalis,nec medij congregati alicui eorum vt supponitur.ergo adhuc non tangit. Secundo tangens cum eo quod tangit debet habere determinatum situm in superficie tangente,sed sic non est de istis. ergo non tangunt se. maior inductiue nota est in omnibus se tangentibus, & minor manifesta est, cum inter ea nulla sit habitudo superficiei vnius ad superficiem alterius.

Tertio inter corpora tangentia se nullum corpus potest recipi ipsis remanentibus in eodem situ,sed inter illa corpus potest recipi ipsis manentibus in simili situ,ergo non tangunt se , maior nota est in omnibus. minor patet,quia inter ista potest poni corpus pedale sine hoc ꝙ ipsa mutent situm per casum, & sic patet maior primæ rationis tripliciter declarata.Sed secunda pars antecedētis probatur, quia agens in materiam quam non tangit agit per fluxum suæ virtutis ad ipsam. modo vacuum non est huiusmodi virtutis receptiuum.ergo actio ignis in hoc casu non potest pertingere ad aquam . maior est manifesta in simili de lumine , si.n.à lucido lumen producitur in materiam distantem , hoc est , quia fluit per medium propinquū.minor nota est , cum vacuum aut non sit,aut sit de genere dimensionis,& ex consequenti accidentis,tale autem nullius accidentis est receptiuum, & per consequēs non recipit nec defert virtutem ignis.

Secundo probatur,quia qua ratione ignis posset agere per paruum vacuum,posset & per magnum,sed non potest agere per quodcunq; magnum. ergo nec sufficit agere per paruum. maior manifesta est , cum magnum vacuum non plus resistat q̄ paruum,cum etiam corpora in magno vacuo posita sint ita immediata sicut in paruo,quare non est potior ratio in vno q̄ in alio. antecedentis minor patet , quia tunc ignis posset agere per quācunq; distantiam si in quolibet magno vacuo posset agere. Tertio agens in materiam exteriorem debet ad ipsum habere certum situm,sed corporum in vacuo non est determinatus situs. ergo. consequentia tenet,& antecedens pro prima parte patet , quia aliter non esset ratio quare non in infinitum remote ageret . Et pro secunda parte patet , qua in vacuo , nec est sursum , nec deorsum , nec aliæ differentiæ positionis.4.Physi.& ex alio , quia ignis & aqua in isto casu nec tangunt se , nec proprie distant.ergo nullum situm habent.consequentia videtur esse nota , & antecedens pro prima parte est notum, & ante probatum. pro secunda parte declaratur,quia inter ipsa non est distantia,cū nihil sit inter ipsa per casum,quare non distant.eadem pars antecedentis probatur auctoritate philosophi.2.de Anima. dicentis contra Democritum,ꝙ si esset vacuū musca existens in cœlo non posset videri, eo ꝙ per vacuum non posset esse actio aliqua , nec specierū visibilium multiplicatio.

Sed diceres.illa duo sunt immediata, & sunt contraria.ergo maxime poterunt inuicem agere. consequentia tenet,vt videtur, & antecedens pro prima parte patet, quia inter ea nulla est distātia nec aliquod medium. ergo sunt immediata. per causam pro secunda parte est notum. Secundo omnia contraria seinuicem tangentia possunt inuicem agere,illa sunt huiusmodi.ergo &c. consequentia

consequentia est in darij. maior nota est de se, & minor patet, quia vltima illorum sunt simul. ergo tangunt se. antecedens patet, quia non distant.

Ad primum dicitur: concedendo ꝙ sunt contraria & immediata, & negatur consequentia, qua infertur, ꝙ maxime poterunt agere, & causa quare non possunt dicta est, quia nullum habent situm adinuicem, qui situs tamen principaliter requiritur ad actionem trāseuntem in materiam exteriorem. Ad secundum conceditur maior, & negatur ꝙ ipsa tangūt se. Ad probationem dicitur ꝙ stante tali imaginatione oporteret ad diffinitionem contiguorum addere ꝙ vltima sunt simul, & habeant certum situm adinuicem, sed philosophus. 5. Physi. supponens ꝙ non possit esse vacuum non curat vltimam particulam apponere, modo licet vltima illorum ex casu sunt simul, tamen nullum habēt situm adinuicem, & ideo non tangunt se nec sunt contigua. Tex.c.22

Quantum ad secundum articulum sit prima conclusio, agens incorporeum non agit per contactum proprie dictum sui. patet, quia non habet vltimum, quod tamen requiritur ad hoc ꝙ proprie tangat. dico notanter proprie dictum, quia bene agit per contactum improprie dictum expressum in principio quarti notabilis, dico & notanter sui, quia motor sphære lunæ bene agit per contactum alterius, puta sphære lunę in ista inferiora, cum luna agat per huiusmodi contactum & sui motum, cuius motus motor est causa. modo quicquid est causa causæ est causa causati, quare motor in ista inferiora agit, & hæc per contactum sphære lunæ. Secunda conclusio. quodlibet agens in aliquod passum siue propinquum siue distans tangit ipsum tactu largo modo dicto. patet per quartum notabile, quia tāgit ipsum sua virtute, quia aliter in ipsum non ageret, sed de his duabus conclusionibus non curauit Aris. Tertia conclusio & responsalis. Omne agens corporeum agens in materiam exteriorem agit per contactum corporis sibi immediati. probatur sic. nullum tale ageret in huiusmodi materiam nisi tangeret. ergo per contactum agit. consequentia nota est, & antecedens patet, quia si nihil tangeret, tunc circa ipsum esset vacuum, vel saltem esset in vacuo ad bonum intellectum, & ex consequenti non ageret, per suppositionem primi articuli. Hæc est conclusio quam intendebat Arist. Correlariæ sequitur, omne agens agens in distans agit in propinquum. patet per conclusionem. dato. n. ꝙ non, sequitur ꝙ non agit per contactū. Secundo sequitur, ꝙ omne agens actione quam de per se & immediate producit, fortius agit in propinquum ꝗ in distans. ratio est, quia cum agens per contactum agat multiplicando suam virtutem circa se, ista virtus continue vadit remittendo, quod probatur sic. nam cum in distans non producitur, nisi prius producatur in propinquum per correlarium præcedens, oportet ꝙ in propinquum recipiatur eque forte. Item cum propinquum propinquius sit agenti, & ex consequenti ad tantam distantiam agens magis potest, oportet ꝙ in ipso fortior actio producatur, & non solū eque fortis. patet etiam experientia. nam ignis idem calefactibile quanto propinquius ponitur tanto ipsum fortius calefacit, & adamas idem ferrum quanto propinquius tanto velocius attrahit. Et dicitur in correlario notanter, quam immediate producit, quia licet sol calorem producat in aere & in terra, non oportet ꝙ distanter à terra tantum calorem producat quantum producit super terram. Et ratio est, quia sol calorem non immediate producit, sed lumen, & ideo quanto est aliquid soli propinquius tanto de per se est eius lumine magis illuminatum, & ad illam calefactionem non solum concurrunt radij solares sed etiam reflexio, modo super terram est reflexio maior, quare caliditas generatur intensior. Dicitur etiam de per se, quia licet radij à speculo concauo reflexi prope speculum de per se deberent generare intensiorem calorem, tamen cum magis distant à centro speculi intensiorem calorem producunt, propter ipsorum maiorem concursum & vnionē, licet etiam quilibet radius sit debilior ꝗ prope speculum fuerit, fortiorem & intensiorem tamen generant calorem.

Tex.c.44 &.45. (margin, beside "duabus conclusionibus")

Tex.c.44 &.45. (margin, beside "clusio quam intendebat")

Ad rationes in contrarium factas. Ad primam dicitur quòd Arist. non loquebatur de agentibus incorporeis, sed corporeis, quō autem tangunt incorporea, & quomodo non patet in quæstione. Ad secundam dicitur, quòd licet cœlū non tangat ista inferiora in quę agit, tamen per contactum agit, quia tangit sphæram ignis, & per illam vltra influit. Ad tertiam negatur consequētia qua infertur, ꝙ agens non ageret in distās. Ad probationem dicitur, ꝙ licet non tangat distans, tamen tangit sibi immediatum mediāte quo in distans agit, & sic adhuc agendo in distans agit per contactum. Tex.c.45

Ad quartam negatur consequentia qua infertur, ꝙ agens solum ageret in passum secundum superficiem, conceditur tamen ꝙ solum secundum superficiem tangit, tamen tangendo per ipsam superficiē potest sua profunditatem etiam in profundum passi producere actionem, & sic adhuc actio fit per contactum, quia per superficiem tangentem. Eodem modo ad confirmationem dicitur negando consequentiam, ꝙ per solam superficiem tangentem agens ageret. Et ad formam conceditur ꝙ non agit secundum contactum. i. per contactum, & conceditur quòd per solam superficiem tāgit. negatur tamen consequētia. ergo per solam superficiem agit. nam vt dictum est per illam superficiem tāgentem quælibet pars agentis potest agere vna cum toto. Ad quintam respondetur sicut ad secundam, quòd licet visibile non tangit visum tamen tangit medium, & virtute illius contactus agit in visum. Ad sextam negatur antecedens. s. quòd aliquod agens fortius agit in distans ꝗ in propinquum, loquendo de actione quam producit de per se immediate. Ad primam probationē conceditur, quòd sol generat calorem in distans, puta in regionem elementarem, & non producit ipsum in cęlum & causa est, quia cęlum non habet materiam caloris susceptibilem. modo actiones actiuorum sunt in patientē disposito. 2. de Anima. lumen tamen quod in cœlo producitur, sicut in istis inferioribus intensius producitur in cœlum ꝗ in istis inferioribus, & sic adhuc sol fortius agit in propinquum ꝗ in distans, calorem etiam non agit immediate, sed mediante, lumine, quia ipsum non producit nisi vbi materiā inuenit caloris receptibilem. Tex.c.24

Ad secundam patet quid sit dicēdum per secundum correlarium secundi articuli. nam hoc est de per accidēs propter maiorem radiorum vnionem. Ad tertiam dicitur, quòd adamas fortius attrahit à propinquo ꝗ à remoto, quod docet experientia. nam si idem ferrum sibi propinquius approximetur velocius mouebitur ꝗ si remotius ab eo ponatur, vt dictum est, sed quòd aerem aut stramen non attrahat hoc est ratione conuenientie specifice, quam habet cum ferro & non cum aere aut stramine. Ad septimam breuiter ratio est soluta per secundum notabile. Ratio post oppositum est pro tertia conclusione secundi articuli. Et hæc de quæstione.

Videntur autem hoc modo dicentes. Tex.c. 48.

Quæstio. XVII.

Decimoseptimo queritur. Vtrum idem potest agere in seipsum. Et arguitur ꝙ sic auctoritatibus. prima est philosophi. 9. Metaph. vbi philosophus vult quòd intelligere scire & velle dicuntur actiones immanentes. vel ergo dicuntur immanentes, eo quòd manent in passo, & hoc non, quia sic omnis operatio esset immanens. vel quòd manent in agente, & tunc idem agit in Tex.c.16

agit in seipsum, quod est propositum. Secundo arguitur
Tex.c.27 28.& 30. auctoritate philosophi. 8. Physi. vbi dicit quod anima mouet seipsam, & mouetur à seipsa, nec valeret si quis diceret quòd anima moueret & corpus moueretur, & etiam motum natura non solum mouetur corpus, sed anima cum corpore in motu animalis. Tertio arguitur auctoritate Cōmenta. 3. Cœli commen. 28. dicentis quòd lapis mouet se inquantum grauis, & mouetur inquantum est in potentia inferius, & addit quod forma ipsius grauis mouet inquantum est forma, & mouetur inquantum est in materia. ergo expresse concedit quod idem mouet seipsum & mouetur à seipso, licet secundum diuersas rationes. Quarto arguitur auctoritate philosophi secundo Phy. diffinientis naturam. Natura est quod est principium mouendi & quiescendi eius in quo est &c. ergo natura est principium actiuum motus totius compositi, & ex consequenti sui ipsius, cum totum compositum non possit moueri, quin etiam moueretur tam natura quae est forma, quam natura quae est materia, à motis enim nobis mouentur omnia quę sunt in nobis. 2. Phy.

Quinto arguitur ratione. aqua calefacta reducit se ad frigiditatem. ergo agit inseipsam. consequētia tenet, quia in hoc casu aqua agit & eadem patitur. antecedens patet, quia non videtur quod generet frigiditatem in aqua remota ea à califaciente nisi ipsamet aqua. Sexto intellectus agens producit in intellectu possibili actum intelligendi. 3. de Anima cap. 2. & secundum rem idem sunt intellectus possibilis & intellectus agens. ergo secūdum rem agit in se. consequentia tenet, & antecedens pro prima parte patet. pro secunda parte patet per catholicos qui dicūt animam intellectiuam diuersis rationibus esse intellectum possibilem & agentem. Septimo. nam re vera intellectus in se agit proponens conceptus, & alios huiusmodi actus. ergo agit in se. consequentia tenet, & antecedens patet, quia ipse vel obiectum intelligibile producit ea, si ipse habetur propositum, & non potest dici quòd obiectum extra faciat. nam cum agere sit nobilius quam pati, albedo vel nigredo ad extra esset nobilior intellectu, quod non est dicendum. Octauo voluntas in se libere producit actum volendi. ergo. consequentia tenet. & antecedens patet, quia si non, sed ab alio extrinseco in eo producatur, sequitur quòd non est plus libera quàm queuis alia potentia passiua, quod non est dicendum. probatur tamen consequentia, quia huiusmodi obiecta exteriora semper mouent inquantū possunt, & secundum eorum actionem voluntas recipit actum volendi sine hoc quod agat. ergo necessitatur ab obiectis exterioribus, quare tollitur eius libertas. ergo &c.

Tex.c.48 In oppositum arguitur auctoritate philosophi primo huius volentis probare quod simile non potest agere in simile, quia dicit quod sequeretur quòd idem ageret in seipsum, & probatur quod hoc sit impossibile, quia tunc quodlibet corrumperet seipsum agendo in se. Item tūc nihil esset immobile, quia quodlibet moueret se, modo illa sunt inconuenientia. Secundo ad idem est aucto-
Tex.c. 1. ritas philosophi. 7. Phy. dicētis quod omne quod mouetur. mouetur ab alio. ergo non à se. Tertio per diffinitionem
Tex.c.17 Cōm.2. potentiae actiue & passiue positam. 5. & 9. Metaph. vbi philosophus describens potentiam actiuam dicit, quòd est principium transumendi alterum inquantum alterum. ergo idem respectu sui non est potentia actiua. similiter potentia passiua est principium transumendi ab altero inquantum alterum. ergo idem respectu suiipsius non est potentia passiua, & tenent ambe consequentiae, quia idem respectu sui non est alterum. Quarto aucto-
Cōm. 2. ritate Cōmen. 9. Meta. dicentis, manifestum esse quod nihil agit in se nec patitur à se. Quinto auctoritate philoso-
Tex.c.30 &.40. phi. 8. Physi. vbi dicit sic. Omne quod mouet seipsum, aliud quidem mouet, aliud aūt mouetur. volens quod simpliciter sit impossibile idem mouere & moueri à seipso:

Quia duplex est actio, quaedam perfectiua, & quaedam corruptiua, vt dicitur. 2. de Anima. de sensibus ca. Tex.c.57
primo ideo in quaestione prima videbitur an idem potest agere in se actione perfectiua. Secundo an idem potest agere in se actione corruptiua.

Quantum ad primum sit prima conclusio haec, idem mouet seipsum & agit in se de perse tanquam principale actiuum actione perfectiua. Pro declaratione conclusionis supponendum est quòd agens & passum debent esse eiusdem generis & eiusdem materiae, quod sic intelligo quòd si agens sit extēsum, oportet quòd passum sit exten sum. patet primo huius cap. de actione, vbi Arist. Tex.c.53 &.54.
dicit. Quęcunque non commanent in materia faciunt incompassibilia entia. Secundo idem probatur sic, quia agens semper producit quomodo est ipsum, si ergo ipsum sit extensum producit extense. consequentia tenet, & antecedens patet, quia actio agētis est similitudo ipsius, quare oportet eam per eius motum producere.

Tertio, quia non videtur alia ratio propter quā ignis non agit in cœlum, nisi quia non sunt consimilis materiae. ergo requiritur quòd inter agens & passum sint materiae consimiles substantialiter, & quòd si vnum sit extensum quòd aliud sit extēsum. Ex quo sequitur hęc secunda suppositio, quòd intelligibile non potest in virtute propria producere proprium actum intelligendi. probatur, quia intelligibile praesentatum sensui semper est diuisibile, intellectus autem indiuisibilis, quare non sunt eiusdem materiae seu generis. ergo vnum non potest agere in aliud per suppositionem praecedentem. ergo intelligibile non potest proprie agere in intellectum, quare nec potest producere proprium actum intelligendi, eo quòd talis semper recipitur in intellectu. Istis sic stantibus probatur cōclusio sic, intellectus de per se producit in se proprium actum intelligendi. ergo actione perfectiua idem de per se agit in seipsum. consequentia tenet, eo quòd actus intelligendi est perfectio intellectus antecedens, probatur sic, quia vel producit ipsum intellectus vel intelligibile, mediante phantasmate, vel intellectus vna cum phantasmate & intelligibili, si primum aut vltimum habetur propositū. s. quòd cum illae actus de per se producatur in intellectu ab aliquibus causis, & non sine hoc quòd intellectus coagat, sequitur quòd intellectus de per se agit istum actum in se. nō potest dici secundum per secūdum suppositum, intelligibile. n. aut phātasma non pōt in virtute proprie producere actum intelligendi, vt in eo dictum est. Eadem conclusio patet de voluntate in se libere actum volendi producente, vt argutum est ante oppositum, & intelligo tanquam principale actiuum post ipsum deum. deus. n. in qualibet actione agit vt agens principalissimum, sed eius actione prę-suppositа inter cętera agentia, intellectus & voluntas in istis actionibus agunt vt est principalissime actiue, & ipsae sine dubio sunt huiusmodi intellectionis intellectus, volitionis voluntas, principalia passiua & subiecta. Secunda conclusio est, quòd in multis alijs casibus agit idem in seipsum perfectiue vel de per accidens per modum sequele vel mediate, patet per auctoritates & rationes in principio quaestionis adductas, & possunt adhuc adduci aliae auctoritates. primo Cōmen. 8. Physico. dicentis, nullus. n. dubitat quin animal mouetur ab anima, & quòd anima est motor & corpus motū, ex consequenti anima de per accidēs ad motum corporis mouet se, & ibidem dicit, anima enim quae est mouens in animalibus distinguitur à corpore secundum diffinitionem ab eo quod est motum, licet non distinguatur per esse. Item secundo Cōmentator & Aristot. 7. Physico. dicunt, quòd nutrimentum non mouetur ad nutriendum nisi cum est in aliqua dispositione cum nutriendo nec ferrum ad magnetem, vbi expręsse voluit quòd ferrum alteratum à magnete, & nutrimentum à membro nutriendo

Tex.c.57 nutriendo virtute actiui sui coagente mouetur ad ipsum, ergo tale nutrimentum mouet se & mouetur à se saltem de per accidens. Tertio ad idem est auctoritas Tex.c.36 philosophi secundo de Anima dicentis, quòd anima est causa corporis secundum triplex genus, scilicet causæ efficientis formalis & finalis, ergo est causa motus localis corporis, & ex consequenti sui ipsius, cum corpus non possit moueri nisi simul moueatur quicquid est in eo. patet ergo quòd in multis valde casibus idem perfectiue agit in se, quod est propositum. Sed aliqui valde fortiter nituntur illas conclusiones improbare diuersis rationibus, quarum aliquæ tactæ sunt post oppositum, & alias duas adducunt fortiores, quarum prima est, si sic vt tu dicis sequitur quòd idem respectu eiusdem erit in actu & in potentia. consequens est inconue- Tex.c.10 niens, quia si sic idem esset calidum, & non calidum: nam si respectu caliditatis esset in actu, actu esset calidum, & si respectu eiusdem esset in potentia esset non calidum. patet auctoritate Commentatoris nono Metaphy. di. quòd actus & potentia sunt opposita & non Tex.c.11 possibilia simul stare, & notat Aristo. hoc satis illud describens actum quòd est existere rem non ita, sicut dicimus potentia, & probatur consequentia, nam agens Tex.c.22 agit secundum quòd est in actu octauo Physic. & ideo calefaciens est actu calidum & passum patitur secũdum quòd est in potentia ab eodẽ actiuo vt calefit non actu, sed potentia calidum, si ergo calefacit idem & calefit, mouet & mouetur, idem respectu eiusdem, scilicet termini motus erit in actu & in potentia. Secunda ratio est hæc, quia si sic sequitur quòd nulla esset via ad concludendum separationem & immobilitatem primi mo- Tex.c.86 toris, consequens est contra philosophum octauo Physicorum. & probatur consequẽtia, quia diceretur quòd primus motor inhæret cœlo & mouet cœlum de per se, & mouetur de per accidens ad motum cœli, hoc enim per dicta patet non esse inconueniens. Ad primam illarum dubitationum dicitur quòd aliquid potest dici actu respectu alicuius dispositionis tripliciter. Primo, quia illam formaliter in se habet, vt calidum diceretur in actu habens caliditatem. Secundo modo, licet non habeat in se illum actum formaliter est tamen actu per aliquem actum superiorem quo potest illum producere, vt motor lunę licet non sit in actu per motum quem facit in sphæra lunæ, est tamen in actu per actum superiorem, scilicet per suam substantiam quæ est actu superior. Et tertio modo quòd sit in actu per aliquam qualitatem receptam seu virtutem inductam ab aliquo illorum duorum actuum nunc dictorum. Exemplum vt cum sperma generat asinum non est actu asinus, nec est in actu superiori quàm est esse asinum, sed est actu per actum sibi influxum ab asino generante qui est actu primo modo, virtute cuius actus potest agere ad generationem asini. Similiter est aer in generatione animalium ex putrefactione virtute cœli. Per hæc dicitur ad rationem quòd nihil est inconueniens ꝙ agens in se sit in actu per actum superiorem respectu actus quem producit, vt intellectus vel voluntas producens in se actum intelligendi vel volendi est in actu sua essentia, quæ est actu superior quàm sit actus intelligendi Com.26. vel volendi, & quòd sit in potentia ad actum illum 28. quem producit, & sic dicit Commentator. tertio Cœli. quòd simul est idem actu graue per grauitatem quam habet, & in potentia deorsum, & ideo per actum grauitatis mouet se ad actum essendi deorsum, sed quòd aliquid esset in actu formaliter illo ad quem est in po- Com.10. tentia est impossibile, & hoc notat Commentator no- 11. no Metaphysi. Auctoritas autem philosophi octauo Tex.c.22 Physicorum qua dicit quòd agens agit inquantum est in actu non debet intelligi quòd agens semper debeat esse in actu illo vel consimili actui quem agit, sed suffi-

cit quòd sit in actu superiori quò potest actum istum quem producit producere, & sic vltimate negatur consequentia qua inferebatur quòd idem respectu eiusdem esset in actu & in potentia ad actum secundum, vel in actu superiori, & in potentia ad actum quem per istum in se potest producere. Ad secundum dicitur quòd adhuc manet via ad concludendum immobilitatem & separationem primi motoris, puta per eius infinitatem. virtus enim infinita non debet esse in magnitudine finita, & hanc viam etiam ostendit philosophus in octauo Physicorum. Item aliter, quia per se est prius eo Tex.c.79 quod est per accidens, ideo in primo motore non de- &.80. bet poni aliqua dispositio quæ non est necessaria ad mouere, modo moueri non est dispositio necessaria motori ad hoc quòd moueat, ideo primus motor in mouendo non debet moueri. maior declarata fui & minorem declarat Aristot. quia si oporteret mouens mo- Tex.c.37 ueri vel hoc esset eadem specie motus, & sic docens ad- 38.& 39. disceret quod falsum est, vel alia specie. hoc iterum non est dicendum vt Aristot. deducit, quare per prædicta non tollitur philosophi processus. Tertia conclusio est. quòd impossibile est idem esse totale agens & totale passum respectu eiusdem actionis, immo quantumcunque sit prius dictum idem posse agere in se, talem necesse est quòd aliquid concurrat in agendo, quod non concurrit in patiendo vel econuerso, & hanc conclusionem tenebat philosophus septimo Phycorum. vbi dicit quòd omne quod mouetur, mouetur Tex.c. 1. ab alio. probatur primo, quia ad omnem actionem, prima causa concurrit in agendo, quæ non concurrit in patiendo. ergo conclusio vera, consequentia tenet, & antecedens manifestum est, cum prima causa in omnem effectum secundæ concurrat, vt dicit doctor de causis, & tamen immobilis & immutabilis existit, vt habetur octauo Physicorum. & duodecimo. Metaph. Tex.c.86 Sed credo quòd Aristo. intendebat aliud, scilicet quòd Te.c. 41. adhuc in omni actione rerum aliud est totale agens & totale patiens præter deum, & ideo probatur conclusio sic. nam omne agens est aut voluntarium aut cognoscitiuum, aut non voluntarium, sed naturaliter sine cognitione agens. si sit agens voluntarium vt deus nihil patitur, si intelligentia citra deum constat quòd non agit in se nisi concurrente in se actione primæ causæ, aliter intelligentiæ inferiores essent ita simplices sicut deus, quod non est concedendum. Si autem fuerit homo, aut eius voluntas. patet quòd agendo in se actum volitionis concurrit cognitio, cum voluntas non feratur in incognitum, & illa non concurrit in patiendo. ergo patet, quòd in omni agente voluntario, aut est totale agens, aut totale passum. Si autem fuerit agens cognoscitiuum & producit in se cognitionem, vt sensus vel intellectus, patet quòd sensibile concurrit in agendo, quod non concurrit in patiendo. Si autem agens fuerit naturale sine cognitione, tunc in istis inferioribus concurrit semper materia prima in patiendo, quæ non concurrit in agendo. In motibus autem cœlestibus sphære motum aut influentias recipientes easdem in se non producunt. ergo cum non sint alia agentia aut passa, patet quòd inducendo in omnibus impossibile est idem esse totale agens & totale passum ad intellectum prius positum.

Quantum ad secundum articulum nota, quòd aliquid agere in se actione corruptiua potest intelligi dupliciter. Vno modo, scilicet de per se & directa intentione. Alio modo de per accidens, & per modum sequele.

Tunc sit prima conclusio hæc nihil agit in se actione corruptiua de per se. patet, quia quodlibet ens diligit se permanere, vt prius dictum est. Confirmatur. nam si sic, sequitur ꝙ appetitus naturalis erraret. consequens


est falsum, vt prius dictum est, & probatur consequentia, quia erroneæ ageret, cum ad sui destructionem de per se seipsum disponeret, & hanc conclusionem credo philosophum intendisse in isto primo, cum de actione contrariorum loquebatur, quæ corruptiua est, quod Tex.c.48 etiam patet ex alio, quia subdit si idem ageret in se nihil esset incorruptibile. Secunda conclusio. nullum inconueniens est idem agere in se actione corruptiua, de per accidens, aut ratione partis. patet, quia sicut in animali quandoq; cor minus calefacit alia membra, quare animal agit vna sui parte in aliam actione disponente ad corruptionem. Et hoc de secundo.

Ad rationes ante oppositum factas omnes sunt pro primis duabus conclusionibus. Ad rationes in oppositum. Ad primam auctoritatem philosophi primo huius dicitur, ꝙ intellexit primam conclusionem secundi Tex.c.48 articuli. Ad secundam auctoritatem. s. philosophi. 7. Phy. dicitur ꝙ est pro tertia conclusione primi articuli.

Ad tertiam dicitur ꝙ philophus per illam diffinitionem potentiæ actiue, aut etiam pasiue non intendit quòd semper agens debet esse alterum à passo, sed so- Tex.c.1. lum quòd inter totale agens & totale passum debet esse quædam alteritas dicta in tertia conclusione primi articuli. Ad quartam dicitur sicut ad secundam. Et hæc de quæstione.

Eodem textu vbi supra. *Quæstio. XVIII.*

Queritur decim'octauo. Vtrũ simile posit agere in sibi simile. Et arguitur primo ꝙ sic, quia actio vel fit ratione similitudinis vel disimilitudinis. si similitudinis. habetur propositum, quia quanto aliqua sunt similiora, tanto fortius inuicem agent, fortificata. n. causa fortificatur effectus. Non potest dici ꝙ fiat ratione disimilitudinis, quia pure disimilia non agunt adinuicem, vt albedo non agit in lineam. philosophus primo huius. Secundo simile fortificat suum simile. ergo agit in ipsum. consequentia tenet, quia fortificare est agere. antecedens patet per medicos dicentes, Tex.c.49 ꝙ simile additum simili facit ipsum simile. Confirmatur. contrarium vnum fortificat aliud. ergo à fortiori vnum similium fortificat reliquum. consequentia tenet. & antecedẽs est philosophi primo Metheo. contrarium circunstens suo contrario fortificat ipsum. Tertio. magis calidum agit in minus calidum. ergo, consequentia tenet, quia ambo calida sunt similia. antecedens docet experientia. Quarto. vnus oculus agit in alium, ergo simile agit in simile, consequentia tenet, quia similitudo est rerum diuersarum eadem qualitate, modo tales duo oculi habent easdem qualitates. antecedens patet, quia vnus eorum videtur ab alio. Quinto. ignis agit in aerem. ergo, consequentia tenet, quia ignis & aer sunt ambo calida. antecedens patet, quia ignis est siccus & aer humidus. ergo sua siccitate agit in aeris humiditatem teste philosopho secundo huius. Sexto, minus agit in maius. ergo à fortiori simile potest agere in sibi simile. consequentia tenet per locum à minori. antecedens pa- Tex.c.16 tet, quia in reactione minus agit in maius. Septimo. frigiditas remisior generat frigiditatem intensiorem. ergo, consequentia nota est, & antecedens patet in hyeme cum frigiditas aeris intendit frigiditatem aque intãtum ꝙ aquam congelat, & tamen certum est, ꝙ frigiditas aeris est remisior quàm frigiditas aque, cum aer maneat leuis & rarus, aqua autem propter intensam frigiditatem fit densa & grauis. Octauo. lumina candelarum duarum totaliter consimilia seinuicem intendunt, ergo, consequentia tenet, & antecedens patet, quia talia duo intensius illuminant medium quàm vnum. Nono. aer potest generare caliditatem ignis. ergo caliditas eius potest agere in caliditatem sibi similem. antecedẽs patet per philosophum secundo huius dicentem, ꝙ aer generat ignem ex terra, cum ex duobus elementis non habentibus symbolum fit tertium, & tenet consequentia, Tex.c. quia caliditas ignis est maior quàm aeris. si ergo aer eã generat agit intensius ꝙ̃ ipsemet habet, quare oportet ꝙ agit in simile. Decimo. quanto est minor resistentia & melior dispositio pasi, tanto magis debet fieri actio, sed quãdo passum est totaliter agenti simile est minima resistentia & optima dispositio pasi, & ex consequenti fortisima debet esse actio inter similia, maior patet de se, & minor patet, quia vnum similium non habet resistentiam respectu alterius. Confirmatur. ignis potest introducere caliditatem in aquam, quando est resistentia. ergo à multo fortiori poterit, quando aqua est sibi asimilata & non habet respectu eius resistentiam. consequentia tenet, cum resistentiæ magis impediant actionem quàm iuuent ad eandem. antecedens est notum.




Vndecimo. sint a, & b, ignes summe calidi & habeat a, calefacere c, vsque ad summum & addatur ei b, queritur vtrum agit in c, calidum summæ vel non, si dicitur quòd sic sequitur quòd vnum similium agit in reliquum, si dicitur quòd non, inconueniens est quia sequitur quòd duo ignes, eque fortes non plus possunt quàm vnus eorum per se, puta a, & b, quàm a. Duodecimo. ignis calefacit ferrũ magis quàm ipsemet calidus est prout docet experientia sensibilis, cum. ergo tanta caliditas introducta est sicut, habet ignis vlterius aget in omne simile. ergo & cetera. Decimotertio. caliditas quæ est in aere adueniente medio frgido circunstãte seipsam intendet: ergo à fortiori simile potest intendere simile, antecedens patet, quia non videtur vnde illa caliditas intendatur, nisi quia medium circunstans frigidum actionem caloris repercutit ad infra, & ex hoc caliditas eius fit maior, & ex consequenti actio caliditatis aeris est in ipsummet aerem &c.

In oppositum est philosophus capitulo. de actione Tex. qui dicit, quòd omnino simile non potest agere in simile. In ista quæstione erunt duo articuli. In primo præmittende sunt alique distinctiones, & probabiles suppositiones. In secundo ponende sunt responsales conclusiones.

Quantum ad primum articulum primo nota quòd titulus questionis intelligitur de actione proprie dicta. s. que est inter qualitates primas cõtrarias, vnde de actione spirituali colorum, aut aliorum nihil est ad præsens.


Secundo nota, quòd cum similitudo sit conuenientia aliquorum in qualitate vel in gradu vel in agere nihil est inconueniens aliqua esse similia in vna qualitate, & in alia disimilia, vt ignis esto quod est quod similis aeri in caliditate, tamen est disimilis eidem in siccitate, propter quod adhuc restringi debet titulus quæstionis. s. vtrum qualitas alteri qualitati similis agit in eam. vel sic, vtrum subiectum alicui simile agit in suum simile secundum illam qualitatem secundum quam est simile ei, nullus enim dubitat quin posit agere simile in suũ simile secundum illam qualitatem secundum quam est ei disimile, vt ignis similis aeri bene agit in aerem sua siccitate. Tertio nota ꝙ aliquid potest dici simile alicui tripliciter. Vno modo eo quòd conuenit cum eo in qualitate solum. Alio modo magis stricte, quia est ei simile in qualitate, & in gradu. primo modo caliditas vt decem diceretur similis caliditati duorum graduum. Secundo modo autem diceretur solum similis caliditati

caliditati vt decem. Tertio modo dicuntur similia conuenientia in qualitate, & in agendo per illam qualitatem, sicut dicimus illę ignis similiter calefacit sicut illę. Quarto nota, quòd refert loqui de agente & passo in principio actionis, & in fine. Nam in principio debet esse aliqualis dissimilitudo, alias nullo modo agerent. in fine vero est maior similitudo, alias autem agens frustra egisset nisi per actionem eius passum sibi quodammodo esset assimilatum. Quinto nota, quòd cum agens transmutat aliquid sua actione sunt in eo tria consideranda. terminus à quo qui abijcitur, terminus ad quem qui introducitur, & subiectum patiens. He sint distinctiones quæstionis quibus positis accedo ad suppositiones, quarum Prima est hæc. Eadem qualitas numero sine eius intensione vel remissione, potest quandoq; esse in materia magis rara, & quandoq; in materia magis densa. probatur. nam probatum est ante quòd per solam compressionem potest fieri condensatio, & ex consequenti virtus corporis quæ condensatur non intenditur. tenet consequentia, quia si intenderetur esset alteratio vna cum compressione, cuius oppositum supponitur ex ibi probatis. Confirmatur sic, per solam compressionem nulla portio materiæ acquirit plures gradus formæ quàm ante habuit, ergo per solam condensationem nunquam fit intensio. consequentia tenet ex eo, quia quod fit intensius plures gradus formæ acquirit in eadem materia. antecedens patet, quia sola condensatio nisi concurrat aliud. puta alteratio nullam qualitatem primam generat, & ex alio quia in condensatione gradus qualitatis, quę sunt in vna parte materię non intrant aliam partem materiæ. ergo in rei veritate virtus non intenditur, cum nec noua virtus generetur nec virtus antiqua aliquam partem materię faciat intensius talem. Confirmatur tertio, si corpus tepidum in quo sunt simul caliditas & frigiditas condensetur per aduersarium dicentem quòd condensatio facit qualitatem intensiorem sequeretur ambas qualitates intēdi. puta tam caliditatem quàm frigiditatem, quare sequitur quòd simul tempore cōdensationis duæ qualitates oppositæ in eodem corpore intenduntur, & quòd idem calefit & frigefit, & hęc videntur impossibilia. Quarto, quia eque intensa frigiditas potest quandoque esse in terra, sicut in aqua. ergo suppositio vera. Secundo supponitur q; eadem virtus vnita puta caliditas, & frigiditas est fortior quàm ipsa dispersa. probatur auctoritate experientia & ratione. auctoritas est philosophi primo Metheororum. dicentis eam in terminis. Experientia est quia verisimile, & credo quòd similiter sit verum, quòd in aere sit intensior caliditas quàm in manu hominis. cuius ratio est, quia propter intensam aeris caliditatem aer est leuis actu, manus autem hominis grauis prout notum est, & tamen calidior ad sensum iudicatur manus hominis quàm aer, cuius causa non potest esse alia, nisi quia caliditas in manu hominis est in materia densiori, & sic est magis vnita. & ideo fortior est quàm ipsa vel similis dispersa existens in aere, immo quàm alia multitudo intensior in materia rara dispersa. Tertio ratione sic, quia supponitur quòd agens fortius agit per lineam breuiorem quàm per longiorem. patet ad experientiam, quia fortius calefaceret res propinquas idem ignis quàm easdem remotas, & ita dictum est in materia de tactu. Tunc vt magis sit planum vocetur virtus actiua a, pars eius media c, b, & d, partes extreme e, punctus passi in quem debent agere, & arguitur sic b, & d, in materia densiori agunt in e, per lineas breuiores quàm faciunt, quando sunt in materia rara. ergo agunt fortius in materia densa. consequentia tenet per suppositionem, quia eadem virtus ad idem passum per breuiorem lineam fortius agit. antecedens declaratur ponendo quòd ab extremitatibus materiæ densæ protrahantur lineæ ad e, scilicet ad punctum passi, & vocetur lineæ b, e, d, e, & aliæ protrabantur ad extremitatibus eiusdem materiæ rare ad eundem punctum, scilicet e, & vocentur etiam b, e, d, e, tunc constat quòd b, e,



d, e, lineæ in raro sunt longiores quàm b, e, & d, e, in denso, & per illas lineas agunt b, d, partes. ergo in raro agunt per longiores lineas quàm in denso, consequentia tenet de se, & antecedens pro secunda parte. similiter supposito quòd quātitas rara sit extensa secundum extensionem totalis lineæ b, d, & quantitas densa secundum quantitatem partialem d, b, & antecedens pro prima parte declaratur demonstratiue, quia constat q; inter angulos d, & d, angulus d, propinquior puncto medio c, est maior angulo recto, quia est obtusus, eo quòd linea e, d, super basim b, d, causat duos angulos equales duobus rectis. vt patet per 13. primi Euclidis, & non est perpendicularis, vt de se patet, igitur cum, angulus b, d, e, trianguli interioris sit minor recto, oportet alium sibi collateralem esse maiorem recto, ergo latus sibi oppositū est maius per 18. primi Euclidis, quod est propositum. ergo latus vel distantia d, e, in raro est maior quàm d, e, in denso, quod erat probandum, igitur patet &c. suppositio secunda bene difficilis, & eodem modo argueretur in quocunque situ situaretur e, punctus ad minus respectu vnius extremitatis agentis b, c, d. Tertio supponitur, licet non multum faciat ad præsens quòd caliditas cum siccitate sibi proportionata fortius agit quàm cum humiditate. illam suppositionem dicunt medici, dicentis. quòd siccitas est lima caloris, idest acuens calorem. Secundo probatur experientia, quia ferrum parum calefactum multo fortius manum hominis lederet quàm faceret aqua multo intensius calida, vel alia materia humida. Vnde in estate videmus quòd quæcunque sicca calida fortius calefaciunt q; quęcunq; humida, esto quòd sint intensius calida, verum est quòd hac suppositione non indigemus nisi propter magis sententiam declarare & materiam magis dilatare. Quarto supponitur, quòd virtutes eque fortes, & eiusdem speciei equales effectus possunt producere patet, quia dato quòd non potest vna tantum quantum alia, tunc non sunt eque fortes ex alio. nam quæ esset ratio quòd ita fortis calefactio procederet ab a, sicut procedit a, b, & tamen a, continue agens in eadem materiam non posset tantam caliditatem generare sicut b, non apparet causa aliqua. Huic rationi quidam respondent subtiliter, quòd supposito quòd caliditas a, & caliditas b, eundem punctum passi contactum, puta e, eque velociter calefacerent approximata eidem, non tamen oportet si a, sit vt quatuor, & b, vt quinque, quòd equales caliditates vltimate pro-

producere possint. & est ratio, quia producta caliditate vt quatuor a, cessabit, eo quòd passum sibi assimilauit in gradu, & b, tunc adhuc vltra aget, eo quòd non sit passum sibi assimilatum. Hæc responsio non valet. primo, quia non secundum quantitatem qualitatis in se producitur effectus, sed secundum quantitatem virtutis actiue secundum quam agit in tale, & taliter dispositum passum, vt non secundum quantitatem lucis in se producitur lumen in medio, sed secundum eius quantitatem in posse illuminare medium magis diaphanum vel minus diaphanum, sed he virtutes in agendo caliditatem respectu puncti e, sunt eque potentes. ergo quandiu vna tandiu alia calefaciet, immo & quantum vna tātum alia. Secundo conseruet deus tantam calefactionem in gradu cōtinue respectu e, puncti subtractis ambabus caliditatibus non est dubium quin in e, producetur caliditas vt quinq;, & non minus producitur nunc ab a, ergo &c. maior patet, quia exquo calefactio tanta quanta est b, potest respectu e, in gradu vt quinq;, si conseruaretur & producit eum, & minor patet, quia non plus potest talis calefactio conseruata à deo immediate quàm si conseruaretur ab eo mediante caliditate a, vel b. Tertio. posito ꝙ lumen sit pręcipue tantum calefactiuum sicut a, vel b, ita quòd in equali tempore in e, producat vnum gradum, sicut a, vel b, queritur vbi terminabitur eius actio, si dicas ꝙ ad quinq;, & a, eadem ratione respectu puncti e, tantum faciet, si dicas ꝙ ad quatuor, contra. non minus potest lumen quàm b, per casum, sed b, actio terminatur ad gradum vt quinque. ergo & a. Quarto. quandiu est contrarietas inter actionem a, & actionem puncti e, stante ꝙ sit proportio maioris inequalitatis actionis a, super actionem e, durabit actio, sed quando a, in e, punctum corporis rari produxit caliditatem vt quatuor, adhuc est contrarietas actionis a, ad actionem puncti e, ergo cum adhuc sit proportio maioris inequalitatis, adhuc durabit actio. maior nota est de se, & minor patet, quia supposito ꝙ. caliditas vt quatuor sit caliditas remissa, cum erit introducta in e, pūctum materiæ rare non erit ita fortis in calefaciēdo, sicut est caliditas in materia densa ipsius a, per suppositionem secundam. ergo magis frigefaciet c, calidum vt quatuor q̄ a. In his enim in quibus est caliditas remissa inuenitur frigefactio cum calefactione, & quanto maioratur calefactio, tanto remittitur frigefactio, & si magis infrigidat & minus calefacit c, quàm a, actiones eorum sunt contrariæ, quod sufficit ad probandum. Confirmatur, caliditas vt quatuor ipsius c, impedit calefactionem ipsius b, quia resistit ei, & quia equales sunt præcise calefactiones a, & b, ergo etiam adhuc resistit calefactioni ipsius a, ergo a, non cessat agere. maior patet, quia sunt dissimilia b, & e, in vno gradu, & minor patet per casum. Quinto supponitur quòd virtus actiua prima, sicut caliditas vel alia qualitas huiusmodi existens in materia rara potest producere sibi simile in gradu. probatur, quia caliditas in quacunq; materia fuerit potest aliqualem caliditatem generare in passum sibi approximatum saltem si fuerit vltra medietatem latitudinis caliditatis. ergo potest sibi similem caliditatem generare in gradu. probo consequentiam, quia introducta aliquali caliditate, vt vno gradu facilius potest introducere secundum, cum actiuitas manet eadem vt supponitur, & resistentia est minorata, & adhuc fortius eadem ratione poterit generare tertium & quartum vsquequo produxit sibi simile in gradu, quia semper vt dictum est resistentia fit minor & virtus actiua manet eadem. Sexto supponitur, quòd quæstio intelligatur de actione qua immediate introducuntur huiusmodi qualitates primæ. Vnde si vnum lumen aliud intendit aut non, non est ad nostrum propositum ad præsens. Sed diceres tamen, vtrum duo lumina similia in eodem medio producta intendunt se? Dicō quòd non. ratio duplex, quia talia lumina non faciunt vnum lumen, sed quodlibet eorum manet distinctum contra aliud, propter quod & faciunt duas vmbras, vt dicunt perspectiui, quod non facerent si essent vnum lumen. Ex alio patet idem, quia si faceret vnum lumen multo intensius, cum per illud videatur vtrunq; lucidorum quodlibet eorum deberet appare multo intensius lucidum quàm si solum esset ibi vnum lucidum, consequens est contra experientiam, quia non apparet plus lucida vna candela decem alijs accensis quàm si sola esset accensa, & probatur consequentia, quia species lucis, puta lumen esset multo intensior in oculo. quare multo intensius deberet repręsentare lucidum. Secunda ratio est, quia si talia duo lumina facerent vnum, sequitur quòd si medium esset aliquale vniformę sicut in aere, & ponerentur ipsa abinuicem distare per decem pedalia quòd in medio inter ea deberet esse lumen ita intensum vel intensius, sicut esset proprie vnum istorum solum illuminatiuum. consequens est contra experientiam, quia literam quam legere prope vnum istorum solum illuminatiuum nullo modo posses legere in medio taliū duorum distincte ab eis. probatur tamen consequentia, quia si faciūt vnum tunc medium vel plus ꝙ medium latitudinis luminis vnius additur in fine quinti pedalis latitudini alterius. quare fit totum aggregatū ita intensum vel intensius, sicut set ꝑprie vnum ipsorum solum illuminatiuum in terminis, quia si quodlibet proprie se illuminet vt. 20. & in fine quinti pedalis vt. 15. tunc. 15. gradus luminis istius vnius adderentur in fine quinti pedalis lumini alterius, & tunc fieret latitudo vt triginta in medio puncto, quę est multo maior quàm latitudo vt viginti quod vnum istorum solum illuminatum faceret prope se, concedo tamen quòd bene faciunt medium intensius illuminatum diuersis luminibus denominatione vulgarium, propter quod secundum illum modum oportebit negare hanc consequentiam. hoc medium est intensius illuminatum. ergo habet vnum lumen intensius. Septimo supponitur quòd vnum contrarium fortificat aliud per antiparistasim, non solum hoc facit partes eius veniendo, immo etiam nouam qualitatem generando. patet per philosophum secundo Metheororum secundum diuisionem Alberti dicentem, quòd gutte in generatione grandinis per antiparistasim congelantur. patet, quia huiusmodi gutte non congelantur nisi per realem generationem frigiditatis. Ex quo sequitur, quòd tamen caliditas nunquam generat frigiditatem nisi de per accidens, & quòd frigiditas quæ per antiparistasim intenditur multiplicat de se radios frigiditatis gn̄atiuos, quos tamen caliditas à natura sua non patiatur transire in suū subiectum, sed reflectit eos in ipsum subiectum frigidum à quo multiplicantur, & sic reflexi generant frigiditatem intensiorem à quo multiplicabuntur. Ex quo tertio sequitur quòd sic idem potest coagere, & reflectendo se seipsum intendere, frigiditas enim in hoc casu seipsam



seipsam intendit in generando radios frigefactionis. Et hoc de primo articulo.

Quantum ad secundum sit prima conclusio hæc. simile alteri in qualitate tantum bene agit in ipsum. patet, quia magis calidum sua caliditate bene calefacit minus calidum prout experientia docet. Secunda cõclusio. actione reflexa eadem caliditas bene intendit seipsam. patet. primo de caliditate in puteo, per antiparistasim in hyeme intendente seipsam iuxta dicta in alia suppositione. Ex quo sequitur tertia conclusione, ꝙ actione reflexa simile in qualitate alteri, & in gradu potest agere in ipsum. patet conclusio, quia eadem ratione qua species à contrario reflexa in subiectũ frigidum à quo exiuit ipsius frigiditatem intendit, & sic ipsa frigiditas intendit seipsam iuxta prædicta in præcedenti conclusione, potest eadem species reflexa in partem aliam similem in gradu parti à qua est multiplicata eius frigiditatem intendere, cum non sit potior ratio, immo apparet hoc magis conueniens, quàm ꝙ frigiditatem eandem numero intendat à qua exiuit. Quarta conclusio & magis difficilis in proposito est hæc, ꝙ actione directa simile alteri in qualitate, & in gradu secundum qualitatem secundum quam est ei simile agit in ipsum. probatur sic caliditas in materia densa existens potest producere etiã caliditatem intensiorem quàm ipsamet est. ergo potest agere in sibi simile in gradu. consequentia tenet, quia postꝗ̃ produxerit sibi similem in gradu, exquo producet intensiorem ꝗ̃ est ipsa adhuc vltra aget, & ex consequenti tunc aget in simile in gradu. Antecedens stanti-
4 bus suppositionibus probatur demonstratiue sic, sit caliditas certe intensionis, puta vt quatuor in materia den-
|A| sa & vocetur a, & capio aliam caliditatem in materia rara huic caliditati eque fortem in agendo, quod est bene possibile, & vocetur b, hæc.n. de necessitate erit inten-
5 sior quàm a, dato.n. ꝙ non, & est in materia rara. ergo virtus in materia rara est eque fortis, sicut ipsa est vel si-
|B| bi similis in materia densa, quod est contra secundam suppositionem. cum ergo ex dicta suppositione oportet ꝙ sit intensior dato quod sit vt quinq; gratia exempli tunc arguatur. Omnes virtutes eque fortes possunt equales effectus producere, per secundam suppositionem a, & b, sunt huiusmodi per suppositionem. ergo possunt equales effectus producere, sed b, potest producere caliditatem vt quinq; per quintam suppositionem, quia potest producere sibi similem in gradu. ergo & a, potest producere caliditatem vt quinq;. ergo a, potest producere intensiorem caliditatem ꝗ̃ ipsamet est, cum solum sit vt quatuor per casum quod fuit antecedens probandum. Secundo similiter probatur cõclusio ex tertia suppositione. capiatur caliditas vt quatuor stans cum siccitate, & vocetur a, vt prius, & alia eque fortis stans cum humiditate quæ de necessitate erit intensior per tertiam suppositionem, quia dato ꝙ sit eque intensa sequitur ꝙ caliditas cum humiditate eque fortiter agit sicut caliditas cum siccitate, cuius oppositum dicit illa suppositio, sit ergo vt quinq; v.g. & vocetur b, vt prius & tunc formetur argumẽtum vt prius totaliter, & probatur per easdem suppositiones. Ex his patet ꝙ modicum valet illud quod aliqui adducunt credentes difficultatem euadere, dicentes. quando arguitur ꝙ virtus vnita est fortior seipsa dispersa, & quãdo est dispersa potest producere sibi simile, ergo & quando est vnita potest magis, negando consequẽtiam dicunt.n. ꝙ bene est fortior, eo ꝙ suum simile citius producit, sed non ꝙ intensius producta. Nam ex dictis patet ꝙ illa responsio nulla est posito argumento in forma ita quomodo iam est positum, nisi velint aliquam suppositionem negare, quæ tamen videtur manifestissima, vt satis declaratum
Tex.c.48 est. Quinta conclusio & responsalis, quæ sit de intentione philosophi est ista. simile alteri in qualitate gradu raritate densitate, & in agendo actione reali, & non reflexa non agit in sibi simile. probatur sic. Omnis actio naturalis est propter aliquem finem, sed huius actionis non est finis. ergo maior nota est de se, & minor declaratur, quia exquo passum esset agenti assimilatum in his omnibus non esset ratio quare in ipsum ageret specialiter, cum finis agentis sit assimilare sibi passum, vt dicit philosophus in cap. de actione. Sed statim diceret ali- Tex.c.51
quis, illud destruit conclusionem tuam quartam, quia argueretur eodem medio. omnis actio naturalis est propter aliquem finem, sed huius actionis qua agens ageret in passum sibi similem in qualitate, & in gradu nullus esset finis. ergo nullũ simile alteri in qualitate, & in qualitate, & in gradu agit in ipsum, consequentia tenet. antecedens pro prima parte est tuum in probatione conclusionis pręcedentis, & pro secunda parte patet, quia finis agentis est assimilare sibi passum, modo per te, hoc agẽs est passo assimilatum in qualitate & in gradu. Huic faciliter respondetur ꝙ agens non solum intendit assimilare sibi passum in qualitate & gradu, sed etiam in agendo vel raritate, cum ergo caliditas vt quatuor in materia densa producat caliditatem vt quatuor in passum, rarum adhuc passum non est sibi assimilatum in agendo, & ideo vlterius agit intendendo caliditatem quousque passum sibi in agendo fuerit assimilatum, & ideo finis actionis est huiusmodi passum agenti assimilare in agendo vel in aliquo huiusmodi secus est si agẽs & passum essent assimilata in agendo. Sed tunc replicatur fortissime sic, vel finis actionis naturalis est passum assimilari agenti in gradu vel in agẽdo. Si dicatur primum, sequitur ꝙ quarta conclusio falsa sit propter rationem prius factam. Si dicatur secundum, sequitur quòd postquam ignis in tanto calefecerit ferrum ꝙ eque fortiter calefaciat sicut ipse, cessabit vltra ipsum calefacere, cum tunc ferrum sit ei assimilatum in agendo quod erat, per te, finis actionis. mõ habito fine cessat motus. ergo & c. & est ratio nimis fortis. Secundo, quia tu ponis calidum agere per species in septima tua suppositione. detur igitur aer sphæricus cuius diameter sit tripedalis, queritur ergo an pedale medium agat ad extra, quando aer calefacit, & si dicitur ꝙ sic, sequitur ꝙ calefacit per species quas multiplicat per pedalia extrema, quare directa calefactione calefacit pedalia extrema sibi similia in qualitate, & in omnibus alijs vt supra, quod est contra conclusionem quintam. Si dicas ꝙ non sequitur, ꝙ corporis aeris sola superficies extrema agit secundum se totam, quod non est possibile, immo sequitur ꝙ nulla profunditas aeris agit secundum se totam, quod est simpliciter impossibile. Ad primam illarum dubitationum dicitur quòd finis actionis naturalis est passum sibi assimilare inquantum est possibile, & ideo dico ꝙ agens quandoq; non intendit solum gradum qualitatis propter hoc quòd adhuc passum non est sibi simile in agendo, & tunc agere est formalius cum ipso esse propter quod agens vlterius agit vt passum sibi possit assimilare in agendo, quandoq; vero esto quòd agens sit assimilatum passo in agendo & econuerso, tamen non est similitudo in raritate & densitate, quæ raritas tamen naturaliter sequitur caliditatem, & densitas frigiditatem propter quod vltra agit. vnde cum nulla calefactio igni repugnet quantumcunq; fortis esto quòd ferrum eque fortiter calefaceret, sicut ipsum adhuc vltra ageret, vt ferrum sibi in raritate assimilaretur, cum tunc sibi esset similius quàm si solum ita fortiter ageret sicut ignis. Et per hoc faciliter respondetur ad formam, cum dicitur. vel finis actionis est passum assimilari agenti in gradu vel in agendo. respondeo quòd nullus istorum est adequatus finis, sed finis adequatus est passum assimilari agenti inquantum est melius possibile, & ideo quandoque agit vltra gradum suum, vt sibi passum assimilet

in agendo, eo quòd agere est formalius quàm solum esse, quandoque vero agit esto quòd passum sit ei adequatum in agendo, si non sit in gradu vel raritate agit, vt huiusmodi sibi assimilet, eo quòd tunc perfectius erit ei assimilatum quàm si solum esset in agendo, per hoc patet quòd adhuc stat quarta conclusio, eo quòd agens in materia densa existens agit vt assimilet sibi alterum in fortitudine seu agendo vt dictum est. In materia vero rara vt ignis in ferrum agit vt non solum assimilet in agendo, sed in gradu & raritate, cum per hoc fieret maior eius assimilatio ad passum, & sic ratio licet subtilis non procedit contra dicta. Ad secundum dicitur vno modo quòd species qualitatum primarum non agit nisi reflexe, & consequenter dicitur quòd solum contrarium natum est eas reflectere. Et tunc per hoc dicitur ad rationem dicendo quòd à medio pedali multiplicantur species per extrema pedalia vsque circunstans frigidum, sed illæ species non agunt in media per quę transeunt, quia non sunt nata ea reflectere propter similitudinem quam habent cum qualitatibus à quibus multiplicantur, sed quando veniunt ad contrarium circunstans reflectuntur ab eo infra corpus vnde venerunt, ideo tunc reflexi generant caliditatem in ipso. Et si dicatur, cum ergo huiusmodi species non corrumpant frigiditatem nec generent caliditatem nisi essent à frigiditate reflexe, & frigiditas se appetat permanere, quare ipsa nō permittit huiusmodi species pertransire in reflexione, quia sic eam non corrumpent. Respondetur quòd oportet dici hoc naturam vniuersalem ingenerasse, vt fieret elemētorum mutua generatio & alteratio, & per alterationem mixtio, & ideo licet se diligat permanere frigiditas, tamen species caliditatis inflexit tanquam sibi dissimiles directa à natura vniuersali. Aliter potest dici quòd totalis aer tripedalis de se nullam speciem caliditatis sue deberet producere si subiectum non prohiberet, sed quia prohibet diffunditur per circunstantem reflexionem infra ipsum, & sic generatur in ipso caliditas intensior, & sic ratio procedit ex primo fundamento, quia licet verum sit quòd totus aer agat speciem, tamen à nulla parte aeris in se considerata per alias multiplicatur species generatiua caloris, & sic iterum ratio non procedit, credo tamen primum modum esse magis probabilē. Et hoc de secūdo.

Ad rationes principales. Ad primam dicitur quòd actio fit ratione similitudinis in genere, ratione tamen omnino dissimilitudinis, tam in agendo quàm in gradu raritate & aliis non fit, immo oportet quòd aliqua sit dissimilitudo propter quam remouendam agens agit, & sic partim fit ratione similitudinis, puta in genere siue in subiecto, & partim ratione dissimilitudinis iam dicta. propter hoc albedo non agit in lineam, quia differunt in genere inquantum huiusmodi. Ad secundum conceditur quòd vnum similium fortificat reliquum conseruādo ipsum à contrario, sed non sequitur quòd in ipsum agat, sed solum eius resistentiam confortet sic vt contrarium in ipsum minus possit agere, quæ confortatio non fit per hoc quòd eius virtute intrinsece intendatur, sed per hoc solum quòd ipso præsente quodlibet similium est fortius, per virtutem quam quodlibet ad aliud multiplicat, per quam non intendit, sed præseruatur, imaginor enim quòd orbiculariter quodlibet istorum multiplicat species circa se, quibus similia non intendunt, sed propter præsentiam cuiuslibet resistentiam fortiorem reddunt. Ad tertium dicitur quòd est pro prima conclusione. Ad quartum dicitur de oculis, quòd arguit de actione spirituali quæ non est ad propositum nunc. similiter dicatur si intraretur de intellectu quòd vnus alium intelligit dicatur quòd hoc est per actionem spiritualem & non per actionem realem ipsius intellectus. Aliter potest dici de visu quòd verum organum visus est pupilla quæ nunquam videtur propter sui coloris insensibilitatem, & ideo cum inuicem agant visionem suo colore & pupilla non concurrat in agendo illas species, ipsa tamen est subiectum recipiens eas. patet quòd simile non agit in simile. prima solutio vadit pro dictis. Ad quintum conceditur quòd similia in vna qualitate, & in alia dissimilia bene possunt inuicem agere secundum qualitatem secundum quam sunt dissimilia, nec hoc est contra dicta: vt patet ex tertio notabili. Ad sextum dicitur quòd minus agere in maius potest intelligi dupliciter. Vno modo sic, quòd virtus minor in agendo agit virtutem maiorem in resistendo quàm ipsa est in agendo, & hoc nō est possibile, & ideo secundum illum intellectum negatur antecedens, & conceditur consequentia. Ad probationem dicitur de reactione quòd in omni reactione reagens est fortius in agendo quàm sit agens in resistendo. Alio modo potest intell gi sic, quòd qualitas minus intensa agit in maius intensam, & hoc dupliciter. Vno modo vel dissimilem in specie vt caliditas minus intensa agit in frigiditatem intensiorem, & hoc conceditur & negatur consequentia. ergo simile agit in simile, quia tales qualitates sunt dissimiles vt notum est. Secundo modo, quia agat in magis intensam eiusdem speciei, & hoc est bene verum in casibus in secundo articulo positis, & sic conceditur antecedens & consequens, licet argumentum non probet ipsum, quia reactio quæ adducitur fit principaliter inter qualitates dissimilium specierum, nō autem similium. Ad septimum negatur antecedens quòd frigiditas remissior generat frigiditatem intensiorem saltem in casu argumenti. Et ad probationem dicitur, quòd in hyeme frigiditas aeris nunquam congelaret aquam, immo nunquam aer manens leuis est tantæ frigiditatis sicut caliditatis, licet appareat nobis aer frigidus ad sensum, vel propter partes frigidas commixtas, vel propter tactus nostri nimiam caliditatem & si petatur quid ergo congelat. dicitur quòd influētia cœlestis spiritualis aspiciens congelationem quæ non est pure frigefactiua, de qua videbitur magis secundo huius. Ad octaum negatur, quòd lumen duarum candelarum se intendant, licet medium reddant intensius illuminatum, vnde quid vltimo dicendum sit, patet satis ex secunda suppositione.

Ad nonam dicitur, & negatur antecedens ad intellectum argumenti. s. quòd caliditas aeris possit generare caliditatem ignis existētis in sua naturali dispositione. s. summam caliditatem. Ad philosophum secundo huius dicitur, quòd bene verum est quòd ex aere, & terra potest generari ignis illæ, tamen non generabitur sub caliditate sibi naturali. s. summa, sed sub caliditate aeris & postea genitus reducet se ad caliditatem naturalem & summam. Ad decimum negatur maior. s. quanto resistentia est minor &c. tanto debet esse maior actio. nam si est omnino similitudo nulla fieret actio, cum tunc resistentia est nulla, sed bene verum est, quanto est resistentia minor & actiuitas maneat cum dissimilitudine tanta quòd adhuc agat tanto fit actio maior aliter non oporteret.

Ad confirmationem conceditur, quòd ignis potest introducere caliditatem in aquam quando est resistentia, & negatur consequentia. ergo poterit magis eam introducere quando aqua est sibi assimilata, quia licet verum sit quòd resistentia impediat actionem, ipsa tamen requiritur vt ante dictum est, ad hoc vt fiat actio, sicut licet resistentia medij impediat motum, requiritur tamen ad hoc quòd fiat motus saltem grauium, & leuium, similiter secundum philosophum quarto Physicorum. Ad vndecimum admittitur casus, quòd a, & b, sint ignes queuis summe calefaciendo, & quòd a, habeat calefacere c, vsque ad summum, & dicitur quòd addito sibi b, non potest magis calidum quàm summum producere, citius tamen producet, & ideo conceditur quòd duo agentia non possunt intensius producere quàm vnum, eo specialiter si aliquod eorum

fuerit

fuerit summum, potest tamen producere citius & sic duo possunt plura q̃ vnum. Ad duodecimũ dicitur & negatur antecedens, ꝙ ignis calefaciat ferum intensius quàm ipsemet sit calidus. Ad experientiam sensus dicit ꝙ licet caliditas in ferro sentiatur maior q̃ in igne hoc est ex eo ꝙ in materia densa est, & sic est fortissime actionis vt dictum in conclusione, non tamen est ita intensa sicut est caliditas ignis. Ad decimumtertiũ conceditur quòd ipsa cõcludit de actione reflexa à natura. hoc est pro dictis in tertia conclusione. Ratio post oppositum arguit pro dictis in quinta conclusione.

Eodem modo suscipiendum est de facere & pati. Text. com. 43. Quæstio. XIX.

QVæritur decimo nono. Vtrum oẽ agẽs in agendo repatitur. Et arguitur quòd nõ. non oẽ mouens in mouendo remouetur. ergo nec omne agens in agendo repatitur. consequentia tenet, quia sicut se habet mouens ad mouere, ita agens ad agere. patet in cap. de tactu. & cap. de actione, antecedens patet
Tex.c.53 per philosophũ in capitolis prædictis. Secundo deus
Tex.c.45 & cœlum agunt in ipsa inferiora, & tamen non repatiuntur ab eis ergo consequentia nota. antecedens patet, quia illa in cęlum non possunt agere cum non sit cęlum alterabile. primo cœli, & quòd in deum non pos-
Tex.c.20 sunt notum est. Tertio sensibile agit in sensum vt color in visum, & tamen non repatitur ergo consequentia tenet, & antecedens pro prima parte patet per philosophum secunda de anima, & pro secunda notum est de se. Confirmatur, non oportet quòd medicus agẽs
Tex.c.51 & 65 sanitatem in infirmum repatiatur ab infirmo, nec quòd medicina agens repatiatur, nec etiam quòd sor. verberans platonem verberetur ab eodem ergo consequentia nota est, & añs similiter. Quarto generans in generando non regeneratur, ergo nec agens in agendo repatitur. consequentia tenet à simili, & antecedens notum agens enim generationem in generando nõ regeneratur. Quinto aliquod est patiens, quod in patiendo non reagit ergo aliquod agens, in agendo non repatitur. consequentia tenet quia qñ existit patiens aliquid agit illam passionem, ergo si aliquod passum non reagit aliquod suum agens non repatietur. antecedens est manifestum de materia prima, quæ est patiens, & non reagit, cum sit ita misera quòd nullius est actiuitatis.

Sexto si sic sequeretur ꝙ idem respectu eiusdẽ est nobilius, & ignobilius, consequens est inconueniens, & probatur consequentia, quia agens est nobilius & præ
Tex.c.19 stantius passo. tertio de anima si ergo agens agit in passum inquantum in ipsum agit erit nobilior eo, & si simul ab eo repatiatur inquãtum repatitur ab eo erit eodem ignobilius. Septimo sequitur quòd idem respectu eiusdem est in actu & in potẽtia. consequens est inconueniens vt prius, & probatur consequentia, quia agens agit secundum quod est in actu, & patitur prout est in potentia, vt prius dicebatur, si ergo agat & repatitur, erit idem respectu eiusdem in actu & in potentia. Octauo si sic sequeretur quòd tales essent infinite actiones & repassiones & vna actio infinita consequens est inconueniens, & probatur consequentia. Si a, agit in b, & b, propter hoc reagit in a, sequitur quòd eadem ratione a, iterum reagit in b, & b, iterum in a, & sic erunt huiusmodi actiones, & reactiones in infinitũ, vel tota actio ipsius a, erit vna quæ cum b, semper reagit, & ex consequenti cum a, non desinit agere in infinitum durabit. Nono si sic, sequeretur ꝙ passum posset reagere ad quamlibet distantiam, consequens non conceditur, probatur consequentia, quia dato quòd agens, agat in passum per distãtiam pedalem. passum reagit si agens agit per distantiã, viginto vel quadraginto pedũ adhuc reageret dato ꝙ non sequitur ꝙ aliquod agẽs, in agẽdo nõ rapatietur. s. agens a viginto, vel quadraginto pedibus. Decimo si sic sequitur quòd a proportione equalitatis fieret actio, consequens non conceditur. & probatur consequentia, supponendo ꝙ summa caliditas, & summa frigiditas eque multos gradus habeãt, & sint vtreq; vt decem, tunc ponatur summam caliditatem agere in summam frigiditatem & econuerso, sequitur quòd cum quælibet per casum illarum virtutũ, sit vt decem, quòd fit actio à proportione equalitatis, eo quòd virtutes ille sunt equales.

In oppositum arguitur per philosophum primo huius. cap. de actione. Tex.c.53 & 54.

In ista quæstione erunt tres articuli. In primo pręmittenda sunt notabilia & suppositione. In secundo ponẽde sunt responsales conclusiones. Et in tertio mouende sunt dubitationes & soluende. Tex.c.54

Quantum ad primum articulum, primo nota quòd quæstio intelligitur de actione proprie dicta quæ est inter qualitates primas contrarias, sicut satis apparet esse de intentione philosophi in litera. Secundo nota. ꝙ proprie illud agit, quod in sua virtute aliquid immutat illud vero patitur, quod virtute alterius immutatur.

Tertio nota. quòd à qualibet proportione maioris, inequalitatis potest fieri actio, patet per Commentatorem septimo physicorum qui hac propositione vtitur Cõm 30. pro principio, & intelligo eam sic quandocunque est maior virtus actiua agentis q̃ virtus resistentia passi, & adinuicem fuerunt debite approximata, tunc agens incipit agere in passium, vt si caliditas esset actiua, vt decem & frigiditas solum resistens vt nouẽ, caliditas ageret in frigiditatem. Quarto nota. quòd ordo actiuitatis in qualitatibus primis est iste quòd caliditas est fortisime actionis, & post hanc frigiditas postea humiditas, minime autem actiuitatis est siccitas. probatur primo de calido & frigido experientijs, quia aquam quãtumcuuque frigidam quilibet faciliter sustinet & notabili tempore, ea tamen bulliente manu imposita in breui tempore valde leditur, quod est propter excellentiã actionis caliditatis super frigiditatem. Ex alio patet illud, quia in igne nullus posset sine lesione magna quãtumcunque paruo tempore permanere, in aqua autem longo tempore sine magna lesione permanet aut in terra, constat quòd huius non est alia causa nisi fortis actio caloris, & debilis actio respectu eius frigiditatis. Secundo quòd frigiditas est maioris actionis quã alię duę non oportet probare ideo quia docet experientia, propter quod ipsa etiam enumeratur inter qualitates actiuas. Alie due secũdo huius, & quarto metherorũ, dñr passiue sed de humiditate respectu siccitatis patet, nã aer humidus statim res in eo existentes humectat, vt corde fiunt humide tempore hyemali, esto quòd sint infra tectum ab humiditate aeris, res tamen veræ humide, sicut vinum aut aqua nunquam quantumcunq; agat siccitas sensibiliter desiccantur. Vnde quantumcunque agat siccitas ignis in aquam appositam semper quandiu manet aqua semper sensibiliter apparet humida, ꝙ non est nisi propter actionem siccitatis, & ideo hic ordo in agẽdo qualitatum videtur sic experientijs esse declaratus. Quinto nota. quòd ordo qualitatum primarum in resistendo est conuersus prędicto, est enim siccitas resistentię, maxime post hanc humiditas, post hanc frigiditas, minime aut resistentiæ est caliditas, vnde patet sagacitas naturæ ordinem resistendi in contrarium ordinantis actiuitati, cum enim inter elementa necessaria sit alteratio, ita videtur conuenientissimæ factum. Si enim eadem qualitas fortioris actiuitatis, simul esset fortioris resistentiæ, videtur quòd illa qualitas omnino alias superaret, & sic finaliter elementa habentia qualitatem illi contrariam perirent, & de-

destru-

struerentur, declaratur suppositio. Nam siccitatis, fortitudo in resistendo patet ex hoc, quia si aliquis super mappam bene siccã aquam funderet, aqua illa non intraret mappam, sed per guttas rotundas continuatas staret super mappam, & sic esto quòd aqua de natura deberet descendere, quia grauis, similiter quia appetit contrarium siccum sibi assimilare descendere deberet in siccum, obstante tamen resistentia forti sicci non descendit vt dictum est. Ex alio patet, quia videmus, quòd siccum cum difficillimum est humectare, vt in corpore hominis aut animalis, humidum autem non, est ita difficile desiccare, propter quod facilius curatur, lapsus ad humidum animali quàm ad siccũ. Sed quòd humiditas sit fortioris resistentiæ quàm frigiditas, notũ est in calefactione aque, vbi quantumcunque sicca applicarentur, aqua bene exhalatur, non tamen desiccatur calefit autem cito, & à modica calefactione vel calidita te, quòd est ex eo quòd frigiditas est minoris resistentiæ quàm humiditas. Sed consequenter patet quòd frigiditas magis resistit q̃ caliditas, quia multo citius, & facilius frigefit aqua calefacta quàm calefiat frigida. nã per se bene redit ad frigiditatem. nõ autem calefieret sic per se. Ex alio quia magis frigida multo difficilius calefit propter resistentiam frigiditatis quam calida frigefiat, quia à modico frigido approximato statim calida frigefiet. Item de ferro ignito multo citius ipsum infrigidatur apposita aqua, quàm calefiat existens frigidum apposito igne, hæc causa non videtur alia nisi fortis resistentia frigiditatis, & debilis resistentia caliditatis

Ex his sequitur sexta suppositio, licet in calefactione eadem caliditas sit agens caliditatem, & resistens actioni frigiditatis, tamen multo fortius ipsa agit quàm resistat, patet primum, quia manifestum est quòd caliditas calefacit, & etiam resistit actioni frigiditatis, vt notum est, quia diligit se permanere, & frigiditatis actio, tendit ad ipsius caliditatis corruptionem, & ex alio patet hæc, quia nisi resisteret sicut agit, non etiam esset ratio quare frigiditas eam nõ subito extingueret eo quòd contraria est ei, & non inueniret resistentiam. Sed secundum declaratur. caliditas enim fortissime agit per quartum notabile, & debilissime inter omne qualitates primas ceteris paribus resistit per quintum igitur fortius, agit quàm resistit, quod fuit probãdum, eodem modo dicatur de frigiditate. Sed instaret quis dicens sic, sit quòd summa latitudo caliditatis sit vt x. quam tu ponis fortius agere quàm resistere. agat igitur vt octo, & resistat vt tria. arguitur quòd illud non potest stare sic hæc virtus actiua est hęc virtus resistitiua. igitur hęc virtus resistitiua est vt octo, ergo si illa virtus vt octo agit ipsa vt octo resistit, & ex cõsequenti tantum agit quantum resistit, & econuerso, quod est contra præcedentem suppositionem, consequentiæ sunt notæ, & antecedens pro prima parte patet per casum, & pro secunda parte est prima pars notabilis præcedentis. Respõdetur admittendo casum & concedendo consequentiã primam, & consequens. s. quòd in hoc casu virtus resistitiua esset vt octo, sed negatur consequentia qua infertur ergo resistit vt octo. est enim vt octo in agendo, sed non est vt octo in resistendo vt casus ponit, & ideo cõsequentia non valet, illa virtus resistitiua est vt octo. ergo si vt octo agit ipsa, vt octo resistit. Et hoc de primo.

Quãtum ad secundum articulum sit prima conclusio hæc particularis, aliquod agens in agendo repatitur probatur auctoritatibus experentijs & ratione. auctoritate philosophi primo huius hoc expresse ponentis.
Tex. c. 53 & 54. Item auctoritate philosophi cap. de mixtione, vbi vult quod quodlibet miscibiliũ agat & repatiatur, ali-
Tex. c. 87 ter enim ex eis non posset mixtum generari, ergo oportet agens in agendo repati. Experientijs sic. si quis habens manum calidam & pomum frigidum in manu recipiat, docebit experientia quòd frigiditas pomi caliditatem manus remitteret, & sic aget in caliditatem, & eadem remittetur à manus caliditate experimur. n. pomum calefieri, ergo repatitur in calefaciendo. Secunda experientia caliditas ferri igniti proiecti ad aquã experientiam agit ad frigiditatem aque eam remittendo, & eadem caliditas notabiliter remittitur à frigiditate eadem. Tertia est de aqua calida posita ad frigidam nam videtur per experientiam quòd calida calefacit frigidam, & frigida infrigidat calidam, & sic frigiditas videtur agere in caliditatem, & repati ab eadem. Quarta est nam cibus alteratur à calore naturali, & eundem calorem naturalem alterat cibus, immo si cibus sit multum frigidus remittit notabiliter in aliquo corpore calorẽ naturalem, tñ nõ est dubiũ, quin etiã eius frigiditas a calore suo remittatur. Ex istis põt satis patere veritas eius. nam dicit philosophus, quærere rationem vbi sensus præbet manifestum experimentum est infirmitas, intellectus octauo physicorum cum ergo illa sint sensui manifesta, sequitur ꝙ esto quòd conclusio aliter nõ Texa posset probari istis experientijs deberet concedi. Deinde probatur ratione conclusio, quia nisi caliditas in generatione mixti ex elementis repateretur a, frigido, impossibile esse mixtum ex elementis generari, consequens est manifestissime falsum, & probatur cõsequentia, quia si non repatitur, tunc non remittitur, sed remanet in suo esse perfecto & ex consequenti cũ sub summa caliditate aut ita intensa sicut est ignis caliditas, non posset generare mixtum, sequitur quòd forma mixti in materia illorum elementorum non introduceretur, quod fuit probandum, nisi tunc quis diceret quòd introducitur in materias aliorum elementorum, & non in materiam ignis, quod est contra philosophum secundo huius, & videtur fictitium, quia non videtur, quia Texa etiam ex igne ita bene mixtum posset generari sicut ex alijs elementis. Secũda ratio & fortior sequens ex suppositionibus est ista possibile est caliditatem & frigiditatem sic approximari, quòd quodlibet istorum respectu alterius erit maioris virtutis in agendo q̃ aliud in resistendo, ergo quodlibet agit in aliud & in agendo repatitur ab alio, consequentia tenet per tertiam suppositionem. nam ex quo caliditas est fortior in agendo q̃ frigiditas in resistendo aget in eam, & quia caliditas debilior est in resistẽdo q̃ frigiditas in agendo repatietur ab ipsa frigiditate, antecedẽs patet per sextum notabile. nã 8 eadem caliditas multo fortius agit q̃ resistit, resistat igitur vt tria, & agat vt octo. Item per idem notabile, caliditas frigiditas etiam fortius agit quòd resistit, resistat ergo, vt quatuor & agat vt septem, tunc constat quòd caliditas excedit resistentiam frigiditatis, quia agit vt octo & frigiditas resistit solum vt quatuor, proportionabiliter frigiditas excedit resistẽtiam caliditatis quia agit vt frigiditas septem, caliditas resistit solum vt tria. Hæc ratio suppositis notabilibus & eis cõcessis videtur demonstratiua. 4

Secunda conclusio si virtus actiua fuerit fortior in resistendo quàm virtus passiua in agendo vel eque fortis, tunc agens in agendo non repatitur, patet quia proportione minoris inequalitatis non fit actio prout Arist. & Commentator supponunt in quarto & septimo phy. i. Cõt. & 35 non fit actio a vitute actiua equali in agendo sicut virtus passiua est in resistendo, nec erit a virtute actiua minori in agendo q̃ virtus passiua est in resistendo. Dico ergo ꝙ cum agens est fortioris virtutis, aut equalis in resistẽdo, sicut virtus passiua in agendo, virtus passiua nõ sufficiet in ipsum agere ergo agens non repatitur, quòd est conclusio. Tertia conclusio est si agens in passum non fuerit infra sphęram actiuitatis passi in agendo non repatitur verbi gratia si agens sufficeret agere per x. pedalia, & passum solum per quinque, & tunc agens ponetur

neretur per octo pedalia distans à passo, ipsum in agendo non repatietur, patet quia passum per casum nõ potest agere nisi ad distantiam quinque pedum circuncirca se modo agens per octo distat vt casus ponit.

Quarta conclusio est. si virtus resistitiua agentis in se fuerit debilior quàm virtus actiua pasfi, aliunde tamen confortetur per aliud agens eam confortans, sic quòd fiat equalis, aut maior quã sit virtus actiua passi, tunc agens, in agendo non repatietur, vt patet conclusio secunda, quia cum à proportione minoris inequalitatis, aut equalitatis non possit actio fieri, & passum non est maioris virtutis in agendo quàm agens confortatum, in resistendo patet ꝙ passum non potest agere in agens quare agens non repatietur. Quinta conclusio & responsalis, est hæc quòd omne agens in qualitatibus primis repatitur in agendo tribus casibus recitatis in secunda, tertia, quarta conclusionibus exceptis, probatur q̃a illis casibus ex ceptis agens semper est infra sphæram, actiuitatis passi per tertiam cõclusionem, & est passum maioris virtutis in agendo q̃ agens in resistendo, ergo cum à qualibet proportione maioris inequalitatis possit fieri actio. per tertium notabile. semper passum reaget in agens, quod est propositum, & hanc conclusionem credo philosophum intendisse in hoc primo, cum dixit, quòd agens communicans in materia cum passo repatitur in agendo.

Tex.c.53 & 47.

Quantum ad tertium articulum est prima dubitatio hæc si istis casibus datis omne agens, repatitur in agendo, sequitur quòd sit actio à proportione minoris inequalitatis consequens est contra dicta probatur consequentia, quia caliditas vt decem frequenter agit in frigiditatem vt octo si ergo huiusmodi frigiditas reagit tũc, minus, reagit in maius, puta frigiditas, vt octo, in caliditatem vt decem. Secunda quæ est ratio quòd id ꝙ mouet localiter non remouetur localiter & tamẽ illud quod mouet alteratiue alteratur, cum mouere localiter sit agere antecedens, patet, quia non oportet si homo lapidẽ localiter moueat quòd remoueatur ab eodẽ.

Tertia dubitatio est quia si sic sequitur quòd agens, nunquam posset assimilare passum. consequens est inconueniens, quia assimilatio passi est finis agẽtis, & probatur consequentia per te, agens in agendo repatitur, sit ergo agens, ante actionem vt decem, & repatiatur, in agendo sic quòd fiat remissius sicut nouem, cum ergo nihil agat vltra gradum proprium, sequitur quòd illa caliditas non poterit generare nisi caliditatem vt nouem, ergo cum ante fuisset decem, non potest passum, generare ita intense calidum, sicut ipsa erat in principio actionis. Quarto sequitur quòd idẽ moueretur motibus contrarijs. consequens est inconueniens, & probatur consequentia, supponendo quòd nihil agat in distans, nisi agat in proximum hoc est dictum ante tunc vltra supponitur quòd ignis agat in aquam per pedale aeris medium, & repatiatur, sicut dicit aduersarius, tũc arguitur sic ignis agit in aquam distantem caliditatem. ergo agit caliditatem in quamlibet partem aeris mediã: consequentiam tenet per suppositionem, & vltra ergo aer medius calefit, tunc etiam probatur quòd frigesit, quia aqua agit in ignem frigiditatem ex quo reagit, ergo introducit frigiditatem in quamlibet partem aeris, mediam magis propinquam, consequentia tenet per suppositionem, & vltra, ergo totus aer frigesit, ergo totus, aer medius frigesit, & totus, calefit simul, ergo mouetur motibus contrarijs. Quinto si sic, sequitur ꝙ illud s̃m se totũ eodẽ tempore adequate intenditur & remittitur in caliditate. consequẽs est impossibile. nã si intenditur eius caliditas in isto tẽpore, falsum est ꝙ remittitur, & si remittitur falsum est quòd intenditur, & probatur consequentia sic, si ignis quadrupedalis agat in, aquam vocetur ignis a, & aqua b, & quia constat ꝙ



non totus ignis repatitur pp̃ distantiam sui ab a qua ponatur ꝙ primum pedale repatiatur & vocetur c, & arguitur sic b, reagendo agit in c, ergo aliquam frigiditatem producit in ipsam, & ex consequenti in aliquo tẽpore in ipsum intenditur frigiditas & remittitur caliditas. probatur consequentia, quia si reagit, constat quòd nihil reagit nisi frigiditatem, ergo aliq̃ frigiditatẽ introducit, & secundo quia sequitur aliq̃ frigiditatẽ introducit. ergo frigiditatẽ certe intẽsionis introducit, eo ꝙ oĩs frigiditas est certe intensionis, & tunc vltra. ergo successiue introducit eã, cũ qualitas certe latitudinis non possit subito produci, & tũc vltra, ergo illo tẽpore quo illa frigiditas producitur ipsa intenditur, & ex cõsequẽti caliditas remittitur, quæro ergo an frigiditas illius pedalis eodem tempore adequate remittatur, & caliditas eius, intendatur, & si sic habetur propositũ. Nam potest dici quòd non quia relique partes ignis sunt huic continuo immediate, immo continue & magis possunt eam calefacere quàm aqua infrigidare, aut saltem sunt frigiditati in eam introducte contrarię, ergo incipient eam remittere, vel ergo in eodem instanti in quo frigiditas incipit, induci, & sic habetur propositum quòd in eodem tempore adequate quo frigiditas intenditur ipsa remittitur, & proportionabiliter de frigiditate vel in alio instanti post, & si sic cum inter quęlibet duo instãtia sit tempus medium, sequitur quòd caliditas partis, posterioris in tempore medio stabit huiusmodi frigiditati pedalis immediata, & sibi contraria potens in eam agere, & tamen non agit in ipsam, quòd est simpliciter, impossibile, cum impossibile sit contraria stare sufficienter approximata quin vnum agat in reliquum saltem, vbi actiuitas vnius excedit resistẽtiam alterius sicut est in proposito. Iste sunt dubitationes contra conclusiones principales incidentes. Ad illas dubitationes diuersi diuersimode dicunt secundum quòd diuersi ponunt diuersos modos reactionis & ideo vt completius veritas sciatur sunt isti diuersi modi recitandi saltem solum probabilores, & impugnandi. Primus ergo modus dicendi est ꝙ non est incõueniens quòd à proportione minoris inequalitatis proueniat actio in qualitatibus alteratiuis, licet non sit possibile quòd ab ea fiat actio in qualitatibus motiuis localiter Et isti faciliter, Com.71 respondent ad primam dubitationem concedendo cõsequentiam & consequens iste modus dicẽdi non videtur valere, primo auctoritate philosophi 7. & 4. physicorum & Cõm. qui supponunt quòd semper oportet quòd mouens siue alteratiue siue localiter habeat supra motum proportionem maioris inequalitatis, & vtuntur ista suppositione tanquam principio per se noto. Cõm.39

Secundo si sic, tunc non posset assignari ratio penes quid deberet attendi velocitas motus in motu alterationis, & hoc est inconueniens. Et tenet consequentia, quia non videtur penes quid attenditur nisi penes proportionem potentiæ mouentis ad suam resistentiam secundum aliquam proportionem, si ergo non sit excessus potentiæ mouentis penes nihil atenditur illa velocitas. Tertio illud dictum videtur contra communem animi conceptionem cum ergo agens resistit & fortius resistit quàm passum possit agere, quomodo possit passum in ipsum reagere non videtur cui concordetur experientia, quia videmus quòd fortius respectu eiusdem passi fortius agit, & non videtur esse nisi quia super resistẽtiam magis potest. Quarto nõ videtur quare nõ eodẽ modo in motu locali põt agere minus in maius. Sed bene forte dicunt quòd minus non potest agere in maius, sed forte reagere, sed constat quòd hoc nihil valet, quia reactio est actio, licet forte non esset ita fortis sicut actio principalis. Secundo quia sicut isti concedunt quòd minus potest reagere in maius, ita & fortius habent concedere quòd equale potest agere inequale

&ibi

& ibi nō possunt assignare quid sit principalius agens, equo equalia sunt, ideo cum philosophiæ principia in omni actione dicant virtutes agentes debere excedere resistentiam passi, & isti hoc negent, constat modos dicendi eorum principijs philosophiæ repugnare. Secundus, modus dicendi est quòd quamuis reagentis, virtus passiua non possit agere in totum agens tamen in paruam partem agentis ibi propinquiorem, cuius resistentia est minoris quàm virtus, eius actiua bene potest agere, & sic principalis actio erit à proportione maioris inequalitatis, & reactio in illam partem paruam etiam erit à proportione maioris inequalitatis. Sed iste etiam non potest stare, quia quandoque videmus, quòd totum agit, & totum patitur, sicut in vera mixtione omnia miscibilia agunt, & omnia repatiuntur, iō oportebit dicere vel quòd idem erit fortius, & debilius vel quod à proportione minoris inqualitatis fiet actio.

Secundo si ille modus esset verus in omni actione, erit reactio, vbi est agens, cum passo sufficienter approximatum, cuius oppositum dictum est ante, & probatur consequentia, quia si sic semper erit accipere aliquā partem agentis ita paruam quòd erit minoris resistentiæ quàm erit passum virtutis actiue. Tertius modus, dicendi est, quòd omne agens dum agit repatitur non à passo suo, sed à circunstante, puta à medio, sicut est aer vel aliquod huiusmodi, vel est à remotis sicut cœlum est, & ideo isti negant reactionem, licet dicant ꝙ agens repatitur per influentiam. Improbatur iste modus, quia sensus docet quòd idem ferrū qđ calefacit aquam cui imponitur infrigidatur ab eadem vt prius dictū est.

Secundo sicut influentia agit in agens, ita agit in passum, & ideo non plus debet agens propter eam dici agens, quam passum. Tertio semper agens est in loco suo naturali, vbi influentia magis videtur influere pro eius salute, quam pro eius destructione, cum ens naturale naturaliter conseruetur in loco naturali, vt habetur
Tex.c.48 quarto phy. ergo videtur quòd agens non debet sic repati. Quartus modus dicēdi est agens in agēdo non, proprie repatitur, sed quodammodo fatigatur, & propter hoc eius virtus apparet remitti, vnde Commenta-
Cōm.83 tor octauo physi. ostendit, quòd virtus materialis est fatigabilis, & causa fatigationis est causa esse in materia.

Contra illam arguitur sic sola fatigatio non remittit virtutem, sed in aliqua reactione est vera remissio virtutis. ergo reactio non fit per solam fatigationem, maior patet, quia virtus animalis sola fatigatione non remittitur, sed lassatur, immo si fiat remissio virtutis non solū est fatigatio sed vera passio, minor patet in reactione miscilium, vbi cuiuslibet virtus remittitur, & ad medium reducitur. Secūdo si caliditas & frigiditas sint ambe summe apparebit ibi vera passio mutua, & tamē secundum illum modum non debet ibidem esse fatigatio, eo quod qua rationem vna illarum qualitatum fatigari diceretur, cum sint equales seu summe, diceretur & alia. Tertio omnis fatigatio est per actionem contrarium, ergo omne quòd fatigatur veræ patitur, saltē in aliqua qualitate, ergo si agens in agendo fatigatur, ipsum veræ repatitur. Quinto modus dicendi est supponendo quòd vna qualitas actiua non est sine alia, sicut frigiditas nō stat quin stet cum humiditate aut siccitate, & quamuis ille essent equales in latitudine, tamē sunt inequales in actiuitate, & ideo natura ingeniauit, quòd si caliditas est fortior frigiditate, tunc humiditas coniuncta frigiditati est fortior siccitate in agendo con iuncta caliditati, & ideo isti dicunt quod si ignis agat in aquam caliditas eius remittit frigiditatem aque tunc humiditas aque reagit remittendo siccitatem ignis, & tūc ex consequēti per modum sequele remittitur caliditas eiusdem, ex quo patet quòd caliditas agit in frigiditatem, & humiditas actione contraria reagit in caliditatē & sic patet quòd semper fortius agit in debilius, cum caliditas sit fortior frigiditate, & humiditas siccitate, in quam primario agit. Et sic patet solutio primæ dubitationis seu rationis. Sed ille modus non videtur valere primo, quia in mixtione ambe qualitates ignis tam, caliditas quam siccitas agunt, & patiuntur, ergo non solum sic fit reactio, consequentia tenet, quia sic oporteret quòd eadem qualitas quæ agit repatitur, antecedens patet, quia si vna earum non ageret nō videretur quid corrumperet frigiditatem, & humiditatem, cum ipse præcipue videntur eis contrarie, & si non paterentur sequitur quòd aliqua earum manet in esse in suo intenso, quòd non est possibile, quia sub tali esse nō pōt generari forma mixti. Secundo quia si sic, caliditas aeris nō deberet agere in aquam & repati a frigiditate, eius, consequens est contra experientia quia videmus quòd ab aere calido calefit aqua, & etiam aer prope, aquam est plus recens & frigidus quàm remote ab ea, & probatur consequentia, quia ibi stat caliditas & frigiditas ambe cum humiditate, ergo per modū quem, dixit opinio præcedens caliditas non potest repati in agendo. Tertio quia aqua calida commixta frigide, remittit eius frigiditatem, & remittitur in caliditate ab eadem, ergo modus ille non valet consequentia tenet quia in isto casu tam caliditas quàm frigiditas agentis, stant cum humiditate, antecedens est notum per experientiam, vt ante dictum est. Sextus modus dicendi est procedēs ex suppositionibus quarum prima est hęc quòd omne agens multiplicat virtutem suam, circa se ad modū sphære, & est fortior in loco propinquo, in remoto vero debilior. Et patet hæc suppositio auctoritate. Commentatoris secundo de anima. tractatu de sono, & Linconiense tractatu de radijs, & eandem com Tex.c. muniter ponunt perspectiui. Secundo dicit, quòd secundum illam virtutem & gradum quem habet a distantia data semper assimilat sibi passum inquantum, potest. Tertio supponit si est aliquod agens contrarium sibi, quòd similiter influat vnā virtutem vndiꝗ tunc si approximetur fiet vna virtus media mixta, & quicquid ponetur vbi est talis mixtio, illud fiet sub qualitate media. Ex quo patet quarto, quòd quando, vnum agens, ponitur inter, medias, virtutes alterius, tunc fit quædam mixtio ex istis virtutibus, & inde est quòd illa virtus media vel mixta facit vnumquodꝗ illorum tale in actu qualis, ipsa est in virtute, & ideo virtus, quæ tendit ad mixtionem, & ad medietatem, & recedit ab extremo, & sic vtrunque patitur. Ex ista imagimatione soluetur prima difficultas, dicēdo quòd hæc virtus mixta respectu cuiuscunꝗ agentis tam principalis quā passi habet proportionem maioris inequalitatis, & ideo sic non est inconueniens quòd agens in agendo repatiatur. Sed contra istum modum arguitur posito quòd caliditas & frigiditas sic approximentur & agunt per modum duarum sphęrarum, vel intelligunt de se realiter, quòd multiplicent duas virtutes eis similes, vt caliditas caliditatem, frigiditas, frigiditatem, quæ fiant vna virtus in medio in quo congregantur, & si sic tunc stat ratio vt prius. s. quòd si caliditas, vt decem repatiatur vt octo à proportione minoris inequalitatis fiat actio similiter, quòd in primo pedali ignis quod repatietur solum secūdum illud pedale caliditas simul intenditur & remittitur adequate. Si autē intelligant quòd caliditas de se multiplicat species caliditatis, quæ non sunt formaliter caliditas, & frigiditas, species frigiditatis, sed species caliditatis sunt virtualiter generatiue caliditatis & proportionabiliter species frigiditatis, tunc male dicunt, quòd ex istis duabus speciebus fiat vna virtus, nam secundum veritatem species, virtutum consimilium vt duo lumina non possunt vniri, ergo species virtutum contrariarum à multo non minori

minori possunt vniri, consequentia tenet per locum à maiori, & antecedens dictum est in præcedenti quæstione. Secundo secundum illum modum si calidũ, & frigidum tangerent se non deberet esse reactio. sed hoc est falsum, quia fortior est reactio, vt docet experientia, & probatur consequẽtia, quia licet calidũ, & frigidum actionem suam circa sphærice producant, tamẽ in se non producunt, ergo cum tangunt se virtutes suæ non sic vniuntur, & fiunt media virtus per quam fiat illa reactio. Tertio si calidum & frigidum fuerint ambo fortia, tunc quocunque modo illa virtus fieret vna cum ipsa, prope calidum enim esse fortior in calefaciendo, & prope frigidum in frigefaciendo, prout docet experientia & ex consequenti non videtur quomodo per illum modum saluantur difficultates quin medium calefieret & frigefieret, quin caliditas in eodẽ pedali ignis simul intenderetur & remitteretur quin à proportione minoris inequalitatis posset esse actio cum illa virtus ad medium reducta sit minor quam aliqua virtutum contrariarũ a quibus generatur, & tamen ab ea fit actio in quolibet extremorum, & ideo istum modum sicut, præcedens derelinquimus. Videtur ergo omnibus his probabilior esse alius modus dicendi conueniens dictis, quòd licet eadem virtus agit & resistit, tamen fortius, agit frequenter quàm resistit, & ideo quia actio, fit secundum proportionem potentię agentis ad suam, resistentiam, & quælibet tam caliditas, quam frigiditas fortius agit, quam alia resistit, quęlibet ipsarum agit in alteram, & sic fit actio vbique à proportione maioris inequalitatis, quia à virtute fortiori in agendo, quã est virtus passiua in resistendo. Sed forte quis instabit dicẽs, idẽ est caliditatem agere & resistere. ergo tantum resistit sicut agit, consequentia tenet, & antecedens patet, quia vtraque illarum est caliditas. Secundo. nã actio fit secundum proportionem potentię mouentis, ad resistentiam, sed actiuitas & resistentia sunt caliditas & frigiditas, ergo actio fit secundum proportionem caliditatis & frigiditatis. Tertio si sic pari ratione posset concedi quòd in motu locali a, potest mouere b, & econuerso, quia diceretur quòd licet a, sit fortius ad mouendum est tamen debilius ad resistendũ. Quarto quia potentia caliditatis in agẽdo potest diminui potest diminui, & sic esset debilior & in agendo & in resistendo. tunc non reagit. Ad illa respondetur. Ad primum quòd idem est caliditatem agere & resistere, sicut ratio dicit, & negetur consequentia qua infertur. ergo actio fit secundum proportionem caliditatis & frigiditatis. ergo tantum resistit sicut agit, & ratio est quia nõ sequitur in simili idem est sor. amare & credere, supposito ꝙ sor. amet & credat ergo sortes tãtum amat sicut credit. Ad secundum posito quòd actio fit ẽm proportionem potentię mouentis ad suam resistẽtiam, & ẽt quòd illę potentiæ sint caliditas & frigiditas, negatur consequentia qua infertur, ergo actio fit secundum proportionem caliditatis & frigiditatis vnde in simili non sequitur posito quòd sor. est mihi benefaciens, & magnus amicus, & fratris mei inimicus, tunc argueretur sic diligo sor. secundum quòd est benefaciens mihi sed ipse mihi benefaciens, est fratris mei inimicus ergo diligo eum secundum quòd est, fratris mei inimicus. constat. n. quòd antecedens est verum, & cõsequens falsum nec potest reduci ad bonam formam syllogisticam.

Ad tertiam dicitur quòd non est simile de motu locali, & motu alterationis, quia duo sibijnuicem proxima bene possunt alterari, alterationibus contrarijs. sed non possunt moueri motibus contrarijs, quia non seinuicem possunt penetrare, & est alia dissimilitudo, quæ dicetur etiam soluendo dubitationes principales.

Ad quartum cõceditur quòd caliditas potest remitti in agendo, & quòd fieri potest quòd in instanti tali sit minor, & in agendo & in resistendo quàm frigiditas & conceditur etiam quòd tunc non reagit in frigiditatem. Et hoc est dictum in secunda conclusione secundi articuli.

Istis præmissis respondetur ex isto septimo modo ad rationes & ad dubitationes principales omnes, ad hoc adductas. Ad primum negetur consequentia qua infertur quod actio fiet à proportione minoris inequalitatis. Et ad probationem conceditur quòd caliditas vt decẽ agat in frigiditatem vt octo, & quòd repatietur ab eodem, quando dicitur ergo minus agit, in maius distinguitur consequens, eo quòd vel est sensus quòd qualitas habens pauciores gradus agit in qualitatem habentem plures gradus, & sic conceditur consequens & consequentia, sed tunc nõ conceditur quòd fit actio à proportione minoris inequalitatis, nam frequenter qualitas habens pauciores gradus est fortior, in agendo, quam alia habens plures in resistendo. Alio modo sensus consequentis potest esse quòd minor qualitas, in agendo agit in maius. i. in qualitatẽ maioris virtutis in resistendo, & isto modo negetur consequentia quia licet frigiditas, habeat habeat pauciores gradus, est tamen fortior in agendo, quam caliditas, in resistendo.

Ad secundã dubitationem dicitur, ꝙ nõ est simile de alteratione & de motu locali, & cã triplex põt assignari. Prima, quia qualitas motiua localiter de per se non mouet materiam extrinsecam sed intrinsecam, quare non habet a qua patiatur, caliditas, autem quæ est qualitas alteratiua, alterat qualitatem extrinsecam. Secunda est, quia vt dictum est duo corpora iuxtaposita possunt bene alterari, alterationibus, contrarijs, sed moueri motibus contrarijs non possunt, quia penetrarent se. Tertia differentia est quia qualitas. s. motiua localiter eodem conatu agit, & resistit, vt tanto conatu præcise grauitas resistit mouenti sursum, quanto conatu si est extra locum conatur moueri deorsum, sed oppositum est in qualitatibus actiuis alteratiue, quia caliditas, & frigiditas multo maiori conatu agunt in extrinsecam quam resistit, quapropter est possibile in motu alterationis duas qualitates sic se habere, qđ quęlibet, excedit in agendo aliam in resistendo. quare fiet inter, eas reactio, sed in motu locali non est sic, quia quælibet duarum qualitatum motiuarum excedit aliam in mouendo & in resistendo, cum equaliter resistunt, & mouent, vt dictum est quare ibi mouens, in mouendo non remouetur. Sed diceres, nunquid in motu grauis, deorsum grauitas mouens diuidit medium, & sic agit in extrinsecum. Secundo quia videtur quòd põdus comprimat hominem portantem, & sic agit in ipsum, & tamen portatur ab eodem. Tertio quia videtur quod homo virtute sua potest mouere lapidem sibi extrinsecum, quare videtur quod mouens localiter potest mouere extrinsecum, sicut mouens alteratiue.

Dicitur quòd hic omnia mouentur a virtute motiua secundario & de per accidens & non de per se, vel sicut immediatum motum. Exemplum, graue descendens, diuidit medium de per accidens, puta quia sine huiusmodi diuisione non potest descendere, similiter graue portatur ab homine, aut proijcitur, quia talis homo primo mouet se, aut sui partes. Tertio graue portatum agit comprimendo hominem, hoc non est localiter.

Ad tertium dubitationem dicitur negando consequentiam qua infertur quòd agens non possit assimilare sibi passum. Ad probationem admittitur quòd qualitas sit vt decem ante actionem, & quod repatiendo remittatur, & fiat vt nouem, & consequenter dicitur, ꝙ quandiu est vt nouem nõ generabit caliditatem vt decẽ sed postquam superauit frigiditatem in tanto ꝙ plus sufficit resistere quam frigiditas agere, tunc reducet se ad pristinum gradum caliditatis, puta ad gradum vt decem

decem ſicut aqua calefacta remota a calefaciente redit ad priſtinum gradum frigiditatis, & tunc reducta, poterit caliditatẽ vt decem generare. Ad quartã negatur conſequentia. qua infertur ſequeretur ꝙ idẽ moueretur motibus contrarijs. Ad probationem admittitur ꝙ nihil agit in diſtans niſi prius agat in propinquum. & ſimiliter admittitur ꝙ ignis agat in aquam per pedale aeris medium & rapatiatur, & ſtante caſu dicitur ad argumentum vltra quòd ignis in agendo in aquam caliditatem producit eam in qualibet parte aeris mediam & negatur conſequentia qua infertur vltra, ergo aer, medius calefit. ſi dicatur quòd calefieri non eſt aliud q̄ in qualibet parte recipere caliditatem, dicitur ꝙ hoc nõ ſufficit, immo oportet quòd quelibet pars recipiat plus de caliditate quàm recipit ſimul de frigiditate, aut quã amittit de caliditate, modo ſic non eſt in propoſito. nã eſto quòd per totum aerem generetur caliditas, tamen ſimul generatur ab agente frigido frigiditas & remittitur caliditas, ideo non procedit. Ad rationem arguentem quòd aer medius frigeſit, eodem modo reſpondetur, & ideo dicitur vltra, ꝙ ſi illa agentia in agendo ſunt eque fortia vnum in generando caliditatem, & aliud in generando frigiditatem, & tunc medium pro medietate propinquiore calido calefit, quia ibi plus recipit de caliditate quàm de frigiditate, eo quod propinquius calido eſt quàm frigido ſecundum illam partem, & ſecundum aliam medietatem propinquiorum frigido generatur plus de frigiditate in eo quàm de caliditate, & ſic ſm illam partem frigeſit. ſi aũt vnum illorum, agentium poneretur fortius in agendo quàm aliud, tũc proportionabiliter ſecundũ quòd eſſet fortius maiorẽ partem medij ſibi in qualitate ſimili diſponeret, & aliud minorem. Ad quintũ dubium negatur ab omnibus concorditer conſequentia qua infertur, ꝙ idem eodẽ tẽpore adequate intenderetur & remitteretur in caliditate Et ad probationẽ cõſequentię dñt aliqui, ꝙ eſto ꝙ agẽs ſit ignis, & vocetur a, & aqua paſſa, & vocet̃ b, & pars pedalis ignis repaſſa c, dicunt aliqui quòd aqua potentior eſt ad infrigidandum c, q̄ reſidue partes ignis ad calefaciendum, eo quòd aqua habet reſpectu eius maiorem contrarietatem, modo actio eſt ratione contrarietatis. Sed re vera illud non vr̃ ſtare, quia ſic ignis, nõ deberet fortius calefacere manum meam q̄ aquam, aut lignum, aut etiam oleum, immo multo remiſsius, qa multo minus contrariatur manui meæ, aut oleo quã ignis, aut aqua. Falſitas conſequentis apparet experientia, quia ſtatim intẽſe calefacit manum, oleum, nõ autem facit hoc aqua aut ligna, & ex alia. nam virtus actiua multiplicatur ſphęrice circa agẽs ceteris paribus eque fortiter ad equalem diſtantiam ergo cum illud ſit eque forte, & agat tantum quantum poſsit, ſi inuenit contrarium minus reſiſtens, ei fortius in ipſum aget q̄ ſi fortius contrarium in eadem diſtantia, & maioris reſiſtentiæ inueniret, & tenet conſequentia, quia actio attẽditur ſecundum proportionem potentiarum mouentium ad ſuas reſiſtentias. Aliter dicunt alij, ꝙ facilius eſt continuare motum q̄ incipere, & tunc dicunt quòd reſidua pars ignis in c, non agit quandiu c, eſt ſibi ſimile, eo quòd omnino eſt ſimilitudo, ſed poſtquam c, factum eſt diſsimile incipiet agere, ideo dicunt ꝙ tempus habetur anteq̄ reſidue partes ipſius a, calefaciunt ipſum c. eo ꝙ b, incipit ipſum infrigidare, & reſidue partes ipſius a, non inceperunt eum calefacere. Sed ex iſto dicto non ſoluitur ratio, quia ſi reſiduum ipſius à vocetur d, & arguatur vt prius d, incipit in aliquo inſtanti calefacere c, quàm b, ipſum in frigiditate. ergo tempus mediũ erit inter illa inſtãtia, & in tpe iſto b, de neceſsitate inducit aliquã frigiditatẽ in c, cui d, ſtetit immediatũ contrariũ ſibi, & habens, ſuper ipſum proportionẽ maris inequalitatis, & non egit in ipſum ergo duo cõtraria ſtant aliquo tẽpore immediata nõ impedita, quorum vnũ in agendo excedit reſiſtentiã alterius, & tñ nõ agũt quod impoſsibile. Aliter & probabilius dicunt alij, ꝙ in caſu iſto immediate poſt hoc demonſtrando iſtãs in quo b, incepit reagere c, frigefiet, & calefiet, & vltra negant conſequentiam qua infertur, ergo ſimul calefit & frigefit. nã dicunt ꝙ immediate poſt hoc per prius frigefiet q̄ calefiet, & ſi inferret aliquis. ergo prius calefit quàm frigefit, negetur conſequentia, eo quòd arguitur à termino ſtante confuſe tantum ad eundem ſtãtem determinate, & ſic adhuc non videtur ratio ſoluta.

Ideo aliter poteſt dici euadendo difficultatem, quòd in hoc caſu b, reagit in c, & quòd b, introducit aliquã frigiditatem, prout ly introducit, facit terminum, ſtare confuſe tantum, nullam tamen frigiditatẽ introducit, tũ quia nullius latitudinis frigiditatem introducit tũ quia d, pars ignis citius incipit c, partem calefacere, & per hoc reſpondetur ad formam argumenti admittendo totum caſum, & quando dr̃ b, reagendo agit in c, conceditur, & negetur conſequentia qua infertur, ergo aliquam frigiditatem introducit in ipſum, & ad probationẽ cum dr̃ ſi reagit conſtat quòd nihil niſi frigiditatẽ conceditur prout ly frigiditatem, ſupponit confuſe tm̃, & ꝙ reagit frigiditatem, nullam tñ frigiditatẽ reagit, & ideo ratio non procedit, & ſic faciliter licet logice euadetur difficultas. Aliter & philoſophicæ magis poteſt dici quod in hoc caſu totaliter ſicut frigiditas introducitur a, b, ita corrumpitur a, d, & ideo frigiditas habet hic naturam puri ſucceſsiui. ſicut enim motus, cuius nullæ due partes diuiſim producte ſimul manent, ſed vnaquæque ſicut producitur ita corrumpitur, ſic eſt hic de frigiditate quæ in producendo ſicut producitur ita corrumpitur, & ideo nulli duo gradus, nec aliqua virtus intenſionis eſt ſimul in ſubiecto, eo quòd partes prius genite non manent cum partibus poſterius genitis. Per hoc ad formam dicitur concedẽdo quòd b, agit in c, frigiditatem, ſed hoc habet naturam puri ſucceſsiui, & ideo ſicut ex parte priori motus pars poſterior, non intenditur, eo quòd non ſimul permanent, ita ex parte priori caliditatis pars poſterior producta non intenditur, & ideo conceditur ꝙ aliquam frigiditatem introducit illa, tamen in ordine ad ſubiectum nunq̄ eſt alicuius, intenſionis, & ideo negetur conſequentia qua, infertur ꝙ aliquo tpe intendatur frigiditas, & cũ arguitur, frigiditas introducitur ergo frigiditas certe intenſionis introducitur negatur conſequentia, & ſi dicatur ꝙ omnis frigiditas, eſt certe intenſionis, dicitur ꝙ hoc forte verum eſt de frigiditate, cuius partes permanent, modo partes huius non ſimul permanent, immo habẽt hic naturam puri ſucceſsiui, & ideo conſequenter concedendum eſt ꝙ idem qñ partes ſue manent habent naturam rei permanentis, & tñ quando non permanent pp agentium cõtrarietatem hñt naturã rei ſucceſsiuæ. Sed diceres frigiditas introducitur, ergo caliditas remittitur & non remittitur diuiſibiliter, ergo remittitur indiuiſibiliter, & ſtabit ratio ſicut prius probando, ꝙ eadem caliditas ſimul intenditur. Reſpondetur concedẽdo, ꝙ caliditas remittitur, ſed indiuiſibili remittitur, ſed tñ in nulla eius tota parte diuiſibiliter remittitur. ſicut nulla eius pars tota latitudinis frigiditatis introducitur, quia nullius intenſionis frigiditas introducitur vt dictũ eſt, & vltra ſi remotius arguatur cõcedendum eſt ſicut præcedens. Reſponſio dixit, quòd immediate poſt hoc caliditas, remittitur, & ꝙ immediate poſt hoc intenditur, ſed non ſimul intenditur & remittitur, & ſic adhuc apparet mihi, quod vltima fuga eſt ad logicam, & ideo dicat quis ſicut velit, quia ratio apparet mihi ſummæ difficilis.

Ad rationes principales. Ad primam cum dicitur, non omne mouens in mundo remouetur conceditur & con-

D | C | B

& cōceditur cōsequens ꝙ non oē agens in agēdo repatitur, q̄a agens, non cōicans cum passo in materia nō repatitur, vt dicit philosophus in litera, nec hoc est cōtra dicta. Ad ſcdam dr̄ per idē, ꝙ deus & cęlū esto ꝙ agūt Tex.c.53 tñ non cōicant cū passo in materia, & q̄ñ p̄sens non intelligit̄ de talibus agētibus, sed solū de primis qualitatibus cōtrarijs abinuicē, consequēter ratio nō est ad propositū. vnde cōceditur ꝙ talia agētia in agēdo nō repatiuntur. Ad tertiū patet q̄d sit dicendū p idē, quia de sola actione .s. qualitatū primarū realiter intelligitur qō. de actione spūali sensibilis in sensu aut caloris in visu, nō est speculatio p̄sens. Ad confirmationē r̄ndetur per idē quia medic⁹, aut medicina cōcurrens in productione sanitatis nō est agēs contrariū, & iō non est ad propositū. Ad quartū cōceditur añs. ꝙ generās in generādo non regeneratur, & negat̄ consequētia. ergo agēs in agendo nō repatitur cōceditur tñ gratia argumēti. ꝙ generās est agēs, & cā est. quia nō oportet ꝙ agēs in agēdo repatiatur eadē specie actionis q̄ agit, quia non oportet calefactiones calefieri in agēdo, sed sufficit ipsū infrigidari, q̄a regenerās ēt in qualitatib⁹ primis, nō oportet regenerari, sed potius pati corruptiue. puta in eētia sua remitti. Ad quintū dr̄. ꝙ patiens pōt capi dupliciter. Vno mō pro passo subiectiue. puta pro materia prima, & sic conceditur q̄d aliq̄d passum in patiēdo nō reagit, & de talib⁹ passis non intelligitur qō, sed de passis cōtrarijs. Alio modo pōt capi pro passo terminatiuo. puta p qualitate cōtra, q̄ corrūpitur, & sic negatur ꝙ aliq̄d patiens in patiendo nō reagit. Oē. n. patiēs vniformiter in patiēdo reagit trib⁹ casibus in secūda, tertia, & quarta cōclusionibus secūdi articuli positis exceptis, & solū de talib⁹ cōsideratio est ad p̄sens. Ad sextū bene cōceditur ꝙ idē respectu eiusdē est nobilius & ignobilius, & hoc ſm diuersas proprietates, vt caliditas respectu frigiditatis est nobilior in agēdo, eo ꝙ fortius agit q̄ frigiditas, & est ignobilior in resistēdo, eo ꝙ min⁹ resistit q̄ frigiditas. Et q̄ñ dr̄ ꝙ cōclusio est inconueniēs dr̄ ꝙ verū est si in eadē proprietate idē respectu eiusdē passi esset nobilius & ignobilius, sed nō est incōueniens respectu diuersorū, vt hominē esse nobiliorem equo rationali parte, & ignobiliorē robore corporis. Ad septimū q̄ñ infertur. sequitur ꝙ idē respectu eiusdē esset in actu & in potētia. dr̄ ꝙ nō est incōueniēs ꝙ respectu eiusdē extrinseci aliq̄d idē dicat̄ in actu & in potētia sed inconueniēs esset si vnū respectu alicui⁹ dispositionis respectu cuius esset in potentia, eo ꝙ eā pro tūc esset natū recipere, esse simul in actu eo ꝙ eā actu simul haberet sed hoc nō cōcludit rō quare nihil probat cōceditur. n. ꝙ idē pōt agere in aliq̄d extrīsecum, & simul ab eodē pati. Ad octauū negatur cōsequētia. qua infertur ꝙ tales essent infinitę actiones, vel vna actu infinita. Ad pbationē dr̄. ꝙ agens agit in passum vna actione continua finita & passū reagit vna actione finita. eodē modo nō fit reactio. eo ꝙ agēs in passum agit, sed quia agēs est passo cōtrariū. Ad nonū cōceditur. q̄d rō cōcludit, puta ꝙ nūq̄ non fit reactio pp nimiā distantiā agētis a passo, & hoc est pro tertia cōclusione secūdi arti. & iō sequitur ꝙ passum nō posset agere ad quācunq̄ distantiā. Ad decimū negat̄ consequētia. qua infertur ꝙ à proportione equalitatis posset fieri actio. Et ad probationem dr̄. ꝙ admisso casu ꝙ licet vtrunq̄ caliditas & frigiditas sit, vt decē, & quælibet earū agat in aliā, non pp hoc sequitur ꝙ fit actio à proportione equalitatis, quia adhuc q̄uis est maioris actiuitatis q̄ alia est resistentiæ, & sic q̄uis super aliā habet proportionem maioris inequalitatis. consequenter ratio non procedit. Ratio post oppositum est pro quinta conclusione. Et hoc de quæstione.

Vt autem parum disgredientes dicamus necessarium & impassibile, &c. Tex. cō. 64. Quæstio. XX.

QVæritur vigesimō. Vtrū indiuisibile possit alterari. Et arguitur ꝙ sic. indiuisibile pōt moueri localiter. ergo pōt alterari cōsequētia tenet à simili quia nō vr̄ quare ad motum nostrum localem moueatur localiter. quin eadem ratione ad motum nostrum altrationis mouebitur alteratiue, & antecedens apparet, quia motis nobis mouētur oīa quę in nobis sunt 4. Tex.c.20 physi. & supposito ꝙ puncta sunt nobis motis mouebuntur & puncta. Secūdo anima intellectiua potest alterari, & est indiuisibilis. ergo, &c. consequentia tenet & antecedens pro prima parte patet. quia alteratur ab vna opinione contraria in aliā opinionē contrariam pro secūda parte patet 3. de aīa. Tex.c.6 Tertio superficies pōt alterari. ergo, &c. cōsequētia tenet. quia est indiuisibilis saltē ſcdm profunditatē, & añs patet quia sup̄ficies mō existēs alba pōt fieri nigra & ecōuerso. & ꝙ superficies sit subiectum. patet p Philosophum in prædicamento quantitatis dicentem. quanta. n. superficies fuerit. tm̄ album esse dicas quòd non esset nisi esset subiectum albedinis. Quarto nisi punctus esset qualis, vt calidus sequitur quòd nihil esset vniformiter calidum vel albū, consequens est inconueniens. & probatur, quia vniformiter calidum dr̄ diffinitiue, cuius quilibet punctus est equaliter calidus. si igitur punctus nō esset calidus, tūc nullius rei quilibet punctus esset equaliter calidus, & ex consequēti nulla res esset equaliter calida vel vniformiter calida. Quinto sic superficies pōt videri. ergo potest esse qualis, ergo etiam potest alterari. vltima consequentia tenet, quia omne quale est alterabile, & prima probatur. quia nihil videtur nisi quale, puta lucidum vel coloratum, & antecedens patet quia in corpore dēso simpliciter, nihil videtur nisi superficies eo quòd propter densitatem visus non potest videre profundum. Sexto radij reflexi a speculo concauo alterant punctū, ergo punctus est alterabilis. consequentia est nota, & antecedens patet per perspectiuos dicentes. quòd radij reflexi à speculo concauo congregantur in puncto eius centri. propter quod ibidē nate sunt ignire & intenderetur ergo ſcdm illū punctū calefaciūt & alterāt. Septimo nisi indiuisibile posset alterari, sequit̄ ꝙ latitudo vniformiter difformis suo gradui medio nō corrn̄deret. cōsequēs est falsū, & cōtra loquētes de ista materia. & probatur consequētia. quia vel iste grad⁹ medius cōsistit in pūcto indiuisibili, & si sic. tūc pūctus esset alterabilis vel cōsisteret in pte diuisibili, & hoc non, quia in latitudine vniformiter difformi nulla ps diuisibilis est equaliter, & eodē mō qualificata. ergo oportet ꝙ vel cōsistat in indiuisibili, & tunc habetur propositū vel ꝙ nusquā consistat, & sic latitudo gradum medium non habebit & ex consequenti gradui medio non correspondebit.

In oppositum est philosophus in. c. de actione. Tex.c.64

In ista quæstione erunt tres articuli. In primo videbitur ꝙ indiuisibile non potest esse quale finite. In secūdo videbitur quòd non potest esse quale infinitæ. Et in tertio videbitur quòd ipsum non potest alterare.

Quantum ad primū arti. nota. ꝙ duplicia possunt cōsiderari indiuisibilia. aliqua non habentia positionem in continuo, sicut substantiæ intellectuales, vt deus intelligentiæ. & anima intellectiua, & de his non intelligitur quæstio præsens. alteratio. n. illorum indiuisibiliū differt specie ab alteratione corporali, de qua inteligitur quæstio præsens. Ideo de ea nihil dicatur hic. Alia sunt indiuisibilia habentia positionem in cōtinuo, sicut essent puncta, aut lineæ si essent, & de his intelligitur quæstio præsens, & huiusmodi immaginantur triplicia aliqua indiuisibilia ſcdm omnem dimensionē, vt puncta aliqua tm̄ secundū duas, sicut lineæ aliqua solum secundum vnam, vt superficies. Secundo nota ꝙ licet secundum veritatē credam talia puncta non esse, vt habet videri 6. physi. tñ videndum est in proposito, sup-


poſito ꝙ eſſent vtrum poſsint alterari vel, ne quia forte ſunt aliquæ bonæ naturales ſpeculationes. Terito nota. ꝙ aliqua eſt alteratio ſpiritualis, ſicut animę intellectiue, & de illa ſicut eſt non curatur hic. Alia eſt alteratio corporalis, & eſt duplex. quædam eſt cum contrarietate, vt calefactio. alia ſine contrarietate, vt illuminatio, & de vtraque intelligitur quæſtio. Quarto nota. ꝙ qualitas habet duplicem exiſtentiam, vnam ſcilicet intenſiuam, & hanc habet ſecundum plures gradus ſimul exiſtentes in eadem parte ſubiecti. aliam habet extenſiuam quam habet ſecundũ extenſionem ſubiecti, & prima eſt qualitati de per ſe conueniens, cum ſecundum intenſionem qualitatis ſubiectum dicatur quale, & non ſecundum extenſionem. ſecunda vero conuenit qualitati de per accidẽs, puta ratione quantitatis ſubiecti propter hic etiam ſecundum extenſionem ſubiecti nihil quale dicitur per ſe.

His pręmiſsis ſit concluſio. Caliditas exiſtens in aliquo toto vniformiter calido dupla eſt ad caliditatem, quæ eſt in eius medietate. probatur, quia continet caliditatem, quæ eſt in medietate, & cum hoc tantam. ergo dupla eſt ad caliditatem medietatis, conſequentia tenet per deſcriptionem dupli. antecedens patet per caſum, eo ꝙ eſt vniformiter calidum, eodẽ modo probaretur quòd eſſet tripla ad caliditatem tertiæ. quadrupla ad caliditatem quartæ, & ſic deinceps. Sed diceret aliquis totum eſt vniformiter calidum. per te. ergo quælibet pars habet eque multam caliditatem, ſicut totum. conſequentia tenet per diffinitionem vniformis, quia vniformę in caliditate eſt cuius quęlibet pars eque calida eſt, ſicut totum. Item ſecundo arguitur. totum habet in duplo maiorem caliditatem quàm eius medietas. ergo eſt in duplo calidius eius medietate, quod eſt contra caſum. Reſpondetur ad primum, negando conſequentiam, quia vniformæ non dicitur, cuius quæuis pars habet tantam caliditatem ſicut totũ ſed cuius quæuis pars eſt eque intenſe calida ſicut totum. vniformitas enim attenditur penes intenſionem qualitatis, & non penes extenſionem. modo in toto licet ſit dupla caliditas extenſiue ad caliditatem medietatis, non eſt tamen dupla intenſiue, & per idem patet ad ſecundum. quia non ſequitur, habet maiorem caliditatem. ergo eſt calidius, ſed oportet dicere intenſiorem. Sed replicatur. prædicta caliditas, totius non eſt dupla intenſiue ad caliditatem medietatis, ergo non eſt dupla dicitur negando conſequentiam, ſuppoſita enim equali intenſione. dupla dicetur ab extenſione, & non ab intenſione, ſicut in ſimili non ſequitur capto quadrato medietas eius eſt equaliter lata ſicut totum, & ſic totum non eſt duplum ad medietatem ſuã in latitudine, & tamen hoc non eſt obſtante duplum eſt ad eam. Secunda concluſio, ſi caliditas talis corporis poneretur in ſua medietate ipſa fieret in duplo intenſior, & ſi in ſua tertia, in triplo, & in quarta in quadruplo, & ſic in infinitum. probatur. ſi caliditas totius, eſſe in medietate ſubiecti ad immaginationem, in qualibet parte materiæ eſſent in duplo plures, gradus equales quàm nunc, ergo eſſet in duplo intenſior, conſequentia tenet, & antecedens per præcedentem concluſionem. quia gradus in ſecunda medietate ſunt tot & equales, ſicut in prima, & ponerentur in eadẽ materia, in qua ſunt gradus primæ medietatis. eodem modo probatur ꝙ eſſet tripla ſi eſſet in tertia, & ſic deinceps.

Tertia cõcluſio. ſequitur ꝙ ſi illa caliditas poneretur in puncto quantumcunq; ipſa eſſet parua ipſa redderet punctum infinitæ calidum. probatur, quia in medietate reddit in duplo calidum, & in tertia in triplo calidũ, & ſic deinceps. ergo oĩ extenſione ablata poſita in ſubiecto indiuiſibili ipſa redderet illud ſubiectũ infinite calidũ. conſequentia tenet, & añs patet per præcedentem concluſionem. Sed peteres tu. vtrum hæc qualitas erit infinita. dico prout mihi videtur ꝙ ſic. in intentione cuius ratio eſt. quia ibi ſunt omnes gradus ſimul per immaginationem qui erat ante in omnibus partibus proportionabilibus corporis calidi extenſi, ſed tales erant infinities decem. ſuppoſito quòd quælibet pars fuit calida vt decem, ergo continent infinities decem gradus, quorum quilibet eſt eque intenſus, ſicut alter. erit ergo tota infinitæ intenſionis. Secundo dico, quòd ſequeretur eandem qualitatem eſſe finitã, quod probatur. quia non eſt maior quàm fuit ante, & ante fuit finita. ergo eſt finita, & fortius, quia aliqua poteſt eſſe intenſior, ea ergo eſſe infinita. conſequentia tenet. quia ſi eſſet infinita, nulla eſſet ea intenſior, & quòd ea poteſt eſſe intenſior. patet quia ipſa fuit dupla ad eam, quæ fuit in medietate. per concluſionem primam. ergo in medietate eius reſpectu ipſius in eodem ſubiecto exiſtente eſt ſubduple intenſionis. ergo medietas eſt finita. ergo totum eſt finitum. conſequentia tenet, quia dato quòd medietas ſit infinita, ſequitur quòd ſit eque intenſa, ſicut totum. ergo non erit ſubduple intenſionis reſpectu totius. Et ex alio patet idem antecedens. quia ſi corpori priori in quo fuit illa caliditas vniformis fuiſſet addita alia equalis quantitas eque calida vniformiter, ſicut illud còrpus illa aggregata cum illa reſpectu prioris fuiſſet dupla ergo illa reſpectu iſtius aggregate, cum illa in puncto ſimul eſſent ſupdule intenſionis. ergo illa ſolum eſt finitæ intenſionis. conſequentia tenet, & antecedens patet, quia illa aggregata in puncto continuaſſet illam & tantam aliam. ergo fuiſſet dupla ad illam per diffinitionem dupli. Et ex hoc tertio dico, quòd ſimpliciter implicat contradictionem aliquam qualitatem quantumcunque remiſſam eandem, aut equalem, eſſe in puncto indiuiſibili, quæ prius fuit in ſubiecto diuiſibili, patet. quia ſequitur eam fore infinitę intenſam, & finitæ intenſam, quod implicat quòd ſequatur patet ex prædictis. Quarta concluſio. impoſsibile eſt aliquam huiuſmodi caliditatem, eſſe in infinitum remiſſam. probatur ſic. ſicut ſe habet paruum in quantitate, ita ſa habet remiſſum in qualitate, ſed impoſsibile eſt aliquam quantitatem eſſe in infinitum paruam. ergo impoſsibile eſt aliquam qualitatem eſſe in infinitum remiſſam. maior patet conuenienti ſimlitudine, & minor patet quia omnis quantitas eſt maior, ſua medietate. ergo nulla eſt in infinitum parua. Secundo. omnis caliditas eſt alicuius virtutis, ſed caliditas in infinitum remiſſa non eſt alicuius virtutis, ergo nulla caliditas eſt in infinitum remiſſa. conſequentia tenet maior nota eſt inductiue, ex eo quòd omni caliditas de ſui natura eſt forma, & ex conſequenti alicuius virtutis. minor patet. quia talis nec poſſet reſiſtere nec agere, cum omnis actio eius eſt certe intenſionis. ſimiliter & reſiſtentia. modo in infinitum remiſſum nullam habet intenſionem. Tertio ſi talis qualitas eſſet ipſa haberet ſe ad qualitatem, ſicut punctus ad quantitatem. modo punctus non eſt q̃titas. quare nec ipſa eſſet qualitas. conſequẽtia nota. maior patet directa ſimilitudine. nam ſi quantitas in infinitum diminuatur reducitur ad punctũ, ſic ſi qualitas in infinitum remittitur, per aduerſarium reducitur ad talem qualitatẽ. minor, nota eſt. Quinta concluſio eſt illa. quòd ſi aliqua qualitas poteſt agere ad aliquam diſtantiam circa ſe, medietas eius non ſufficit agere ad tantam diſtantiam ſeorſum capta & hoc patet per experientiam. nam experientia docet quòd extenſio iuuat ad actionem, vt eſto quòd medietas ignis ſit eque intenſa, ſicut totus ignis, non tamen ad tantam diſtantiam calefacit, ſicut totus ignis. Secundo. dato oppoſito concluſionis. ergo medietas viſibilis per ſe accepta põt ita in-

tenſe

tense & remote multiplicare suas species, sicut totum visibile, & ex consequenti ita remote posset videri, cuius oppositum experimur, & tenet consequentia de se
Tex.c.42 patet etiam tertio. auctoritatibus tertio physic. & in primo cœli. vbi supponit, & probat quòd in maiori
Tex.c.47 corpore est maior virtus. Item auctoritate Linconiensis in tractatu de radijs dicit, quòd multiplicatio virtutis fit per triangulum, cuius basis est quantitas, ergo quanto basis maior tanto, triangulus maior, & latera habẽs longiora. ergo tãto fit actio remotius. Sed contra diceret aliquis, tantum infrigidat parua quantitas aque maris digitum impositũ, sicut totũ mare. ergo conclusio non est vera consequentia tenet, & antecedẽs patet per experientiam. Ad illud dicitur quòd verũ stat esse ꝙ argumentũ concludit, quia forte totum mare non agit in digitũ. modo debet intelligi conclusio de agente actionẽ suam



ſm se totum producentem. Correlarie sequitur ꝙ cuiuslibet agentis in suũ passum est proportio in magnitudine patet quia ſm maiorem magnitudinẽ fortius & remotius agit. Sexta cõclusio nullũ indiuisibile põt esse qualificatum finite vt punctus. probatur, vel haberet qualitatem in infinitum remissam vel qualitatem finitam, non remissam in infinitum, non põt dici primum per conclusionẽ quartam, nec potest dici secundũ. quia si sic ipsa esset comparabilis qualitati simili existenti in materia diuisibili & ex consequẽti si respectu vnius qualitatis existentis in materia diuisibili, talis esset maior respectu partis cui esset equalis ergo redderet punctum infinite qualificatum illa qualitate per tertiam conclusionem, & ex alio sequitur illam caliditatem esse finitã & infinitam, vt in processu eiusdem cõclusionis est probatum. Secundo si totum est calidum vniformiter, tunc non potest ad tantam distantiam agere pars sicut totum per conclusionem quintam ergo si in infinitũ diminuatur pars ad nullam distantiam potest agere. ergo punctus non potest agere ad aliquam distantiam. consequentiæ notæ sunt, eo ꝙ punctus nullam habet quantitatem, & vltra. ergo si punctus sit qualis qualitate ille non poterit esse alicuius actiuitatis, & sic est in infinitum debilis, cuius oppositum dicit quarta conclusio. Tertio si punctus habet sic aliquem finitum calorem, sequitur ꝙ corpus calidum vniformiter calidũ erit infinite calefactum. consequens est falsum. probatur consequentia, quia cum punctus habeat virtutem calefactiuam, & in quolibet corpore paruo, infinita sunt puncta, sequitur quòd ipsum habet infinitas virtutes calefactiuas, quarum qualibet est tanta, sicut certa data. ergo habebit infinitam virtutem calefactiuam consequentię sunt notæ, & antecedens similiter. sed falsitas primi consequentis est manifesta, quia nulla est virtus calefactiua infinita, consimiliter potest argui de corpore difformiter calido. Quarto sic punctus non habet virtutem calefactiuam. ergo non est calidus. consequẽtia, tenet quia oẽ calidum habet virtutẽ calefactiuã, & ãns declaratur per correlarium quintæ conclusionis, quia cuiuslibet agentis ad passum est proportio in magnitudine, modo nulla est proportio pũcti ad aliquod passum in magnitudine. Sed contra diceret quis nũꝗ punctus potest calefacere punctum, quia habet sufficiẽtem proportionem, eo ꝙ vnum non est maius nec minus altero. Dicitur ꝙ non nam si punctus ageret in punctum, vel vnus esset alteri immediatus, & hoc nõ est possibile, quia puncta non possunt esse sibijnuicem proxima sexto physi. vel mediatus, & ex consequenti magnitudo diuisibilis mediaret. ergo punctus agendo in punctum ageret in magnitudinem diuisibilem mediam, quod probatum est esse impossibile. Correlariæ sequitur, quòd linea non est qualis finite in intẽsione, nec etiam superficies, & probatur rationibus cõsimilibus. Et sic habetur primum principale.

Quantum ad secundũ arti. ponitur ab aliquibus prima conclusio talis. quòd qualitas intensa, minus passum sufficit alterare, si eadem fuerit minus extensa exemplariter caliditas alicuius totius dati, si fuerit in subiecto minus extenso in duplo ad minorem distantiam sufficit agere, & minus spatium alterare. probatur. sic quia si tota erit in medietate subiecti, erit in duplo intensior, quare sequitur quòd prope se sufficeret in duplo intensius alterare, ergo si cum posset ad tantam distantiam sequeretur, quòd dupla est ad virtutem prius existentem, eo quòd duplum effectum potest producere, & eque extensum. Secundo probant eã sic. capiatur a, lucidum qđ fiat in duplo minus, & ex consequenti retenta eadẽ virtute q̃tum ad extensionẽ fit intensius, quia sub minori, extensione est lumẽ totũ qđ erat ante sub maiore. quæritur. ergo vtrũ ad tãtam distantiam possit illuminare sicut ante, & si sic sequitur quòd pari ratione poterit si fiet in quadruplo minus, aut in octuplo, aut millecuplo, & sic in infinitum, ergo quantitas quantumcunque diminueretur posset videri, quòd non est verum, vel non poterit agere ad tantam distantiam, & sic habetur propositum. Confirmatur sic, quia si potest ad tantam distantiam illuminare, sequitur quòd potest fieri visio, sub angulo quantumcunq; paruo consequens est contra perspectiuos, & probatur consequentia, quia si ad tantam distantiam illuminat non est dubium, quòd nõ remissius illuminat, cum virtus sit vnita, sequitur quòd adhuc poterit videri sicut ante ergo eadem ratione, si adhuc fiat in quantitate in duplo minore, & sic in infinitum, cum ergo certum sit quòd proportionabiliter secundum diuisionem quantitatis diuiditur angulus. ergo res poterit videri sub augulo quantumcunque paruo. quòd fuit probandum. Inferunt correlariæ, quòd illa consequentia non valet illæ virtutes sunt æquales, ergo ad æqualem distantiam possunt agere. patet ex conclusione, quia virtus quæ est in subiecto in duplo minori non potest ad tantam distantiam agere, sicut eadem potest quando est in subiecto magis extensa, & tamen est equales virtus, immo eadem. Sed instaret quis dicendo quando virtus est in subiecto minori est magis vnita, ergo est fortior, & vltra, ergo ad maiorem distantiam potest agere. Respondent quòd verum est eam esse fortiorem in agendo prope, sed in agendo distanter a se non. immo licet prope se multum agit fortius, tamen non sufficit ita distanter agere, sicut ante egit. Attendendum est ad istam conclusionem quòd est probabilis, sed non video eius de necessitatem, immo probabiliter posset dici oppositum, quia cum virtus eadem sit in materia densiori specialiter in qualitatibus primis videtur ꝙ ipsa possit remotius agere, ꝗ cum est in materia dispersa, cuius ratio est quia in quemcunq; punctum, in quo ante egit potest agere actione maiori. ergo remotius sufficit agere. consequentia est nota. & ãns declaratur, quia virtus vnita est fortior seipsa dispersa, vt concedit hæc opinio dato ergo puncto ad quem virtus egerit in ma-

teria magis extenso à puncto medio virtutis, venit ad eum radius actiuus. ergo cum per vnionē punctus medius virtutis fiat fortior, & radius eius p consequēs fortior, sequitur q punctus medius post potest in ipsum agere sicut ante. Et ideo videtur quòd cōclusio huic opposita potest probabiliter sustineri se fondando super hoc quòd licet per vnionem ab aliquibus punctis fiat maior distantia agentis, tamen virtus actiua proportionabiliter, aut vltra fit maior, ergo ad quamcunque, distantiam poterit agere virtus dispersa, poterit agere, & virtus vnita. Et confirmatur quia certū est (vt isti cōcedunt) q si fiat virtus in materia subduple intensionis, ipsa fit in duplo fortior, & certum est, quòd nō fit dupla distantia respectu puncti cuiuslibet in quem ante egit ergo non maioratur tātum distantia, quin tantum intendatur virtus secundum illam opinionem, ergo cū conseruata eadem proportione ad equalem distantiam potest fieri actio, sequitur q virtus postq̄ fuerit vnita ad tantum potest agere, cum ipsa fuerit in materia maiori, & dispersa, & per illud omnia motiua eorum possunt solui. Ad primum vno modo concederetur, q non esset inconueniens, virtutem sic positam in materia in duplo maiori duplum effectum posse producere ad illum, quem ante poterat. Aliter dicitur quòd suppositum non est verum, puta quòd virtus, in materia in duplo minori posita potest prope se duplum effectum producere, hoc enim non est necesse, probatio, quia per eas virtus fit dupla præcise. ponatur ergo quòd prima mouit à proportione trium ad vnum, & in materia in duplo minori posita fit sicut sex ad tria tunc constat cum velocitas motus atttendatur penes proportionem potentiarum mouentium ad suas resistentias, vt supponitur ex septimo physic. & proportio sex ad vnum non est dupla ad proportionem triū ad vnum quòd sex non in duplo velocius alterabit vnum, quàm tria alterabant ipsum. ergo suppositum est falsum scilicet, quòd virtus in materia in duplo den[...] moueret in duplo velocius, consequentia est no[...] [...] omnia antecedentia, & partes ipsorum præterq̄ [...]oportio sex ad vnum non est dupla ad proportio[...]em trium ad vnum, sunt manifesta. Et hoc faciliter patet, quia trium ad vnum est proportio tripla, modo sex ad vnum duplat triplex. quia continet duas triplas, vt notum est immo proportio nouem ad vnum primo esset dupla triple, eo quòd primo continet duas triplas, & illa est fortior solummodo quàm prima.

Ad secundum dicitur. ad visionem non solum agit visibile, sed etiam magnitudo eius, eo quod est actio spiritualis, & non realis. Et ideo bene concludit ratio quòd non. ad quamcunque distantiam virtus vnita agit sicut extensa, sed secus est de actione reali qualitatum contrariarum. Aliter dicitur q si possibile esset fieri tantam continue virtutem intensiorem, sic q̄d in subiecto in duplo minori semper esset virtus in duplo intensior, non esset possibile quòd lucidum seruata equali luce, & semper in duplo diminuto subiecto facta intensione in duplo maiore fieret, ita paruum quin videretur, sed quòd aliquando aliquod lucidum propter paruitatem non videretur. Et ratio, quia non proportionabiliter sicut ipsum est diminutum sua lux est facta intensior. Ad tertium dicitur, quòd non est inconueniens visionem fieri sub angulo quantumcunque paruo. dum tamen visibile sufficientis fuerit intensionis, sic quòd sub illo angulo sufficienter possit manere modo in casu visibile manet semper sufficiētis virtutis, esto enim quòd in quantitate diuiditur, in qualitate proportionabiliter maioratur, & intenditur, quare manet eiusdem virtutis motiue, respectu visus patientis quare stante illa maioratione virtutis proportionabilis quantumcunq; diminuatur angulus visibile

poterit videri, quòd autem perspectiui dicunt intelligūt de virtute, non sic proportionabiliter in intensione augmentata, & ideo non est ad propositum, & ideo sic satis patet, quòd in illa conclusione quælibet pars est probabilis, quare dicat quiuis quod sibi placet. Tunc sit secunda conclusio scd̄m tenentes conclusionē primā q per diminutionē subiecti, & per conformem intensionē qualitatis aliq̄n potest qualitas solum agere in minus subiectum in duplo probatur experiētia. nam per diminutionem subiecti in minus potest ergo possit esse tanta diminutio quòd solum ad subduplam distantiam posset. ergo conclusio vera. Correlariæ sequitur, q si agens in infinitum diminueretur, & virtus proportionabiliter intenderetur tandem sufficeret solum agere in infinitum paruum passum, patet ex quo tandem ad supduplum, & tandem ad quadruplum, & sic in infinitum minus posset. Ex his infertur tertia conclusio responsalis huius arti. q impossibile est punctum esse quale in infinitum intensiue. probatur quia vel esset infinitæ qualis qualitate simpliciter infinita, & hoc non quia nulla potest esse talis tertio physi. vel qualitate finita, & hoc non quia si qualitas finita in punctum poneretur, nullius esset actiuitatis vel virtutis, eo quòd in minori subiecto semper minus potest, quare si in non quanto poneretur ex correlario pręcedentis cōclusionis simpliciter nihil posset. ergo cum omnis qualitas sit alicuius virtutis in puncto nullius virtutis esset, sequitur quod nulla potest esse in puncto. Secundo si sic infinito daretur maius. antecedens est falsum, & probatur consequentia, quia per te punctus est infinitæ calidus caliditate finita, & non est dubium quin esset magis calidus si dupla caliditas in ipso introducta fuisset. ergo infinitæ calidum posset esse magis calidum. Et sic sequitur tertio quòd vnum infinitum erit comparabile, alteri, immo erit vnum duplum alteri, puta si dupla caliditas in puncto introducatur. Quarto oportet eos concedere, eo quòd esset infinitæ calidum vel quòd nihil ageret, vel q subito ageret, & vtrunque est inconueniens. Quinto si sic, in puncto esset grauitas oporteret punctum in infinitum velociter descendere, & sic subito moueretur quod implicat, & tenet consequentia, quia per quamlibet paruam grauitatem esset in infinitum graue ergo in infinitum velociter diuideret medium finitæ resistentiæ. quare ita in infinitum velociter descendit, sed quia hæc conclusio est vera, quis quæreret quomodo eam probaret illę qui conclusionem primam & secundam huius articuli non concederet. Dicitur q probant eam in omnibus rationibus præter primam, & loco primæ capiatur illa, implicat qualitatem simpliciter infinitam esse, vel etiam finitam esse in puncto. ergo punctus non potest essa infinitæ qualis. antecedens patet pro prima parte, ergo & pro secunda parte patet per prædicta in primo articulo, eo q qualitas, finita in puncto, vel esset in infinitum remissa, quòd non est possibile, vel esset alicui alteri qualitati equalis, & sic sequitur eam esse infinitæ intensionis, & finitæ simul quod implicat, & sic habetur propositum. Et hæc sint dicta de secundo arti.

Quantum ad tertium arti. sit prima cōclusio hęc. Indiuisibile non pōt alterare nec agere, quia si alterare & agere potest, hoc est quia est quale. modo oppositū est ante probatum. Secundo. quia si posset agere, sentiri posset, oppositū dicit Philosophus in de sensu & sensato, & tenet consequētia, quia huiusmodi qualitates dn̄r sensibiles, quia sentiri possunt, & si ageret per eas non sentiretur. Tertio vel alteraret corpus, & hoc non quia agens & passum debēt esse eiusdem generis. i. cōsimilis subiecti Philosophus in isto primo. c. de actione, modo diuisibile & indiuisibile nō sunt eiusdē generis subiecti. Tex.

Confirmatur ex primo articulo, quia inter quātitates

tes agentis, & passi debet esse proportio modo inter diuisibile & indiuisibile nulla est proportio, ergo non potest agere in corpus, vel ageret in punctum, & hoc non, quia oportet ꝙ supra quemlibet punctum quiesceret, ergo dum moueretur in nihil ageret, eo ꝙ tunc super nullum punctum quiescit, & tamen agens naturale ita agit q̃n mouetur, sicut q̃n quiescit, & probatur consequentia, quia in instanti nihil agit, ergo si agit in punctum quiescit. Quarto vel ageret infinite finita velocitate, & si sic, non agit, vel infinita, & hoc non quia nihil est infinite quale, ergo tunc finita velocitate non potest agere, vel finite, & si sic nullam habet qualitatem, vt in primo arti. est probatum, quare nõ aget.

Secunda conclusio puncto nõ potest alterari. probatur, quia non potest esse qualis, ergo non potest alterari. consequẽtia tenet, eo ꝙ terminus alterationis est qualitas, ãns patet ex primo probatis. Secundo punctus non põt alleuiari, ergo non põt calefieri consequentia tenet, quia ad caliditatẽ sequitur leuitas, & ãns patet quia si posset alleuiari posset per se moueri sursum, cõsequẽs
Tex.c.86 est contra Philosophũ 6. phy. Tertio ad calefactionẽ sequitur rarefactio secundo huius, & punctus non põt rarefieri ergo nec calefieri. Quarto si punctus potest
Tex.c.25 alterari vel alteraretur à diuisibili, vel ab indiuisibili, nõ a diuisibili, quia differt ab eo genere materiali subiecto & ex alijs quia diuisibile non agit nisi propter assimilare sibi passum, modo passum indiuisibile diuisibili nõ potest assimilari, cum assimilatio finalis agentis est assimilatio substantialis, modo ex puncto nulla forma substantialis potest generari, nec ab indiuisibili, quia indiuisibile non habet potẽtiam alterandi nisi in immediatum modo. indiuisibile indiuisibili non potest esse immediatum.

Ad rationes principales. Ad primam dicitur cõcedendo ꝙ indiuisibile potest moueri localiter de per accidens ad motum subiecti, & nego cõsequentiã ergo põt alterari & ratio dissimilitudinis est, quia non oportet ꝙ illud quod mouetur localiter de per accidẽs habeat motum localem in se q̃d autem alteratur de necessitate habet in se qualitates. Ad secundum dr̃ ꝙ de alteratione animę intellectiue nihil ad præsens, quia non intelligitur quęstio de huiusmodi indiuisibili, aut huiusmodi alteratione. Ad tertiũ negetur ãns. ꝙ superficies põt alterari. Ad probationem dr̃ quòd superficies non est proprie alba, nec nigra, sed eius subiectum, & illud nõ est albũ, nisi ſm profunditatem sit album. Et ad Philosophum in prædicamento quantitatis qui dicit ꝙ quanta superficies fuerit tm̃ album esse dices, dr̃ ꝙ intellexit de subiecto superficiei nõ indiuisibili, sed diuisibili, & ideo nihil ad præsens. Ad quarta negetur cõsequentia qua infertur ꝙ nihil esset vniformiter calidum. Ad probationem dicitur. ꝙ tales descriptiones vniformiter calidi non dicunt quòd quælibet punctus debet esse calidus in re, sed sufficit ꝙ ſc̃dm immaginationẽ, sicut loquuntur mathematici. Ad quintum negetur antecedens, ꝙ superficies indiuisibilis secundum profunditatem potest videri. Ad probationem dicitur ꝙ nullum est corpus, ita opacum aut densum, quin aliqualiter in profundum videtur, & ideo suppositũ rationis est falsum.

Ad sextum dicitur. ꝙ radij reflexi à speculo cõcauo non congregãtur in puncto simpliciter indiuisibili, sed mathematici intelligunt ꝙ congregantur in parua parte diuisibili, quæ vocatur centrum, respectu huius speculi concaui, & ideo ratio non procedit. Ad septimum conceditur, quòd latitudo vniformiter difformis secundum rem non correspõdet suo gradui medio, sed tales descriptiones dantur solum secundum immaginationem, vt prius dicebatur. Ratio post oppositum est pro secunda conclusione tertij articuli. Et hæc de quæstione.

Hic quidem videtur sermo quærere, & cætera.
Tex. cõm. 83. Quæstio XXI.

QVæritur vigesimo primo. Vtrum formæ substantiales elemẽtorum possint intendi & remitti. Et arguitur quòd sic, quia formæ verorũ cõtrariorum possunt intendi & remitti, & illæ formæ sunt veræ contrariæ ergo possunt intendi vel remitti. maior patet, quia est conditio contrariorum, etiam patet inducendo in omnibus contrarijs, & minor declaratur, quia eis competit diffinitio cõtrariorum quia mutuo expellũt se circa idẽ subiectum, & eidẽ subiecto vicissim insunt, puta circa materia primã, & eidẽ materiæ primę vicissim insunt. Confirmatur q̃a vnum elementũ realiter corrũpitur ab alio ergo vnũ est cõtrariũ alteri consequẽtia tenet quia oĩs corruptio fit à contra- Tex.c.8.
rio, & ãns est Philosophi secundo huius. Cõfirmatur & 24.
tertio auctoritate Aris. secũdo huius dicẽtis, ꝙ ignis cõ Tex.c.24
trariatur aque, & aer terrę. Secũdo oĩs acquisitio formę successiua fit ratione intẽsionis, & remissionis illius formę, sed acquisitio formę elemẽti est successiua. ergo formę ipsorũ realiter intẽduntur & remittũtur. maior patet, quia non videtur alia causa successionis nisi intensio gradualis, minorem docet experientia in generatione ignis, ex lignis. Tertio nisi, sequeretur ꝙ esset elementũ simplex, cuius qualitates essent remisse. s. in quo starent simul caliditas, & frigiditas remisse, consequens est inconueniens eo ꝙ qualitates contrariæ non p̃nt cõ-
binari. secundo huius c, tertia, & tenet consequẽtia quia Tex.c.16
per aduersarium q̃n qualitates remittuntur non remittuntur, immo forte formæ manent simplices. Quarto
Commentator dicit 8. physi. & quarto cœli ꝙ generãs Cõm32.
tantum dat de loco quantum dat de forma, sed tantum Cõm.22
dat de loco, quantum dat de grauitate, ergo confor- &.25.
miter intenduntur & producuntur formæ substãtiales grauis, & grauitas, sed certum est ꝙ grauitas producitur successiue cum intensione graduali, ergo etiam, forma grauis producitur successiue & cum intensione.

Quinto proprie passiones elementorum intenduntur, ergo & forma, consequentia tenet, quia proprie passiones sequuntur formam, vnde videtur quòd si risibile susciperet magis & minus forma hominis susciperet idem antecedens patet per experientiam, quia grauitas leuitas & caliditas quæ videntur proprie passiones earum intenduntur & remittuntur. Sexto vel q̃n grauitas terræ remittitur etiam remittitur forma terræ, & sic habetur propositũ, vel nõ, & ex consequenti
manet simplex, ergo graue simplex põt moueri in va- Tex.c.71
cuo consequẽs est contra phylosophũ 4. physi. & tenet consequentia, quia grauitate remissa iã est resistentia intrinseca. per quam posset moueri, sed tm̃ adhuc est graue simplex, & non remissum per aduersarium. Septimo ex elementis fit verum mixtũ, ergo formę elemẽto-
rum remittuntur, ãns est philosophi, secũdo huius. c. 7. Tex.c.49
& tenet consequentia, quia sicut ex qualitatibus extremis nõ fit qualitas media sine remissione ipsarũ, vt ex saporibus dulcedine & amaritudine, coloribus albedine & nigredine non fit qualitas media nisi remittatur, vt dicit Commen. 5. physi. & tertio cœli. Similiter ex elementis non potest forma mixti medij generari, nisi remittantur & ad medium refrangantur. Octauo ar-
guitur ad idẽ auctoritate Commentatoris tertio cœli. Tex.c.67
vbi expresse dicit, ꝙ formæ elementorum suscipiunt magis, & minus.

In oppositum arguitur. Nulla substantia suscipit magis & minus formę elemẽtorũ sunt substãtię ergo, &c. maior est Philosophi in prædicamentis, & etiam Com
mentatoris quinto phy. vbi determinat quòd substan Cõm.10
tiæ non sunt contrariæ ſm formas contra Alexandrũ, sed solum ſm qualitates, & minor patet de se. Con-

firmatur, quia si sic tunc ad substãtiam esset motus proprię dictus, consequens est contra Arist. quinto physi. & probatur consequentia ex quo formæ elementorũ, sunt propriæ contrariæ, & sunt substantia vnde in isto, prædicamento est per se motus, in quo est per se contrarietas, sed in prædicamento substantiæ est per se contrarietas, vt dicit opinio aduersa ergo in eo est proprie motus, maior patet 5. physi. c. tertio, & consequentia nota est de se.

In ista quæstione erunt tres articuli. In primo recitabitur opinio Commentato. cum suis motiuis, Secũdo alia opinio probabilis ponetur primæ contraria. Et tertio respondebitur ad motiua Commentatoris simulq; soluentur rationes principales.

Com. 67 Quantum ad primum articulum primo nota, quòd Commentator tertio cœli, supponit ꝙ nulla forma substantialis perfecta intenditur vel remittitur vocat. autẽ formas perfectas substantiales formas mixtorum hanc conclusionem dicit intellexisse Philosophum in prædimentis, & nullam aliam cum dicit substantiam non suscipere magis & minus. Secũdo supponit Commentator, quòd formæ accidentales intenduntur & remittuntur, sicut albedo & nigredo, & non dant esse simpliciter sicut substantiales. Ex quo dicit tertio ꝙ formę elementales sunt quasi mediæ inter substantiales & accidentales, & partim conuenientes cum formis accidẽtalibus, cum substantialibus in hoc quòd dant esse simpliciter, quod non faciunt accidentales, & conueniunt cum accidentalibus in hoc quòd suscipiunt magis, & minus in sua essentia, sicut ipse quod non faciunt perfectæ formæ substantiales, quibus præmissis ipse ponit conclusionem responsalem hanc, ꝙ formæ elementorũ intenduntur, & remittuntur. Probatur sic primo aut

3. c. 67 elemeata non manent in mixto, & si sic, tunc sequitur ꝙ mixta non sunt mixta, sed eque simplicia sicut elemẽta, aut manent, & si sic, quæritur an manent formis suis non remissis, sed in esse perfecte remanentibus, & si sic, tunc mixtum non habebit vnam formam simplicem, sed multas, immo quod plus est, sequitur quòd in eo est verę ignis aer & cętera elementa quod est inconueniens, vel manent in mixto non in suo perfecto esse, sed ad medium temperamentum quodammodo redacta, & si sic tunc intenduntur & remittuntur, & sic habetur propositum. Secunda ratio est ad idem ostendendum qualitates elementorum intẽduntur & remittuntur, ergo & formæ ipsorum antecedens est notum, & consequentia declaratur sic, quia si forma ignis põt remanere perfecta remissa sua caliditate in vno gradu, pari ratione potest manere secundo gradu remisso tertio & quarto, & sic de alijs, & sic consequenter stabit forma ignis perfecta sine aliqua caliditate, quod non est dicendum, & probatur consequentia illata, quia omnes caliditates sunt eiusdem rationis & speciei naturæ. ergo qua ratione forma manet perfecta vno gradu earum remissio manebit perfecta quolibet alio remisso.

3. c. 67 Vnde dicit Commentator, quòd quo ad hic idem iudicium est de toto, & de parte. Deinde potest probari conclusio alijs rationibus. Primo sic, quia nisi ignis substantialiter remitteretur proportionabiliter, sicut remittitur sua caliditas, sequeretur ꝙ ignis perfectus posset frigefacere, cõsequens, non concederetur, quia ignis de natura sua habet calefacere, & probatur consequentia. quia ignis perfectus manet introducta aliquali frigiditate, & remissa caliditate. ergo, &c. & consequentia tenet, quia non est ratio quare per frigiditatem introductam non posset frigefacere. Secundo sequitur ꝙ aliquod leue simplex non esset leue simplex. hoc implicat. probatur consequentia, quia cum remittitur leuitas ignis, vel remittitur forma eius, & si sic habetur propositum, vel non remittitnr, & si sic. tunc manet leue simplex sicut ante, & cum leuitas eius remissa est, ergo non manet leue simplex. ergo leue simplex est nõ leue simplex propter illam remissionem leuitatis.

Tertio arguitur sic frigiditas aque remittitur ergo forma substantialis aque remittitur simul antecedẽs est notum, & probatur consequentia, quia non habemus notitiam substantiarum nisi per accidentia, & specialiter, propria, ergo cum sciemus accidentia esse remissa, dicemus idem de forma substantiali quæ per accidentia cognoscitur. Et confirmatur, quia forma est causa suarum qualitatum conseruatiua vt notum, est ergo remissa qualitate dicetur forma remitti, & tenet cõsequentia, quia remissio in effectu arguit remissionem in causa:

Quarto aqua tepida est verum mixtum, ergo forma sua est remissa consequentia tenet, quia aliter non deberet dici verum mixtum antecedens probatur quia nos nõ possumus arguere aliquid esse verum mixtum nisi suæ qualitates sint mixte cum aque ergo tepide qualitates sint veræ mixte, ipsa dicetur veræ mixta. Quinto quia cum aqua generabitur ex igne certum est quòd forma ignis corrumpitur antequam tota latitudo caliditatis corrumpatur, quæritur ergo vtrum sit dare maximam caliditatem. sub qua ignis in esse perfecto põt manere, vel maximam sub qua non potest manere, vel minimam sub qua potest, vel minimam sub qua non potest, nullum modorum potest dici ergo oportet formam ignis, intendi & remitti cum qualitatibus consequentia tenet, & antecedẽs pro prima parte patet quia cum ignis sub aliquali caliditate potest manere, non sub qualibet, oportet dici vnum quatuor membrorũ, diuisionis. minor declaratur non enim potest dici primum quòd sit dare maximam sub qua potest, quia tũc sub nulla maiori posset, quod non est conueniens, cum quantumcunq; intẽsa seu maior fuerit caliditas ipsa est, conueniens igni nec potest dici secundum quòd sit dare maximam sub qua non potest, quia tunc sub illa nõ posset, & sub qualibet maiori posset, modo illud est impossibile, quia si sub illa non potest, quæritur an sit citra medium latitudinis totius caliditatis, vel ipsummet medium, vel vltra medium, non potest dici primũ nec secundum, quia sic ignis posset manere quousque esset medium latitudinis sue caliditatis corruptum, & ex cõsequenti posset esse grauis, quòd non est possibile, & tenet consequentia, nam quia caliditas modico intensior quàm sit medium latitudinis non potest facere actu leue vt patet in corporibus animalium, vbi est plus quã medium latitudinis caliditatis, & tamen sunt actu grauia, nec potest dici tertium. quòd sit vltra medium latitudinis, quia exquo sub isto gradu nõ potest stare ignis stabit ergo cum aqua, cum immediate positum sit ignẽ econtra generari ex aqua, & ex consequenti aqua generabitur sub dispositione qualitatiua actu calida, ex quo hic generatur aqua, & latitudo caliditatis est maior quã frigiditatis, hoc videtur impossibile eo quòd aqua à natura est frigida & humida, immo dispositio qualitatiua actu calida est sibi disconueniens, conuenientior aeri ꝙ sibi, quare magis ibi deberet generari aer quàm aqua. Nec potest dici tertium primæ diuisionis quòd sit dare minimam, sub qua põt quia tunc sub ista posset, & sub nulla minori, quod falsum est, quia sequitur potest sub illo, ergo potest sub minori, aliter si continue remitteretur illa caliditas, instans in quo esset illa caliditas esset vltimum esse ignis, & sic esset dare vltimum rei permanentis in esse quod non conceditur. Quartum manifestę nõ potest dici, scilicet quòd sit dare minimam sub qua non potest: quia si sic, tunc sub illa non posset, & sub qualibet minori posset, quod nõ est possibile, quia si sub illa non potest tũc, & sub minori non poterit, cũ minus potest stare ignis sub caliditate minus intensa, ꝙ sub caliditate magis intensa, sic ergo videtur ꝙ nullum modo-

modorum antecedẽtis potest dici, quod fuit minor declaranda. His rationibus videtur probari ꝙ formæ elementorum possunt intendi & remitti, & sunt rationes bene probabiles, & similiter opinio est subtilis cui placet ipsam sustinere, licet aliam opinionem postea ponendam credam veriorem.

Quantum ad secundum articulum sit prima suppositio hæc. Impossibile est idem esse diuersarũ specierum de prædicamento substantię vt idem esse equum & bouem, ignem & aerem. probatur, quia si sic, sequeretur ꝙ idem differret à seipso specie. consequens est impossibile, eo ꝙ nihil differt à se, & tenet consequẽtia, quia indiuiduum vnius speciei differt specie à quolibet indiuiduo alterius speciei prædicamenti substantię. si ergo idẽ esset de duabus speciebus substantiæ idem differret à se specie. Argueretur. n. sic sillogistice. si idem esset ignis & aqua, omnis ignis differt specie ab aqua. hoc illo demostrato est ignis. ergo differt specie ab aqua, & ipsum met est aqua. ergo differt specie à seipso, & patet maior, eo ꝙ ignis & aqua sunt duę species specialissime prædicamenti substantiæ, & supponitur ad præsens. Secunda suppositio est. Omnis forma ignis dat esse igni simpliciter. omnis forma aque dat esse aque actu. patet ꝑ diffinitionem formæ. forma. n. est quæ dat esse rei. vnde forma substantialis dat esse actu. Et si diceretur ꝙ forma ignis non daret esse igni tantum esset dicere, sicut forma ignis non esset forma ignis, si. n. est forma ignis sequitur ꝙ illa dat esse illi igni. Tertio supponitur ꝙ si formæ elementorum intenduntur, & remittuntur ꝙ proportionabiliter remittuntur, sicut remittitur latitudo ipsorum qualitatiua, aut saltem vna suarum qualitatum, & proportionabiliter intenduntur sicut intẽditur proportio qualitatiua eis conueniens, patet per fundantes illam opinionem, quia videtur ꝙ illæ sit proprie modus imaginandi ipsorum. Quarto supponitur ꝙ qualitates primæ remittuntur per qualitatum oppositarum introductionem vt caliditas remittitur per hoc ꝙ frigiditas introducitur & econuerso. patet auctoritate Cõmen. 5. Physi. & etiam quia aliter in mixto non essent qualitates elementorum omnium remisse, cuius oppositum tamen supponitur, & ex dicto Arist. dicentis ꝙ virtutes elementorum manent in mixto. (Cõ. 6. 19 & 52.)

Ex his infertur conclusio responsalis hæc, ꝙ formæ elementorum non possunt intẽdi nec remitti. probatur sic, quia si posset intendi & remitti, sequitur ꝙ idem indiuiduum esset diuersarum specierum de prædicamento substantiæ. consequens est impossibile per primam suppositionem. probatur consequentia. quia cum qualitates ignis essent pro medio introducte, tunc adhuc in medio esset forma ignis, per tertiam suppositionẽ, quia remittitur sicut suę qualitates, & qualitates suę sunt pro medio remisse. ergo etiam forma. ergo ibi adhuc est forma ignis, & etiam aque. probatur, quia forma aque intenditur sicut qualitatiua dispositio sibi conueniens per tertiam suppositionem. modo illa est intensa vsq; ad medium per quartam suppositionẽ. cum vsq; adhuc qualitatiua dispositio ignis sic remissa, tũc si hoc indiuiduũ, demonstrato isto igne sic remisso, habet formam ignis. ergo est ignis per secundam suppositionem, & ideo habet formam aque. ergo est aqua per eãdem. ergo ipsum idem numero est ignis & aqua. ergo ipsum est diuersarum specierum substantialium quod fuit probandum consequens. Secundo probatur sic. Nihil est magis tale in nomine alicuius elementi. ergo elementa non suscipiunt magis & minus. consequẽtia est nota, eo quòd propter intensionem realem formæ nomen dictum ab ista forma dicitur magis & minus, vt propter realem intensionem albedinis, & remissionem dicitur magis album & minus album. antecedens est notum, quia non dicitur vnus ignis magis ignis ꝙ̃ alter, nec minus, nec vna aqua magis aqua ꝙ̃ alia, nec minus. Tertio si sic, sequitur ꝙ non esset alteratio elementorum sine generatione & corruptione reali. consequens est falsum, & contra Philosophum secundo huius, & probatur consequens. quia per oppositam opinionem qñcunq; dispositio qualitatiua elementi remittitur, opposita simul introducitur. ergo ibi est vera generatio, quod est propositum. Quarto si sic. sequitur ꝙ vnum elementum non posset fieri immediate ex alio. consequens est contra Philosophum secundo huius, & probatur cõsequentia, quia quandocunq; inter formas contrarias quæ intenduntur & remittuntur vna debet fieri ex alia necesse est vt prius deueniatur ad medium. nam non potest fieri ex frigido calidum, nisi prius fiat tepidum, ita proportionabiliter non poterit vnum elementũ, vt aqua quãtumcunq; remissa fieri ex alio immediate, immo oportebit prius deuenire ad medium. s. ad aliam aquam minus remissam. Quinto si sic. sequitur ꝙ aliquod esset mixtum ex duobus elementis. consequens est contra Cõmentatorem. & probatur consequentia, quia cum ignis non posset aquam calefacere, nisi remittendo formam eius, & introducendo formam ignis in medio calefactionis, erit vnum mixtum ex illis duobus. s. ex igne & aqua. Sexto si sic. sequitur ꝙ in tali transmutatione esset multitudo mixtorum media. consequens non est concedendo, & probatur consequentia, quia semper ex noua ꝓportione formarum elementorũ esset vnum nouum mixtum, sed certum est ꝙ in quolibet instanti illa proportio esset alia. ergo in quolibet esset nouum mixtum. cum ergo in tempore alterationis sint infinita instãtia, sequitur propositum. Septimo non est necessarium ad intensionem & remissionem qualitatum formas intendi vel remitti. ergo hoc non est ponendum. consequentia tenet, & antecedens declaratur, quia si esset necessarium maxime esset propter illam rationem Cõmen. qua arguit ꝙ aliter forma ignis posset stare sine qualitate. modo illa ratio non concludit, quia illa ratio posset similiter fieri de forma asini, aut cuiuscunq; viui, probando ꝙ forma posset stare in subiecto sine caliditate, quod est contra Philosophum in de longitudine & breuitate vitæ. patet hoc, quia quæritur vtrum remissa caliditate bouis in vno gradu. adhuc manet in esse perfecto vel remittitur. si manebit eadem ratione manebit, & quolibet alio gradu corrupto, & si sic finaliter manebit sine caliditate, & tenet consequentia, quia gradus sunt eiusdem rationis. si dicitur ꝙ non manet in esse perfecto, sed remittitur, sequitur ꝙ formæ mixtorum perfectorum remittuntur, cuius oppositum dicit ipsemet Cõmentator. Octauo. sequitur ꝙ aer frigidus in hyeme magis deberet esse aqua ꝙ̃ aer. consequẽs est inconueniens, & tenet consequentia, quia in aere frigido magis sunt qualitates aque q̃ aeris, quia frigiditas & humiditas dominantur in eo magis, vt videtur q̃ caliditas, quia aliter ipse non esset frigidus. (Tex. c. 8.) (Tex. c. 25) (Tex. c. 67) (3. c. 67.)

Quantum ad tertium arti. restat soluere motiua Cõmentatoris, & alia motiua pro sua opinione adducta. (3. c. 67.)

Ad primum cum dicit ꝙ formæ elementorum sunt medię inter formas substantiales & accidentales, hoc negetur ei, & similiter negetur ei suus modus imaginãdi, ꝙ formæ elementorum conueniunt cum accidentibus in hoc ꝙ suscipiunt magis & minus. hoc. n. non videtur forte verum, deinde per ordinem ad rationes.

Ad primam dicitur ꝙ elementa non manent in mixto, negetur sibi, tamen consequentia qua infertur. ergo mixtum est eque simplex sic sicut elementum, nam habet omnes qualitates primas mixtas. elemẽtum autem vnam simplicem & summam, & ideo dicitur magis simpliciter ꝙ̃ mixtum. Ad secundum conceditur antecedens, ꝙ qualitates elementorum remittuntur. & negetur consequentia quando infertur. ergo formæ substantiales.

stantiales. Ad probationem,n.dicitur, quod verum est quod forma ignis potest manere perfecta vno gradu suę caliditatis remisso & secundo forte,& negetur consequentia.ergo poterit manere omnibus gradibus eius remissis, & causa est, quia non est simile de vno & de omnibus,quāuis omnes gradus sint eiusdem rationis,& causa est,quia forma substantialis ignis potest manere sicut & bouis perfecta aliqualiter sua caliditate remissa, sed si in toto esset remissa non remaneret. vnde imaginādum est dari maximam caliditatem sub qua forma ignis non potest manere,quia sub illa non potest esse,sed sub qualibet maiori, potest ergo ignis cum amisit caliditatem vsque ad eam,puta, si illa esset vt sex tunc primum instās caliditatis, vt sex esset primum non esse ignis & primū esse aque,tunc.n.forma ignis corrupto primo.2.3.& 4. gradibus manebit perfecta, sed quinto corrupto sic quod caliditas remanens sit,vt sex,non remanebit pefecta,immo totaliter corrumpitur, & est simile totaliter sicut de forma bouis,applicata.n.frigiditate & remittente caliditatem bouis non est dubium quin est deuenire ad maximam caliditatem,sub qua forma bouis non potest manere, & primum oppositum illius esset primum oppositum non esse bouis, & primum esse formæ cadaueris, sic directe dicetur in proposito.

Consequenter respōdetur ad alias rationes adductas.

Ad primam conceditur, quod non est inconueniens quod ignis substantialiter perfectus non existens in naturali dispositione, sed habens frigiditatem sibi contrariam in subiecto frigefaciat,non tamen quod ipsa frigefaciat, sed frigiditas quæ est in eo frigefaciat. formæ.n.substantiales non agunt in actione qualitatum eis discōuenientium.

Ad improbationem dicitur, quod licet natura ignis sit calefacere,non tamen est inconueniens frigiditatem sibi violentam,& in eum introductam infrigidare. Ad secundum negetur consequentia qua infertur,quod leue simplex non esset leue simplex, conceditur tamen quod leue simplex substātialiter non est leue simplex qualitatiue. Ad improbationem dicitur, quod cum leuitas ignis remittitur sua forma non remittitur,& ideo cōceditur quod ipse ignis per suam formam substantialem manet leue simplex substantialiter,& non manet leue simplex qualitatiue,& hoc est concessum, sed non sequitur quod leue simplex non manet leue simplex. Ad tertiam cōceditur. quod frigiditas aque remittitur, & negetur consequentia qua infertur.ergo remittitur forma substantialis. Ad probationem cōceditur,quod non habemus notitiam de substantijs, nisi per accidentia, quia accidentia ducunt nos ad cognitionem substantiarum specialiter propria, & negetur consequentia qua infertur.ergo cum scimus accidentia esse accidentia remissa, sciemus etiam formas substantiales esse remissas. Ad confirmationem conceditur,quod forma est causa conseruatiua suarum qualitatum,& negatur consequentia.ergo remissa qualitate dicetur forma remitti.Ad probationem quando dicitur. remissio in effectu arguit remissionem in causa, dicitur quod verum est cum ipsa causa est remissibilis aliter non. modo forma substantialis non est remissibilis. Ad quartum negetur antecedens, quod aqua tepida est verum mixtum.Ad probationem dicitur, quod nos arguimus aliquod mixtum,eo quod qualitates suę quas conseruat sunt mixte, sed si qualitates sunt mixte quas non conseruat, immo quas corrumpit, & ad qualitates simplices se reducit non debemus dicere ipsum esse mixtum. modo sic est de elementis existentibus extra naturalem dispositionem quod solum qualitates naturales sibi reducunt, & qualitates commixtas corrumpunt & abijciunt. Ad quintum conceditur. quod cum aqua generatur ex igne forma substantialis, ignis corrumpitur antequam tota caliditas corrumpatur,& cum quęritur vtrum est dare maximam. dici debet quod est dare maximam sub qua non potest,& conceditur quod sub illa non potest, & sub qualibet maiori potest, & cum vltimo quæritur in improbatione,vel illa qualitas est medium,vel citra medium, potest dici probabiliter quòd sit ipsum medium vel modicum citra, & cum dicitur sequitur quòd ignis remissus in sua caliditate sic quòd esset proprie ipsum mediū, vel in medio esset grauis, dicitur quòd non est reputandum pro inconuenienti quòd ignis in via corruptionis non existens in naturali dispositione sit grauis, aut non calidus,aut frigidus. & si dicitur quòd principium physicæ est quòd omnis ignis est calidus & leuis, dicitur quod hoc non est verum de igne qui non est nimis remotus, vel alteratus à naturali dispositione.

His præmissis faciliter respondetur ad rationes principales. Ad primam dicitur,quòd formæ elementorum non sunt veræ contrariæ.immo Cōment.negat ea esse contraria in.5.Physi.Ad probationem cum dicitur quòd ipsa mutuo se expellunt circa idem subiectum, & quòd eidem subiecto vicissim insunt. dicitur quòd hoc non sufficit ad hoc quòd sint vera contraria,nec hæc est diffinitio contrariorum, nisi addatur quòd gradualiter distant.modo formæ elementorum non distant gradualiter,eo quòd non suscipiūt magis & minus. Ad confirmationem conceditur.quòd vnum elementorū corrumpit aliud,& negatur consequentia. igitur sunt veræ contraria, & quando dicitur quòd omnis corruptio fit à contrario.dicitur quòd hoc est verum ad istum intellectum quòd omnis corruptio fit à contrario qualitatibus conuenientibus rei quæ corrūpitur, sed non oportet quod fiat à vero contrario ei quod corrumpitur. Ad confirmationem secundam puta ad Philosophum secundo huius,dicitur quòd voluit ignem,& contrariari in qualitatibus & non in substantia,& eodem modo dicitur de aere & terra. Ad secundum negatur quòd omnis acquisitio formę successiua sit ratione intensionis & remissionis illius formæ, immo acquisitio successiua fit frequenter propter successiuam dispositionem quantitatiuarum partium materiæ,vt quando ignis generatur ex lignis materia propinquior generanti citius disponitur,& remotior tardius. ergo in propinquiore citius generatur ignis,& in remotiore tardius. Ad tertium conceditur,quòd aliquod elementum est simplex substantialiter, cuius qualitates sunt remisse, & in quo stant caliditas & frigiditas,& cum improbatur quòd in eodem elemento non possunt cōbinari. Secundo huius dicitur quòd hoc est verum in esse suo perfecto seu intenso, in esse tamen remisso bene possunt. Ad quartum conceditur, quòd illa auctoritas Commentatoris debet exponi non de loco vero, sed de loco.i.de partibus materiæ. i.generans tantum dat de materia quantum de forma,& tunc ratio non procedit, vel aliter generans tantum dat de loco quantum de forma grauitatis vel leuitatis,& non de forma substantiali, & sic iterū non procedit. Ad quintum negatur antecedēs,quòd proprie passiones elementorum sequentes formas substantiales, sicut resibile formam hominis intenduntur & remittuntur.Ad probationem conceditur quòd caliditas frigiditas grauitas leuitas intenduntur & remittuntur, sed dicitur quòd he non sunt qualitates proprie elementorum,immo in mixtis reperiūtur, immo ista sunt accidentia elementorum, quæ nata sunt intendi & remitti.Et si allegaretur Cōmentator dicens, quòd caliditas in summo est propria passio ignis. dicatur quòd accipit passionem pro accidente soli igni conuenienti. Et si petatur quæ sunt passiones,dicitur quòd connotātia aptitudinem vt calefactiuum, & illa non suscipiunt magis & minus. Ad sextum dicitur, quòd quando grauitas terræ remittitur,non remittitur forma substātialis terræ, & conceditur quòd ipsa manet simpliciter substantialiter, & conceditur quòd graue simpliciter substantialiter,

stantialiter, & conceditur quod graue simpliciter substantialiter mixtum, tamen in grauitate bene potest moueri in vacuo. Philosophus autem in.4. Phy. vult quòd graue simpliciter qualitatiue non potest moueri in vacuo, nec hoc est contra dicta. Ad septimum conceditur, quod ex elementis fit mixtum ad intellectum ponendum in sequenti quæstione. & negatur consequentia, qua infertur. ergo formę elementorum remittuntur. Ad probationem dicitur, quòd non est simile de qualitatibus extremis componentibus media, & de elementis, quia qualitates extreme saltem primæ remisse manent in medijs qualitatibus. elementa autem non manent in mixto, vt postea dicetur. Ad octauum puta ad auctoritatem Commen.3. Cœli. dicitur quòd illæ fuit illius opinionis, & est probabilis opinio, licet alia verior appareat. Ratio post oppositum est pro conclusione responsali secundi articuli. Cõ.6.67

Eodem texu vbi supra. *Quæstio.* XXII.

QVeritur vigesimosecundo. Vtrum elementa maneant formaliter in mixto. Et arguitur auctoritatibus quòd sic. prima est Arist.7. Meta. cap. de elemento. vbi describendo elementum dicit. quod elementum est ex quo componitur aliquid inexistenti indiuisibile specie in aliam speciem. ergo de ratione elementi est quòd inexistit rei composite. ergo manet in composito mixto. Secunda est Philosophi in cap. de mixtione huius primi. vbi expræsse dicit quòd neque alterum elementorum mixtibilium corrumpitur, nec ambo. saluatur. n. virtus eorum. ergo manent. Tertia est Philosophi in eodem cap. in mixtionis diffinitione dicentis quòd mixtio est miscibilium alteratorum vnio, non autem videtur esse miscibilium vnio, nisi miscibilia manent vnita. ergo debet manere. Quarta est Aris.3. Cœli. hoc expræsse determinatis. Quinta est iterum Philosophi in isto primo cap. de mixtione. quòd gutta vini non miscetur mille amphoris aque, eo quòd corrumpitur. ergo si elementa corrumpuntur ex eis non fit mixtum.

Tex.c.4. Texic.84 Tex.c.90 Tex.c.67 Tex.c.88

Deinde probatur idem rationibus, & hoc modo sic, sicut se habent literæ ad syllabas, ita se habent elementa ad mixta, sed literæ manent realiter in syllabis ergo elementa manent realiter in mixto. maior patet conuenienti similitudine. minor nota est, quia in syllaba manet b, a.7. Meta. Secundo. nisi sic mixtum esset eque simplex sicut elementum. consequens est falsum. & probatur consequentia, quia sicut elementum habet solam formam cum materia, ita haberet mixtum, eo quod formę elementales in ipso non manent. Tertio. si non, sequitur quod mixtum non moueretur ad motum elementi prędominantis in ipso. consequẽs est contra Philosophum primo Cœli. & probatur consequentia, quia si formæ elementorum non manerent in mixto, tunc nullum elementorum dominaretur in ipso, & ex consequenti non moueretur ad motum elementi prędominantis in ipso.

Tex.c.60 Tex.c.7.

Quarto. nisi elementa manerent mixtum non componeretur ex elementis. consequens est contra Philosophum. Secundo huius, & probatur consequentia, quia mixtum non componitur ex his quæ non sunt, modo si elementa non manerent in mixto, ipsa quæ concurrunt ad generationem mixti non sunt, quia non manẽt. Tex.c.49

Confirmatur. si mixtum componitur ex elementis, vel componitur ex eis quando ipsum est, & isto modo non, quia per aduersarium, tunc elementa ipsum componentia non sunt, vel quando ipsum non est. & isto modo non, quia quãdiu mixtum non est, ipsum non componitur, quia quod non est iuxta nihil aliud componitur, immo etiam quãdiu mixtum non est non videtur plus componi ex elementis plus quam centum annis ante ex eis componebatur. Quinto. si non manerent, vel omnia corrumperentur vel aliqua sic, & aliqua non, secũdum non potest dici, per Philosophum in litera dicentem, quod quando vnum corrumpitur, & aliud non, non est mixtio, sed generatio vnius miscibilium est corruptio alterius, nec potest dici primum, quod omnia corrumpantur, quia tunc mixtum generatur simpliciter ex non entibus, quia generaretur ex omnibus elementis corruptis. Tex c.88

Sexto. si non manent, sequitur quod formæ mixtorum non reciperentur in materia mediãtibus formis elementorum. consequens est falsum, & contra Cõmentat.3. Cœli. dicentem ibi, quòd formæ mixtorum recipiuntur in materia mediantibus formis elementorum. aliter enim elementa non essent magis principia mixtorum quam mixta elementorum, & consequẽtia tenet de se, ex quo non manent. Septimo. videtur experientia patere, formas. s. elementorum manere in mixto. ergo, consequentia tenet, & declaratur antecedens, quia cum lignum viride ponitur ad ignem manet cinis loco terrę, exit aqua loco aque, eleuatur fumus loco aeris, & est flãma loco ignis, quod non esset nisi omnia ista mansissent in eo. Et similiter quando lapis confricatur cum ferro exit ignis quod non esset nisi ignis ante fuisset in aliquo ipsorum. Cõm.67.

Octauo. nisi esset sic mixtum posset generari ex vno elemento. consequens est contra Philosophum. Secundo huius, & patet falsitas ex ratione, quia tunc videtur quòd alia elementa superfluerent, & consequentia declaratur, quia non videtur maior ratio, si sola materia elementorum maneret in mixto, quare materia terræ, aut aque alijs elementis in patiendo non concurrentibus nõ posset sic disponi quòd recipiet formam mixti. Tex.c.49

Nono. in lapide manet terra. ergo pari ratione, vbique manent formæ elementorum in mixto. consequentia patet, quia non est maior ratio de vno quam de alio. antecedens probatur, quia forma terræ non corrumpitur, nisi qualitatiua dispositio terræ intantum remittatur. puta latitudo siccitatis & frigiditatis, quòd sub eis non potest manere forma terræ, sed hoc non fit in generatione lapidis. ergo forma terræ manet in lapide. consequentia tenet. maior rationis nota est de se, quia. s. forma introducitur virtute dispositionis qualitatiue, ita ea mediante conseruatur, & ex consequenti in materia non corrumpetur donec tantum dispositio qualitatiua remittatur quòd sub ea illa forma non potest remanere. minor patet, quia in lapide manet intẽsa siccitas frigiditas, & densitas, immo inuenitur terra calidior, & humidior quàm sit lapis, & rarior & leuior, quare non fit in generatione tanta remissio qualitatum terræ quin frigiditas terræ sub qualitatibus magis sibi disconuenientibus possit remanere.

Oppositum arguitur, quia sequitur quòd in eodem supposito essent plures formæ sicut in mixto. cõsequentia tenet, quia esset forma elementi & mixti. consequens est contra Commentatorem in de substantia orbis: qui dicit, quòd impossibile est esse plures formę substantiales in eodem composito.

In quęstione ista primo ponendę sunt diuersę opiniones & improbande. Et in secundo arti. est ponenda alia opinio, vt mihi videtur probabilis & facilior.

Quantum ad primum articulum notandum, quòd aliqui sunt qui posuerunt elemẽta manere in mixto sub esse suo intenso & perfecto, sed qualitates eorum posuerunt esse remissas. Alij autem ponunt ea manere sub esse remisso & refracto in mixto. Prima opinio est bipartita. Quidam. n. ponunt elementa in mixto sub esse perfecto, & nullam aliam esse formam mixti quam proportionem & habitudinem istarum formarum elementarium & hãc formam dicunt aliam & aliam, secundum aliam & aliam proportionẽ adinuicem, & vocant illam complexionem. Alij autem dicunt formas perfectas elementorum

torum remanere, sed tamen eis formam mixti superaddunt.

Contra istas opiniones per ordinem est arguendum ponendo conclusiones eis oppositas. Quarum prima est hæc. formę elementorum non manent in mixto sub esse suo remisso. Secunda ꝙ formæ elemẽtorum non manent in mixto sub esse suo perfecto, cum superadditione noue formæ substantialis. Tertia est. Formæ elementorum non manent in mixto sub esse suo perfecto sine superadditione noue formæ mixti. Et iste tres conclusiones sunt tribus opinionibus positis opposite. Prima conclusio sic probatur, formæ elementorum non possunt intendi vel remitti. ergo conclusio vera, & antecedens est probatum in præcedenti quæstione, & probatur iterum quadrupliciter. Nam formę mixtorum non possunt intendi nec remitti. ergo nec elementorum consequentia videtur tenere, quia quæcunq; ratio videtur concludere de elementis equaliter videtur concludere de mixtis. nam sicut qualitates elementorum remittuntur, ita mixtorum dispositio qualitatiua potest intendi & remitti. si ergo remissio qualitatis arguit remissionem formarum in elemento eodem modo arguit & in mixto. Secundo si sic, sequeretur ꝙ formæ elementorum essent proprie contraria. cõsequens est falsum, quia substantię sunt, & probatur consequentia, quia summe gradualiter distarent, & mutuo se expellerent, & eidem subiecto successiue inessent quæ sufficiunt ad hoc ꝙ sint contraria. Tertio si sic, sequitur ꝙ idem contrarietur pluribus in specie. consequens est falsum. & contra Philosophum. 10. Metaphysicæ, & primo Cœli. & tenet
t.c.14.17 consequentia, quia forma ignis cõtrariatur formæ aque
Tex.c.10 terræ aeris quæ sunt triplicium specierum. Quarto. quia vel remitteretur forma aque conformiter ad remissionem ambarum qualitatum, vel ad remissionẽ vnius. nullo modo potest dici. ergo forma aque non sic intenditur, vel remittitur. consequentia est nota. & antecedẽs patet pro prima parte à sufficienti diuisione, & pro secunda parte probatur. non. n. potest dici ꝙ remittatur ad remissionẽ vnius, quia in generatione ignis ex aqua proportionabiliter remittitur forma aque, sicut ambe qualitates, & per eosmet qui sunt de illa opinione, nec potest dici ꝙ ad remissionem ambarum remittatur, qa in generatione aeris ex aqua non proportionabiliter remittitur sicut sua forma corrũpitur. ibi. n. non corrumpitur humiditas. Confirmatur, quia si formæ elementorum intenduntur & remittuntur corruptio simplex erit alteratio. consequens est falsum. & contra Philoso-
Tex.c.10 &.24. phum primo huius, & probatur consequentia, quia ex quo forma aque remittitur, sequitur ꝙ prius eadem est magis aqua & postea minus aqua. quare sequitur quòd corruptio particularis formæ substantialis per quam remittitur aqua est alteratio, quia est mutatio in eodem; puta aqua remanente ante & post in qualitatibus contrarijs in forma aque quæ est contraria alijs formis elementorum. Et si dicatur ꝙ manet eadem aqua, sequitur ꝙ in tali remissione generetur infinita multitudo suppositorum, quorum vnum non est aliud, quod non videtur bene probabile. & probatur consequentia, quia semper ad remissionem parui gradus qualitatis, vel partis esset alia forma, & ex consequẽti aliud compositum, sed infiniti gradus partiales ibidem corrumpuntur. ergo infinita multitudo suppositorum ibidem generatur. modo consequens non videtur probabile.

Deinde probatur conclusio secunda sic, quia vel illæ formæ manent, sic quòd quælibet earum esset per totum mixtum, & ex consequenti sequitur quòd existẽs sub eis seclusa forma mixti cum ipsis formis elementorum faceret indiuiduum diuersarum specierum. consequentia tenet, quia quælibet forma substantialis dat esse specificum. ergo cum in eo essent illæ quatuor formæ perfecte indiuiduum esset quatuor specierum. falsitas consequentis patet ex præcedenti quæstione, quia impossibile est aliquod esse diuersarum specierum de prædicamento substantiæ, vel solum essent illæ formæ in diuersis particulis mixti, ita quòd in vna parte mixti esset forma terræ, in alia parte aque, & sic de alijs, & in nulla parte esset forma aque & terræ, & si sic, tunc per Philosophum in litera non esset mixtio, immo esset compositio. Item non quælibet pars mixti esset mixta, quod est contra Arist. in litera. Secundo. sequitur ꝙ idem ignis staret sub maiori densitate q̃ esset densitas aque. consequens videtur impossibile, & probatur cõsequentia, quia staret in materia lapidis cum per aduersarium maneat in quolibet mixto. nam illa est magis densa q̃ aliquod lignum. Tertio. sequitur quòd formę elemẽtorum starent ibi violenter. consequens est inconueniẽs quia sic mixtum corrumperetur, & sic iterum esset mixtum quoddam violentum, & non naturale, & probatur consequentia, quia latitudines ipsarum qualitatum essent remisse in mixto. ergo formæ elementorum stant violente cum eis, cum elementa dimissa suæ naturę semper reducant se ad naturales qualitates perfectas. Quarto. sequitur quòd forma ignis staret in materia, & quasi sine caliditate. consequens est falsum, & probatur consequentia, quia in lapide pauca est caliditas, & in isto est forma ignis, & si dicitur quòd non est inconueniens ꝙ forma ignis staret in mixto sub qualitate quam habet modica, sed per se non posset stare, quòd. n. non sit hoc probabile constat ex eo quòd tantam contrarietatem habet in mixto sicut se sola existens omnibus elementis immediata. Quinto. ex pluribus entibus in actu non fit aliud vnum tertium. modo omnia elementa per suas formas perfectas sunt plura entia in actu. ergo ex eis nõ fit aliquod vnum tertium, & ex eis non potest sic remanentibus fieri mixtum. consequentiæ notę sunt de se, & minor & maior sunt Philosophi. 7. & 8. Metaphysicæ.

Sexto si sic, sequitur quòd iste formæ contrariæ starent per totam materiam mixti, & sic contraria essent ibi maxime applicata, immo quasi penetrantia. ergo fortius illorum contrariorum statim deberet aliud corrũpere cum sibi sit maxime applicatum, & non videtur quid prohibeat. Septimo. sequitur ꝙ nunq̃ elementum corrumperetur in mixtum, sed solum in elementum. consequens est inconueniens, quia posset perpetuari, si semper ex mixto generatur mixtum, & probatur consequentia, quia non corrumpitur cum ex eis generatur mixtum, quia cum maneat nulla est ratio quare corrumperetur, cum ex priori mixto aliud mixtum generaretur, quia tunc oporteret alia generari quæ manerent in mixto sequenti, quod non est verum, quia equali ratione eædem quæ fuerunt in principio manebunt.

Octauo. mixtum quando fit de nouo ex elementis, materiæ elementorum vel manent cum formis eorum, vel non. si dicatur quòd non, non est rationabile, cum formæ non possint manere sine materia, si dicitur quòd sic. & omnia fiunt simul in mixto per totum mixtum, sequitur quòd illæ quatuor elementorum formę se penetrabunt in generato mixti, quod non est possibile.

Nono. ex materijs elementorũ non resultat alia communis materia vt notum est. ergo nec ex formis resultabit alia forma. consequentia tenet à simili. Decimo. sequeretur quòd non semper generatio vnius est corruptio alterius. consequens est falsum, & probatur consequentia, quia quando mixtum generaretur vel corrũperetur, tunc omnes formæ substantiales elementorum remanerent. Et sic videtur probata secunda conclusio.

Item probo tertiam conclusionem. primo. n. potest probari per nouem rationes pro secunda conclusione actas, sed specialiter probatur primo sic, quia si in mixto non est alia forma præter formas elementorum, sequeretur

queretur quòd alteratio erit generatio. consequens est falsum, & tenet consequentia, quia per solam alterationem fit alia & alia proportio ipsorum generatorũ adinuicem, ergo cum non sit aliud genus mixti q̃ proportio formarum elementorum remanentium, sola alteratio erit generatio. Secundo sic. sequitur ꝙ anima animalium non esset aliud q̃ complexio elementorum, tenet consequentia de se. falsitas consequentis probatur, quia si sic, tunc in animali ossa deberent poni inferius omnes carnes in medio, & omnia leuia superius, sicut sunt spiritus & calores. consequens est falsum, & tenet consequentia. quantum est ex actione elementorũ semper grauia volunt esse inferius, & leuia superius, si ergo non est in animali alia forma q̃ forma elementorum, sequitur ꝙ grauia situabuntur inferius sub leuioribus & situabuntur modo supradicto. Tertio. sequitur ꝙ nullum mixtum notabili tẽpore debet durare. consequens est falsum, & tenet consequentia, quia cum elemẽta sint in eo sine aliqua forma prohibente ea segregari. Et ad locum proprium moueri, sequitur ꝙ statim ad suum locum proprium mouebuntur, & sic diuidetur mixtum, specialiter cum appetant à natura. Quarto. sequeretur ꝙ homo asinus & equus non differrent specie essentiali. consequens est falsum, & probatur consequentia, quia substantialiter non est aliud asinus q̃ elementa, nec bos, licet aliter sint in vno proportionata & disposita q̃ in alio, quare substantialiter non differunt specie, nec valet si dicatur, ꝙ sunt diuersarum specierum specialissimarum propter diuersam dispositionem ꝓportionum in qualitatibus elementorum. nam per diuersam propositionem & dispositionem in qualitatibus materiæ non dicuntur differre specie, quia si tota substantia mixtorum sint elementa sine noua forma superaddita, sequitur ꝙ elementa non differunt specie, nec mixta quę sunt ipsa elemẽta propter diuersas dispositiones qualitatiuas aut proportiones. Quinto si sic, sequitur ꝙ ferrum & marmor essent magis similia in substantia q̃ ferrum frigidum, & ferrum ignitum. consequens est falsum prout notum est, quia vtrunq; est elementum seu elementa, & proportiones elementorum in duobus frigidis sunt magis similes q̃ in vno frigido, & in alio calido, nec valet. si dicatur ꝙ hoc fit accidentaliter, cum vtrunq; istorum sint elementa substãtialiter sine aliquo addito non plus est complexio calida accidentalis q̃ frigida elementis.

Sexto. non esset aliquod vnum mixtum. consequens est falsum, & consequentia tenet, quia erit quatuor elemẽta sic proportionata, & illa non erit aliquod vnum.

Septimo. non posset reddi ratio, quare ferrum ignitum remota caliditate se reduceret ad frigiditatem. consequens est inconueniens, & consequentia tenet, quia si ferrum non esset nisi quatuor elementa sic proportionata, & complexio calida non est magis repugnans huiusmodi elementis q̃ frigida, sequitur ꝙ non potius per elementa frigida corrumpetur caliditas in ferro ignito q̃ per elementa calida ibidem. ergo nulla est ratio quare ferrum reducit se ad frigiditatem. sic ergo patet conclusio tertia determinata, & ex consequenti omnes tres opiniones antiquorum reprobatas. Et hoc de primo arti.

Quantum ad secundum articulum sit prima conclusio. Formæ substantiales elementorum non manent in mixto, patet per conclusiones primi articuli, quia nec manent in eo sub esse perfecto, nec manent in eo sub esse remisso, vt dictum est & aliter. Probatur si maneret, sequitur ꝙ subiectum generationis esset ens in actu, patet, quia esset actuatum per illas formas elementorum. Secundo. si remanerent non fieret resolutio vsq; ad materiam primam. consequens est falsum, & tenet consequentia, quia formæ elementorum manerent quæ fuerunt. Tertio. si manerent, sequitur ꝙ manerent in medio maris in lapide. consequens videtur inconueniẽs, quia videtur ꝙ ipse ignis aqua stante extingueretur, & consequentia tenet, quia manet ibi lapis existens mixtum, quare forma quatuor elementorum. Et confirmatur, quia sequitur ꝙ ignis in medio maris generaretur, consequens est falsum vt prius, & tenet consequentia, quia ibi generantur lapides & mixta ex elementis, & certum est ꝙ ignis ab extra non intrat mare ad mixtionem, quare ipsum, cum debet concurrere ad generationem necesse est ibidem generari. Secunda conclusio. qualitates elementorum non manent in mixto sub esse suo intenso & perfecto, patet auctoritate Philosophi secundo huius. cap. 3. di. nihil generatur ex glacie, nec ex arsione. i. ex igne, vel aqua, & eadem ratione aere vel terra existentibus in naturali dispositione propter intensionem qualitatum primarum nimium mixto repugnãtem. Secundo. probatur ratione, nullum mixtum patitur qualitates elementorum in summo. ergo, consequentia tenet, & antecedens est necessarium, quia mixtum, dicitur eo ꝙ qualitates simplices sicut eas habet elementum, non habet. Tertia conclusio. in mixto manent qualitates eiusdem speciei, cum quolibet elementorum, sed remisse. probatur auctoritate Philosophi. d. ꝙ virtus elementorum saluatur, & non videtur quomodo virtus eorum saluaretur, nisi qualitates suæ manerent sub esse intenso vel remisso specialiter, cum probatum sit ꝙ non formæ suæ substantiales. cum ergo qualitates non maneant sub esse intenso, sequitur ꝙ manent sub esse remisso. Tex. c. 21 Tex. c. 84

Deinde probatur idem rationibus. prima, quia caliditas mixti intenditur à caliditate elementi. ergo est eiusdem speciei cum ea, consequentia tenet, quia non intendit elementum nisi qualitatem sibi similem. antecedens patet, quia ignis intendit caliditatem viuentis, vt docet experientia. Secundo. probatur illud idem sic, caliditates mixtorum generant quandoq; caliditates elementorum. ergo sunt eiusdem speciei cum illis. antecedens tenet, quia caliditas ignis, vel metalli calefacti generat in stupa ignem prout docet experientia, quod non esset nisi generaret caliditatem elementorum. Tertio sensus tactus inter caliditatem viui & elementorum non distinguit. si sint eque. ergo non sunt diuersarum specierum. consequentia tenet, quia non est melior iudex de caliditatibus q̃ tactus, sicut nec de coloribus q̃ visus. antecedens docet experientia, vt quilibet experitur in se.

Quarto grauitates & leuitates elementorum manent in mixtis remisse. ergo qualitates primæ. antecedens patet, cum oleum sit de natura aeris, vt dicitur. 4. Metheo. descendit in aere, quod non videtur ex alio nisi quia leuitas aeris in eo existens non trahit sursum in sphæra aeris, & ideo grauitates terræ & aque trahentes deorsum, quia plus trahunt q̃ leuitates ignis resistant trahunt elementum vsq; ad sphæram aque. Confirmatur illud antecedens ex alio, quia aliquod mixtum est grauius alio in aere, quod non est grauius eo in aqua. ergo grauitas mixtorum est eiusdem speciei, cum grauitatibus elementorum. consequentia tenet, quia si non, nulla esset ratio, quare mixtum plus ponderãs in aere respectu alterius, non plus ponderaret in aqua eodem. antecedẽs patet, quia vinum plus ponderans in tertio q̃ vna libra plumbi. in aere minus ponderat eadem libra plumbi in aqua, cuius ratio non videtur alia nisi quia in vino est grauitas aque quæ in sphæra aeris trahit deorsum, & ideo plus ponderabat in aere, in aqua autem non trahit, & ideo minus ponderat in aqua. exquo patet, ꝙ est eiusdem speciei cum grauitate aque. Ex ilia conclusione sequitur correlariæ ꝙ caliditas mixti non est solum virtualiter similis caliditati elementi, immo est actualiter similis speciei specialissime. Secundo. sequitur ꝙ qualitas actiua totalis mixti est composita ex reali caliditate, & reali frigiditate. similiter qualitas passiua ex reali humidi-

li humiditate, & reali siccitate ad temperamentum medium debite reducte. ambo correlaria patent ex conclusione. Sed contra dicet alia opinio. idem non habet caliditatem & frigiditatem in eadem parte sui. ergo, consequens falsum, consequentia tenet, & antecedens patet per Philosophum cap̄. 3. secundi huius. dicentem ꝙ ipse non possunt coniungi. Secundo. non videtur quòd idem in eadem parte sui habeat sapores diuersos. ergo nec idem in eadem parte sui habebit simul caliditatem & frigiditatem. Tertio. qualitas non dicitur nisi quia denominat subiectum. ergo caliditas secundum Arist. non est aliud quàm dans esse calidum. ergo cum possit idem esse calidum & frigidum, idem non potest habere caliditatem & frigiditatem.

Tex.c.16

Ad illas rationes respondetur faciliter. Ad primam negetur antecedens, immo idem habet in eadem parte sui caliditatem & frigiditatem. Ad Philosophum secundo huius, dicitur ꝙ voluit quòd non possent coniungi in esse perfecto, siue sic quòd vtraq; habeat plus ꝙ medium latitudinis, possunt tamen coniungi sub esse medio, aut sic quòd latitudo amborum non excedit simul supra latitudinem cuiuscunq; eorum. Ad secundum dicitur, quòd non est impossibile quòd idem in eadem parte sui habeat sapores diuersos, & quòd ex eis componitur sapor medius, & adhuc si nō haberet negetur consequentia, quòd idem non haberet caliditatem simul & frigiditatem, & ratio quia non est simile de qualitatibus primis, & de saporibus & coloribus ad qualitates medias. Ad tertium negetur, quòd omnis qualitas denominat subiectum denominatione sui concreti, quia hoc non facit qualitas remissa, & si allegaretur Philosophus in prædicamentis. d. quòd qualitas est secundum quam quales esse dicimur. dicitur ꝙ intellexit ꝙ qualitas est secundum quam quales esse dicimur denominatione concreti, vt habentes talem qualitatem dicantur quales. sic. n. secundum remissam caliditatem dicimur quales, quia non sumus summæ frigidi. Ex his potest correlariæ inferri quòd elementa dicuntur virtualiter manere in mixto dupliciter. Vno modo quia suæ qualitates remisse manent. Alio modo, quia mixtum suis qualitatibus calefacit infrigidat humectat, & desiccat, sicut elementa, & sic facit virtualiter operationes elementorum qualitatibus in eo derelictis ex elementis, quare debent in eo manere elementa virtualiter. Secundum correlarium, quòd mixtum differt ab elemēto per tria.

Tex.c.16

Primum est, ꝙ nullam qualitatum primarum habēt in summo, sicut vnam illarum quodlibet elementum, quare elemētum dicitur simplex simplicitate vnius summę qualitatis. mixtum non. Secundum est, ꝙ qualitates primæ in mixto sunt omnes ad quoddam temperamentum medium reductæ, & non sic in elemento existente in naturali dispositione sua. vnde si mixtum tenderet in aliqua sui qualitate versus summum disponeretur ad corruptionem, & esset sibi violentum, per oppositum si elementum disponeretur versus medium notabiliter esset sibi violentum & disconueniens. Tertium est, quòd mixtum habet qualitates secundas non tangibiles sicut sunt sapores & odores, & calor, & elementum non habet illas, & causa est, quia huiusmodi qualitates consequuntur mixtionem qualitatum primarum adinuicē quæ reperiuntur in mixto, & non in elemēto.

Ad rationes factas in oppositum respondetur quę videntur esse pro opinionibus improbatis in primo articulo. Ad primam auctoritatē Philosophi. 5. Metaphysicæ. dicitur ꝙ ibi accepit elementum pro principio intrinseco rei, & tale bene manet in mixto, & sic non capitur in proposito. Ad secundum in cap̄. de mixtione cum Philosophus dicit. corrumpitur alterum autem neque alterum miscibilium, nec ambo. dicitur quòd voluit quòd quodlibet eorum maneret in mixto in virtute, & sic non corrumpitur quin in virtute remaneret, & quomodo hoc sit intelligendum, patet in primo correlario secundi articuli. Ad tertium quando dicitur, ꝙ mixtio est miscibilium alteratorum vnio, dicitur quòd hoc est verum, sed non solum alteratorum, immo prius alteratorum, & postea corruptorum, & re vera illa auctoritas est magis pro conclusione opposita, quia si deberet fieri vnio miscibilium, cum ex pluribus existentibus in actu non fit aliquod vnum, oportet elementa actu corrumpi, quia alias non posset vniri. Ad quartam Commentatoris dicitur, quòd fuit illius opinionis.

Tex.c.4.

Tex.c.84

Tex.c.90

3.cœli.

Ad quintam de gutta dicitur, ꝙ per hoc Aristo. voluit quòd vnum miscibilium non deberet corrumpi in alterum altero remanente, sicut in proposito de gutta vini corrumpitur in aqua remanente, sed debet esse sic adequata quòd omnia corrumpantur, & ad quoddam temperamentum medium reducantur. Et sic sunt solute auctoritates.

Ad rationes. Ad primam dicitur, quòd similitudo de literis ad syllabas non est bona respectu elemētorum ad mixta, quia litere sunt partes integrales syllabarum, ideo manent in syllabis. Elementa autem non sunt partes integrales mixtorum, sed solū principia actiua, quibus mediantibus in materijs suis media qualitate qualificata forma mixti introducitur, & de hoc magis dicetur in secundo in proposito, tamen negatur similitudo & maior. Ad secundum negetur, quòd si non manerent, mixtum esset eque simplex sicut elementum, & modus quo mixtum non est ita simplex, positus est, & quomodo differt mixtum ab elemento positum est in secundo correlario secundi articuli, non obstante quòd substantialiter mixtum & elemētum sunt equaliter simplicia, tamen mixtum non debet dici eque simplex vt ex illo correlario satis patet. Ad tertium conceditur, quòd mixtum non mouetur ad motum elementi dominantis in eo sicut ratio concludit. Et ad Philosophum dicitur quòd voluit quòd moueretur secundum motum qualitatum motiuarum derelictarum in eo ex elementis prædominantium in trahendo sursum vel deorsum, & hoc nihil plus ad præsens. spectat. n. ad primum cœli. Ad quartum conceditur, quòd mixtum proprie loquendo non componitur ex elementis, eo quòd ipsa non sunt in mixto, sed dicitur ex eis componi, eo quòd ex eis virtualiter mediate, aut immediate concurrentibus generatur mixtum, eis virtualiter in mixto remanentibus, vt dictum est in secundo articulo. Ad confirmationem dicitur quòd mixtum fit ex elementis quando ipsum generatur, sed verum est quòd non proprie ex eis componitur, quia ipsa in ipso non remanent, sicut album licet fiat ex nigro, non tamen componitur ex nigro. Ad quintum dicitur, quòd omnia corrumpuntur, & ad improbationem quando dicitur quòd tunc mixtum generatur ex similiter non entibus, negetur consequentia, quia licet fiat ex elementis quæ corrumpuntur in eius factionem, tamen fit ex entibus. nam ex materijs elementorum quæ sunt entia, etiam cum mixtum fit ex elementis, tunc elementa sunt, & ideo adhuc fit ex entibus, licet pro tunc sint in continuo corrumpi, & ideo simpliciter negāda est consequentia quæ infertur. ergo mixtum fit ex simpliciter non entibus, etiam neganda est hæc, quòd mixtum fit ex elementis corruptis, quia quando mixtum fit tunc elementa non sunt corrupta sed corrumpuntur. Ad sextum potest dici, quòd formæ mixtorum non recipiuntur in materia mediantibus formis elementorum substantialiter. Et ad Commentatorem tertio Cœli potest dici. vno modo quòd fuit illius opinionis, alio modo quòd intellexit formas mixtorum recipi in materia mediātibus formis elementorum. i. mediantibus qualitatiuis dispositionibus elementorum per actionem elementorum ad medium

Tex.c

Tex.c

medium reductis. Ad septimum negetur q experimur formas elementorum manere in mixto. Ad probationem dicitur, quòd cineres remanentes ligno viridi ad ignem posito generantur ibidem ex ligno, nec fuerunt ante ibi, sed ex incrematione ignis generantur, similiter debet dici de fumo q generatur actione ignis agentis in humores ligni, & proportionabiliter dicitur de flamma quòd generatur ex lignis corruptis. vnde nullum illorum fuit ante in ligno, sed de aqua inexistente dicitur quòd in poris ligni includebatur humiditas nutriens lignum, & quia illa est frigida, ideo ligno posito ad ignem fugit suum contrarium, scilicet, calorem ignis & exit per poros fugiendo, & etiam alia de causa, quia calor calefacit illos humores intantum quòd non possunt manere in illis receptaculis, & ideo inuenientes viam aptam in fine ligni exeunt, & ideo negetur quòd illa aqua ante fuit de integritate ligni, vel eius esse. Ad aliam experientiam dicitur, quòd ignis qui generatur ex fricatione lapidum cum ferro non erat in aliquo ipsorum, sed generatur ex magna confricatione, & constrictione aeris inter lapidem & ferrum. motus enim natus est calefacere, & per fortem caliditatem ignire. Ad octauam conceditur, quòd mixtum potest generari solo vno elemento actualiter cōcurrente ad sui actionem passiue, nec hoc est inconueniens. Ad Philosophum Tex c.49 secundo huius dicitur, quòd omne mixtum virtualiter componitur ex quatuor elementis, eo quòd in omni mixto sunt qualitates primæ remisse quæ sunt virtutes quatuor elementorum, & ideo dicitur ex quatuor elementis omne mixtum componi, & de hoc magis dicetur in secundo huius, quæstione prima, sed quando dicitur quòd alia elementa superfluerent dicitur quòd nō quia sunt ad decorem vniuersi. Ad nonam negetur antecedens, quòd in generatione lapidis manet terra in lapide. Ad probationem dicitur quòd in mixtione frequenter generans formam mixti, siue sit deus, siue dator formarum, siue aspectus cœli est causa principalis corruptionis huius elementi, licet dispositio qualitatiua in qualitatibus primis non tantum sit ei disconueniens quin sub maiori disconuenientia possit remanere, quia dans formam impedit virtutem conseruatiuam cœli, sic quòd propter hoc formæ illius elementi non ammodo in materia conseruantur, & propter materiam debere intrare mixtionem corrumpitur, & sic corrumpitur forma in generatione lapidis, aut ferri. Per hoc ad formam dicitur negando maiorem, quia forma terræ non corrumpitur, nisi dispositio eius qualitatiua tantum remittatur quòd non possit sub ea remanere, ideo dicitur quòd corrumpitur frequenter, propter generare formam mixti in materiam eius, causans eius corruptionem, aut faciens vt cœlum illam formam in materia illa desinat conseruare. Ratio post oppositum est pro dictis in prima conclusione secundi articuli. Et sic patet de ista quæstione.

Continuam autem his quæstionem dicendum.
Tex. cōm. 85. Quæstio. XXIII.

VTrum mixtio sit possibilis. Et arguitur primo q non, quia si esset possibilis vel fieret ipsorum miscibilium paruis partibus iuxtapositis, vel per ipsorum penetrationem, nullum istorum potest dici. ergo non est possibilis. consequentia est nota, & antecedens pro prima parte patet à sufficienti diuisione. pro Tex.c.86 secunda parte patet, quia non per iuxtapositionem per Philosophum in litera, quia esset compositio, & non mixtio, nec per penetrationem, quia penetratio non est possibilis. Secundo. si mixtio esset possibilis ipsa fieret per diuisionem miscibilium, sed hoc non est possibile. ergo mixtio non est possibilis. consequentia tenet, & maior rationis patet per Philosophum in litera di. quòd Tex.c.89 bene diuisibilia sunt faciliter miscibilia, quod non esset verum nisi mixtio requireret miscibilium diuisionem, & patet ratione, quia non videtur ratio quomodo miscibilia indiuisibilia indiuisa possent sic vniformiter disponi, quòd ex eis fieret mixtio, nisi diuiderentur miscibilia in tot partes quot possent diuidi, & parua pars vnius poneretur iuxta paruam partem alterius. minor declaratur, quia vel diuiderentur miscibilia in tot partes in quot possent diuidi. Et isto modo non, quia sic continuum in infinitum esset diuisum, quod est contra Philosophum tertio Physico. vel in aliud sic, & in aliud Tex.c.37 non, & isto modo non, quia non videtur ratio, quare potius fiat diuisio in vna parte quàm in alia. ergo oportet quòd fiat in omni vel in nullo. Tertio. si sic esset possibilis, vel fieret naturaliter, vel violenter, sed nullum istorum potest dici. ergo non est possibilis. ma. patet à sufficienti diuisione. minor declaratur. non enim potest dici fieri naturaliter, quia generatio mixti ex elementis fit elementis concurrentibus. modo si hoc fit in loco deorsum, tunc ibi est ignis violenter, si in loco sursum, tunc est ibi terra violenter, si in loco medio, ambo tam ignis quàm terra sunt ibi violenter. ergo non potest fieri naturaliter, nec potest dici violenter, quia generatio mixti ex elementis est naturalis, cum omnis generatio sit naturalis materiæ. Quarto. vel fieret omnibus elementis concurrentibus vel quibusdam sic, & quibusdam non, non potest dici quòd omnibus, quia quid cogeret ignem descendere, vel terram ascendere, & ex alio, quia mixtio fit frequenter in medio maris vbi ignis non potest concurrere, nec potest dici quòd aliquibus, & non omnibus, quia si solum duo concurrerent fortius ipsorum corrumperet reliquum & in sui naturam conuerteret, & sic non fieret mixtio, & eodem modo si tertia, quia duo ipsorum quæ haberent symbolum in caliditate actiua, puta duo essent calida, vel duo essent frigida, & illa corrumperent tertium in suam naturam, & sic iterum non fieret mixtio. Quinto. vel fieret miscibilium adequatis in potentia quibusdam fortioribus & alijs debilioribus, & nullo istorum modorum potest dici. ergo mixtio non est possibilis. ma. patet à sufficienti diuisione, & minor declaratur. non enim potest dici quòd sit miscibilibus adequatis in potentia, quia sic inter ea non fieret actio, nec ex consequenti mixtio, & tenet consequentia, quia à proportione equalitatis non potest fieri actio, nec potest dici secundum, quia sic fortiora corrumperent debiliora in sui naturam, & sic non fieret iterum mixtio, quod fuit probandum. Sexto. vel fieret miscibilibus remanentibus, vel eis corruptis. non primum, quia sicut dictum est in præcedenti quæstione quòd nihil erit mixtum ex eis, nec corruptis, quia si corrupta sunt nihil est ex eis mixtum. ergo iterum non fit mixtio ex elementis.

In oppositum est Philosophus. in litera. d. mixtionem esse possibilem. a. t. c 85. vsq; ad 90.

In quæstione erunt duo articuli. In primo respondetur ad quæsitum. In secundo mouentur quædam dubia & soluentur.

Quantum ad primum. primo nota quòd mixtio capitur tripliciter. vno modo pro iuxtapositione paruarum partium sensibiliū vnius iuxta partes alterius isto modo dicimus lanam misceri lane, aut ordeum frumento. Secundo accipitur pro mixtione plurium specierum secundum partes remanentes, & sensibiles tamen, & sic vinum miscetur aque, & plures species miscentur simul in mortario, & de his duobus modis nihil ad pręsens. Tertio. capitur pro vera vnione omnium miscibilium in vnam formam substantialem sic, vt quælibet pars remanens tam sensibilis quàm insensibilis sit

vere mixta, & sic accipitur in proposito. Secundo nota quòd aliquod est mixtum vniformiter, & tale potest vocari mixtum homogeneum. aliud est mixtum difformiter. s. cuius quælibet pars est mixta, non tamen consimiliter. exemplum primi, vt caro exemplum secundi, vt asinus. Tertio nota, quod possibile vt hic accipitur attribuitur rebus. s. pro eo quod potest esse. vnde sensus est vtrum mixtio potest esse. Quarto nota. quòd frequenter visum est simul cum pluuia cecidisse ranas, patet per Albertum. 2. Metheororum hoc dicentem, & patet experientia, & frequenter visum est in estate quòd in campis longe distātibus à fossatis nulle erant rane ante pluuiam, & superueniente semi hora inuenti sunt cāpi paruis ranis quasi totaliter pleni, quod non potuit esse ex alio, nisi quia tales ceciderant simul cum pluuia. Et hæc de notabilibus sint dicta.

His præmissis sit prima conclusio & responsalis. mixtio est possibilis, & probatur sic. mixtio potest generari in media regione aeris, & in terra. ergo mixtio est possibilis. consequētia tenet, quia in media regione aeris non generantur nisi per mixtionem. antecedens est notum. per quartum notabile, quia certum est quod rane quæ ceciderant cum pluuia erant in media regione aeris in ventre nubis generate, non. n. potuissent venire ad nubes.

Secundo natura ordinauit elementa ad mixtionem. ergo mixtio est possibilis. consequentia tenet, quia natura non frustratur suo fine. antecedens patet, quia semper deterius est ratione sui melioris. 7. Politicorum. modo notum est quod elementa sunt substantiæ minus perfecte quàm mixta, quare patet, quòd sunt gratia mixtorum, & ex consequenti ordinata sunt ad mixtionem. Tertio possibile est elementa sic combinari vt quælibet tria corrumpant quodlibet quartum. ergo tunc generabitur mixtum. ergo mixtio est possibilis. consequentia vltima est nota, & prima declaratur, quia exquo elementa corrumpuntur non generabitur aliquod elemētum, sed medium, puta mixtum. antecedens patet, quia non videtur quid prohiberet elementa sic combinari specialiter, cum possibile sit duo elementa sic combinari vt quodlibet corrumpat suum contrariū. quare non possunt sic quatuor combinari vt quęlibet tria corrumpāt quodlibet quartum attento quòd omnia habent adinuicem contrarietatem. Secunda conclusio. generatio mixti ex elementis non fit in virtute propria elementorum. probatur sic, quia si in virtute propria elementorū fieret, sequeretur, quod elementa producerent nobiliora quàm ipsamet essent. consequens est falsum, quia nihil agit vltra gradum proprium, & tenet consequentia, quia forma mixti quę producitur ex elemētis est nobilior quacunque forma elementi vt forma rane, vel cōsimilis. Secundo. si mixtum generaretur ex elementis virtute propria, sequeretur quod à nullo generaretur, antecedens est falsum, & probatur consequentia, quia dictum est in præcedenti quæstione quod formæ elementorum non manent in mixto. ergo per prius à natura corrumpūtur quàm forma mixti in materiam ipsorum introducatur. ergo si forma mixti ab eis generatur ipsa generatur, & tamen à nullo generatur, quod fuit consequens probandum.

Tertio. si sic non posset dari ratio, quare potius in mixtione generatur mixtum istius speciei quàm cuiuscunque alterius. consequens inconueniens, quia si sic omnia debemus ascribere fortunæ, & tenet consequentia, quia elementa quantum est de se non plus sunt determinata ad vnum mixtum quàm ad alterum, nisi aliquod determinans concurrat. ergo si in virtute propria quid agunt nulla est ratio, quare plus producunt mixtum huius speciei quàm cuiuscunque alterius. Quarto. quia elementa non intendunt formam mixti vt notum, immo magis intendunt sibi simile generare. ergo si mixtum generatur per propriam virtutem elementorum sequitur quod natura non ageret propter finem. cuius oppositū dicit philosophus. 2. Physi. tenet consequentia, quia generatio mixti fit præter intentionem formæ quæ generatur. Sed aliquis di. Tex. c. quid ergo principaliter generat formam mixti in materia? Dicitur quod ad hoc antiqui fuerunt diuersarum opinionum. Catholici dicunt deum principaliter eam generare. Platonici vero dixerunt ideam. Auicē. posuit datorem formarum. Aristo. vero posuit virtutem seminalem. 7. Metaphysicæ, per quod intelligitur certus aspectus Tex. coeli plus determinans materiam suam influentia ad formam vnius speciei recipiendam quàm ad recipiendum aliam, & bene aduerte quòd opinio catholica & opinio Aristo. non sunt repugnantes in hoc. nam Aristo. non negasset deum principaliter cōcurrere, virtutem tamen seminalem inter causas inferiores dixit elementa principaliter ad mixtionem certe speciei determinare. Tertia conclusio est. determinans est principale agens siue generans principaliter, & causa corruptionis vnius elementi per rationem factam in præcedenti quæstione de generatione lapidis vbi forma terræ corrumpitur, & non actione elementorum. ergo corrumpitur virtute huius determinantis & principaliter formam mixti generantis. consequentia tenet, & antecedens pro prima parte patet, quia formæ elementorum non manent in mixto ex præcedenti quæstione, & pro secunda parte declaratur, quia materia in qua generatur forma terræ semper manet frigida, sicca, densa, & compacta. modo iste sunt qualitates terræ actione elementorum, non tamen remittuntur quin sub eis potest manere forma terræ. ergo forma terræ virtute elementorum, & actione non corrumpitur, quod fuit probandum.

Quantum ad secundum articulum sit prima dubitatio. Vtrum mixtio possit fieri sola iuxtapositione, vel penetratione corporum in corpus. Et arguitur quod non, per Philosophum in litera. respondetur quòd miscibilia Tex. quandoque diuidunt in paruas partes & iuxtaponuntur & quia contraria sunt agunt & reagunt inter se, & sic reducunt se omnes ad temperamētum medium disconueniens formis specierum miscibilium, & conueniens formæ medie mixti, quapropter omnes formæ miscibilium corrumpuntur, & forma medij mixti in materijs omnium ipsorum generatur, & sic fit vnio media materierum, eo quod forma informans illas dicitur vna, & est forma media in formas miscibilium non participatione, sed virtute vt dictum est. Ex hoc inferuntur propositiones respondentes dubitationi. Prima est, quod non sufficit sola iuxtapositio, quia per eam non fieret vnio materierum. Secunda quod non est corporum penetratio, quia illa est impossibilis. Tertia est, quod frequenter iuxtapositio inter paruas partes ipsorum miscibilium iuuat ad mixtionem. patet, quia melius potuerunt tales parue partes iuxtaposite seinuicem corrūpere, & vnum medium generare quàm si essent magne iuxta magnas.

Quarta est, quod omnis mixtio est generatio. patet, quia sine generatione non fieret vnio materierum miscibilium, & isto modo sit dictum de prima dubitatione.

Secunda dubitatio est, quia cum dictum est ad mixtionem conferre diuisionem, & cum miscibilia sint frequenter homogenea. Quęritur vtrum diuiduntur in infinitum, & isto modo non est possibile, vel non diuiduntur, & isto modo est contra dicta, vel diuiduntur in aliquot partes & in aliquot non, & si sic quæ est ratio quòd magis diuiduntur in vna parte quàm in alia, vel propter quid non omnia diuiduntur. Respondetur quòd non est possibile miscibilia habere æqualem rationem diuisionis in qualibet sui parte. causa est ex parte diuisi, quia impossibile esset quòd ipsum esset in qualibet sui parte æque fortis resistentiæ. conseruatur enim mediante actione cœli, quæ in vna parte est fortior, & Tex. in alia debilior propter inequalitatem distantiæ. Et also

quia

quia lumen solis calefacit miscibilia difformiter, quia fortius in vna parte, & debilius in alia; quia si calefacit recto radio forma eius calefacit fortius, propinquius, & remotius, debilius, si radio reflexo tunc fortius prope reflexiones, & debilius longe à reflexione, quare siue conueniens elemento fit huiusmodi actio siue disconueniens ipsa per eam fit difformis virtutis, & in vna parte fortioris resistentiæ, & in alia debilioris, quare diuisio fiet in aliquot partes, & in aliquot non, & cadit super illa puncta miscibilia, in quibus illa sunt debilitata quàm etiā ex parte diuidentis, quia non vniformiter in quodlibet punctum miscibilium agit, sed in aliud fortius, & citius erit ibi diuisio & in aliud debilius, & ibi tardius fiet diuisio. Tertia dubitatio est, quid diuidit miscibilia. Respondetur ꝙ potest fieri à valde diuersorum quolibet, quandoq; fit à grauitate vt aqua miscetur vino superposita ipsi vino. diuidit. n. sua grauitate vinum & descendit frequenter. Etiam fit propter alterationem contrariorum corrumpentium seinuicem, quādoq; n. fit motu locali distrahente, quandoq; fit rarefactione. Quarta dubitatio est. si mixtio potest fieri sine huiusmodi diuisione. Respondetur ꝙ sic, quia specialiter postquam diuisio in dictas paruas partes est facta ipsæ paruæ partes sunt commiscibiles, & miscentur sine vlteriori diuisione. Secundo patet hoc, quia si in principio in sufficientibus paruis partibus miscibilia iuxtaponerentur, tunc fieret mixtio ipsorum sine eorum diuisione, quia eque cito fieret corruptio sicut diuisio. Tertio. quia non apparet quin a, & b, miscibilia iuxtaposita possint seinuicem alterare & ad temperamentum medium reducere sine diuisione tali. Et si dicatur, reductio talis non fieret eque cito in materijs omnium miscibilium & in omnibus partibus eorum, dicitur ꝙ hoc est verum immo possibile est verū successiue fieri istam miscibilium corruptionem, & mixtionē ex eis proportionabiliter fieri successiue. Quinta dubitatio. Vtrum simile possit misceri simili. Respondetur quòd simile substantialiter cum altero non miscetur cum eo, & ratio est, quia talia nunq; corrumperent se mutuo, eo ꝙ sunt eiusdem speciei & non contraria. modo corruptio requiritur ad mixtionem vt dictum est. Et si dicatur nonne aqua salsa miscetur aque dulci? respondetur ꝙ non, sed solum fit diuisio ipsarum in paruas partes, & iuxtapositio partium. nulla autem fit realis corruptio inter eas, & sic non est possibile ꝙ simile cum alio in vna qualitate, aut duabus misceatur. Sexta dubitatio est. Vtrū miscibilia debent esse adequata in potentijs, vel vnum eorum debet alteri dominari. Respondetur quòd miscibilia non debent esse adequata punctaliter in omni qualitate sua. patet, quia non est possibile quòd fiat punctalis adequatio propter motum cœli & propter diuersas variationes, immo si esset adequata, immediate post desineret adequatio, & nullo toto tempore remaneret, prout ex solo aspectu solis, vel vnius stelle respicientis ea potest deuinci. Secunda quòd miscibilia non debent esse sic adequata vt quodlibet ipsorum sit tante resistentiæ sicut alia sunt actiuitatis. patet, quia non fieret actio. Tertia. nullum ipsorum debet tantum dominari, vt non repatiatur seu non possit alia seu aliquod ipsorum conuertere in sui naturam, stante illa dispositione. patet, quia non fieret mixtio. Quarta conclusio. elementa debent esse adequata in potētijs sic vt quodlibet ita fortiter repatiatur, vt non possit remanere, immo vt quælibet tria sufficiant quartum corrumpere, si fit mixtio ex quatuor elementis, & proportionabili modo, si fiat ex mixtis, quia sic formæ miscibilium corrumpuntur, & formæ medie generantur, & sic intellexit Arist. Tex.c.89 quando dixit miscibilia debere potentijs esse adequata. Septima dubitatio. Vtrum mixtis possit fieri ex duobus elementis. Et arguitur primo ꝙ non, quia vel habet symbolum, & si sic, quid dominatur conuertit alium in sui naturam, vel non habent symbolum, & si sic, vel vnum dominatur alteri in duabus qualitatibus, & tunc ipsum manebit, & aliud conuertit in sui naturam; vel quodlibet dominatur alteri in vna qualitate, & sic non generabitur mixtum, sed tertium elemētum; vt patet secundo huius. cap. 4. vel neutrum dominatur Tex.c.48 alteri in aliqua qualitate, & sic non fit mixtio, quia nec actio. Respondetur quòd actione propria duorum elementorum non concurrēte alio non potest ex eis generari mixtū, ratio est iam posita. nam si ambo habeant symbolum, tunc non est possibile quòd vnum eorum corrumpatur alio manente, si non habent, vel conuerteretur tertium elementum, vel vnum corrūperet aliud

Secundo. dicitur quòd ex actione solis cœli, vel proportionabili concurrente bene potest ex duobus elemētis, immo ex vno solo solum actualiter concurrenti fieri mixtum. patet, quia sola materia miscibilium manet in mixto. ergo cum influentia cœli, vel solis posset materiam duorum elementorum, vel minus sufficienter disponere pro mixti generatione, non est ratio, quare ex eis non posset forma mixti generari. Tertio. dicitur quòd huiusmodi mixti generatio, licet actualiter fieret solum ex duobus, vel vno miscibilium, tamen virtualiter fit ex omnibus simplicibus, quare necesse est quòd in ipso, & mixto generate maneant qualitates & virtutes omnium elementorum ad medium reducte, & ita virtualiter eque bene ex omnibus componitur, sicut si omnia concurrent ad sui generationem. Octaua dubitatio. Quomodo miscibilia veniant ad mixtionem, ad quam dicitur quòd miscibilia sicut ignis ac terra frequenter, coniunguntur hic inferius super terram, eo ꝙ ignis hic generatur. Secundo. dicitur quòd in media regione aeris est congelatio sicca terrestris loco terræ, & ex alio humida loco aque & ignis ibidem frequenter generatur ex intensione exhalationis terrestris, vel aliqua exhalatio terrestris est ibi quę substātialiter est actu ignis, & sic generatur idem mixtum concurrentibus miscibilibus. Tertio. dicitur ꝙ non est inconueniens influentiam facere ignem vsque ad mediam regionem aeris descendere forte propter mixtionem. Quarto. dicitur quòd non oportet, vt satis in solutione præcedentis dubitationis dictum est, in generatione mixti omnia miscibilia concurrere actualiter, immo sufficit ipsorum virtualis concursus. vnde non dicitur ignis concurrere in generatione mixtorum in medio maris actualiter, sed solum virtualiter. Nona dubitatio. Vtrum mixtio possit fieri ex mixtis. Respondetur ꝙ sic multotiens vnum mixtum generatur ex alio vt patet de his quæ generantur per propagationem seminis, & vt in multis alijs. Decima dubitatio. Vtrum mixta possint misceri. Rñdetur ꝙ sic, quia mixta habēt contrarietatem per quam inuicem agunt & miscentur, sicut patet in metallis, & in liquoribus quæ miscentur adinuicem. Sed diceret aliquis. ergo mixtum potest esse elementum mixti. Secundo. quia esset processus in infinitum, quia vnum mixtum esset materia secundi, & secundum tertij, & sic in infinitum. Tertio species noue fient per artem quas natura facere non potest. antecedens est inconueniens, & tenet consequentia, quia si duo metalla possunt misceri, sic ꝙ faciant aliam speciem metalli nouam, ars facit nouam speciem, quia illam speciem natura non potuit producere. similiter si ex multis mixtis fieret tyriaca specie differens à quolibet ipsorum per artem, ars fecit nouam speciem quam natura naturaliter non potuit agere. Dicitur ad primum negando consequentiā, quia elementum non cōsueuit dici nisi de simplici, modo mixtum nō est simplex, & ideo licet sit principium mixti, non tñ est eius elementum. Ad secundum negetur consequentia, quia non quodlibet est miscibi

miscibile cum quolibet, immo in mixtione deuenitur tandē ad ita perfecta ꝙ ipsa vltra misceri non possunt, & sic non proceditur in infinitum, quia ibi est status. Ad tertium dicitur, ꝙ est bene dubium, & potest probabiliter dici ꝙ non est incōueniens, ꝙ ars iuuet naturam, sic ꝙ applicet actiua passiuis quibus mediantibus natura certas species potest producere, quas natura non produxisset si talis applicatio non fuisset facta, & ideo ars sic iuuando naturam bene generat cum actione naturæ aliquam speciem, quam naturę sine arte non generasset, & ideo cōiter concedendum est ꝙ natura perfecta est, non quia semper oēm speciem habet, sed quia cęlum huiusmodi mixta per artem generabilia omnia virtualiter in se continet. Secundo. ꝙ non potest ars sic in infinitum generare species nouas, sed solum finitas, respectu quorum est potētia vt generentur applicans actiua passiuis virtute influentiæ cęli, & circa istam rationem bene studeat studiosus. Vndecima dubitatio est. Iuxta prædictam dubitationem quæritur, quare non quodlibet miscetur cuilibet, & videtur ꝙ deberet, quia omnia mixta sunt diuisibilia & habent contrarietatem. Respondetur ꝙ quædam sunt quæ habent formam perfectam, & requirūt in materia organiçationem & certam figuram debitam, & quantitatem, & ligamenta organorum, sicut plante & animalia, & illa non possunt diuidi in paruas partes quin statim corrumpantur, quapropter ante q̃ȝ mixtio ex eis fieret per diuisionem ad mixtionem ipsorum requisita diu essent corrupte, similiter multę sunt resistentiæ, quia q̃ñq; vnum pateretur ad mixtionem diu aliud esset in aliam substantiam transmutatum, sicut declarat Philosophus in fine primi de stanno & ere.

Duodecima dubitatio. Quare aliqua sunt faciliter mixtibilia & aliqua difficulter. Respondetur ꝙ parua paruis facilius miscentur, quia faciliter totum agit in totum, & ex alio, quia parua sunt modice resistētię ex consequenti se cito inuicem corrumpūntur, & ad temperamentum mediū se reducunt. Et si dicatur ꝙ eadem est proportio parui ad paruum, sicut magni ad magnum. ergo eque faciliter sunt miscibilia. Rñdetur, ꝙ licet sit equalis & eadē proportio, tamen non potest fieri equalis applicatio magni ad magnū, sicut parui ad paruum, & ideo non sequitur ꝙ sint eque faciliter miscibilia. Secunda causa est facilitas diuisionis, sicut inuenitur in humidis viscosis, quia propter facilitatem diuisionis faciliter talia resoluuntur in paruas partes, & iuxta ponuntur quibus mediantibus citius fit mixtio. Tertia causa est, quia omnia miscibilia sunt bene posibilia, & aliud nullo modo vel paruum non fieret debita mixtio & oppositę causæ sunt causa difficultatis mixtionis, si aliqua ipsarum fuerit intensa in passibilitate mixtionis. Tertiadecima dubitatio est. Si mixtū potest misceri cum simplici, & videtur ꝙ non, quia simplex cum habeat suas qualitates intensas semper superabit & conuertit ipsum mixtum in sui naturam. Respōdetur ꝙ sic, quia licet bene blada miscentur cum aqua in factione potus, iterū vinum cum aqua per successionem temporis. Ad rationem dicitur, ꝙ licet qualitates simplices sint intensiores, tñ possunt fieri propter magnitudinem mixti, aut densitatem materiæ eius equiparando sic, ꝙ qualitates vnius sint tāte actiuitatis sicut alterius. Decimaquarta dubitatio est. Vtrum simplex posit augere mixtum.

Tex.c.88 Rñdetur plene ꝙ sic, nam si gutta aque apponeretur doleo vini, Philosophus dicit in litera, ꝙ vinum potest facere ꝙ vniuersa mixtura faciat opus vini. ergo aqua conuerteretur in vinum, & augmentabit ipsum. Decimaquinta dubitatio, quare mixtum animatum non potest augeri aut nutriri ex simplici sicut mixtū inanimatum. Dicitur ꝙ causa est nimia dissimilitudo mixti animati ad simplex. non. n. pōt anima suo calore quantumcunq; dissimile cōuertere, & ideo simplex propter nimiam dissimilitudinem suam in mixtum animatum nequit transire, sed secus est de mixto inanimato, quia non est tanta dissimilitudo. Decimasexta dubitatio. si quælibet pars mixti est mixta, sicut patet de lignis, quare ignis applicatus ei, cū vniformæ sit non generat equaliter ex omni parte flammam, sed ex vna parte generat flammam, & ex alia fumum, & iterum ex alia cineres.

Respōdetur, ꝙ causa huius est ꝙ non est lignum, aut stramen, aut aliquod huiusmodi homogeneum simpliciter, quia si sic esset totum in flamma conuerteretur, sicut oleum totum in flamma resoluitur. Sed licet sic vniformæ quo ad sensum, tamen ibi sunt etherogeneitates insensibiles, & propter istud contingit ipsum in ista diuersas formas resolui.

Ad rationes. Ad primam patet quid sit dicēdum per primam dubitationē. Ad secundum patet solutio per secundam dubitationem. Ad tertiam dicitur, ꝙ est naturalis, conceditur tñ ꝙ ad eam concurrūt multæ violentationes, puta corruptiones elemētorum vel existentia aliquorum eorum extra locum naturalem, sed hoc non obstat quin ipsa est naturalis, quia est generatio, & omnis generatio est mixtio naturalis, & de hoc magis dicetur in sequenti quæstione. Ad quartū patet quid sit dicendum per septimam dubitationem. Ad quintum quid sit dicēdum, patet per sextam dubitationem.

Ad sextum dicitur, ꝙ mixtio sit qñ miscibilia actu corrumpuntur, & forma media generatur, conceditur etiam ꝙ de virtute sermonis mixtum non componitur ex elementis vel etiam ex his miscibilibus quæ concurrunt ad eius generationem, sed tamē dicitur ex eis componi vulgariter ad intellectum ante positum. Ratio post oppositum est pro prima conclusione primi arti.

Quædam enim balbutiuntur adinuicem & epanphoteterizant. Tex. cōm. 90. Quæstio. XXIIII.

QVeritur Vtrum omnis mixtio sit naturalis. Et arguitur primo ꝙ non est naturalis aliqua, generatio non est naturalis simpliciter, aliqua ergo non est naturalis. ergo simpliciter aliqua mixtio non est naturalis. consequētia tenet, quia non videtur potior ratio de mixtione q̃ de generatione vel augmentatione antecedens est Philosophi. 5. Phy. circa finem. Secundo. aggregatio elementorū non est naturalis. ergo mixtio non est naturalis. consequentia tenet, quia in mixtione fit aggregatio elementorum, antecedens est manifestum. nam in tali congregatione, vel oportet terrā ascendere, vel oportet ignem descendere, quod est violētum, sicut in præcedenti quæstione dictum est. Tertio vel elementa manēt in mixto, & si sic in quocunq; loco fuerit mixtum aliqua elemēta detinebuntur ibi violenter, vel non manēt, sed suę virtutes. ergo illę detinentur ibidem violenter. ergo mixtio est adhuc motus violentus. Tex.c.

Quarto. mixtio fit mediante alteratione violēta. ergo est violēta. consequentia tenet, & añs apparet, quia generatio miscibiliū fit ab agente extrinseco & passum, puta miscibile non cōfert vim, quia per eam disponit ad corruptionē ad cuius contrarium habet naturalē inclinationem. ergo illa alteratio est violenta. Quinto. mixtio fit mediante corruptione & diuisione miscibilium. modo omnis diuisio est violenta. ergo mixtio est violenta. antecedens patet per Philosophum in litera. & minor patet, quia omne continuum diligit se naturaliter permanere continuum & vnum, quare omnis diuisio est violenta. Sexto. aliqua est artificialis mixtio. ergo nō omnis est naturalis. consequētia tenet. 2. Physi. naturalia distinguuntur ab artificialibus. añs apparet, quia artificialiter miscetur vinum cum aqua, & per artem alchimiste vnum metallum cum alio. Septimo. aliqua sunt mixta casualia. ergo non omnis mixtio est naturalis. antecedens

Tex.c. & 88

Tex.c.

dens patet, de mixtis quæ sunt mixta casualia, & consequentia tenet, quia naturale distinguitur contra casuale.

Tex.c.83 usq; ad 90. In oppositum videtur esse intentio Arist. qui non videtur in hoc lib. determinate nisi de motibus & mutationibus naturalibus, cum ergo hic determinet de mixtione, sequitur ꝙ omnis mixtio est mutatio naturalis.

In ista quæstione sunt ponendæ distinctiones. secundo conclusiones responsales.

Quantum ad primum. primo nota ꝙ naturale in proposito potest capi octo modis. Primo modo capitur prout denominatiue dicitur à natura, & sic scientia dicitur naturalis, eo ꝙ de natura & de habente attributionē ad naturam principaliter considerat. Secundo modo capitur prout distinguitur contra violentum. Tertio modo prout distinguitur contra artificiale. Quarto prout distinguitur contra voluntarium. Quinto prout distinguitur contra disconueniens. Sexto prout distinguitur contra miraculosum seu supernaturale, vt dicimus creationem nō esse naturalem. Septimo prout distinguitur contra casuale. Octauo prout distinguitur contra monstruosum, & videtur octauus modus contineri sub septimo tanq̃ inferius sub superiori. Secundo nota, ꝙ violētum capitur tripliciter. Vnomodo quod est contra cōmunem & solitum cursum naturæ, Tex.c.57 & sic capitur. 5. Phy. qñ dicitur, ꝙ generatio, augmentatio, & alteratio, qñq; sunt violentæ. Secundo dicitur, ꝙ est contra naturam & inclinationem agentis, vnde sic quando agens intendit vnum & euenit oppositum illud dicitur euenire violenter, & etiam tale dicitur casuale. casuale autem est in plus. quicquid. n. euenit præter intentionem alterius agētis extra semper & frequenter, & est notabilis bonitatis vel malitiæ dicitur casuale.

Tertio modo dicitur ꝓprie, quod fit à principio actiuo extrinsece non conferente vim passo, & sic describitur. 3. Ethico. & sic motus lapidis sursum dicitur violentus. Tertio est notandum, ꝙ aliquando aliquid dicitur artificiale vel voluntarium respectu agentium principalium, vt domus generatio dicitur voluntaria vel artificialis. Alio modo aliquid dicitur artificiale vel voluntarium respectu agentium applicantium actiua passiuis & isto modo dicimus blada artificialia, licet compleantur per naturam, eo ꝙ incipiuntur ab arte. Et eodē modo potest dici de violento. Quarto nota, ꝙ differunt contingens casuale monstruosum & violentum. Contingēs. n. dicitur illud quod potest esse, & non est, & hoc capiendo contingens stricte, & proprie propter libertatem arbitrij. Sed casuale dicitur quod est effectus notabilis bonitatis vel malitię extra semper & frequēter eueniens ab agente aliquo ipsum producente non intento ab eodem. Monstruosum dicitur quando est indebita ordinatio membrorum & pręter intentionem partialis naturæ, & ideo est inferius ad casuale. Violentum vero est illud quod fit &c. quod ante descriptum est. Quinto nota, ꝙ mixtio capitur quandoque pro alteratione prima præcedēte generationem formæ mixti. Aliquando vero pro generatione formæ mixti in materijs miscibilium. Sexto nota, ꝙ subiectum alterationis est materia prima, sicut & generationis, patet ꝑ prius dicta.

Quantum ad secundum sit prima conclusio hæc. capiendo violentum pro illo quod est pręter solitum cursum naturæ aliqua mixtio est violēta & non naturalis, & est artificialis voluntaria inchoatiue, patet hoc de mixtione metallorum facta per artem alchimistæ. illa. n. est præter cursum solitum naturæ, & inchoatiue fit ab arte & voluntate. verum est ꝙ completiue fit à natura miscibilibus applicatis. Secunda conclusio capiendo violentum proprie, prout dicitur ꝙ est cōtra inclinationem passi, & mixtionem pro generatione formæ mixti, nulla mixtio est violenta, sed queuis naturalis, patet. nam omnis generatio non est violenta, sed naturalis, omnis mixtio est generatio. ergo omnis mixtio est naturalis & nulla violenta. maior patet, quia omnis generatio est cū inclinatione naturali subiecti. s. materiæ primę in qua ipsa fit. ergo passum in generatione confert vim. s. habendo naturalem inclinationem ad recipiendum formam quæ generatur. ergo nulla est violenta generatio. minor nota est de se. Tertia conclusio. capiendo mixtionem pro alteratione præuia adhuc istomodo omnis mixtio est naturalis, & nulla violenta. probatur. nam alteratio realiter fit in materia prima. modo sicut ipsa habet naturalem inclinationem ad terminum alterationis, puta ad formam substantialem, ita habet ad medium. s. alterationem quo illa forma producitur. ergo est ibi naturalis alteratio & non violenta sicut & generatio. Sed diceret quis. miscibilia sunt subiecta alterationis, & illa non conferunt vim ad alterationem illam. ergo ista alteratio est violenta. Respondetur, negādo ꝙ subiectum inhesionis adequatum sit miscibilia, immo sunt materiæ ipsorum, vt prius dictum est. Si autem quis vellet ꝙ miscibilia ratione materiæ essent subiecta huiusmodi alterationum, tunc conceditur totum antecedens, & negetur consequētia, quia non oportet ad hoc ꝙ aliquis motus sit naturalis ꝙ conueniat omni subiecto, sed sufficit ꝙ subiectum inhesionis adequatum, puta cui inheret habet naturalem inclinationem ad huiusmodi motū, modo sic est in proposito respectu huius mixtionis seu alterationis, ꝙ materia est subiectum adequatum inhesionis eius, & ipsa habet ad eam naturalem inclinationem. Quarta conclusio. capiendo mixtionem pro alteratione, mixtio vt in pluribus est naturalis in ordine ad causas agentes. patet, quia agentia intendunt illam alterationem. Quinta conclusio. in ordine ad quatuor elementa miscibilia omnis mixtio (capiendo mixtionem pro generatione formę mixti) est casualis. patet, quia euenit præter intentionem eorum, quodlibet. n. eorum intendit generare sibi simile & non mixtum. Sexta conclusio omnis mixtio est naturalis & non casualis in ordine ad agens. primum patet, quia agens primum quicquid producit, producit ex intentione, prout patet auctoritate Boetij quarto de cōsola. & ex alio, quia causa prima nihil producit non cognoscens, nec producit non intendens, eo ꝙ nō necessitatur in producēdo. ergo nihil facit à casu. antecedens est notum, & cōsequētia similiter.

Correlariū, esto ꝙ multa sunt casualia respectu agentium particularium, tñ nihil est casuale respectu agentis vniuersalis, patet per duas cōclusiones ꝑcedentes. Septima cōclusio. omnis mixtio est violenta miscibilibus quorū actione ꝓducitur ex ipsis mixtum, quia illa per eam corrūpuntur, mō cuilibet violēta est sua corruptio.

Ad rationes. Ad primam dicitur quòd ipsa arguit pro prima conclusione. vnde eodem modo augmentatio generatio & mixtio dicuntur innaturales improprie quia sunt præter cōem & solitū cursum naturæ, & hoc est pro prima conclusione, sunt tñ simpliciter naturales, quia subiecto suo conuenientes, puta materiæ primæ.

Ad secundum cōceditur, quòd congregatio elementorum non est naturalis in ordine ad sua elementa, licet naturale sit in ordine ad causas agentes qñq;. & negetur consequētia qua infertur. ergo mixtio non est naturalis. mixtio. n. potest esse naturalis, licet ad eam multæ concurrunt violentationes ipsorum miscibiliū. Ad tertiū dicit̄, ꝙ elementa non manent in mixto, sed suę virtutes & qñ dicitur ꝙ tales ibidem manent violente, possibile est quòd aliqua qualitas motiua in mixto sit violenta vt leuitas ignis, sed consequentia non valet qua infertur, quòd mixtio sit violenta, motus. n. bene est naturalis, licet ad eum bene multæ concurrunt violētationes.

Ad quartū negetur antecedens, ꝙ mixtio sit mediante alteratione violenta. Ad probationem conceditur, ꝙ alteratio miscibilis est violēta miscibili, sed cum hoc stat

ꝙ sit naturalis, quia est conueniens suo subiecto adequato.s. materiæ primæ, prout dictum est in tertia conclusione. conceditur etiam ꝙ ad mixtionem naturalē concurrunt miscibilium violētationes, vt prius dictum est.

Ad quintum respondetur sicut ad secundum vel tertium, quia bene fit mixtio mediante violentatione miscibilium, puta diuisione vel corruptione ipsorum, tamē est simpliciter naturalis vt dictum est. Ad sextum conceditur, ꝙ aliqua est mixtio artificialis inchoatiue, conceditur ꝙ sic non est naturalis, prout naturale distinguitur contra artificialem, immo est violenta prout violentum distinguitur contra consuetum & communem cursum naturę, & hoc est dictum in prima conclusione, & cum hoc tamen stat ꝙ ipsa mixtio sit simpliciter naturalis, eo ꝙ est conueniens suo subiecto. Ad septimum conceditur, ꝙ aliqua sunt mixta casualia in ordine ad causas particulares agentes, sed cum hoc stat ꝙ est naturalis in ordine ad primum agens intendens illam formam tali modo debere produci, sicut in mixto monstruoso producitur, stat etiam ꝙ sit simpliciter naturalis mixtio, eo ꝙ est conueniens suo subiecto. Ratio post oppositū est pro conclusionibus secunda & tertia.

QVAESTIONES CLARISSIMI Philosophi Marsilij Inguen super libri secundi de generatione & corruptione felici Auspicio incipiunt.

De mixtione quidem igitur & tactu, & de facere & pati dictum est. Tex.cōmen. 1. *Quæstio. I.*

Circa secundum librum de generatione & corruptione. quæritur à Reuerendo magistro Marsilio Almano primo talis quęstio. Vtrum quatuor sint qualitates primæ.s. caliditas, frigiditas, siccitas, humiditas, & nō plures nec pauciores. Et arguitur primo. quòd sint pauciores. nam non est nisi vna qualitas prima. ergo &c. consequentia tenet, & antecedens probatur, quia illud quod per superabundātiam dicitur vni soli conuenit. 8. Topicorum. modo primum dicitur per superabundantiam, quia est superlatiui gradus. Secundo. nulla est qualitas prima. ergo &c. consequentia tenet. & antecedens patet, quia qualibet qualitate sensibili istorum inferiorum est alia prior.s. pręcedens eā in materia. ergo &c.

Tertio qualitates primæ sunt tantum duę. ergo &c. consequentia videtur tenere, & antecedens patet, quia duę qualitates primæ sunt tantum duę, & illę sunt qualitates primæ. ergo &c. Confirmatur. Humiditas & siccitas non sunt qualitates primæ. ergo solum sunt due primæ.s. caliditas, & frigiditas. consequentia tenet, quia si sunt quatuor humiditas & siccitas erunt due earum. antecedēs patet quia humiditas & siccitas sunt passiue.
Tex.c. 8. secundo huius, & 4. Metheororum. modo tales nō sunt
Tex.c. 1. primæ, eo quòd actiue sunt priores passiuis sicut agens passo. Confirmatur secundo. Caliditas est causa siccitatis, quia caliditas desiccat, patet per experientiam & frigiditas humiditatis, quia frigidū humectat. ergo &c.

Quarto. qualitates primæ sunt tres & non plures. ergo. consequentia tenet, & antecedens patet, quia sunt tres, & vna per aduersarium. modo vna non est plures.

Quinto. frigiditas non est qualitas prima. ergo non sunt quatuor. consequentia tenet, & antecedens patet, quia caliditas est perfectior frigiditate, quia perfectioribus elementis conuenit. ergo frigiditas est minus perfecta caliditate. ergo est posterior ea. ergo non est prima.

Confirmatur. Quia frigiditas est priuatio caliditatis. ergo &c. consequentia tenet, quia priuatio est posterior habitu. antecedens est Commentatoris. 2. Physi. & in secundo Cęli. Tex.c.15 Sexto. caliditas nō est qualitas. ergo &c. consequentia tenet, & antecedens probatur, quia caliditas generatur ex alijs prioribus qualitatibus, sicut à luce & lumine & motu, vt patet primo Metheororum.

Item caliditas sequitur raritatem in materia. ergo est qualitas secunda. consequentia tenet, quia est posterior raritate, quę est secunda qualitas. antecedens patet, quia motus calefacit & generat caliditatem distrahendo. Albertus super. 1. Metheororum. ergo rarefaciendo. ergo raritas præcedit caliditatē via generationis in materia.

Deinde arguitur quòd sunt plures istis, quia præter illas sunt lux & lumen. ergo sunt plures quàm quatuor consequentia tenet, & antecedens patet, quia illæ qualitates sunt cœlestes quæ sunt in istis simpliciter priores.

Secundo. motus cęli est qualitas prima. ergo &c. consequentia tenet, quia ipse non est aliqua illarum. antecedens patet, quia motus cœli est dispositio perficiens cœlum. ergo qualitas, & constat quòd non est qualitas secunda. ergo est prima. Tertio. raritas est qualitas prima. ergo &c. consequentia tenet, & antecedens patet. per rationem. Quarto. figura est qualitas prima. ergo &c. consequentia tenet, & antecedens probatur, quia quantitas continua est naturaliter prior his qualitatibus eo quòd à natura nequeunt esse nisi in subiecto extenso, vt dictum est primo. modo quantitas non potest esse sine figura. Quinto. grauitas & leuitas sunt qualitates primæ. ergo &c. consequentia tenet, & antecedens probatur, quia sicut se habet motus localis ad motum alterationis, ita se habent qualitates motiue localiter ad qualitates alterationis, sed motus localis est prior motu alterationis, quia est primus motuum. 8. Physic. ergo qualitates motiue localiter sunt priores qualitatibus alterationis. ergo grauitas, & leuitas quæ mouent localiter sunt qualitates primæ. Tex.c.15 58.&59. Item grauitas & leuitas sunt causæ motus & motus caloris. ergo sunt causa caloris. ergo sunt priores calore, & tenet consequentia prima, quia quicquid est causa causæ est causa causati. Et confirmatur. quia illæ causæ videntur esse priores quæ magis sequuntur prima corpora. modo grauitas & leuitas magis sequūtur naturam priorum corporum, quia difficilius ab eis separatur, facilius.n. aqua aut terra calefit quàm leuefiat, quod etiam videtur fuisse de intentione Arist. qui de eis in prioribus determinauit.s. in tertio & quarto Cœli. ꝗ de alteratiuis, de quibus hic determinauit. Tex.c. Tex.c. & 8. Sexto. quatuor sunt elementa & quodlibet illorum habet duas qualitates primas. ergo sunt octo. consequentia tenet, & antecedens est Philosophi. secundo huius. cap̄. secundo. Tex.c.

In oppositum est Philosophus in secundo huius, & in quarto Metheororum.

In quæstione erunt quinq; articuli. In primo ponende sunt distinctiones. In secundo comparande sunt qualitates inferiores ad qualitates cęlestes. In tertio videbitur quæ qualitates competunt elementis, & quæ non. In quarto videbitur quæ qualitates sunt actiue, & quæ non. In quinto videbitur de quæsito. videlicet, quæ & quot, & qūo sunt qualitates primæ secundum speciem.

Quantum ad primum sit prima distinctio, quædam sunt qualitates sensibiles, vt caliditas vel color, & aliæ non sunt sensibiles, vt qualitates spirituales, species qualitatum sensibilium vel virtuales vt virtus attractiua ferri in magnete, similiter influentiæ cęlestes & consimiles. hæc enim non sentiuntur, sed si sentiuntur hoc est per accidens & per effectum. Tex. 17.8 Secunda distinctio est, qualitatum insensibilium quædam vocantur spirituales, & sunt

& sunt illæ quæ non sequuntur actionem qualitatum sensibilium contrariarum in subiecto, sicut species qualitatum sensibilium & influentiæ cælestes. Aliæ dicuntur virtuales, sed non spirituales, sicut est virtus magnetis attractiua ferri virtutes herbarum insensibiles & cõ similes. Tertia distinctio, sensibilium quædam sunt ingenerabiles & incorruptibiles, sicut lux motus, & figuræ cœlestium corporum. Aliæ sunt in generabiles, & corruptibiles vt lux inferiorum rerum colores & consimilia. Quarta distinctio, generabilium & corruptibilium sensibilium aliæ generantur sine actione contrarietatis de per se concurrente, sed ex solo motu, vt sonus, & figura. Aliæ generantur mediante actione contrarietis, de per se concurrente, vt odor, & color, & sapor. Quinta distinctio, qualitatum generabilium, & sensibilium, quædam sunt de per se actiue actione, corruptiua, sicut sunt caliditas, & frigiditas, humiditas, & siccitas, sicut post dicetur: Quędam vero non sunt actiue actione corruptiua de per se, sicut sapor, odor, & color, vnde licet odor & color agant multiplicando suam speciē in medium vel in organum sen sus, tñ hc non est agere corruptiue, quia huiusmodi actio fit sine obiectione contrariorum. Sexta distinctio, qualitatum sensibilium aliæ sunt tangibiles, vt caliditas frigiditas, & huiusmodi. Aliæ sunt sensibiles alijs sensib⁹ vt color visu percipitur, sunt autem tangibiles hæ septem qualitatum contrarietates calidum, frigidum, humidum, siccum, graue leue, durum molle, grossum, subtile, asperum lene, lubricum & aridum. ad has. n. omnes aliæ reducuntur. Septima distinctio, qualitatum sensibilium quędam sequuntur qualitates quæ a Philosopho vocantur primæ simpliciter. i. non mixtæ cum gradibus qualitatum contrariarum, vt raritas & leuitas sequuntur simpliciter caliditatem cum siccitate vel humiditate, licet etiam in mixtis reperiantur. Aliæ nõ sequuntur nisi qualitates vocatas primas, commixtas sicut sunt colores, odores, sapores, & cætera. Et hoc de primo.

Quantum ad secundum sit prima conclusio. hæ qualitates cœli sunt priores tempore singulis qualitatibus sensibilibus de tertia specie qualitatis istorum inferiorũ patet, quia sunt perpetue, & istorum inferiorum qualitates sunt corruptibiles & genitæ. Secunda conclusio, qualitates cœli sunt priores naturaliter qualitatib⁹ sensibilibus istorũ inferiorum. patet quia causa est naturaliter prior suo causato 5. meta. & in post prædicamentis, modo qualitates cælestes sunt causę qualitatum istorum inferiorum. Tertia conclusio, lux quæ reperitur in istis inferioribus, sequitur commixtionem qualitatum, quæ vocantur primæ adinuicem, patet quia nullum elementum existens in naturali dispositione lucet. vnde si flamma luceat hoc est quia licet sit ignis, tñ illæ non est naturali dispositione ignis enim in naturali, dispositione non lucet, ex quo patet, quòd omnia hic inferius lucentia sunt mixta qualitatiue, & per consequens lux consequitur mixtionem qualitatum primarum adinuicem. Correlarium. lux hic inferius existens est qualitas. secunda patet per conclusionem quia sequitur mixtionem qualitatũ primarum adinuicem.

Quarta conclusio, lux cœli & lux istorum inferiorũ differunt specie specialissima essentiali patet, quia lux cęli est qualitas prima respectu istarum qualitatum inferiorum, & lux istorum inferiorum qualitas secunda. per dicta. modo qualitas prima simpliciter differt specie specialissima essentiali a qualitatibus secundis, & à qualitate secunda. Quinta conclusio probabilis, inter qualitates cœli motus circularis est qualitas prior, prioritate naturæ q̃ lux patet auctoritate Phylosophi. 8. physi. motus circularis cœli est primus, motuum, & per consequens est prior illuminatione & luce, & probatur ratione, quia illa qualitas est prior per quam prima causa immediatius agit & magis proprie, sed p motum, prima causa magis proprie, & immediatius agit q̃ per lucem, ergo consequentia tenet. maior est nota de se minor patet, quia per motum primi mobilis agit cũ lucidis, cęlestibus, mouendo lucida, & applicando ea passiuis, non sic econuerso per lucem mouet primum, mobile. Secundo sic quia vel motus & lux cœli in causando referuntur eque immediate in causam primã .s. in deum, vel vnum eorum prius alio non potest dici primum, quia differunt specie essentiali, & per consequens non eque immediate referuntur in primam causam, si dicatur secundum quæro. vtrũ motus per prius in causando in deum refertur, & habetur propositum, vel lux, & hoc non quia, prius prima causa immediate agit cum motu primi mobili. Sexta conclusio, prę ter motum lucem, & lumen ponende sunt qualitates, quædam insensibiles multiplicate ad ista inferiora quæ vocantur influentie. probatur primo, quia alijs cælum non esset causa generationis & intensionis frigiditatis, in istis inferioribus. consequens est falsum, quia tota virtus mundi inferioris, tam caliditatis, q̃ frigiditatis gubernatur à cœlo. primo metheo. & probatur consequẽtia, quia vel cœlum est causa talium per motum lucem vel lumen & hoc non quia illa nata sunt magis, calefacere, & frigiditatem remittere quã eam gubernare, & intendere, prout patet primo metheororum, & secundo cœli, vel est causa talium per vnam talem qualitatẽ, occultam influxam in ista inferiora, & habetur propositum. Tex.c.42 Secundo cœlum conseruat terram in loco naturali, & non conseruat eam ibi nisi per virtutem insensibilem distinctã à motu luce & lumine. ergo consequẽtia vera. antecedens pro secunda parte patet. ex 4. phy. Tex.c.48 & 49. quia quodlibet ens naturaliter conseruatur in suo loco naturali, & hoc non potest saluari nisi per virtutem influxam illi loco à cœlo. minor patet, quia virtus cœli conseruans terram est influxa sphærę terræ ex motu cęli, & motus cœli terræ non influitur cum semper maneat in cœlo. Item illa virtus non est lux vel lumen cum terra videtur naturalius disposita de noctæ cũ est minus illuminata, quia tunc est magis frigida quam in dię cum est magis illuminata. Tertio cœlum mouet secum orbiculariter sphæram ignis, & aeris, & hoc nõ facit nisi per talem virtutem influxam ipsis. ergo, maior patet. primo metheoro. minor patet, quia sic nõ mouet motus cœli ignem cnm non intrat sphæram ignis, sed manet immobilis nec per alligationem sphęrę ignis cum cęlo quia ibi nulla talis est vt suppono nec per lumen, quia lumen non est sic natum mouere, ergo facit hoc per virtutem insensibilem sphæræ ignis influxam, distinctam ab his, & habetur propositum. Sed contra probationem secundam instatur sic fortiter, si cœlũ conseruaret terram per influentiam sic multiplicatam ab eo in sphæram. s. terræ sequitur ꝙ terra naturaliter debet ascendere, consequens est falsum, & tenet consequentia, quia agens corporeum agens per contactum, fortius agit prope q̃ distãter a se. ergo influẽtiæ conseruatiue terræ erũt fortiores prope cœlũ q̃ in loco terræ. ergo locus versus cœlũ est magis natus conseruare terram. ergo terra semper deberet ascendere versus cœlũ.

Secundo si sic sequeretur ꝙ ignis non conseruaretur in loco suo naturaliter. consequens, est iterum falsum, & consequãtia declaratur, quia per productionem influentiæ conseruatiue terræ vel aque multiplicatur influentia à cœlo vsque ad sphæram terræ vel aque. ergo cum agens corporeum non possit agere in distans nisi prius agat in propinquum, sequitur quòd influentiæ conseruatiue terræ & aque multiplicantur in sphæram ignis. ergo cum tales sint generatiue frigiditatis, & conseruatiue eiusdem, & per consequens corruptiue caliditatis

Left margin notes: Tex.c.15 — Tex.c. 58. & 57 — Tex.c.2. & 3. — Tex.c. — Tex.c. — & 8. — Tex.c. — Tex.c.55 57. & 58.

caliditatis, sequitur ꝙ ille recepte in sphęra ignis, ignē remittent in caliditate & per consequens corrumpent. ergo non est naturaliter locatus. Iste obiectiones viden tur multum difficiles, quia videtur ꝙ valde arguunt ex probabilibus. Et tamen illud quod concludunt est oppositum vnius, quod credo Arist. simpliciter concessisse, quia si tota virtus mundi inferioris gubernetur à cœlo, & terra & aqua gubernantur ab eo, & non nisi per virtutem influxam. ergo, &c. Item cum elemēta in locis suis naturalibus sint naturaliter collocata, nō videtur quòd hoc sit nisi ratione huius influentæ ibidē ea conseruantis, quia sine dubio superficies concaua elementi superioris non naturaliter conseruat elementum inferius, cum sibi adminus contrarietur in vna qualitate. Et ideo subsistendo huiusmodi influentias præmitto quòd si caliditas fortissime agit ita influentia calisfactiua, & sicut caliditas debilissime resistit, ita ad minimam distantiam multiplicatur influentia calefactiua notabiliter. s. solum multiplicatur vsq; ad sphærā aque exclusiue. Secundo. sicut frigiditas fortius resistit q̃ caliditas & minus agit, ita influentia frigefactiua minus agit q̃ calefactiua. Ad maiorem tñ distantiam multiplicatur. s. per totam regionem elementarem. Tertio dico ꝙ sicut humiditas fortius agit q̃ siccitas, ita influētia humectatiua fortius agit q̃ desiccatiua, & ad minorem distantiam multiplicatur, puta vsque ad sphærā, terræ exclusiue. Quarto quòd sicut siccitas maxime resistit, ita influentia desiccatiua ad maximam distantiā multiplicatur, sed debilius agit in eadem distantia quā influentia humectatiua per hoc saluatur naturalis situs omnium elementorum, quia ignis naturaliter locatur superius, quia ibi influentie calefactiue maxime dominantur. propter quod influentie frigefactiue ibidem impediuntur ab effectu quem nata sunt generare vel conseruare. Post illum aer, quia ibi influentia est calefactiua eam conseruans, & fortius calefaciens q̃ frigefactiua infrigidat. similiter humectatiua fortius, humectat, q̃ desiccatiua desiccat. Postea aqua, quia ibi incipiunt influentiæ frigefactiue agere, quia nō multiplicantur ibidem calefactiue. Postea terra, quia ad distantiam illam solum intense multiplicantur influentiæ frigefactiue & desiccatiue, & ideo naturaliter collocatur ibidem terra.

Et si dicatur. quare ergo influentia humectatiua in sphæra ignis non generat humiditatem corrumpendo ignem cum fortius agat ab equali distātia quàm influētia desiccatiua. Respondetur quòd caliditas & influētia calefactiua quę ibi sunt valde intense conseruant siccitatem, & impediunt actionem actionis influentiæ humectatiuę, & sic influentia desiccatiua de per accidens, fit ibidem fortior, licet de natura debet esse debilior.

Iste modus dicendi apparet esse probabilis, sed si q̄s poterit inuenire meliorem dicat illum. Per hoc solute sunt rationes. terra enim non ascendit, quia licet in locis cœlo propinquioribus influentiæ eius conseruatiue fortius multiplicentur, tamen suum effectum non possunt ibidem notabiliter agere propter influentias contrarias qualitatis genite quæ ibidem fortius existunt, sicut ignis in loco suo naturali naturaliter conseruatur, quia licet influentiæ frigiditatiue, & homuctatiue sint ibidem, tñ calefactiue, & desiccatiue sunt fortiores modo prædicto. ergo non generatur ibi frigiditas. Septima conclusio. ꝙ lux & lumen sunt priora naturaliter in causando q̃ talis influentia, probatur, quia talis influentia fortius multiplicatur cum lumine q̃ sine lumine, ideo fortificatur coactione luminis, ideo lumen agit fortificando actionem influentiæ. ergo conclusio vera consequētia vltima tenet. quia causa in causando est naturaliter prior causato, & prima consequentia tenet, quia nō videtur propter quid illa influētia fortius multiplicetur cum lumine, nisi quia lumen eius actionem fortificat aliquo modo, & secunda consequentia nota est de se. patet antecedens. quia expertum est (vt dicūt medici) quòd si radĳ lunares de nocte attingunt notabiliter longo tempore aliquod membrum hominis discoopertum, illud membrum fit paralyticum, q̄d non est nisi quia influentia lunæ, infrigidans, & humectans fortiter multiplicatur cum lumine, & si fenestre essent clause, ita ꝙ radĳ luminis non attingerent membrum, non ita fortiter agerent influentiæ in membrū, & ideo membro non noceret, quod non videtur verum, nisi quia influētiarum virtus fortificatur mediante iuuamine luminis. Item cum inter has qualitates cœli debet esse ordo, eo ꝙ omnium est ordo. 12. meta. vel cœlum, per prius agit cum influentia q̃ luce, & hoc non videtur, cum multo magis experta sit actio luminis q̃ influētiæ, & ideo non videtur ꝙ influentia diridat lucida cœlestia ad illuminandum, vel cœlum per prius agit cum luce q̃ cum influentia, & habetur propositum.

Aliquis diceret contra, cum lux & lumen lunæ sint calefactiua à natura, videtur ꝙ non fortificent influentiam ipsius frigefactiuam. Respondetur, ꝙ licet lux & lumen de per se, & immediate sint calefactiua in materia susceptibili, tamen indirecte fortificant actionem influentiarum lunæ. s. quia cum lumine fortius nata est influentiam multiplicare q̃ sine lumine. s. quia medium illuminatum magis natum est influētiam recipere quā non illuminatum. Octaua cōclusio influentis minus natæ sunt reflecti q̃ lumen. patet quia influentiæ intrāt profundas radices terræ, & hoc lumen non facit propter impedimentum per reflexionem, &c. Consequentia tenet, & antecedens pro prima parte patet, quia cœlum conseruat terram prope cētrum. Iterum est causa generationis piscium in mari, & metallorum in terra quod nō esset nisi intraret terram profunde & aquam. minor patet, quia lumen reflectiter in superficie terræ, sic ꝙ non ad magnam distantiam intrat terram. Vltima conclusio influētia tñ per obstaculum durum, & non diaphanum quodammodo reflectitur, patet per primam rationem factam ad septimam conclusionem. Si tu dormis in radĳs lunaribus recte faciem tuam tangentibus influentie frigefactiue tibi nocent notabiliter. Si autem dormias coopertus, sic ꝙ radĳ lucis non nisi reflexi vel valde debiles faciem tuam tangant influentiæ non nocebunt tibi sensibiliter, quod non est nisi per obstaculum reflectens radios lucis, & sic influentiæ quodammodo reflectuntur, sed forte hoc est de per accidens. s. quia cum lumine influentiæ fortiter natæ sunt multiplicari, & non sine eo, sicut dictum erat in septima conclusione. Et de secundo.

Quantum ad tertium articulum videndum est, quæ illarum qualitatum competunt elementis. & quæ non & quo ad hoc sit prima conclusio. Omnes qualitates sensibiles sensu tactus proprie competunt elementis licet non omnes cuilibet. conclusio patet. quia qualitates sensibiles proprie sensu tactus sunt caliditas quę conuenit igni, frigiditas quæ cōuenit aque, humiditas quę conuenit aeri, & siccitas quæ conuenit terræ. Sed aliquis quæreret. vtrum aliæ qualitates tangibiles conueniunt elementis. Respondetur quòd elementis cōueniunt rarum & dēsum, graue & leue, durum & molle. Durum vt terræ existenti in sua naturali dispositione, & molle eidem q̄n est extra suam naturalem, dispositionem, vnde proprie nullum aliorum elementorū à terra dr̄ molle, eo ꝙ molle dicitur ꝙ faciliter cedit præmenti non circunstando quarto metheo. modo si aliqua elementa faciliter cedant præmenti, tamen econuerso circunstant, sicut patet de aqua, quæ licet cedat digito, imposito tñ econuerso circunstat digitum, asperum, & lenę lubricum & aridum elementis in naturali dispositione existentibus cōueniunt eo quòd sunt qualitates

litates consequentes commxitionem qualitatum primarum adinuicem. vnde si terra esset naturaliter figurata, tunc esset perfecte sphærica, & sic non essent aspera nec etiam proprie esset lenis, quia non esset plana. Secunda conclusio. elementis existentibus in naturali dispositione non cõueniunt qualitates primę sensibiles ab alijs sensibilibus, patet quia eis non conueniunt colores odores, & sapores, quia illæ sequuntur commixtionẽ, qualitatum primarum adinuicem, quæ commixtio repugnat elementis existẽtis in naturali dispositione, quia tunc non haberet vnam de quatuor qualitatibus primis in summo ergo, &cæ. consequentia tenet, & antecedens, quia ille qualitates sequuntur commixtionem, qualitatum primarum, patet quia videmus ꝙ quanto, est aliquid propinquius puro elemento tanto minus habet de his qualitatibus, vt quanto aqua est purior, tanto est minus sapida ꝗ̃ aqua maris, quia aqua maris est magis commixta, & iterum videmus ꝙ ex alia, & alia proportione qualitatum primarum adinuicem mutantur colores, sapores, & odores in mixtis, quod non videtur, esse nisi quia illæ qualitates consequuntur, commixtionem. Sed contra hanc cõclusionem arguitur, quia si terra in naturali dispositione non haberet colorẽ ipsa non esset sic visibilis. consequens videtur, falsum, cũ sit valde, densa, & non diaphana. consequentia tenet. quia nihil videtur non participans colorem vel lucem, terra non est lucida. Item secundo, quia Philosophus dicit in de sensu & sensato, ꝙ omnia corpora colore participant. ergo & elementa. Tertio. Philosophus in libro de coloribus, attribuit elementis colores, vnde dicit aquam esse albam. Quarto. communiter dicitur, quod aqua est dulcis, & videtur Philosophus velle in de sensu, & sensato ꝙ non esset nisi haberet saporem. r

Quinto. si colores non essent in elementis, sequitu ꝙ album generaretur, & non generaretur ex contrario & sic generatio albi non erit vera alteratio. consequens
Tex.c.47 pro prima parte est contra Philosophum primo physi.
Tex.c.18 dicentem, ꝙ album generatur, ex nigro, & pro secunda est contra Philosophum. 5. physi. dicentem, ꝙ omnis motus, ad qualitatem est alteratio. modo generatio albi est motus ad qualitatẽ, & tenet consequentia, quia si generaretur mixtum album ex elementis ipsum non generaretur ex nigro, per conclusionem, quia in elemẽtis nullus est color. Item cum alteratio sit mutatio in
Tex.c.21 qualitatibus contrarijs vel medijs in primo huius, & idõ si non generatur albedo ex contrario vel medio sequeretur ergo ꝙ in generatione albi non est alteratio.

Sexto in mixto variatur frequenter proportio qualitatum primarum adinuicem, & tamen non mutatur color, ergo color non sequitur proportionem illarum. consequentia tenet, & antecedens patet. quia non oportet si paries calefiat magis, quã ante fuit calidus, ꝙ propter hoc mutet colorem. Ad primum illorum respõdetur negando consequentiam. Ad probationem dicitur, ꝙ licet terra existens, in naturali dispositione non esset visibilis colore vel luce. s. proprie, tñ videtur per reflexionem radiorum lucis sicut speculum, & ideo apparet colorata. Ad secundum dicitur, ꝙ Philosophus, in de sensu capit colorem large pro luce, lumine & colore stricte accepto, vt sit sensus. omnia corpora colore participant. i. participant colore lumine vel luce, & hoc de se, vel per reflexionem, vel potest dici ꝙ voluit ꝙ omnia corpora participant colore, loquendo de mixtis & elementis, quia supponit ꝙ elemẽta non essent in sua naturali dispositione, & sic aliquo modo essent colorata. Per hoc respondetur ad tertium, ꝙ colorem non attribuit Philosophus elementis puris qualitatiue, sed quodammodo similibus, sic dicit aquam. i. similẽ aque esse album. Ad quartum dicitur ꝙ dulce frequenter accipitur pro insipido, & sic aqua in naturali dispositione dicitur dulcis. Aliomodo potest dici ꝙ aqua pura non est dulcis, sed aqua mixta, & quòd de illa intellexit Philosophus, quòd est dulcis. Ad quintum dicitur quòd non est inconueniens quòd color vel sapor in generatione mixti noui generetur ex elementis, & non generetur ex contrarijs. Et ad philosophũ primo phy. dicitur quòd voluit quòd color generatur ex contrario vel medio, capiendo contrarium large, prout exten- Tex.c.47
dit se ad priuatiue opposita, sic album generatur ex albedine priuatiue, verum est qñ in eodem existente hoc aliquid & mixto vnus color generatur, & tunc corrũpitur alter, & sic album generatur ex nigro vel medio, colore colorato. Ad illud autem quod additur, quòd tunc generatio albedinis non esse alteratio aliqui concedunt consequentiam, & consequens, capiendo alterationem stricte, sicut diffinitur primo huius, sed est alte- Tex.c.21
ratio large dicta, quia est mutatio in qualitate. aliter potest dici quòd est alteratio proprie dicta, quia licet non sit de contrario in contrarium, est tamen a minori albedine ad maiorem, & illam vocat Philosophus de contrario in contrarium in quinto physi. Ad sextum di- Tex.c.18
citur, quòd proportionis mutatio in qualitatibus primis potest fieri dupliciter. Vno modo permanenter, & sic quòd non sufficit compositum se ad illam proportionem reducere complete in qua fuit ante, & sic sine dubio mutantur colores. Alio modo remittitur dispositiue, & nõ permanẽter, sic quòd mixtum statim post se reducit ad priorem proportionem, & ad illam variationem non sequitur mutatio coloris. Et per hoc patet quid sit dicendum ad argumentum ad factũ de pariete.

Quantum ad quartum articulum restat videre quę qualitates sunt actiue, & quæ non, & intelligantur, cõclusiones de actione reali, quæ est cum contrarietate, quia de actione spirituali non propono loqui hic. Sit prima conclusio hęc. Qualitates sensibiles distincte contra tangibiles nõ sunt proprie actiue, patet inductiue, quia non videtur quòd nigredo habeat corrumpere albedinem vel econuerso. similiter in odoribus, & saporibus.

Sed contra, lux quæ est proprie visibilis calefacit, vt dictum est. ergo conclusio falsa. Item videtur quòd si amarum & dulce inuicem miscentur quòd dulcedo remittet amaritudinem & econuerso. Ad primum dicitur quòd verum est quòd lux est generatiua caloris, sed tñ non dicitur qualitas actiua cum contrarietate, quia non repugnat de per se frigiditati, & ideo non videtur esse contradicta. Ad secundum dicitur q̃d in tali mixtione illi sapores non remittent se, sed causæ suæ. puta proportionis qualitatum primarum adinuicem, ad quas proportiones consequuntur huiusmodi sapores, variata. n. per mixtionem huius proportione variatur etiã sapor. Secunda conclusio. Sunt alique qualitates insensibiles quæ sunt generatiue caliditatis & frigiditatis. patet. quia qualitates virtuales quas medici ponunt in mixtis sunt generatiue caliditatis, vt virtuales qualitates piperis vel vini. etiam alique sunt generatiue frigiditatis, vt qualitates virtuales papaueris vel opij. Item lumen est generatiuum caloris simpliciter, & influentiæ cælestes insensibiles, propter quòd notanter dictum fuit in præcedenti conclusione, quòd actione proprie dicta alie qualitates à tangibilibus non sunt actiue, scilicet actione quæ est cum obiectione contrarij, licet. n. hæ qualitates virtuales agant, tñ non agunt in suum contrarium. Tertia conclusio. Qualitatum tangibilium solum quatuor. s. in specie sunt actiue. s. caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas illa actione, quia durum non agit in molle vel lubricum in aridum quãtumcunque iuxtaponatur inuicem. similiter indicatur in alijs qualitatibus tangibilibus, & sic dr̃ quòd grauitas & leuitas sunt actiue, quia sunt motiue localiter. Respondetur quòd de actione motiua localiter non est

est ad præsens consideratio, quia in principio est præmissum quòd intelligendæ sunt conclusiones de actione reali, quæ est cum abiectione contrarij, modo leue positum iuxta graue per leuitatem grauitatem non corrumpit, nec econuerso. si ergo econuerso grauitas remittitur a leui hoc non est actione leuitatis, sed caliditatis.

Quantum ad quintum arti. restat videre de quæsito & quantum ad hoc. sit prima conclusio. Ille quatuor, qualitates, caliditas, frigiditas, &c. non sunt qualitates primę simpliciter, patet quia alię sunt priores, scilicet aliæ qualitates cælestes, vt patuit in primo articulo. Secunda conclusio. Inter qualitates sensibiles, conuenientes generabilibus inquantum generabilia, ipse sunt priores ordine, patet, quia ipse præcedunt alias caliditate, vt post dicetur, quia actione earum generantur aliæ in simplicibus & mixtis. ergo conclusio vera. Tertia cõclusio. Inter qualitates sensibiles generabilibus cõuenientes illę sunt priores causalitate patet illę sunt causę aliarũ ex actione. n. caliditatis, frigiditatis, siccitatis, & humiditatis, & generantur qualitates alię sensibiles generabilibus conuenientes, vt caliditatem, & siccitatem sequitur leuitas & raritas, vt in aere, & in igne. consimiliter, dicatur de alijs qualitatibus sensibilibus. alię. n. qualitates inter se non agunt, & ideo non generant sibi similia in sua actione, sed cum generant in mixtis colores sapores odores & similia, grauitas leuitas & aliæ huiusmodi qualitates. hoc est actione illarum quatuor. Correlarium. quòd non omnes qualitates tangibiles sunt priores alijs causalitate, patet. quia non sunt priora grauitas & leuitas, & aliæ huiusmodi contrarietates tangibiles præter duas contrarietates dictas, pręter quam caloris, vel saporis, quia ita bene producuntur à primis per actionem ipsarum, sicut colores vel sapores. Quarta conclusio. Illæ quatuor sunt priores alijs, vt dispositiones necessario requisitæ ad hoc ꝙ aliæ in subiecto sint vel reperiantur in eo naturaliter. patet, quia sunt causæ aliarum, & non econuerso. modo causatum præsupponit suam causam. Quinta conclusio. Inter qualitates proprie sensibiles generabilibus conuenientes hæ quatuor sunt priores & perfectione & principalitates. patet quia producunt & conseruant alias qualitates sensibiles, & non econuerso. modo producens & conseruans videtur esse perfectius & principalius non producente nec conseruante. Et notanter dicitur inter qualitates proprie sensibiles, quia non oportet quòd sint priores perfectione qualitatibus virtualibus, vel organiçationibus repertis in mixto. immo magis videtur ꝙ illæ sunt priores, quia perfectiorem naturam consequuntur, & solum in magis perfectis reperiuntur, vt notum est. Sexta conclusio. Illæ quatuor sunt priores, vt in pluribus alijs qualitatibus sensibilibus conuenientibus generabilibus via communitatis, patet, quia reperiuntur in mixtis, & in elemẽtis multæ aliæ, vt sapores colores, lubricitas & ariditas, & consimiles solum reperiũtur in mixtis. Notanter dicitur vt in pluribus, quis verisimile est quòd grauitas & leuitas, ariditas, & siccitas, densitas & opacitas & diaphanitas sint eque cõmunes, sicut istæ. Septima conclusio. Ille quatuor sunt multis alijs priores via simplicitatis, patet quia conueniunt, elementis simplicibus, & multæ aliæ non sunt sic, vt colores sapores, &c. Octaua conclusio. Ille sunt priores vt in pluribus saporibus, coloribus, odoribus tempore patet, quia cum mixta generantur ex elementis. Ille qualitates pręcedũt tempore colores, sapores, & odores generatos in mixtis, cum ipse ante fuerint in elementis, & colores saporesque non. Vltima conclusio. ꝙ inter qualitates proprie sensibiles conuenientes generabilibus, sub ratione qua generabilia sunt quatuor sunt qualitates primę, & non plures nec paucior s. Ad istũ intellectum quòd sunt quatuor species essentials nõ coincidentes in significando omnes qualitates primas proprie sensibiles conuenientes generabilibus inquantum, generabilia sunt consignificantes, in quas illæ terminus qualitas proprie sensibilis inquantum conueniens generabilibus & corruptibilibus immediate diuiditur, & non plures nec pauciores. s. illa caliditas frigiditas, &c. Ista conclusio patebit soluendo rationes in contrarium factas. Et dicitur notanter in conclusione quatuor species essentiales, quia forte multæ sunt aliæ species qualitatis primæ accidentaliter significantes. Dicitur non coincidentes, &c. quia coincidentes sunt plures. Dicitur conuenientes generabilibus, &c. ad excludendũ qualitates cælestes. Dicitur proprie sensibiles ad excludendum organiçationes, & aliquas tales qualitates quæ forte via perfectionis sunt istis priores, licet istæ sint causa earum. Sed instabit quis. d. vr̃ quòd nullę qualitates generabilium sint his priores perfectione, quia illæ generant alias, & sunt causę aliarum, vt dictum est, modo generans & causa non debet esse minus perfectum q̃ genitum. Dicitur ꝙ hoc verum est de agente principali, & causa principali. modo forte ita est ꝙ illæ quatuor qualitates respectu organiçationum, & aliarũ qualitatum primarum perfectarum non sunt principia agẽtia, immo nunq̃ talia agerent nisi virtute alterius ad tales qualitates principaliter agentes, & ideo non generantur organa in lapidibus vel metallis, quia non diriguntur ibidem, sicut in animalibus & in animatis magis perfectis.

Deinde respondetur ad rationes. Ad primam negetur ꝙ inter qualitates tangibiles non sit nisi vna qualitas prima. Ad auctoritate Philosophi dicitur ꝙ nomẽ superlatiuum qñꝙ negatiue exponitur, vt primũ quo nihil est prius. qualitas prima qua nulla est prior, & sic natũ est bene pluribus cõuenire, sed si exponit̃ affirmatiue. i. omni qualitate prior, sic non conueniret nisi vni, in proposito vero tenetur negatiue. Ad secundũ negetur, ꝙ nulla est qualitas prima. Et ad probationem dicitur, ꝙ licet caliditas sequitur aliam qualitatẽ prius existentem in materia. s. frigiditatem, tñ illa non generat eam: immo generationem eius impedit, & ideo respectu caliditatis qualitas tangibilis in materia non debet dici qualitas prima. vnde breuiter caliditas, & alię qualitates tangibiles non dñr primæ, ex eo ꝙ eas non præcedunt aliæ in materia, sed potius eo ꝙ naturali generatione ipsę sunt causæ aliarum qualitatum tangibilium, sed non econuerso. Ad tertium dicitur concedendo ꝙ aliqae qualitates primæ sunt tantum duæ, sed cum hoc stat ꝙ quatuor sunt qualitates primę ad intem dictum in quinto articulo. Ad confirmationem dr̃. ꝙ humiditas & siccitas sunt qualitates primæ, & iterum ꝙ non sunt solum passiue, sed etiam actiue, licet non ita fortiter agant sicut caliditas, & frigiditas. Ad Philosophum 4. Metheo. & secundo huius. dr̃ ꝙ vocat illas passiuas, quia magis apparet in eis virtus remissa, quæ tenet se ex parte passiui q̃ virtus actiua, quę tenet se ex parte agẽtis, per q̃ aliæ dicuntur actiue, quia fortius apparent agere q̃ resistere, & de hoc plus dicetur in sequenti quæstione. Ad aliam confirmationem dr̃ ꝙ caliditas euaporando partes humidas est causa siccitatis de per accidens, & eodem modo frigiditas humiditis, sed de per se nulla illarum qualitatum reducitur ad aliam tanq̃ in priorem. Ad quartum conceditur. ꝙ qualitates primæ sunt tres, & non plures copulatim, quia sunt tres & non vna, sed tñ cum hoc stat ꝙ sunt quatuor prout notum est. Ad quintum negetur ꝙ frigiditas non est qualitas. Et ad probationem conceditur, quòd frigiditas dicitur imperfectior caliditate, & conceditur consequenter quòd via perfectionis caliditas est prior aliquo modo, cum hoc tñ stat quòd caliditas

tas respectu frigiditatis non debet dici prima simpliciter quia non est causa eius de per se plus q̃ econtra, nec ordinæ naturæ frigiditas reducitur in caliditatem, sicut nec ecõtra similiter qualitates secundę, ita bene reducũtur in frigiditatem, sicut in caliditatem, & ideo vna earum non dicitur proprie prior alia. Ad confirmationem negetur, ꝙ frigiditas sit priuatio, & ad Commentatorem dr̃ quòd cepit priuationem large. puta prout forma minus perfecta dicitur, priuatio respectu formæ magis perfectæ, & sic frigiditas vel nigredo potest dici priuatio. Ad sextum negetur. quòd caliditas non est qualitas prima inter tangibiles. Et ad probationem conceditur, quòd simpliciter loquendo aliæ. s. lux & lumen sunt priores, sed illæ non conueniunt generabilibus inquantum sunt generabilia, & ideo de illis non est ad pręsens. Ad septimũ dr̃, quòd generatione naturali caliditas debet pręcedere raritatẽ ordine naturæ productam & ideo raritas dicitur respectu talis caliditatis qualitas secunda, verum est quòd generatione quodammodo violenta qñq; raritas præcedit caliditatem, & sic motus calefacit distrahendo partes aeris vel aliorum huiusmodi, nec propter hoc raritas debet dici qualitas, prima quia naturaliter non præcedit caliditatem, immo magis sequitur.

Ad rationes arguentes quòd sint plures. Ad primam dicitur. quòd lux & lumen non sunt qualitates, tangibiles, & ideo de eis nõ est ad pręsens sermo. Ad secundam similiter respondetur, quòd motus cœli non est qualitas, tangibilis similiter dicitur quòd ipsę non conueniunt generabilibus inquantum generabilia, & ideo non fit consideratio respectu eius. Ad tertiam de raritate, patet quid sit dicendum per ea quæ dicta sunt. Ad quartam dicitur quòd figura non est proprie actiua & ideo non est prima. Et ex alio, quia videtur quòd caliditas, & frigiditas, cum alijs debent dici via generationis priores quantitate, & figura, quia rare faciunt & condensant, & sic quantitates generant. Et ad probationem conceditur, quòd illæ qualitates nequeũt recipi nisi in subiecto extenso, sed tamen illæ qualitates vel eis consimiles magis debent dici causæ extensionis q̃ econuerso, eo quòd ille respectu extensionis se habẽt actiue, extensio autem magis se habet pasiue. Ad quintam dicitur, quòd grauitas & leuitas sunt qualitates, secundæ, & concessa similitudine, quòd sicut se habet motus localis ad motum alterationis dicitur, ꝙ motus alterationis est prior in elementis quàm motus, localis. præcedit. n. semper alteratio tanq̃ causa motum localem, & ideo qualitates alteratiue etiam sunt priores motuum. Ad Philosophum dicitur quòd voluit, ꝙ motus circularis cœli est primus motuum, non autem motus localis elementorum. Ad confirmationem dicitur. quòd motus non est per se causa caloris, sed solũ de per accidens. s. propter confricationem. Ad aliam confirmationem dicitur. quòd per prius sequuntur prima corpora qualitates alteratiue, vt ignem caliditas, aerem humiditas, sicut post dicetur, immo etiam illę eque inseparabiliter elementis insunt. cum illę. n. totaliter auferuntur, etiam leuitas & raritas auferuntur. Ad aliud quod additur quòd Philosophus de eis determinauit in prioribus dicitur quòd hoc facit propter conuenientiam quam habent cum motu locali cœli qui est simpliciter primus motiuum, & non facit hoc Philosophus propter prioritatem earum in seipsis. Ad sextam dicitur. quòd non sunt nisi quatuor essentiales species qualitatum primarum tangibilium, vt dictum est, in numero sunt multo plures, sic. n. sunt duæ in quolibet elemento, sicut ratio concludit, sed hoc non est contra dicta. Ratio post oppositum est pro vltima conclusione vltimi articuli.

Ipsorum autem tangibilium dicendum quæ primæ differentiæ & contrarietates. Tex. cõ. 8. Quæstio. II.

Secundo quæritur. Vtrum qualitatum primarum, duæ sunt actiue, scilicet caliditas, & frigiditas, & duæ passiue, scilicet humiditas & siccitas: Et arguitur quòd non. Ille sunt magis passiue quæ magis, & facilius patiũtur, sed caliditas & frigiditas magis & facilius patiuntur. ergo consequentia tenet. antecedens pro prima parte patet per quid nominis. antecedens pro secunda parte patet per experientiam. Secundo. caliditas patitur à frigiditate, & econuerso. ergo illæ duę sunt passiue. consequentia tenet, & antecedens patet, quia alias ille duæ qualitates primæ nunquam corrumperẽtur. Tertio si sic. sequitur quod ipsæ agerent in alias, scilicet siccitatem & humiditatem. consequentia tenet, quia non videtur a quibus aliter humiditas, & siccitas essent passiue, & falsitas consequentis patet, quia omnis actio est ratione contrarietatis. modo caliditas & frigiditas non contrariantur humiditati & siccitati. Quarto arguitur. quod omnes sunt actiue, quia siccitas est actiua. ergo omnes sunt actiue. consequentia tenet quia minime videtur siccitas agere, & antecedens est Philosophi quarto metheo. vbi dicit quòd siccitas, coagulat. ergo agit. Quinto nisi siccitas ageret non posset aqua in terram immediate conuerti. consequens est contra Philosophum secundo huius. consequentia tenet. quia terra non potest aquam corrumpere nisi ratione siccitatis, eo quòd frigiditas non est aque disconueniens. Tex. c. 34 & 36. Tex. c. 24

Et confirmatur, quia in præcedenti quęstione dictũ est quòd omnes quatuor sunt actiue, ergo, &c. Sexto arguitur. quòd humiditas & siccitas sunt minus passiue, quia illæ quæ fortius resistunt sunt minus passiue, & minus patiuntur, humiditas, & siccitas fortius resistunt. ergo. consequentia tenet, & antecedens pro prima parte patet per quid nominis. pro secunda parte vr̃ tenere per experientiam, quia ignis satis cito superat frigiditatem aque, propter eius debilem resistentiam, sed humiditatem eius, quia fortiter resistit non ita cito superat. Septimo arguitur, quòd nullæ earum sunt passiue, quia formæ est agere, materiæ vero pati. primo huius, modo ille qualitates sunt quædam formæ. igitur agunt & non patiuntur. Tex. c. 55

In oppositum est Philosophus. secundo huius. & quarto metheororum. Tex. c. 8. Tex. c. 1

In ista quæstione erunt duo articuli. primo respondebitur ad quæsitum. in secundo mouebitur & soluetur quoddam dubium.

Quantum ad primum articulum. primo nota. quòd aliquid potest dici pati dupliciter. Vno modo. subiectiue. Et alio modo terminatiue. Pati subiectiue est esse subiectum, cui aliqua passio introducitur, & sic patitur materia prima, & alia subiecta in quibus passiones inducuntur. Pati vero terminatiue est patiendo diminui aut corrumpi, & illo modo patitur forma quæ corrumpitur à corrumpẽte, & de hoc modo ipsius pati est ad præsens. de pati primo modo non curatur, q̃a non est vnum accidens receptiuum alterius. Secundo nota. quòd pati terminatiue adhuc capitur dupliciter.

Vno modo quia patitur de per se ab aliquo, vt caliditas à frigiditate. Alio modo de per accidens. puta quia aliud sibiannexum patitur, vt humiditas dicitur pati, si huiusmodi subiectum pateretur. Tertio nota. quòd hic fit quæstio solum de actione propria quæ est cum abiectione contrarij. Quarto nota. quòd in hac quęstione potest fieri triplex comparatio. primo caliditatis & frigiditatis adinuicem. Secundo humiditatis & siccitatis inter se. Tertio caliditatis & frigiditatis ex vna parte ad humiditatẽ & siccitatem ex alia parte. Quinto recolligendum est illud quod dictũ est in primo lib.

in quęstionibus de actione quòd fortissime actionis est caliditas, post illam frigiditas, post illam, humiditas & post siccitas, in resistendo autem contrario modo.

His præmissis sit prima conclusio. Caliditas & frigiditas sunt inuicem actiue & passiue, patet per experientiam, quia calidum calefacit frigidum, & econuerso. Item caliditas, & frigiditas sunt qualitates tangibiles primæ & contrariæ, & tales sunt inuicem contrariæ actiue. Item alias aer propria actione non posset generare, aerem ex aqua. consequens est contra Philosophū

Tex.c.24 &.25. secundo huius, & consequentia tenet, quia aer non potest agere in aquam nisi actione caliditatis. Secuuda conclusio. humiditas & siccitas, sunt actiue, & passiue adinuicem. patet vt præcedens, quia sunt qualitates cōtrarie, & tangibiles primæ. Secundo quia ex igne fit aer imediate, & hoc nō pōt esse nisi actione siccitatis & humiditatis inter se, ergo ipse sunt actiue & passiue. cōsequētia tenet, & antecedens patet per Philosophū secun-

Tex.c.24 do huius. d. quod ex quolibet elemento potest immediate quodlibet aliud generari, pro secunda parte patet, quia aer & ignis non habent cōtrarietatem intensam nisi in humiditate & siccitate. Item tertio nisi humiditas, & siccitas inter se agerent ex duobus elementis non habentibus symbolum non posset fieri tertium, quod est contra Philosophum secundo huius, & consequen-

Tex.c.25 tia tenet, quia si ex aere & terra deberet fieri ignis, oporteret ꝙ caliditas aeris obtineat super frigiditatem terræ & quòd siccitas terræ obtineat super humiditatem aeris, aliter non esset imaginabile, & per consequens oportebit quòd agant & patiuntur adinuicem. Sed cōtra videtur ꝙ siccum iuxta positum humido non agat nec patiatur ab eo, quia lapis marmoreus quando est frigidus non desiccat quod iuxta ponitur, sed qñ calidus desiccat. ergo siccitas non agit in frigidum, immo videtur quòd magis calidum desiccat & frigidum humectat.

Respondetur quòd humidum & siccum iuxta inuicem posita agunt & repatiuntur adinuicem, verum est ꝙ hoc est minus sensibile quàm de caliditate & frigiditate, quia actio eorum adinuicem est magis certa. Ad hoc autem quod additur, ꝙ caliditas magis, videtur desiccare. dicitur ꝙ euaporando partes humidas & subtiles. s. resoluendo illas in vapores frequēter calidum desiccat, quia euaporatis istis manent partes grosse & terrestres quæ sunt sicce, sed de per se non facit hoc.

Tertia conclusio, ꝙ caliditas de per se non agit in humiditatem, nec etiam siccitatem, probatio quia cum eis nullam habet contrarietatem, ergo non agit in ea. consequentia tenet, quia actio fit ratione contrarietatis, pri-

Tex.c.50 mo huius, & antecedens est manifestum, quia caliditas

Tex.c.10 contrariatur frigiditati & non alteri in specie, cum tantum vnum vni sit contrarium primo cœli. Secundo quia caliditas stat cum valde intensa siccitate, vt in igne existente, in naturali dispositione. Similiter stat cū summa humiditate. vt in aere naturaliter disposito. modo non est dicendum, ꝙ inter qualitates elementi, cum existant in sua naturali dispositione aliqua sit actio seu repugnantia. ergo caliditas non agit in humiditatem, nec ēt in siccitatem. Quarta conclusio, frigiditas non agit de per se in humiditatem nec in siccitatem, patet sicut præcedens. Correlarium frigiditas, & caliditas non dicuntur qualitates actiue. & humiditas & siccitas passiue, ex eo quod caliditas, & frigiditas non agunt in humiditatem & siccitatem, patet per cōclusiones positas.

Sed contra has conclusiones instatur. Primo, quia calor solis vel ignis videtur multum desiccare patet per experientiam, ergo calidum agit in humiditatem corrumpendo eam. Proportionabiliter frigidum noctis humectat, & videtur, corrumpere per se siccitatem. Secundo, quia aer desiccat & non facit hoc per suam humiditatem, vt notum est, ergo facit hoc per caliditatem quod est contra conclusionem, antecedens pro prima parte docet experientia, & pro secunda parte manifestū est de se. Respondetur ad primum sicut ante est dictū quod caliditas ignis vel solis de per se agit in frigiditatē, qua corrupta leuitatem generat, quia partes humidę & subtiles, euaporantur & manent partes siccæ grossæ, & terrestres, & sic de per accidens desiccat, & hoc specialiter de mixtis, in elementis autem existentibus in naturali dispositione caliditas non desiccaret nisi siccitas coageret, vnde radij solares aquam existentem in tali dispositione naturali nunquam desiccarent, nisi coagēte siccitate. Similiter frigiditas noctis humectat de per se nisi coagentibus influentijs frigefactiuis vel rore cadente per defectum caloris vel aliqua tali causa. Ad secundum dicitur similiter. ꝙ aer existens in naturali dispositione nunq̄ de per se desiccaret, sed in aere sunt exhalationes calidæ, & siccæ eleuate ex terra, & illæ desiccant, & sic aer creditur desiccare. Quinta conclusio. caliditati & frigiditati magis proprie attribuitur actiuitas quàm humiditati & siccitati patet dupliciter. primo q̄a fortissime agunt, vt experientia docet. non autem agūt sic sensibiliter humiditas & siccitas adinuicē sed remisse. Secunda, quia corpora dicuntur actiua inquantum sunt calida & frigida. non autem inquantum sunt humida & sicca, patet, quia calidum dicitur aggregare res eiusdem generis, & segregare res diuersorum generum. frigiditas aūt dicitur cōgregare res siue sint eiusdem generis siue diuersorum, modo segregare & congregare sunt agere. Sexta conclusio. humiditas, & siccitas dicūtur passiue improprie per comparationem ad caliditatem vel frigiditatem, patet, quia ipse fortissime resistunt, vt dictum est primo huius. resistentia autem se tenet à parte passi, quare deberet dici maxime passiue. item quia magis experimur ipsorum passionem sensu q̄ actionem. Et tertio quia res inquātum, sunt humidæ vel siccæ dicuntur passiue magis vel minus, vt humidum dicitur bene terminabile, termino alieno, siccum autem terminabile termino proprio. terminari autem est pati, & hoc satis innuitur a Philosopho secundo huius, & quarto metheoro. Septima conclusio. si quis vellet vocare qualitates passiuas, q̄a ab ęqualibus potentijs paterentur facilius caliditas esset maxime passiua, & post illam frigiditas patet, quia caliditas est minime resistentiæ, & frigiditas post eam prout primo huius fuit declaratum. modo ab æquali potentia actiua res tanto facilius patitur, quanto respectu potentiæ actiue minorem habet resistentiam igitur conclusio vera. Sed forte quæreret aliquis. vtrum gradus humiditatis vel siccitatis fortius agit quàm resistit. Ad quod respondetur ab aliquibus quòd quilibet gradus humiditatis, vel etiam siccitatis fortius resistit quàm agit, quòd probant per experientiam. nam fusa aqua super mappam siccam experientiam docet ꝙ aqua humida non iam descendet in mappam propter fortem resistentiam siccitatis & sic pars siccitatis, quæ est in panno illo supposita aque gutte eam per resistentiam prohibet à duobus motibus sibi naturalibus primo in descensu locali quia nata est aqua descendere nō prohibita. Secundo ab humectatione partis siccæ, quia humiditas nata est humectare nisi sit impediens, & tamen non statim humectat partem siccam. Sed contrarium magis credo. primo, quia si illud esset verum sequæretur quod nunquam humiditas ageret in siccitatem, nec econuerso. consequens, est falsum & consequentia tenet, quia quilibet gradus humiditatis vel siccitatis, esset maioris, virtutis in resistendo quàm gradus, oppositus in agendo. cum ergo à proportione minoris inequalitatis, non fit actio approximatis gradibus hnmiditatis, & siccitatis, etiam summis non fieret actio. Secundo, quia si siccitas mappæ in principio

cipio sic sustinens guttas ne descendant esse maioris virtutis in resistendo quam illa humiditas est in agendo, sequitur quòd guttula aque nunquam descenderet. probatur consequentia, quia siccitas illa in nullo debilitaretur ab hac humiditate, eo ꝙ magis & fortius resistit q̃ humiditas agit, & per consequens, sicut iam sustinet aquam, ita semper, nisi aliquod extrinsecum concurrat, cuius oppositum patet ad sensum. Et per has rationes credo ꝙ quilibet gradus in istis qualitatibus adhuc passiuis fortius agit quàm resistit, quia nisi sic, non esset ratio quare post gutta descenderet in mappam, & non ante. Et ad rationem aliorum dico quòd illa experientia non plus concludit nisi quòd siccitas fortiter resistit, sed ꝙ non eque fortiter agit non concludit.

Quantum ad secundum articulum sit dubitatio hęc Vtrum qualitates simul existentes in subiecto, sicut caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas agunt inuicem. Et videtur quòd non, quia simul existentia in subiecto nullam habent contrarietatem inuicem. ergo non agēt.

Oppositũ tñ videtur, quia nisi ageret inter se mixtũ, nõ haberet in se principiũ suę corruptionis, cuius cõtrarium dicunt medici. Pro solutione illius sit prima suppositio hæc. Quodlibet ens naturale generabile quando est in naturalissima sua dispositione habet optimam dispositionem omnium suarum qualitatum, tam primarum quàm secundarum, vt ignis summam caliditatem cum siccitate proportinabili, similiter est in cæteris, vnde hoc dispositio in mixto dicitur complexio temperata ad iustitiam, & quandoque contingit elementum vel mixtum ab hac sua dispositione remoueri, tunc non est naturalissime dispositum, immo est simpliciter egrum per comparationem ad temperamẽtum sibi debitum. Secunda suppositio talis. Complexio in mixtis non consistit in adequatione qualitatum primarum, quia animata sunt plus calida quàm frigida, sed consistit in adequatione qualitatum secundum proportionem & conuenientiam illi speciei mixti conuenientem, & hæc proportio in alia, & alia specie est alia & alia. Tertia suppositio, quòd quodlibet naturale si sit extra ipsam dispositionem quã põt appetit, & nititur ad eam reuerti. Quarta suppositio. quod quædã sunt generabilia homogenea, & quædam etherogenea supponatur quòd homogenitas potest consistere in vniformitate qualitatum. vnde quando rei quælibet pars esset vniformis cũ qualibet alia illius parte qualificata. Vel etiam potest consistere in figuris, vt quia in homine diuersa organa sunt diuersimode figurata, & ideo dicuntur etherogenea non solum in qualitate, sed etiam in figura.

His præmissis, sit prima conclusio. Nihil quod est in sua dispositione naturalissima agit in seipsum primo seu ratione dispositionis qualitatiuę sic conuenientis, toti. patet, quia per quamlibet actionem, quælibet res remouetur à sua dispositione conuenienti. modo aut res ratione totius non remouet se à sua dispositione naturali, quia tunc disponeret se ad sui corruptionem de per se quod non est verum, quia quodlibet appetitu naturali primo & principaliter diligit se pmanere, vt dicit Commentator primo phy. eo ꝙ alias appetitus naturalis erraret, quod non est dicendum, quia rectus est ab agente infallibili. Commentator. 12. Methaphysi. Secunda conclusio, ꝙ tale potest agere in seipso non primo, sed ratione partis, patet, quia esto ꝙ homo esset in naturalissima dispositione adhuc caliditas cordis ageret in frgiditatem cærebri, & econuerso.

Tex. c. 81 Ex. c. 36 & 37.

Sed contra primam instatur, & videtur quòd forma embrionis agat disponendo ad generatione animlis primo. & per consequens ad sui corruptionẽ. Contra secundam, quia si cerebrũ naturaliter agit in cor. sequitur quòd de per se agat in omne sequens in bona consequẽtia eius actionem in cor. sed ad hoc sequitur frequenter cordis, &. eius corruptio, ergo de per se agit ad eius corruptionem. Ad illam respondetur primo ad primum, quòd forma substantialis embrionis non agit de per se ad generationem animalis, sed virtus infusa suæ materiæ à patre isto principaliter agit disponendo materiam receptam à matre pro generatione animalis. Ad illud dicunt alij aliter quòd forma embrionis non est nisi quædam via pro generatione animalis, & quòd tale agat pro productione termini, non est inconueniens, licet in hoc de per accidens agat ad sui corruptionem, tamen de per se non sic ageret. Ad secundum dicitur. ꝙ cerebrum agit de per se in cor. remittendo calorem excessiuum cordis, similiter cor. econtra in cerebrum, vt remittat superfluuos humores cerebri, sed cerebrum non intendit remittere calorem cordis sic, quòd inde debilitet cor. vnde si hoc contingat vel econuerso, hoc est de per accidens, & præter intentionem cerebri. Modo talis actio esset disconueniens cerebro. & ideo ad talem non ageret, & ideo pro argumento dicitur quòd ad actionem cerebri ad cor. non sequitur in bona consequentia corruptio cordis, nec etiam cerebri, quia si actio sit adeo vehemens vt cor notabiliter debilitetur. tunc cerebrum illam de per se non ageret seu ex intentione naturali non facit, sed præter intentionem ex nimia infrigidatione cerebri, præter autem naturam eius, aut propter alium talẽ casum accidẽtalem. Ad illas conclusiones, sequitur primo correlarium, quod nullum etherogeneum qualitatiue potest per aliquod tempus manere in sua optima dispositione, patet per mutuam actionem partium inter se.

Secundum correlarium, quòd homogenea qualitatiue existentia in naturali dispositione sunt perpetua nisi corrumperentur ab extrinseco, patet quia ab intrinseco nunquam talia corrumperẽtur vel alterarẽtur.

Tertium correlarium, quanto aliquod est magis, homogeneum naturaliter qualitatiue, tanto cæteris paribus est magis durans. patet. quia minor fit in tali actione disponens ad corruptionem. Quartum correlarium. elementa naturaliter disposita nunquam corrumperentur nisi ab extrinseco. patet, quia essent homogenea qualitatiue. Quintum. mixta duobus modis sunt corruptibilia ab intrinseca alteratione, & extrinseca, & elementa vno modo sunt corruptibilia scilicet ab extra & hoc vtrisque existentibus in naturali dispositione. Forte diceretur quòd etiam sunt aliqua mixta homogenea qualitatiue, vt lapides, & metalla. Dicitur quòd licet talia sint homogenea quo ad sensum, quia nõ põt sensu percipi eorum diuersitas, tamen simpliciter non sunt homogenea, immo sunt aliqu e partes magis calide & aliquę minus, quod patet in corruptione lignorum, quia ex aliqua parte materiæ eorum generatur flamma, ex alia cineres, quod non esset ita si essent simpliciter homogenea, & per hoc soluta est ratio ad oppositũ rationis facta. Tertia cõclusio. nulla qualitas agit in aliam corruptiue secum existente adequate in eodem subiecto. patet, quia tales nõ habent inter se cõtrarietatem. Correlarium caliditas, & frigiditas simul existentes in eodẽ subiecto non agũt inuicem, & per hoc soluta est prima ratio dubitationis.

Quarta conclusio. res quæ est extra suã dispositionẽ naturalem non impedita reducit se ad ipsam. patet, de aqua calefacta remota à calefaciente. Correlarium. Sæpæ forma substãtialis agit in totũ subiectũ reducẽdo ipsum ad naturalẽ suam dispositionem complexionem patet in casu conclusionis. Si petatur vtrum ad hoc coagat frigiditas virtualis ipsius aque dicitur quod nõ dum tñ sit vniformiter calefactum, sed solum facit hoc forma substantalis cum agentibus superioribus à qualitatibus virtualibus ſm quosdam. Et hoc de secundo.

Ad rationes principales dicitur ꝙ est pro sexta conclusione. Ad secundam ꝙ est pro prima. Ad tertiam negetur quòd caliditas & frigiditas agerent in siccitatem & humiditatem de per se, & causa propter quã dicuntur passiue, lice inter se non agant, patet in quinta conclusione. Ad quartam conceditur, quòd omnes sunt actiue nec est contra. Similiter respondetur ad quintam. Ad sextam dicitur, ꝙ si qualitates dicerentur passiue magis, eo quod magis paterentur ab equali agente, humiditas & siccitas essent minus passiue quam aliæ, prout ratio concludit, sed vocantur passiue ſm sensum dictum in quinta conclusione. sit humiditas & siccitas sunt magis passiue. Ad septimam dicitur, quòd illę qualitates sunt formę, ideo non patiuntur subiectiue, sed bene corruptiue, quia vna earum bene corrumpit aliam. Philosophus autem voluit ꝙ materiæ esset pati subiectiue & non formæ. Ratio post oppositũ est pro quarta & quinta conclusionibus.

Quoniam autem quare elementa, &c.
Tex.cõ. 16. Quæstio. III.

QVæritur tertio. Vtrum quatuor sint elementa, & non plura nec pauciora, & vt non oporteat de cauillationibus logicalibus argui, intelligitur quæstio sic. Vtrum sunt quatuor termini in quos illæ terminus elementum immediate diuiditur nõ coincidens in significando omnia elementa significãtes & non plures vel pauciores, vel vtrum sint quatuor species specialissime elementorum non coincidentes.

Et arguitur primo quòd sint pauciores. nam non sunt plura elementa q̃ principia intrinseca, sed non sunt nisi duo principia intrinseca, ergo sunt solum duo elementa. maior patet, per diffinitionem elementi positã
Tex.c. 4. 5. Meta. qua dr̃ elementum ex quo componitur aliud in existẽti indiuisibili specie in aliam speciem, & tale est verę principium intrinsecũ. minor patet per Philoso-
Tex.c.65 Com.1.3 cap.31. phum primo physi. Confirmatur auctoritate Comment. primo cœli. vbi voluit ꝙ materia & forma sunt vera elementa. Secundo non sunt plura elementa q̃ motus simplices, sed solum sunt tres motus simplices. ergo, &c. consequentia tenet. maior patet. quia cuilibet
Tex.c. 5. elemento debet competere aliquis motus simplex. minor patet per Philosophum primo cœli. Tertio non sunt nisi duæ differentiæ elementorum. ergo non sunt nisi duo elementa. consequentia tenet, quia cuilibet speci elementorum competit sua differentia specifica. añs pa-
Tex.c.1. & 2. tet per Philosophum & Cõmentatorẽ 4. cœli vbi solũ ponit has duas graue & leue, & patet ratione, quia oẽ elementum est graue vel leue. ergo solum sunt ille differentiæ specifice elementorũ. Quarto aqua non est elementum. ergo nõ sunt quatuor. consequentia tenet, & añs patet quia elementũ debet esse simplex & purũ. mõ nus q̃ reperitur aqua pura ergo, &c. consequẽtia tenet, & maior nota est. & minor patet. quia maxime reperit aqua pura in mari, quia ille locus maris est naturalis locus elemẽti aque per Philosophũ secundo metheo. modo cõstat ꝙ ibi nõ sit aqua pura cũ sit salsa. Quinto nõ est aliqd̃ elementũ ignis. ergo, &c. consequẽtia tenet, & añs probatur primo. quia si ipsũ esset elemẽtũ, esset lucidum per experientiam ab igne circa nos modo hoc nõ est verum. quia tunc non possemus stellas videre, eo ꝙ ille ignis terminaret visum. Item si esset aliqua animalia deberent sibi competere, sed nulla competunt ei. ergo ipsum non est maior patet, quia ignis est elementum nobilissimum, ergo non minus debet decorari animalibus quàm terra animalibus gradientibus, aqua piscibus, aer auibus. minor patet quia ignis cuiuslibet animalis in eo existentis corpus corrumpit. Tertio vel hoc esset perpetuum, & hoc non in litera, vel esset corruptibile, & hoc non, quia collocatur in cœlo, quod in nullo est igni contrarium, ergo nullo modo põt corrũpi quia nec ab intus nec ab extra. ergo simpliciter nõ est. Deinde arguitur ꝙ sint plura. primo quia plures sunt combinationes qualitatum primarum possibiles q̃ quatuor, ergo plura sunt elementa q̃ quatuor. conse- Tex.c.
quẽtia tenet per Philosophũ in litera, quia numerus elementorum sumitur penes cõbinationem qualitatũ primarum adinuicẽ. añs patet. quia sunt quatuor quas ponit Philosophus. pręter illas sunt caliditas & frigiditas, quia simul stant in tepido, & similiter est humiditas & siccitas remisse. Secundo. cœlum est elementũ. ergo, &c. cõsequentia tenet. antecedẽs patet. primo metheo. vbi vocatur primum elementum, ideo etiam dicitur quòd sunt quatuor elementa mundi, & ꝙ cœlum est quinta essentia. Tertio. tot sunt elementa quot sunt mixta. ergo, &c. cõsequentia tenet, & añs patet quia elementa dñr ad resolutionẽ per mixta, & per consequens multiplicãtur proportionabiliter sicut mixta. Quarto plura sunt elementa terræ ergo. consequẽtia tenet, & antecedens patet. per Albertũ dicentẽ ꝙ diuersæ sunt species terrarũ, similiter Hermes dicit quòd diuerse sunt species ignium. Quinto. quot sunt planete tot sunt elementa, sed planete sunt plures q̃ quatuor, ergo. consequentia tenet, & antecedens patet per astronomos. d. ꝙ quilibet planeta est de natura alicuius elementi vt mars de natura ignis, quia est calidus & siccus, & iuppiter de natura aeris, quia calidus & humidus saturnus vero de Tex.c.
natura terrę, quia frigidus & siccus. vnde Cõmentator secundo cęli. stellæ habẽt qualitates similes vnicuiq; elementorum, minor nota est de se. Tex.c.

In oppositum est Philosophus. capitulo tertio. secundi huius.

In ista quæstione erunt quatuor articuli. In primo videbitur quid sit elementum. In secundo penes quid sumatur numerus vel distinctio elementorum. Tertio vtrum sit aliquòd elementum ignis ponendum, quod tangitur in quinto argumẽto ante oppositũ. In quarto quæ & quot sunt elementa.

Quantũ ad primum nota. ꝙ elementũ dr̃ ab hyle qd̃ idẽ est qd̃ prima materia, quasi elementũ, sed mutatur i, in e, pp meliorẽ sonum. vnde elemẽta respectu mixtorum hñt se per modũ materię primæ. Aliter dr̃ elementum quasi eleuamentũ, quia ex elemẽtis per eorũ mixtionũ eleuatur & formatur mixtũ vel dr̃ quasi alimẽtũ quia ex elementis nutriũtur mixta saltẽ mediate. Secundo nota. ꝙ inuenitur quintuplex diffinitio elemẽti. Tex.c.
primo dr̃ esse Philosophi 5. meta. elementũ est ex quo fit aliud in existente indiuisibili specie in aliam speciem, & videtur ꝙ hęc diffinitio conuenit elemento principali prout tm̃ valeat, sicut hæc oratio principiũ intrinsecum, quia principia intrinseca non sunt diuisibilia in partes diuersarum specierũ, & non conuenit diffinitio aeri vel aque, quia talia diuisibilia sunt in partes diuersarum specierum, vt supponitur. s. materiã vel formã.

Secunda diffinitio est ꝙ elementũ est quod in constitutione corporũ est primum, & in resolutione vltimũ, vt literæ dñr sic elementa syllabarũ, & vr̃ ꝙ hæc diffinitio soli materiæ primę conueniat, quia ipsa est veræ primum in generatione & vltimũ in resolutione, sicut pa- Tex.c.
tet 1. phy. in fine. Tertia est Hippocratis secũdo lib. de elemẽtis, elementũ est simplex & minima corporũ particula, & intelligitur (vt dicit Galenus) ꝙ est minima non quantitate sed in qualitate, quia non possunt pauciores qualitates habere. Quarta est Auicẽne primo canonis, seu prima doctrina de elementis. Elemẽta sunt corpora simplicia quæ in partes diuersarum specierũ, minime diuidi possunt, & intelligendo illam de elementis, de quibus est quæstio, & de quibus loqui videtur Auicenna, oportet exponi in partes existentes

hoc

hoc aliquid in actu, quia illa elementa vocata ignis & aer bene diuiduntur in partes non existentes hoc aliquid in actu diuersarum rationum, vt in materiam, & formam, & tales vocat Auicenna diuersarum rationũ formas. Quinta est Philosophi tertio cęli elementũ est in quod corpora dissoluuntur. Pro cuius intellectum, nota. quòd triplex est dissolutio. Quædam in partes integrales vt Democritus dixit corpora resolui in athomalia, vel si totum diuidatur in duas partes proportionabiles. Secunda est in partes essentiales simul coextensas per totam rem quæ sunt materia & forma.

Tex.c.31

Tertia est in partes coextensas secundum similitudinem, & virtutem. sicut resolutio mixti in elementa ſm illos qui tenet quòd elementa non manent in mixto, tñ in ea dicitur mixtum resolui, quia in corruptione mixti elementa non generantur ex immixto. Tertio nota: quòd tales partes essentiales coextensę sunt duplices, quædam sunt quæ non manent separata, sed secundum veritatem sunt in mixto, vt materia & forma quæ sunt verius elementa sicut dicit Commenta. tertio cœli. Aliæ sunt quæ possunt separari, & actu existere vt separatim permanentia, vt quatuor vocata elementa & non veræ partes mixti, sed solum virtualiter dicuntur partes mixti, & dicuntur quodãmodo elemẽta. Secundo, quia componuntur ex materia & forma quæ sunt elementa, vnde sicut literę respectu dictionũ sunt elementa prima, & syllabæ elementa secunda, ita vera materia prima & forma eius dñr prima elemẽta, hæc aũt quatuor ignis, &c. quę ex istis componũtur per cõparationem ad mixta dicuntur elementa secunda. & sic vocantur propter vulgares qui materiã quę verę est elementum non percipiunt. Ex his patet expositio diffinitionis. Arist. s. quomodo mixta resoluuntur in elementa. Vnde quarto ex omnibus his recolligẽdo vr̃ mihi quòd elementũ accipitur tripliciter strictissime, & sic nihil est elementum nisi materia prima, & ſm hanc exceptionem dabatur diffinitio secunda. secũdo stricte, & sic sunt principia intrinseca. s. materia & forma, & ſm hanc dabatur diffinitio prima. Et tertio large prout illa quatuor aer ignis, &c. dñr elemẽta, & de hac exceptione videntur dari tres vltimę diffinitiones. Quinto nota. ꝙ elementum hoc modo acceptum propria descriptione posset sic describi elementum est res composita ex materia & forma inter res generabiles & corruptibiles compositas vel per se stare potentes magis simplex, & de ista acceptione solum est consideratio ad pręsens. Et si petatur vtrum cœlũ sit elementum dicitur ꝙ non nisi cœlum similitudinarie qñq; vocetur quintum elementum. Sexto nota. ꝙ illa dicuntur inter entia cõposita magis simplicia per priuationem compositionis ex contrarietate, quia in naturali dispositione, quodlibet eorum determinat sibi vnam qualitatem primam simplicem sine gradibus qualitati oppositæ sibi admixtis, & sic non est de mixtis. Ex his satis patet quid sit elementum, & quot modis dicitur, quomodo capitur, & vnde deriuatur.

Tex.c.3

Quantum ad secundum articulum sit prima conclusio hæc. Numerus elementorum debet capi a qualitate tangibilibus. probatur sic. penes illas qualitates datur numerus elementorum quæ principaliter sunt actiue, & passiue, sed tangibiles sunt huiusmodi, ergo, &c. maior est nota. quia ex actione elemẽtorum debent generari mixta. & per consequens debent esse maxime actiua, & passiua adinuicem, ideo principaliter debent capi penes qualitates principaliter actiuas, & passiuas minor patet per dicta in prima quæstione huius secũdi. Secunda conclusio. Numerus elementorum debet capi principaliter penes hæc quatuor caliditatẽ frigiditatem, humiditatem, & siccitatem inter qualitates tangibiles. probatur, distinctio & multitudo corporũ priorum rationabiliter & principaliter debet capi penes qualitates primas, sed elementa sunt prima quatuor corpora, & ille sunt primę quatuor qualitates, ergo &c. maior est nota de se, quia prima corpora generabilia rationabiliter distinguuntur ab effectu penes primos effectus, & per consequens penes primas quatuor qualitates, minor patet in. q. prima huius secundi. Confirmatur. multitudo elementorum principaliter debet capi penes qualitates actiuas vt dictum est prius, immo ille qualitates principaliter sunt actiue, vt prius patuit ergo, &c. Tertia conclusio. Multitudo elementorũ non debet adequate capi per comparationẽ ad has qualitates solum existentes in subiecto patet, quia nulla earũ põt esse sola, immo semper cũ vna actiuarum est vna passiua, & econuerso. Confirmatur, forma substantialis semper præsupponit plures qualitates. ergo penes nullã qualitatem solum existentẽ in subiecto debet capi aliqua spẽs elemẽti. consequẽtia tenet, & añs patet quia formæ substãtiales præter qualitates primas sp in materia requirũt aliquas qualitates secundas. s. raritatẽ vel dẽsitatẽ grauitatẽ vel leuitatem, & sic de alijs, & tales natę sunt sequi plures primas qualitates existẽtes simul in subiecto. Et si dicatur sicut elementa sunt quatuor, ita simplices qualitates primę sunt quatuor. ergo causatur numerus elemẽtorum penes numerũ qualitatũ primarum. Respõdetur ꝙ añs, & consequẽs similiter est verum. s. ꝙ quodammodo numerus elementorũ sumitur penes numerũ qualitatum primarũ, sic videlicet ꝙ cuilibet elemento primo cõuenit vna qualitatũ primarũ, tñ hoc est inquantum illa qualitas prima est in subiecto simul cũ alia qualitatum primarum, & ideo nõ est cõtra conclusionem. Quarta cõclusio. Elementorũ numerus debet sumi penes numerũ cõbinationũ qualitatum primarũ intensarum possibiliũ adinuicẽ, patet, quia sumitur penes qualitates primas per cõclusionẽ secundã, & non per cõparationem ad eas solũ in subiecto existentes per tertiam. ergo sumendus est pene numerum combinationum ipsarum, quod est propositum.

Quantum ad tertium restat videre an aliquod sit elementũ ignis pro quo sit prima suppositio hæc. Omnis qualitas motiua localiter conueniens mixtis & simplicibus perfectius & intensius conuenit simplicibus quàm mixtis. probatur sic: vbi perfectius & intensius reperiuntur qualitates alteratiue ibi perfectius & intensius reperiuntur motiue, sed in simplicibus reperiuntur perfectius & intensius alteratiue, ergo & motiue. consequentia tenet, maior patet. quia motiue sunt effectus alteratiuarum. modo vbi perfectius reperitur causa ibi perfectius reperitur causatum, & intensius minor. nota est. quia in mixtis omnes alteratiue sunt commixte, & imperfecte, & in simplicibus non ergo. Secundo dato quòd grauitas vel leuitas intensior reperiatur in mixto quàm in elemento, sequitur quòd tale mixtũ si sit graue plus natum est descendere quam elementum grauissimum, vel si sit leue plus natum est ascendere quàm elementum leuissimum. consequens est contra Philosophum primo cœli, quia mixtum semper natum est moueri ad motum elementi dominantis in eo. ergo non plus ascendere, nec descendere est natum q̃ elementum dominans in eo. Tertio mixtum leue habet solũ leuitatem ex elementis leuibus virtualiter vel actualiter ad eius generationẽ concurrẽtibus suppositis agentibus vniuersalibus. ergo nõ habet maiorẽ q̃ illa elemẽta, cõsequẽtia nota est, quia agẽs non producit vltra gradũ proprium. añs patet de se quia leuitas & caliditas sunt virtutes elementorũ leuium remanentes in mixto. Quarto patet per intentionem Philosophi & Commenta. quarto cœli. qui mixta vocant grauia, & leuia non simpliciter. ergo non habent tantam grauitatem vel leuitatem, sicut elementa. Secunda

Tex.c. 7.

Tex.c.26 & 27.

ſuppoſitio. Leuitas aeris naturaliter quieſcit in loco aeris, nec inde nata eſt moueri remouendo aerem ab illo loco. patet. quia ipſa eſt conueniens ipſi aeri, & per conſequens mouetur ad locum aeris, & ibi quieſcit remouetur ab illo loco. Confirmatur. quia illa reſiſtit trahenti aerem ab illo loco. ergo ipſa ibi nata eſt quieſcere. Tertia ſuppoſitio. Inuenitur aliqua qualitas motiua mouens altius ad locum aeris, & non nata eſt quietare ſuum corpus in ſphæra aeris patet hoc de euitate exhalationis ſicce aſcendentis. illa enim mouet per ſphærā aeris, quod non eſſet ſi ibi nata eſſet quieſcere. Nec valet. ſi quis volens euadere diceret quòd illa mouet per aerem exiſtentē in infima regione, quia ille non eſt naturaliter qualificatus, immo eſt minus leuis q̃ deberet eſſe ſi eſſet ī naturali diſpoſitione quia licet hoc haberet apparētiam in aere innaturaliter qualificato vt forte in hieme, tñ forte in eſtate non haberet apparentiā quia tunc aer haberet leuitatem ſibi conuenientem aut maiorem. eſto enim ꝙ aer non haberet leuitatem ſibi conuenientē ſtatim ſe reduceret ad ſuam naturalē leuitatem, quia nihil eſt prohibens, ſic poſt dicetur.

His pręmiſsis ſit prima concluſio reſponſalis hæc. Ponendum eſt aliquod elementum ignis probatur leuitas tanta quanta eſt in exhalatione aſcendente deberet conuenire alicui elemento, & non conuenit alteri quā igni. ergo ponendum eſt elementum ignis. conſequentia, tenet & antecedens pro prima parte patet per primam ſuppoſitione, & pro ſecunda parte patet, quia ſi alteri conueniret maxime hoc eſſet aeri, ſed hoc non quia leuitas aeris naturaliter quieſcit in loco aeris per ſuppoſitionem ſecundam, & hæc leuitas non. Item hæc leuitas eſt maior in virtute quam leuitas aeris, quia mouet altius quam leuitas aeris exiſtentis in naturali diſpoſitione per ſuppoſitionem tertiam. Confirmatur ſi hæc leuitas non eſſet ipſius aeris nec alterius elementis, immò eſſet mixti. puta exhalationis aſcendentis tunc mixta eſſent magis leuia quàm elementa exiſtentia in naturali diſpoſitione. conſequentia tenet de ſe, & antecedens eſt contra primam ſuppoſitionem. Secundo aliquod elementum debet capi penes combinationem caliditatis, & ſiccitatis. ergo eſt aliquod elementum ignis. conſequentia tenet, quia hoc non eſt aliquod aliorum trium elementorum. antecedens patet. quia penes alias tres combinationes qualitatum primarum capiuntur elementa, & non eſt ratio, quare non penes iſtā caperetur vnum elemētum. Tertio ſumma caliditas debet alicui elemento conuenire, & non conuenit alteri quàm igni. ergo, &c. conſequentia tenet. maior patet quia ita bene debet illa qualitas alicui elemento cōueni re, ſicut aliæ qualitates primæ. & minor probatur, quia ſi alicui alteri conueniret, maxime conueniret aeri, & hoc non, quia ad experientiam multa inueniuntur calidiora quàm ſit aer. etiam in eſtate exiſtens, cum vehementiſsime calidus ſit.

Quantum ad quartum articulum reſtat videre quæ & quot ſunt elementa, & quantū ad hoc ſit hęc prima ſuppoſitio, quòd contrarietas quæ eſt inter mixta habet orginem à contrarietate elementorum, hæc eſt nota, quia qualitates mixtorum, ſpecialiter primæ ſequuntur qualitates elementorum, & omnes aliæ ſequuntur primas.

Hoc præmiſſo ſit prima concluſio hæc. Non eſt tantum vnum elementum. iſta eſt Hippocratis in libro de elementis, & probatur ratione ſic quia ſequeretur ꝙ nulla eſſet contrarietas inter elementa conſequēs eſt contra experientiā & pręmiſſam ſuppoſitionē, & cōſequentia probatur, quia ſi ſolum eſt vnū elementum nulla eſt contrarietas inter elemēta, quia vnū in ſe non habet contrarietatē ergo nec inter mixta per ſuppoſitionem, & ſic nulla eſſet contrarietas. Secunda concluſio Non ſunt ſolum duo elemēta vel ſolū tria probatur. q̄a numerus elementorū ſumitur penes combinationē primarū qualitatū poſsibilium, & tales ſunt plures q̃ duæ vel tres, ergo &c. conſequentia tenet maior patet ꝑ prędicta in ſecundo articulo. minor patebit in ſequētibus. Itē ſi ſolū eſſent duo, vnū eorum qñq; eſſe fortius alio, & tunc corrumperet aliud in ſui naturam, & ſic poſtea non maneret niſi vnum, quod eſt ſimpliciter inconueniens. Similiter ſi ſolum eſſent tria duo eorum haberent ſymbolum in qualitate actiua, puta in caliditate, vel frigiditate & per conſequens illa corrumperent tertium, & ſic non manerent niſi duo, quod eſt contra prædicta. Item ponendum eſt elementum ignis, & pręter illud tria alia. ergo ſunt plura tribus. cōſequentia tenet. maior rationis patet per tertium articulum, & minor patet. quia præter ignem apparent aer aqua & terra, quæ ſunt elementa vt notum eſt, quia non videntur eſſe magis mixta, cū ſunt in ſua naturali diſpoſitione q̃ ignis. Tertia concluſio eſt. Ponenda ſunt quatuor elementa, ſequitur ex dictis, quia ſunt ponenda plura duobus & plura tribus. ergo oportet ꝙ ad minus ſint quatuor. conſequētia tenet. & antecedens patet per pręcedentem concluſionē. Iſta concluſio concordat cū experientijs. experimur. n. in combuſtione ligni, quaſi quatuor elementa reſolui flammam loco ignis, fumū loco aeris, aquam exiſtentem loco aque, & cineres loco terræ remanentes. Item tot ſunt combinationes, qualitatus poſsibiles. Item tot ſunt humores in corpore. Item tot ſunt complexiones animalium, humores autem & complexiones ſequi videntur numerum elementorum. Quarta concluſio. Nō ſunt ponenda plura elementa q̃ quatuor ad intellectum prædictum, & hoc capiendo elementum large. probatur. non ſunt plures combinationes qualitatum primarum ſub eſſe intenſo poſsibiles q̃ quatuor, ergo non ſunt plura elementa, conſequentia tenet per dicta in ſecundo articulo & antecedēs apparet, quia nō ſunt niſi cōbinationes caliditatis & ſiccitatis, quę eſt ignis, caliditatis & humiditatis quæ eſt aeris, & frigiditatis, & humiditatis quæ eſt aque & frigiditatis & ſiccitatis quæ eſt terræ. Aliæ .n. duæ. ſ. caliditatis & frigiditatis, ſiccitatis & humiditatis ſub eſſe intenſo non ſunt poſsibiles, licet ſint poſsibiles ſub eſſe remiſſo, tñ penes illas ſic non debet capi aliquod elementū, eo quòd elementa debent ſibi determinare ſuas qualitates intenſas. Secundo non ſunt plures qualitates primę q̃ quatuor. ergo. conſequētia tenet q̄a quodlibet elementum debet ſibi determinare vna qualitatem primam, & ideo ſi eſſent plura elementa, & plures eſſent qualitates primæ. antecedens patet in prima quęſtione ſecundi.

Ad rationes principales dicitur quòd hic non quæritur de elementis ſtricte acceptis, de quo illa ratio arguit. auctoritates autem Philoſophi 5. Metaphy. & Tex.c.4. Commentatoris tertio cœli intelliguntur de elementis Cōm.31. ſtricte acceptis. Ad ſecundum dr̃ ꝙ plures ſunt motus ſimplices in ſpecie ſpecialiſsima q̃ elementa, quia quatuor elementis conueniunt quatuor motus ſimplices in ſpecie ſpecialiſsima, & præter illos eſt motus, circularis cœli. Et ad Philoſophum ſolum tres motus ſimplices ponentem dicitur quòd hoc intellexit diſtinguendo motus ſimplices penes ſpeciem ſubalternam. ſ. penes à medio, penes quod ſumuntur duo ſcilicet ignis & aeris, penes ad medium, penes quod ſimiliter duo ſumuntur ſcilicet, terrę & aque, & penes circa medium, & ideo ratio non concludit. Ad tertium negetur quòd non ſunt niſi duæ differentiæ elementorum loquendo de differentijs conſtituentibus ſpecies ſpecialiſsimas. Ad Commentatoris tertio cœli, dr̃ quòd ille differentię graue & leue ſunt accidentales, igitur dicitur quòd non ſunt ſpecialiſsime, imo grauedi-

ue diuiditur in aquam & terram, & similiter leue ideo, non est ad propositū. Ad quartum negetur ꝙ aqua non sit elementum. Et ad probatio nem dr̄ ꝙ elementum qn̄ est in naturali dispositione, tunc debet esse purum. modo aqua maris est innaturaliter disposita, propter siccitates terrestres mari admixtas, & ideo extra & præternaturam aque est quòd mare est falsum. Ad quintum negetur ꝙ non sit aliquod elementum ignis.

Ad probationem dicitur ꝙ ignis qn̄ est in naturali dispositione non est lucidus, immo est magis diaphanus quàm aer, sed ꝙ ignis apud nos existens est lucidus, hoc est quia illud est mixtum qualitatiue, & quidam dicunt quòd est flamma & non veræ speciei ignis immo secundum veritatem illud quòd volat ascenden do à candela apparens esse flammam est verius ignis q̄ ipsamet flamma candele. Ad secundam probationem dicunt aliqui quòd salamandre viuunt in igne. Aliter dicitur quòd non oportet omnia elementa decorari animalibus, immo hoc solum conuenit elementis existentibus prope terram aut terræ, quia omnia animalia nutriūtur à terra, & ideo quia ignis nimis plus distat à terra, & quia est nimis actiuus natura sibi nulla animalia attribuit, nec ex hoc est imperfectus, quia similiter argueretur cœlum esse imperfectum. Ad tertium dicitur quòd quodlibet pedale ignis in sua sphæra est corruptibile. Ad improbationē dicitur quòd in quodlibet pedale ignis cœlum quandoque influet influentiam grauefactiuam, & mouentem deorsum, & tunc illud descendet in aerem quousque corrumpitur.

Ad rationes arguentes quòd sunt plura. Ad primam dicitur ꝙ non sunt nisi quatuor combinationes qualitatum primarum posibiles sub esse intēso seu perfecto, vt dictum est. & solum penes illas numerus elementorum sumitur. Ad secundum ꝙ cœlum nō est elemētum nisi similitudinarie & improprie, quia ex eo nullum componitur corpus, & ideo de hoc non est cō sideratio. ad præsens prout dictum fuit in primo articulo, Aliter posset dici ꝙ cœlum est elementum mundi, sed etiam de hoc hic non agitur, sed solum de elemētis mixtorum. Ad tertium negetur ꝙ tot sunt elementa quot mixta saltem in specie. Ad probationē dr̄ ꝙ licet elementa dicerentur per resolutionem ad mixta tn̄ non oportet ꝙ proportionabiliter multiplicentur sicut mixta, licet.n. genus dicatur per resolutionē ad speciem, tn̄ non oportet quòd proportionabiliter multiplicentur, sicut species prout notum est. Ad quartū pōt dici ꝙ substantialiter in specie non est nisi vnum elementum terræ. Ad Philosophum dicitur ꝙ voluit dicere ꝙ diuerse sunt species accidentales terrarum, quia quædā sunt argilose, quędam sabulose, & sic de alijs vel quòd voluit quòd plures sunt species terrarum, mixtorū idest terreorum, quę vocantur terra propter similitudinem. similiter totaliter dicatur de igne. Ad quintum negetur quòd tot sunt elementa quot sunt planete. Ad probationem dicitur quòd licet quilibet planeta sit de natura alicuius elementi non sequitur, qd̄ sint tot elementa quot sunt planete, quia plures bene sunt de natura eiusdem elementi, & ideo ratio non cō cludit. Ratio post oppositum est pro dictis in duobus vltimis conclusionibus quarti articuli.

Eodem textu vbi supra. *Quæstio.* *IIII.*

QVæritur quarto. Vtrū caliditas aeris & ignis sunt eiusdē speciei specialissime essentiales. Et arguitur primo ꝙ nō quia humiditas aeris & humiditas aque differūt specialissima, ergo etiam caliditates elementorum debent differre specie. consequentia tenet quia sicut se habet vna qualitas symbola, ita vr̄ ꝙ sit de alijs qualitatibus symbolis. antecedens probatur: quia humiditas aque est extinctiua ignis, & humiditas aeris non est extinctiua ignis, immo est nutritiua eius, ergo illæ humiditates differunt specie consequētia tenet quia potentiarum eiusdem speciei non sunt contrarij actus, sed idem nono Metaphsi. antecedens pro prima parte patet per experientiam, quia aqua vehementer calida corrūpit ignē si super ipsum fundatur, sed tn̄ hoc non facit per frigiditatē, sed per humiditatē, quia qua illa est calida. Itē si hoc facit propter frigiditatē tunc ignis in hieme frigidissima non deberet durare in aere, consequens, est contra experientiā de candela ardente & consequentia, tenet quia aer est tūc ita vehemēter frigidus ꝙ congelat aquam, vt videtur, & per cōsequens, si frigiditas, est cā corruptionis ignis, maxime deberet corrumpere ignem. Secunda pars patet, quia cum humiditas olei sit aerea ipsa statim cōuertitur in ignem, & nutritit ipsum. Item si humiditas aeris, esset eiusdem speciei cum humiditate aque, tunc ipsa posset cō tinere mixta, sicut humiditas ipsius aque, cuius oppositum dicit Philosophus secūdo huius. Secundo siccitas terræ & siccitas ignis differunt specie, ergo & caliditas, elementorum. consequentia tenet vt prius, & antecedens, declaratur, quia siccitas terræ determinat sibi intensam frigiditatem & densitatem, siccitas autē ignis, summam raritatem & caliditatem, modo hoc non esset nisi ipsæ different specie. Tertio si sic sequitur ꝙ caliditas aeris esset remissa. consequentia bona, & consequens, est falsum. igitur non sunt eiusdem speciei, & consequentia tenet, & antecedens patet. pro prima parte per experientiam, quia aer non sentitur ita calidus sicut ignis, ideo si caliditates sunt eiusdem spēi, oportet ꝙ aer sit remissio, alias eque intēse calefacerent igitur, &c. falsitas cōsequentis patet primo, quia tūc aer in naturali dispositione determinaret sibi aliquos gradus frigitatis remittentes suam, caliditatem cum remissio fiat per admixtionem graduum qualitatis oppositæ vt supponitur ad præsens, & sic aer non est simplex elementum, immo est mixtum qualitatiue sicut mixta.

Tex.c.2 & 15.

Tex.c.49

Secundo sequæretur quòd aer in naturali dispositione determinarent sibi tres qualitates primas. s. humiditatem caliditatem & frigiditatem remittentem eius caliditatem, consequens est cōtra Philosophum in litera.

Tertio sequitur quòd ignis approximatus aeri subito faceret eū summæ calidum, consequens est cōtra experentiam, & consequentia tenet, quia aer respectu caliditatis ignis nullam haberet resistentiam, ergo non est ibi causa succesionis. ergo subito fieret calidus summę.

Tex.c.16

Quarto. caliditas ignis contrariatur humiditati aeris, & non caliditas aeris, igitur, &c. consequentia tenet, & antecedens pro secūda parte est notum de se. pro prima parte probatur, quia cum aer generatur ex igne caliditas ignis corrumpitur, quia alias aer generaretur sub tanta caliditate quanta fuit ignis, quod non videtur verum, eo ꝙ ignis non posset aerem sub caliditate, corrumpere, quia aer cum qualibet caliditate posset manere, quòd videtur falsum. Sed confirmatur sic: si caliditas ignis non corrumperetur in tali transmutatione accidens migraret de subiecto in subiectum, & hoc est falsum, & tenet consequentia quia caliditas primitus est in igne, & post in aere, & tunc sic, caliditas corrumpitur non à caliditate aeris, cum sibi non sit contraria. ergo corrumpitur ab humiditate aeris. igitur caliditas ignis cōtrariatur, humiditati aeris, quod fuit probandum. Quinto in generatione aque ex aere tantam caliditatem, corrumpit generans aquā quantam frigiditatem introducit. sed certum est. ꝙ introducit summam frigiditatem, igitur etiam corrumpit summam caliditatem, igitur aer fuit summæ calidus, ꝙ non esset si eius, caliditas fuisset eiusdem speciei cum caliditate ignis, igitur consequentia tenet, & antecedens

pro prima parte patet. quia sic secundum opinionem, communem fit in qualitatibus primis intensio & remissio proportionabiliter. ꝙ sicut in vna intenditur in alia remittitur, & pro secunda parte patet, quia aqua in naturali dispositione est summæ frigida, igitur aqua introducit summam frigiditatem. Sexto. Commentator dicit secundo cœli quòd diuersa corpora cęlestia secundum diuersa lumina generant qualitates proprias vnicuique elementorum. ergo videtur velle quòd aliqua caliditas est propria vni elemēto & alia alteri, quod nō esset nisi caliditates elementorum differunt specie. Se

Tex.c.24 ptimo. leuitas aeris & ignis differunt specie, ergo, & caliditates consequentia tenet. primo conuenienti similitudine, quia sicut se habet leuitas ad leuitatem, ita se habet caliditas ad caliditatem. Secundo quia proprij effectus istarum caliditatū videtur, esse leuitates modo si effect⁹ de per se, & immediate aliquibus causis conuenientes, differunt specie, certum est etiam quòd iste causæ differunt specie. antecedens est Commentatoris quarto. cœli vbi dicit quòd leuitas aeris non est media inter leuitatem ignis, & grauitatem terræ, sicut calor medius inter extremos, immo est totaliter eque simplex sicut leuitas ignis. Octauo non omnes caliditates mixtorum

Tex.c.28 sunt eiusdem speciei. ergo nec omnes caliditates elementorum. consequentia tenet, quia caliditates mixtorum sunt similes in virtute, & etiam in caliditate cum caliditatibus elementorum, & ideo tot debent esse species primarum qualitatum in elementis quot in mixtis. antecedens probatur primo, quia effectus caloris naturalis animalis, est nutrire & augmentare, quod non conuenit calori ignis. Item calor naturalis vnius animalis figuratur naturaliter ſm figurā illius animalis, vt hominis secundum figuram hominis, alterius autem animalis vt asini aliter figuratur prout experimur. Secundo patet idem quia calor viui & mortui differūt specie igitur &c. consequentia tenet, quia illi sunt calores mixtorū antecedēs patet quia calor viui pręseruat à putrefactione, calor vero mortui disponit ad putrefactionem. vnde quanto cadauer fit magis calidum, tantò citius putrefit, qđ propter quod in estate citius putrefiunt carnes q̄ in hieme. Tertio patet idem, quia calor febrilis & naturalis differunt specie. igitur caliditates mixtorum differunt specie, consequentia tenet, & antecedēs patet quia calor naturalis & innaturalis differunt specie, sed febrilis calor, est innaturalis vt dn̄t medici, & naturalis nō est innaturalis igitur, &c. cōsequētia tenet, maior nota est, q̄a innaturale, & naturale sunt contradictoriæ opposita. ergo videntur differre, & per consequens differunt specie. minor nota est per medicos. Confirmatur sic illi calores differunt specie qui habent diuersos effectus proprios in specie, sed sic est de caloribus naturali, & febrili. ergo maior patet. auctoritate ante allegata. actus notificant potentias, secundo de anima, & minor patet, quia calor febrilis quātumcunq; remissus semper est pungitiuus, calor autem naturalis quantumcunque intensus vel ab estu, vel lare. vel motu non pungit, sicut experientia docet. Quarto patet idem, quia calor

Tex.c.33 nuturalis & apostematum differunt specie, igitur consequētia tenet, & an̄s patet, quia calor naturalis nullo modo denigrat, vt patet in sano vel in simili, calor aūt apostematū denigrat, vt patet in apostematibus maturantibus igitur, &c. Nono ad principale diuersorū in specie debēt esse diuerse qualitates ꝓprie in spē sed aer & ignis sunt diuersa in specie. igitur. maior nota, quia proprietates consequuntur ipsam rem. minor patet de se.

In oppositum arguitur, quia si differrent specie, tūc essent octo qualitates primæ, consequens est contra Philosophum secundo huius, & probatur consequentia, quia essent duæ primæ qualitates in specie, & proportionabiliter essent duæ ex parte cuiuslibet aliarum triū qualitatum symbolicarum. ergo essent octo:

In ista quæstione erunt tres articuli. In primo videbuntur quædam notabilia cū narratione eiusdem opinionis probabilis in hac quæstione. Secundo videbitur opinio illius contraria, quæ mihi magis videtur vera. In tertio videbitur quomodo opinio prima soluit motiua sibi contraria opinionis, secundæ, cum quibusdam rationibus specialibus confirmantibus, opinionem secundam. Tex.c.6 & 8.

Quantum ad primum articulum primo nota ꝙ quędam ponunt in elementis esse quasdam qualitates virtuales distinctas ab actualibus & formis substātialibus elementorum, sed quia de his quæritur in sequenti quæstione, ideo nunc solum de actualibus propono. Secundo nota. ꝙ proportionabiliter, sicut dicetur de caliditatibus ignis, & aeris, ita dici de frigiditatibus terræ, & aque & de cæteris qualitatibus primis symbolis elementorum, quia similes sunt rationes de vna, sicut de alia. Tertio nota. ꝙ quędam opinio probabilis ponit ꝙ caliditates aeris, & ignis actuales differunt specie, & habet pro se rationes ante oppositum, & si quæ alię sunt tales, & ideo rationes illas non resumo. Secundo dicūt quòd aer habet caliditatem summam, sicut ignis. Tertio dicunt ꝙ ad corruptionem ab igne vnius gradus caliditatis aeris introducitur vnus gradus caliditatis, ignis, & econuerso. Quarto dicunt quòd ille caliditates non sunt simul in simplici sub esse intenso, sed in mixto, & sub esse remisso. Quarto est notandum ꝙ res essentialiter eiusdem speciei specialissime dicuntur quæ solum numero differunt, & sic se habent ꝙ omnes proprie operationes vnius earum sunt essentialiter similes, alterius eorum operationibus, & si differunt, solum differunt secundum magis & minus, & etiam sunt quę nata sunt eundem conceptum specialissimum & essentialem in anima generare.

Quantum ad secundum articulum sit conclusio responsalis hæc. caliditates actuales aeris & ignis sunt eiusdem speciei specialissime essentialis. probatur primo sic, quia nisi sic sit vni essent plura contraria in specie. antecedens est contra Philosophum. 10. Metha. & primo cęli. vbi vult quòd tm̄ vnum vni sit contrarium, & probat per hoc primo cœli. motui circulari cœli nihil est cōtrariarium. Et probatur consequentia, quia caliditas ignis corrumpit frigiditatem aque. igitur contrariatur ei, cum omnis corruptio sit à suo contrario. Item caliditas aeris similiter corrumpit eandem. igitur etiam contrariatur illi. si ergo illæ caliditates sunt diuersarum specierum, duo in specie scilicet quæ sunt contrariantur eidem frigiditati aque, quod fuit probandum. Secundo sic caliditas ignis calefacit caliditatem aeris. igitur est eiusdem speciei cum ea. consequentia tenet, quia caliditas non generat nisi caliditatem sibi similem in specie. ergo si intendit caliditatem aeris, illa erit ei similis in specie. antecedens est manifestum per experientiam. Confirmatur. siccitas terræ, & ignis sunt eiusdē speciei: igitur sic est in alijs qualitatibus symbolis. consequentia tenet à simili, antecedens patet, q̄a siccitas ignis reducit terram humidam ad sui naturalē siccitatem, vt experimur. Tertio nisi essent eiusdem speciei sequitur quòd in habentibus symbolum non esset facilior transitus. consequens est contra Philosophū secundo huius. & tenet consequentia quia sicut in non habentibus symbolum, oportet duo corrumpere, & duo generare, sic etiam oportebit si debeat ignis ex aere generari, oportebit. n. caliditatem, & humiditatem aeris corrumpere, & caliditatem & siccitatem ignis generare. Confirmatur. quia si differunt specie in habentibus symbolum oportet esse difficiliorem transitum. consequens est inconueniens, tenet consequentia, quia oportebit duas qualitates corrumpere & duas generare,

re, vt iam dictum est, & solum per vnicum agens, puta in generatione ignis ex aere per solam actionem siccitatis, eo ꝙ caliditas non agit, cum non contrarietur caliditati aeris. modo difficilius vnum agens duo corrumperet ꝙ̃ duo agentia, sicut fit in non habentibus symbolum. Quarto. omnis albedo est eiusdem speciei specialissime essentialis cum qualibet albedine, igitur & omnis caliditas cũ omni caliditate. consequentia tenet, quia non est maior ratio de albedine ꝙ̃ de caliditatibus. consequens communiter conceditur, quia non apparet causa propter quam due albedines specie essentiali differũt.

Quinto. si nõ essent eiusdem speciei, sequitur ꝙ essent octo humores in corpore animalis, & similiter essent plures q̃ quatuor complexiones. consequens est contra auctores medicine, & consequentia tenet, quia due complexiones essent nunc ex parte dominij caliditatis ignis, puta quia vel dominatur cum sicco vel cum humido, & duo humores erunt ex parte caliditatis aeris, & due complexiones, & sic de cæteris, & sic essent octo complexiones & octo humores. Sexto. illa sunt similia in specie, quorum effectus immediati sunt eiusdem speciei, sed sic est de caliditatibus aeris & ignis. igiť &c. maior nota est, quia potentiæ & species distinguuntur per effectus tanq̃ à posteriori. minor patet, quia similes in specie sunt caliditates quas caliditas aeris introducit in manum meam, & caliditas ignis in aliam manum introducit. Septimo. sicut se habent raritatis ignis & aeris & diaphanitas earundem, ita se habent caliditates eorum, sed diaphanitates & raritates sunt eiusdem speciei. igitur & caliditates, maior nota est conuenienti similitudine. minor de diaphanitatibus patet per Philosophum secundo de Anima. vbi vult ꝙ aer & aqua sunt diaphana inquantum in eis est quædam cõmunis natura, quæ est in cœlo. in cap. de visibili & visu, sed quo ad raritates videtur patere per hoc ꝙ raritas non est nisi paucitas materiæ sub multa extensione, & sic videtur ꝙ raritas non sit nisi materia. igitur cum materiæ ignis & aeris
Tex.c.68 sint eiusdem speciei, videtur etiam ꝙ raritas eiusdem speciei debeat esse. Octauo sic, caliditas aeris erit caliditas ignis, igitur caliditas aeris & ignis sunt eiusdem speciei. consequentia tenet, quia erunt eædem caliditates numero: antecedens arguitur, quia quando ex aere fit ignis, vel caliditas quæ fuit in aere manet in igne, & sic habetur propositm, vel corrumpitur, & hoc non, quia siccitas ignis non contrariatur caliditati aeris. igitur manet: Hæ sunt rationes quibus illa conclusio communiter probatur.

Quantum ad tertium articulum restat videre quomodo opinio prima ad has rationes respondetur. Ad primam ergo dicit, ꝙ bene vni plura sunt contraria in specie specialissima, sed Philosophus voluit ꝙ tantum vni vnum est contrarium in specie subalterna. s. ꝙ caliditas solum frigiditati contrariatur, & ꝙ caliditas non contrariatur caliditati & frigiditati & econuerso, frigiditas solum caliditati cõtrariatur, sed non est inconueniẽs ꝙ tam caliditas ꝙ̃ frigiditas diuidantur in plures species specialissimas, quarum quælibet frigitas cuilibet caliditati est contraria & inuenitur simile de leuitatibus. leuitates. n. aeris & ignis differunt specie specialissima & essentiali. Commen. 4. Cœli. sed quælibet earum contrariatur grauitati terræ vel aque. Ad secundum negetur, ꝙ caliditas ignis intendat caliditatem aeris, immo dicitur ꝙ siccitas agit in aerem humiditatem aeris cor-
Cõ.6.26 rumpendo, & proportionabiliter remittit caliditatem eiusdem aeris per modum sequele, & ad generationem siccitatis in aerem generatur per modum sequele caliditas ignea, propter quam ad sensum videtur ꝙ intendatur caliditas aeris, non tamen intenditur. Ad confirmationem negetur, ꝙ siccitas terræ & ignis sunt eiusdem speciei. Ad probationem dicitur, ꝙ siccitas quã introducit ignis terræ humide eam calefaciendo est violenta terræ & est ignea sequẽs caliditatem ignis, sed cessante calefactione ignis terra corrumpit caliditatem introductam, & per modum sequele introducit siccitatẽ sibi conuenientem, & corrumpit siccitatem sibi disconuenientem. Ad tertium dicitur, ꝙ Philosophus. d. in habentibus symbolum esse transitum faciliorem, nihil plus voluit nisi ꝙ illæ transitus fieret cum minori contrarietate, quando. n. ignis generatur ex aere, solum fit generatio mediante vna contrarietate. s. siccitatis & humiditatis, sed quando ignis generatur ex aqua fit transitus per duas contrarietates, vt notum est, & per hoc patet ꝙ consequentia prima non valet. Nam licet illæ transitus fiat per eque multorum corruptionẽ, & etiam per eque multorum generationem, tamen fit cum minori contrarietate. caliditas. n. aeris non corrumpitur per caliditatem ignis, sed per modum sequele, ad corruptionem humiditatis aeris simpliciter generatur caliditas ignis in materiam aeris non à caliditate, sed per modum sequele, ad introductionem siccitatis. Per idem soluta est confirmatio. negetur. n. ꝙ cæteris paribus difficilior esset transitus. Et ad probationem dicitur, ꝙ licet difficilius sit vnum corrumpere duo q̃ duo corrumpere duo. dico ꝙ verum est quando vtrunq; resistit agenti, tamen quando vnum corrumpitur per modum sequele ad alterum, tunc non oportet ꝙ illud quod per modum sequele corrumpitur non resistit de per se suo corrumpenti. Vel aliter dicitur & melius ꝙ simpliciter nõ est facilior, sed est facilior ad intellectum Philosophi, quia est sine tanta actione contrarietatum. Ad quartum concedo, ꝙ omnes albedines sunt eiusdem speciei specialissime, quod tamen est dubium & negatur consequentia, quare sic erit de omnibus caliditatibus, quia contrarietas albedinum est contrarietas specierum specialissimarum & contrarietas caliditatum est contrarietas specierum subalternarum, sicut dictum est ante de leuitatibus, & sic non esset simile. Ad quintum posset dici vno modo ꝙ non est inconueniens ponere plures complexiones q̃ quatuor in specie specialissima, similiter nec plures humores, sed medici solum ponentes quatuor non loquuntur de specie specialissima, sed de specie subalterna. non. n. curant descendere ad specialissimam, eo ꝙ non est magna differentia in mixtis caliditatis aereæ & igneæ, & sic de alijs, & probabilitas dicti patet, quia medici dicunt ꝙ aliquod est humidum humiditate aerea, & aliquod est humidum humiditate aquea. Aliter posset dici ꝙ consequentia non valet, quia cõplexiones denominantur ab excessu aliquarum qualitatum symbolarum, similiter & humores. vnde qñq; dominantur in mixto caliditates & siccitates qualescunque sint illæ caliditates & qualescunq; sint illæ siccitates dicitur complexio cholerica. cõsimiliter dicatur de alijs vnde in numerãdo complexiones vel humores omnes gradus caliditatis siue igneæ, siue aereæ computantur pro vna qualitate & vna parte complexionis, & ideo in toto non sunt nisi quatuor. Ad sextum negetur, ꝙ effectus caliditatis ignis, & caliditatis aeris sunt eiusdem speciei specialissime. Et ad probationem dicitur ꝙ caliditas quam aer introducit est aerea, & quam ignis introducit est ignea, & licet quo ad sensum apparent eiusdem speciei, tamen realiter sunt diuersarum specierum. Ad septimum dicitur, ꝙ non est simile de raritate & diaphanitate sicut de caliditate, quia illæ non faciunt sic effectus dissimiles, sicut faciunt caliditates, dicunt ipsi ꝙ ante oppositum fuit probatum specialiter. patet, ꝙ non sit simile si raritas sit materia, quia tunc raritas & densitas non differrent specie, quia ambe essent materiæ. absurdum autem esset dicere ꝙ caliditates & frigiditates essent eiusdem speciei specialissime. Ad vltimum dicitur, ꝙ caliditas aeris corrumpitur in generatione

tione ignis ex aere, non à contrario, sed per modum sequele ad corruptionẽ humiditatis, vt ante iam dictum est. Hæ sunt solutiones istarum. Ad rationes probantes principalem conclusionem, licet eis non contentor, & ideo nunc reuertor ad illam conclusionem aliter probãdo sic. nisi caliditates ignis & aeris essent eiusdem speciei, specialissime, sequitur ꝙ ex duobus elementis non habentibus symbolum non posset generari tertiũ, consequens est contra Philosophum in hoc. 2. cap. 4. & con-
Tex.c.25 sequentia probatur sic, quia si ex igne & aqua debeat generari aer, oportet ꝙ hoc fit secũdum Philosophum, quia caliditas ignis superat frigiditatem aque, & econuerso humiditas aque siccitatem ignis. vel ergo manet caliditas ignis in aere, vel non. si manet, tunc eadem caliditas numero est prius in igne, & post in aere. ergo etiã eadem in specie. si non manet, queritur à quo corrumpatur, non à frigiditate, vt notum est, quia illam caliditas superat, nec ab humiditate, quia tunc proportionabiliter remitteretur caliditas ignis, sicut eius siccitas, & per consequẽs ipsa non posset superare frigiditatẽ aque, quod est contra positum. Et hoc magis apparet de humiditate, quæ si manet in aere habetur propositum. si non manet, queritur à quo corrumpitur. non. n. à siccitate ignis, quia illam superat ipsa humiditas, nec à caliditate eius quia, tunc proportionabiliter remitteretur humiditas aque, sicut frigiditas eius, & per consequens ipsa nullo modo posset superare siccitatẽ ignis, immo ignis tantum obtineret super humiditatem aque, sicut super eius frigiditatem saltem per modum sequele ad corruptionem aque sui subiecti, quia solum inheret materiæ primæ, vt dictum est in primo huius. Confirmatur hæc ratio. ignis sic agendo vel introducit in materiam aeris caliditatem suę caliditati similem in specie specialissima, & si sic. cum ergo sit disconueniens aeri nunq̃ per talem actionem generabitur aer, vel introducit caliditatem aeream, & hoc non, quia illa non est sibi similis in specie vel in virtute. modo agens naturale de per se non agit nisi propter assimilare passum. Item si illam generaret, tunc intenderet caliditatem aeris & generaret, & per consequens est eiusdem speciei cum illa. Secundo frigiditates aque & terræ sunt eiusdem speciei. igitur & caliditates ignis & aeris. consequentia tenet de se, & antecedens probatur, quia nisi sic, terra non posset generare aquam ex aere, quod est expresse contra Philosophum primo Metheo. secundum cõem diuisionem de generatione fontium, & consequentia tenet, quia frigiditas terræ agens in aerem non generat nisi frigiditatem sibi similem in specie specialissima. modo quia secundum aduersarium illa est disconueniens aque nunq̃ sic frigefaciendo aerem generabit aquam. igitur nunq̃ terra posset generare aquam ex aere, quod fuit probandũ. Tertio. de qualitatibus sensibilibus nihil melius iudicat q̃ sensus, sed sensus non ponit differentiam maiorem inter duas qualitates, vnam aeris, & aliam ignis, q̃ inter duas caliditates ignis vel duorum ignium cęteris paribus. igitur ita similes sunt due caliditates aeris & ignis, sicut duorum ignium. ergo sunt eiusdem speciei specialissime maior nota est de se, quia de rebus sensibilibus non habetur certior cognitio q̃ illa quæ habetur per sensum. minor patet experientiam. Confirmatur. non est dicendum contra illud quod sensui apparet nisi propter rationem efficacem conuincentem, modo nulla ratio conuincit has caliditates differre specie. ergo non est dicendum
Tex.c.26 cum sensui hoc non appareat. maior est Philosophi. 8. Physi. d. ꝙ querere rationem vbi sensus experimentum præbet est debilitas intellectus. minor patebit in soluendo rationes in contrarium. Quarto. sequitur ꝙ caliditas ignis & aeris essent ita vere contraria, sicut albedo & nigredo, consequens est inconueniens, quia sic vni plura essent contraria adhuc in specie subalterna. s. caliditati ignis caliditas aeris & frigiditas, siue sit terræ, siue sit aque, quod est contra Philosophum. 1. Cęli. & . 10. Met. Tex.c.10
& est contra illos, qui dicunt ꝙ caliditates illæ non sunt Tex.c.11
proprie contraria. & consequentia probatur, quia albedo & nigredo solum contraria dicuntur, eo ꝙ sub esse vtriusꝗ intenso nequeunt simul in eodem subiecto stare, & ad corruptionem gradus albedinis generatur gradus nigredinis & econuerso, in mixtis modo sic est de his caliditatibus ꝙ sub esse intẽso non possunt simul stare, & ad corruptionem vnius gradus caliditatis aeris generatur per modũ sequele vnus gradus caliditatis ignis, sicut isti met ponunt in generatione ignis ex aere. His rationibus contentus credo hanc opinionem veriorem & simpliciter de mente Philosophi fuisse, quia Philosophus expræsse. cap. 4. huius secundi dicit, ꝙ in habenti- Tex.c.13
bus symbolum fit transitus per vnius solius qualitatis corruptionem, & sic dicit eandem qualitatem symbolam numero esse successiue duorum elementorum. ergo etiam eadem in specie.

Ad rationes quibus alij suam opinionem nituntur probare. Ad primã dicitur ꝙ humiditates aeris & aque non differunt specie. Secundo. dicitur ꝙ aqua calida proiecta super ignem non extinguit ignem ratione frigiditatis. patet, quia est actu calida. Tertio. dicit ꝙ non extingit eum principaliter ratione humiditatis, patet, quia tunc non extingueret aqua ita cito, quia humiditas est valde lente actionis. Quarto. dicitur ꝙ extinguit eum per viam suffocationis, sic. s. quia ignis resoluit à lignis vel ab alia materia ignibili continue quendam fumum subtilem, per cuius continuationem continuatur ignis. modo aqua igni superfusa claudit sua grossitie poros, & illos fumos cõstringit in loco ita paruo ꝙ sub tanta densitate non potest manere ignis, immo sic extinguitur in fornace clauso ore fornacis sufficienter, immo idem faceret oleum in magna copia superfusum igni vel quodlibet aliud sic constringens & condensans ignem.

Quinto. dicitur ꝙ humiditas aerea non sic extinguit ignem, quia est de materia rara in qua ignis longo tempore potest permanere, quia aer non prohibet ignis dilatationem. Sexto. dicitur ꝙ oleum nutrit ignem non ꝙ sua humiditas differat specie ab humiditate aque, sed quia ipsum propter siccitatem admixtam necnon pinguedinem est multum ignibile. Septimo. dicitur ꝙ aer frigidus frequenter per humiditatem corrumpit ignem, sicut patet de flamma, quæ in aere extinguitur, & per hoc patet solutio rationis. Ad cõfirmationem dicitur, ꝙ humiditas aeris eque bene contineret, sicut aqua si esset in materia eque grossa, & hoc solum voluit Philosophus. Ad secundum negetur, ꝙ siccitas terræ & ignis differunt specie. Ad probationem dicitur quòd siccitas terræ non determinat sibi illas qualitates terræ, nec siccitas ignis qualitates ignis, immo si ignis fieret ex terra immediate eadem siccitas, quæ prius stetit cum qualitatibus terræ, postea staret cum qualitatibus ignis & econuerso. Ad tertium diuersimode respondetur à diuersis. Quidam. n. dicunt ꝙ aer est summæ calidus quando est in sua naturali dispositione, sed sua humiditas obfuscat calefactionem caloris, & ideo non sentitur ita calidus, vel aliter non sentitur tantum calidus, quia aer existens circa nos nunq̃ est in naturali dispositione. Aliter dicunt alij ꝙ aer est minus calidus igni, non tamen admixtus gradibus frigiditatis, sed dicitur minus calidus, quia magis distat à gradu summo. Aliter dicitur & melius videtur modo supposito quòd remissio in qualitatibus primis fiat per admixtionem graduum qualitatis opposite, ꝙ aer est remisse calidus, quãdo est in naturali dispositione, conceditur tamen ꝙ aliqui gradus frigiditatis sunt sibi admixti, sed negetur cõsequentia. ergo non est elementum simplex. nam ad hoc ꝙ sit simplex sufficit ꝙ habeat vnam de qualitatibus primis in

in summo .s. humiditatem, & consequenter dicitur quod est mixtus qualitatiue in vna qualitatum primarum, sed non in ambabus, & ideo est simplex & non mixtum, sicut mixta, quare habet omnes qualitates primas commixtas. Ad secundam improbationem dicitur & conceditur quod aer determinat sibi tres qualitates primas .s. summam humiditatem, caliditatem intensam, & aliquos gradus frigiditatis. Et ad Philosophum dicitur quòd non posuit in elemento nisi duas qualitates primas, quia non loquebatur nisi de qualitatibus summis vel intensis, de hoc postea plus dicetur. Ad tertiam probationem dicitur consequenter, quòd caliditas ignis non potest subito calefacere aerem ad summum, quia frigiditas resistit ei. Alij secundum primã responsionem dicunt quòd repugnat latitudini graduali subito generari, & ideo dicunt, quòd licet non esset in aere frigiditas adhuc successiue calefieret aer, non propter resistentiam, sed propter distantiã à gradu summo. Ad quartum negetur, quòd caliditas ignis contrariet humiditati aeris. Ad probationem dicitur quòd in generatione aeris ex igne caliditas non corrumpitur, immo corrumpitur ignis propter solam corruptionem siccitatis, & conceditur quod aer potest generari cum summa caliditate stante cum intensa humiditate, sed genitus, quia illa caliditas est aeri disconueniens, ideo statim reducet se aer ad caliditatem naturalem remittendo summam, sicut aqua calefacta remoto calefaciente reducit se ad frigiditatem, & consequenter conceditur quòd nunquam posset ignis sola actione caliditatis aerem corrumpere, sed quando aerem superat hoc principaliter facit siccitas ignis. Ad confirmationem dicitur, quòd caliditas semper manet in materia, vt dictum est in primo, & ideo non transit de vno subiecto inhesionis in aliud, licet transeat de subiecto denominationis in alterum. Ad quintum dicitur, quod in generatione aque ex aere generans non introducit summam frigiditatem, sicut nec corrumpit summam caliditatem, sed inuenit in aere tot gradus frigiditatis, quot gradibus caliditatis aer est remissior summa caliditate, & consequenter ad corruptionem vnius gradus caliditatis introducitur vnus gradus frigiditatis. Aliter dicunt alij quòd non corrumpit tantam caliditatem, sicut introducit frigiditatem. Et ad probationem dicitur quòd non fit sic remissio specialiter in elementis, sed magis sic quòd proportionabiliter, sicut qualitas vnius elemẽti corrumpitur, sic qualitas alterius elementi generatur, non gradus caliditatis pro gradu frigiditatis, sed potius medietas caliditatis recepte in subiecto pro medietate frigiditatis summæ aque conuenientis, tunc ratio non procedit. Ad sextum dicitur, quòd Commen. 2. Cœli. nihil plus vult nisi quod diuersa corpora cœlestia secundum diuersa lumina generant qualitates proprias vnicuique elementorum, non tamen differunt specie si sint symbolę, sed solum differunt secundum magis & minus. sic.n. differunt caliditas aeris & ignis. Ad septimum negetur consequentia, quia leuitas consequitur mixtionem plurium qualitatum primarum adinuicem, & ideo quãuis specie differant, non propter hoc oportet de caliditatibus etiam, quia leuitates non sunt proprie contrarie grauitati, quia non agunt nec patiuntur inuicem, per cõtrarium est de caliditatibus, & ideo oportet quòd de caliditatibus solum vnum in specie specialissima est contrarium vni. non autem ita esset in leuitatibus. Et etiam ratio alia diuersitatis apparet ex effectibus, quia leuitates experimentaliter mouentur ad loca diuersa. Item vbi vna trahit alia non trahit, non sic est de caliditatibus, immo sui effectus sunt totaliter similes solum differentes secundum magis & minus. Ad secundam probationem dicitur, quòd leuitas ignis non est proprius effectus caliditatis, sed potius totius complexionis .s. caliditatis & siccitatis, similiter dicitur de leuitate aeris. vnde caliditas coniuncta siccitati intẽse producit leuitatem ignis, & coniuncta humiditati producit leuitatem aeris. Ad octaum dicitur, quòd omnes caliditates mixtorum sunt eiusdem speciei specialissime, quod videtur patere per experientiam de caliditatibus anatarum & gallinarũ, quia ita gallina producit ex ouis anatarum anatas sicut anata. Ad probationem primã, dico quòd tam in mixtis quàm in elementis operatio propria caliditatis est calefacere, sed secundum diuersas formas substantiales, & secundum diuersas qualitates secundas virtuales & agentes, ac etiã diuersas proportiones qualitatum primarum adinuicem coagentium producuntur ab illis calefactionibus aliæ & aliæ operationes in viuis & in elementis, vt in viuis generatio sanguinis vel digestio nutrimenti, in elementis dispositio alia conueniẽs elemẽto agẽti, similiter dicitur de figuris quod caliditatis operatio de per se non est figurarę, sed hæc conuenit sibi de per accidens inquantum agentia prius dicta simul in agẽdo concurrunt. Ad secundam probationẽ dicitur, quod calor cadaueris non disponit ad putrefactionẽ, immo putrefactio fit à calore medij circunstantis calorẽ naturalem euaporãtis iuxta illud Philosophi. 4. Metheo. putrefactio est euaporatio proprie caliditatis à caliditate aliena (Tex. c. 6.) & si cadauera magis calida citius putrescunt, quod nõ credo, immo verius est quòd citius putrescunt magis humida hoc est, quia talia habent poros magis apertos propter fortem calorem, & ideo citius euaporatur eorum calor, quòd autem in estate citius putrescunt cadauera hoc est, quia calor medij circunstantis est fortior & citius euaporat calorem naturalem rei quàm in hyeme. Et si qui omnino vellet concedere quòd calor intrinsecus in cadauere disponeret ad putrefactionem, illæ consequenter diceret quòd hoc prouenit non propter diuersitatem caloris mortui & viui, sed magis propter formas substantiales cum quibus isti calores existunt. Dicetur.n. quod calor naturalis est talis naturæ quòd in subiecto cui conuenit sicut in viuo præseruat à putrefactionem, sed in subiecto cui disconuenit disponit ad putrefactionem, sicut in cadauere. Ad tertiam probationem dicitur vno modo, quòd calor naturalis in animalibus est corpus aereum subtile & calidum, & tunc ratio est soluta. Dicetur.n. quòd calor naturalis, & calor febrilis essent substantiæ subtiles calide differẽtes specie, propter quod pungit febrilis & non naturalis, sed ex hoc non sequitur quòd caliditates istorum corporum differunt specie specialissima, prout notum est, aliter potest dici negando quòd calores tales differunt specie, immo contrarium videntur dicere medici diffinientes febrem .s. quod febris est calor naturalis accensus in igneum .i. calor naturalis intense calefactus, & si sic. calor naturalis tunc non differret specie à calore febrili, quòd etiam febrilis sit calor naturalis videtur, quia digerit sicut calor naturalis. Ad probationem dicitur, quod non oportet quòd si vnum sit naturale, & aliud innaturale, quod talia differant specie, quia caliditas intensior ea quæ asino conueniret est sibi innaturalis, non tamen differt specie à caliditate sibi naturali. Ad aliam probationem dicitur, quod calor febrilis non pungit, sed illa punctura quæ ibidem apparet fit à quodam fumo acuto resoluto à corpore hominis, propter fortitudinem caloris febrilis. Talem autem fumum caliditas facta ex motu ludo vel labore non resoluit à corpore, quia illa caliditas non est cum tanta siccitate, nec ita repentine superueniens, sicut caliditas febrilis. Ad quartam probationem istius antecedentis dicitur, quod calor naturalis & apostematũ non differunt specie, sed calor naturalis agens in materiã fluẽtem sicut cibalem non denigrat, sed agens in materiam fixãm disconuenientem corpori adurit eam, & sic denigrat, nec fit nigredo apostematum à calore intrinsecæ apostematum principaliter, sed à calore naturali adurente corporis circun-

Côm. 34.

ris circunstantis. Ad nonum dicitur, quod rerum diuersarum in specie debent esse diuersę proprietates specifice consequentes formam substantialem, etiam debent esse diuersę proportiones qualitatum primarum adinuicem, sed non oportet quod talia in nulla qualitate eadem in specie conueniant, prout notum est. modo quãuis aer & ignis conueniant in caliditate, differunt tamen in humiditate & siccitate, & hoc sufficit. Ratio post oppositum est pro secunda opinione &c.

Eodem textu vbi supra. Quæstio. V.

QVinto quęritur. Vtrum sint ponendę qualitates virtuales in elemẽtis distincte ab actualibus & à formis substantialibus elementorum. Et arguitur quod sic. qualitates reperte in mixtis per prius reperiuntur in elementis, sed qualitates virtuales ponendæ sunt in mixtis. ergo ponende sunt in elementis. maior patet, quia qualitates mixtorum generantur ex qualitatibus elementorũ, & ideo apparet quod quæcunque qualitates actiue reperiuntur in mixtis, per prius reperiuntur in elementis. minor patet, quia piper cum sit actualiter frigidum adhuc est virtualiter calidũ, vt dicunt medici, & experientia docet. Secundo sic. in aqua calefacta generatur frigiditas remoto calefaciente & non potest asſignari à quo generatur nisi à virtuali frigiditate. ergo. maior nota est per experiẽtiam. minor probatur, quia vel generatur à frigiditate actuali remissa, adhuc tamen caliditate remanente in aqua, vel à forma substantiali immediate, vel à forma substantiali mediante frigiditate virtuali, nullo istorum modorum potest dici præter vltimum. maior rationis patet à sufficienti diuisione. minor probatur. Non. n. generatur à frigiditate actuali quia illa est magis remissa quam caliditas, & per consequẽs citius corrumpetur à caliditate, quam corrumpet caliditatẽ, nec potest dici quod generatur à forma substantiali immediate, quia forma substantialis non agit sine instrumento, vt patet, quia nunquam aliquid frigefaceret lignum sine frigiditate. ergo solum generatur in ea frigiditas à forma substantiali mediante instrumento distincto à frigiditate actuali, & quodcunque sit illud ipsum vocatur frigiditas virtualis. Tertio. nisi esset frigiditas virtualis aque in aqua, sequeretur quod aliquod corrumperetur, & tamen à nullo corrumperetur. consequens videtur inconueniens, & consequẽtia tenet, quia caliditas in aqua remota à calefaciente corrumperetur, & non à forma substantiali, quia illa non est sibi contraria. Item nec agit sine instrumento, nec à frigiditate actuali, quia illa non sufficit corrumpere caliditatem ita intensam. si ergo non corrumpitur à frigiditate virtuali non potest asſignari quid eam corrumpit, & sic habetur propositum.

Quarto. nisi in aqua esset talis frigiditas virtualis, sequeretur quod aqua posset stare cum maiori caliditate quam frigiditate, & cum maioribus qualitatibus disconuenientibus quam conuenientibus: consequens est inconueniens, quia oportet rem naturalem semper stare cum qualitatibus fortioribus sibi conuenientibus quam disconuenientibus. & probatur consequentia, quia aqua bulliens habet maiorem caliditatem actualem quam frigiditatem. si ergo non habet frigiditatẽ virtualem, habetur propositum. Quinto. elementa in locis naturalibus naturaliter conseruantur, & non videtur à quo cõseruantur quam à qualitatibus virtualibus distinctis ab actualibus & à formis substantialibus ipsorũ: ergo &c. maior patet per Philosophum quarto Physico. minor patet, quia qualitates actuales

Tex c. 48 non sufficiunt conseruare elementa frequenter, eo quòd debiliores sunt frequenter in materia quàm qualitates opposite. ergo si non conseruant ea qualitates virtuales non videtur quidem ea posse conseruare.

In oppositum arguitur, quia si iste qualitates essent ponẽde, sequeretur quod octo essent qualitates primæ consequens est falsum. & consequentia tenet, quia quatuor essent actuales, vt prius dictum est, & quatuor essent virtuales, vt isti concedunt. igitur cum virtuales sint causæ actualium, & per consequens priores eis octo essent primæ qualitates cum actualibus.

In ista quæstione erunt duo articuli. primo vidẽdum est de ea opinio probabilis. Secundo videndum est opinio illi contraria, & soluenda sunt motiua primæ opinionis.

Quantum ad primum articulum primo nota. quod est opinio communis, quod in elementis ponende sunt qualitates virtuales insensibiles distincte ab actualibus, & formis substãtialibus, & mouentur propter duas rationes principaliter ante oppositum factas. prima est, quia aliter non videtur quid reduceret aquam calidã ad actualem frigiditatem, ideo quia forma substantialis hoc nequit facere sine instrumento. Secundo quia aliter non videtur vnde corrumperetur caliditas in aqua calefacta remoto calefaciente. Secundo nota. quod illi dicunt has qualitates esse in quolibet elemento duas vt in terra frigiditatem & siccitatem virtuales. in aqua frigiditatem, & humiditatem virtuales, & sic deinceps. Tertio dicunt, quod illæ qualitates virtuales non possunt intendi nec remitti, & etiam sequitur ad positionem eorum. nam si in aqua quæ calefit remitteretur eius frigiditas virtualis ipsa non plus sufficeret reducere aquam ad frigitatem actualem quam frigiditas actualis. consequens est contra illos. & consequentia tenet, quia proportionabiliter esset vna remissa sicut alia. igitur non posset plus actualis reducere virtualem quam virtualis actualem, & econuerso.

Quarto dicunt, quod illæ qualitates virtuales generantur per modum sequele ad generationem formæ substantialis & corrumpuntur per modum sequele ad corruptionem formæ substantialis, quod patet, quia in generatione aque ex aere quandiu non generatur forma aque, non generatur aliquod frigiditatis virtualis, quia stat forma aeris cum qua stant caliditas, & humiditas virtualis & genita forma aque statim est ibi frigiditas virtualis, sicut in alijs. Alias sequeretur quod iste qualitates virtuales intenderentur & remitterentur, quod est contra prius dicta.

Quantum ad secundum articulum sit prima suppositio ista. quod qualitates virtuales elementorum non intenduntur nec remittuntur. patet per eos. Secundo supponitur quod eidem non insunt summa caliditas virtualis, & summa frigiditas virtualis. illa videtur de se manifesta. nam videtur quod tales qualitates virtuales sint contrariæ. Secundo. quia omne corpus magis determinat sibi caliditatem quam frigiditatẽ, vel econuerso, & per consequens non habet omnes qualitates virtuales in summo, sicut nec actuales. Et tertio, quia tales non concluduntur esse in corporibus nisi ex effectibus, nunquam videmus effectus ex quibus posſimus concludere in eodem qualitates virtuales oppositas. s. summa caliditatẽ & summam frigiditatem. Tertia suppositio, quod tales qualitates virtuales principaliter agũt in materiam, cui inexistunt conseruando in ea qualitates actuales formæ substantiali quam consequuntur conuenientes, sicut patet per illas & per experientiam, quia aqua calefacta nõ infrigidat per suas qualitates virtuales aliquam materiã exteriorẽ, nisi hoc sit mediate, puta quia forte generat per qualitates virtuales frigiditatem actualem, per quam vlterius infrigidat alia. Quarto suppono, quod principalis ratio propter quam iste qualitates virtuales ponuntur in elementis, est quia aqua calefacta reducit se ad frigiditatem maiorem, quàm frigiditas medij cui inexistit. patet, quia non debent poni illæ qualitates nisi propter experientiam vel rationem aliqualiter conuincentem eas esse. modo experiẽtia non docet esse tales qualitates, igitur

igitur oportet ꝙ ponantur esse propter aliquam rationem, & non apparet alia quàm illa quæ dicta est. ergo &c.

His præmissis sit conclusio responsalis in nullo elemento ponenda est qualitas virtualis distincta ab actuali & forma substantiali ipsius elementi. probatur sic. si poneretur aliqua talis hoc maxime esset, quia aqua calefacta remota à calefaciente reducit &c. sed propter hoc non debet poni talis qualitas. igitur &c. maior patet per aduersarios & per quartam suppōnem. minor ꝓbatur. nam vinum calefactū simpliciter reducit se remoto calefaciente ad frigiditatem maiorem, q̄ est frigiditas medij, & tñ vinum non habet frigiditatem virtualē. igitur &c. licet elemētum se reducat illo modo, propter hoc in eo non debet concludi esse talis frigiditas virtualis. consequentia tenet, maior patet per experientiam. mi. patet. primo, quia vinum est naturaliter calidum, vt dicunt medici. igitur non est virtualiter frigidum. Secundo. quia vel haberet summam frigiditatem virtualem, & hoc non, quia sic se reduceret ad tātam frigiditatē actualem, sicut aqua, immo esset virtualiter eque frigidum sicut aqua, quod non est verum, vel haberet eam remisse, & hoc non, quia nequit intendi vel remitti per primam suppositionem. Tertio. si vinum haberet talem frigiditatem non deberet plus calefacere corpus humanum intrans ipsum q̄ infrigidare, consequens est falsum. falsitas consequentis patet per experientiam, & tenet consequentia, quia quantum per virtualem caliditatem calefaceret, tantum per virtualem frigiditatem infrigidaret.

Quarto. tunc in vino essent qualitates virtuales oppositæ. s. virtualis frigiditas, & virtualis caliditas, quod est contra secundam suppositionem specialiter, cum illę qualitates virtuales semper sint summę. Secundo sic. principaliter vel talis frigiditas virtualis aque esset intensibilis & remissibilis, vel non, nullum illorū modorum potest dici. ergo non est ponenda, consequentia tenet, & antecedens patet sufficienti diuisione. minor probatur. primo patet ꝙ non sit remissibilis per eos, qui hoc ponunt. Secundo. si est remissibilis, tunc calefaciens sicut actualem frigiditatē remittit, ita remittit virtualem. tenet consequentia, quia non videtur à quo magis remitteretur q̄ à calefaciente, tunc vltra. ergo frigiditas virtualis non potest plus reducere actualem q̄ actualis virtualem. tenet consequentia, quia ambe sunt proportionabiliter remisse. Tertio. quia oporteret tunc ponere aliquid reducens illam caliditatem virtualem ad suum esse perfectum per rationem eorum, quia frigiditas remissa seipsam reducere non possit nec forma substantialis, eo quod non est actiua sine instrumento. igitur oporteret ponere aliam qualitatem virtualem, per quam forma substantialis primam frigiditatem virtualem reduceret, & sic in infinitum procederetur, quia de illa argueretur sicut de prima. non igitur potest poni remissibilis. Denique probatur ꝙ non potest dici ꝙ non sit remissibilis. primo, quia qualitates mixtorum virtuales sunt remissibiles. igitur & elementorum. consequentia tenet. & antecedens patet, quia virtualis qualitas piperis fit remissior quando piper debilitatur, & vinum similiter. Secundo. quia homo supercalefactus reducit se ad frigiditatem actualem sibi conuenientem, vt patet per experientiam. igitur per rationem illorum oportet dicere ꝙ hoc faciat per frigiditatem virtualem, quæ est in eo derelicta ex elementis. tunc igitur quæritur an sit remissa, & si sic. sequitur ꝙ frigiditas virtualis elementorum est remissibilis, vel est summa, & si sic. homo infrigidatus non posset se reducere ad caliditatē sibi conuenientem, cuius oppositum experimur, & tenet consequentia, quia summa frigiditas virtualis, quæ est in eo tātum seruaret illam frigiditatem sicut caliditas eius virtualis sufficit eam remittere. Item pari ratione esset in homine summa caliditas virtualis, quia homo infrigidatus reducit se ad caliditatem, & sic qualitates opposite virtuales inessent eidem vt prius. Tertio arguitur ad principale sic. talis frigiditas virtualis in aqua est superflua. igitur non est ponenda. consequentia tenet, & antecedens patet, quia omnia eque bene saluari possunt per formam substantialem aque sine tali frigiditate. igitur illa superflue ponitur. consequentia nota est, vt prius. & antecedens declaratur. nam modus agendi talis frigiditatis est secundum ponentes eam, ꝙ ipsa non est intensibilis nec remissibilis differens specie à frigiditate actuali, & non agit in materiam exteriorem, sed solum in materiam, in qua est producendo in eam frigiditatem actualem, vel conseruando eandē. modo illæ due sunt certe proprietates formæ substantialis. videlicet. differre specie à qualitatibus. Secūdum non agere in materiam exteriorem, sed conseruare suas qualitates & remissas restaurare remoto impedimento, nec videtur aliquod impedimentum quare forma substātialis immediate hoc non posset eque bene facere, sicut mediāte tali frigiditate virtuali, cum illa frigiditas virtualis videtur tamen in sua specie differre à frigiditate actuali, sicut forma substantialis, quare patet satis ꝙ superflue ponitur talis qualitas virtualis. Secunda conclusio est, in mixtis diuersarum specierum sunt ponende qualitates virtuales distincte ab actualibus, sicut patet manifeste de vino, pipere, vel alijs talibus, quæ licet sint actualiter frigida, sunt tamen virtualiter calida, & ideo suscepta in corpus humanum calefaciunt ipsum. Tertia conclusio est, tales qualitates virtuales suscipiunt magis & minus. patet per experientiam, & per aucturitates medicorum, immo quanto vinum sit debilius, tanto sua caliditas virtualis est debilior. Quarta conclusio, quòd huiusmodi qualitates mixtorum virtuales à formis substātialibus eorundem differunt. patet, quia suscipiunt magis & minus per conclusionem præcedentem, & formæ substantiales non, per Philosophum in prædicamentis. Quinta conclusio, huiusmodi qualitates virtuales sunt qualitates secundæ totam proportionem qualitatum primarū sequentes ad inuicem, quam sequuntur formæ substantiales mixtorum, quibus ipse conueniunt. hoc patet, quia reperiuntur in mixtis, per cōclusionem secundam, & non in elementis. per primam, quod non oporteret nisi essent qualitates secundę supponentes mixtionem & debitam proportionem qualitatum primarū in materia.

Ad rationes principales ipsorum. Ad primam dicitur ꝙ multę sunt qualitates in mixtis tam actuales q̄ virtuales, tam sensibiles q̄ insensibiles, quæ in elementis minime reperiuntur, quia ipse præsupponunt mixtionem qualitatum primarum adinuicem & debitam proportionem earum secundum esse alicuius mixti, quod elementis non conuenit. Exemplum de actualibus, vt colores, sapores, odores. de virtualibus, vt qualitas euacuatiua cholere, vel euacuatiua flegmatis, & sic de alijs, & ideo negetur maior. Et ad probationem dicitur, ꝙ licet qualitates mixtorum generantur à qualitatibus primis elementorum, non tamen oportet ꝙ quælibet qualitas actiua quæ reperitur in mixto reperiatur in elemento propter causam dictam. Ad secundum dicitur, ꝙ in aqua calefacta remoto calefaciente generatur frigiditas immediate à forma substantiali cum agentibus superioribus. Et ad improbationem dicitur, ꝙ forma substantialis non agit in materiam exteriorem sine instrumento, vt in lignum, licet bene agat in materiā, in qua consistunt qualitates sibi conuenientes conseruādo vel deperdendo & remoto impedimento regenerando, nec est hoc magis inconueniens q̄ ꝙ hoc faceret frigiditas virtualis, sicut alij ponunt. Ad tertiū potest dici probabiliter ꝙ non est inconueniens ꝙ aliquod corrumpatur, & tamen à nullo effectiue corrumpatur, vt scientia

in anima intellectiua, quæ corrumpitur propter defectum conseruantis, & tamen in proposito dicitur, ꝙ illa caliditas corrumpitur à forma substantiali aque, cui disconueniens est cum agentibus superioribus eam non conseruātibus. Et ad improbationem dicitur, ꝙ forma aque virtualiter cōtrariatur aque caliditati, sicut lumen frigiditati, & ideo corrumpit eam. de hoc autem quod agit sine instrumento satis dictum est. Ad quartum dicitur, ꝙ non est inconueniens aquam stare cum maiore caliditate q̄ frigiditate, dum tamen humiditas eius sit intensa. similiter conceditur ꝙ aqua potest stare cū qualitatibus, quę magis intendunt ad eius corruptionem q̄ conseruationē. sic. n. est in omni corruptione aque prius ꝙ̄ aqua corrumpatur. Ad quintum satis patet quid sit dicēdum per dicta in prima quęstione secundi. Nam ꝙ elementum in loco naturali naturaliter conseruatur, hoc non est per tales qualitates virtuales, quales isti ponunt, quia illæ non sequuntur formam aque, immo si forma substantialis aque esset extra locum non haberet secum tales qualitates eam conseruantes sic naturaliter, sed illę sunt influxe à cęlo respectu talis situs, vt dictum fuit supra. Ratio post oppositum est pro dictis.

Sed tamen simpliciter quatuor entia. Tex. cōm. 23.

Quæstio. VI.

SExto consequendo sermonem de his qualitatibus primis. queritur. Vtrum ignis sit primo calidus, aer primo humidus, aqua primo frigida, terra primo sicca, vel aliter. vtrum quodlibet elementum determinat sibi ambas qualitates in summo. Et arguitur ꝙ terra non sit primo sicca, terra est primo frigida. ergo non est primo sicca. consequentia tenet, quia nulli elemētorum debent conuenire secundum Philosophum due primæ qualitates. antecedens probatur, quia illud est summæ frigidum, seu primo frigidum, quod remotissime distat à fonte caloris, sed terra remotissime distat à fonte caloris. ergo &c. consequentia nota, maior patet, quia cum sol sit causa caloris, videtur ꝙ minime sit participatiua caloris, quia magis distat à sole, qui est fons caloris. mi. patet. Secundo probatur idem. in terra apparet maximus effectus frigiditatis. ergo est maxime frigida. consequentia tenet, quia magnitudo effectus arguit magnitudinem sue causæ. antecedens patet, quia in terra apparet summa densitas & grauitas, modo hæc sunt effectus frigiditatis, sicut contrarij caliditatis. Tertio. illud est maxime frigidum, quod maxime cōtrariatur igni. terra est huiusmodi. ergo &c. maior patet, quia ignis est primo calidus, per Philosophū. minor patet per Philosophum primo Metheo. hoc dicentem. Quarto sic. terra non habet siccitatē in summo. ergo non est primo sicca. consequentia tenet, & antecedens probatur. nam si terra esset summe sicca in ea nulla esset humiditas, & sine humiditate non est continuitas. ergo in terra nulla esset continuatio, quod est falsum, & consequentiæ assumptę sunt satis note. antecedens autem quod sine humiditate non sit cōtinuitas, patet per Philosophum secundo huius. d. ꝙ omnibus mixtis inest humiditas propter continuationem partium mixti, quia sine ea non possent partes terrę in mixto continuari. ergo vult ꝙ pure siccum non habet cōtinuationem, quod est propositum. Deinde arguitur, ꝙ aqua non sit primo frigida, quia aqua est magis humida ꝙ̄ frigida. ergo non est magis frigida nec primo. consequentia tenet. antecedens probatur sic. illa qualitas magis & per prius inest aque, quæ minus potest separari ab aqua remanente, sed humiditas minus potest separari ab aqua. ergo &c. maior nota, quia illa magis conueniunt rebus, quæ minus eis remanentibus ab eis possunt remoueri, minor patet per experientiam, quia aqua ab igne statim fit calida, non tñ fit statim sicca, immo quādiu manet aqua, videtur manere humida.

Tex.c.23

Tex.c.23

Tex.c.49

Deinde arguitur, ꝙ aer non sit primo humidus, quia humiditas cōuenit fortius aque q̄ aeri, sed aqua non est primo humida. igitur nec aer. consequentia tenet de se, & minor patet per Philosophum in litera. maior probatur. primo, quia aqua plus humectat ꝙ̄ aer, qđ non esset nisi esset magis humida. Secundo qa aqua sentit̄ magis humida ꝙ̄ aer. ergo est magis humida. cōsequētia tenet, quia sensus non decipit̄ circa suum ꝓprium obiectum, modo humiditas est obiectum ꝓprium tactus. Tertio quia humiditas facilius auferetur ab aere q̄ ab aqua. igitur &c. consequentia tenet, añs patet per experientiam. Experimur. n. ꝙ humiditas facillime aufertur ab aere in tantū ꝙ desiccat. non autem sic potest auferri ab aqua. Tex.c.


Deinde arguitur, ꝙ ignis non sit primo calidus, quia ignis est tm̄ siccus sicut calidus. igitur non est per prius calidus q̄ siccus. consequētia tenet. añs probatur. auctoritate Alberti magni. d. ꝙ summa caliditas ignis exurit totam humiditatem & frigiditatē terrę propter compactionem & densitatem extra mittit totam humiditatē. Secundo. qa caliditas ignis est magis intensa vel eque ad totam humiditatem exurendam, sicut frigiditas terræ per densitatem ad totam humiditatem extra mittendam, sed terra nihil habet humiditatis propter densitatem fortem & frigiditatem, igitur nec ignis aliquid habebit humiditatis propter adustionem fortem. igitur tm̄ est siccus sicut calidus. Tertio. si ignis non haberet siccitatem in summo, sequeretur ꝙ posset vlterius desiccari, sed hoc consequens est falsum. igitur &c. consequentia tenet, & antecedens pro prima parte patet, quia quicquid est siccum citra summum gradum siccitatis, hoc potest vlterius desiccari, & falsitas consequentis probatur. primo, quia si posset desiccari cum ad maiorem siccitatem, sequatur maior raritas stante summa caliditate, sequeretur ꝙ posset rarefieri, & aliquod posset esse rarius q̄ ignis existens in sua naturali dispositione. Quarto. cum siccitas sit lima caloris, sequitur ꝙ aliquod non densius q̄ ignis in materia posset plus calefacere q̄ ignis existens in naturali dispositione. consequens videtur falsum. cum talis ignis sit vehementissime arsionis, & tenet consequentia. si ipsius ignis siccitas augeatur, tunc. n. calor acuetur. tunc. n. fortius aget q̄ ante, cum erat in naturali dispositione. Quinto. si ignis non haberet summā siccitatē ipse haberet aliquos gradus humiditatis, cum remissio fiat per admixtionem graduum qualitatis opposite, & per consequens ignis existēs in naturali dispositione non esset purum elementum, quod est falsum. Sexto. arguitur ad idem sic. ignis potest calefieri, licet sit in naturali dispositione. igitur non est primo calidus. consequentia tenet, & antecedēs probatur, quia influentiæ calefactiue vt lumen, vbicunq; reperiuntur in materiam susceptiuam caloris non existente impedimēto calefaciunt, sed materia ignis existēs in naturali dispositione est receptiua caloris, & lumen & influentiæ calefactiue non sunt impedite qñ agunt in eam. ergo &c. consequentia tenet, quia influentiæ & lumen sunt agentia naturalia non habentia contrariū, & per consequens vbicunq; inueniunt materiam susceptiuam producūt suos effectus. minor patet, quia materia ignis est eiusdem naturæ cum materia corporum frigidorum, quę est receptiua caloris, & ꝙ influentiæ non sint impedite. patet, quia caliditas in nullo resistit, vel impedit actionem calefacientis, nec frigiditas ignis, quia non est frigiditas in igne. Vltimo arguitur, ꝙ nullum elementum determinat sibi per prius vnam qualitatē quàm aliam, quia quodlibet habet ambas in summo. ergo &c. consequentia tenet & antecedens patet, quia alias elementa in naturali dispositione non essent simplicia in suis naturalibus dispositionibus, quod est inconueniens. & consequentia tenet, quia haberēt aliquam qualitatem remissam, & per consequens essent remissa qualitatiue.

In

x.c.23 In oppositum determinat Philosophus secundo huius. cap. tertio vbi dicit, & tamen simpliciter quatuor, entia vnius vnumquodq;, & terra quidem sicci magis quàm frigidi. & aqua autem magis frigidi quàm humidi. aer autem magis humidi quàm calidi, ignis autem calidi magis. Tex.c.1

Hæc quæstio videtur mihi multum difficilis propter materiam huius quæstionis cum alijs membris connexionem, & ideo vt de ea aliquid ꝓbabiliter valeam describere eam in quatuor articulis diuidã, quæ quatuor quæstiones magnæ possent esse. In primo videbitur. vtrum qualitas prima remissa ex eo sit remissa, quia sibi admixti sunt gradus qualitatis opposite. In secundo videbitur. an quodlibet elementum in sua naturali dispositione determinat sibi ambas duas qualitates primas in summo. In tertio. iuxta hoc videbitur de diuersis modis intelligendi quæstionem. Et iuxta eos respondebitur ad quæsitum. In quarto. per modum dubitationis videndum est, an aqua in naturali dispositione debeat esse congelata, vel non.

Quantum ad primum artic. primo nota, quòd licet de intensione, & remissione qualitatum primarum sint septem opiniones magis probabiles, tamen due earum videntur magis apparentes. Quarum prima est, quòd qualitas prima ex eo dicitur intẽsior q; est propinquior gradui summo & remissior, quia distantior est à gradu summo sine admixtione graduum qualitatis opposite, & hęc opinio ponit quòd nunquam in eodem subiecto simul stãt caliditas, & frigiditas secundum aliquos suos gradus. motiua sunt multa huius opinionis quæ non volo hic narrare. Principale tamen est, quòd contrarietas videtur attendi penes speciem, quod videtur velle Philosophus. 10. Metaphy. nam quælibet caliditas cum
Tex.c.14 qualibet caliditate est eiusdem speciei. similiter quęlibet frigiditas, cùm qualibet frigiditate, igitur sicut summa caliditas & summa frigiditas sunt contraria, ita & quælibet caliditas cum qualibet frigiditate, sed manifestum est quòd contraria non possunt simul stare in eodem subiecto. igitur nulla caliditas potest stare cum aliqua frigiditate, quod est propositum. Secunda opinio est, q; latitudines summe caliditatis & summe frigiditatis sunt equales, & quando caliditatis latitudo remittitur frigiditatis latitudo proportionabiliter introducitur & ideo consequenter dicitur, q; quælibet certa latitudo caliditatis cum qualibet latitudine frigiditatis, cum qua simul combinata excederet summam latitudinem caliditatis, habet contrarietatem, sed cum latitudine frigiditatis, cui combinata non excederet latitudinem summe caliditatis non habet repugnantiam. Exemplum. si caldas summa componeretur ex decem gradibus caliditatis proportionabiliter summa frigiditas, tunc dicitur quòd quandoque numerus graduum caliditatis connumerati numero graduum frigiditatis excedit numerum denarium, tunc illa caliditas, & illa frigiditas inuicem habent contrarietatem, vt sex vnius cum quinque alterius, quia faciunt vndecim vel septem cum octo vel quatuor, & sic deinceps, sed quãdo amborum gradus connumerati non excedunt denarium, tunc non habent inuicem contrarietatem quinque vnius cum quinque alterius, vel sex cum quatuor septem cum tribus, & sic deinceps, ex quo consequenter dicit opinio, quòd gradus caliditatis cum gradibus frigiditatis simul stant in subiecto eodem. vbi simul combinati non excedunt numerum denarium. patet, quia non sunt contrarij. Secundo. quòd proportionabiliter sicut corrumpitur caliditas introducitur frigiditas, & econuerso, vt ad vnius gradus caliditatis corruptionem vnus gradus frigiditatis introducitur. Tertio. quòd omnia corpora generabilia quæ sunt habent eque multos gradus qualitatum primarum, quia si habent pauciores gradus caliditatis, tunc habent plures frigiditatis & econuerso. proportionabiliter dicunt de humiditate & siccitate, & quia hæc opinio mihi probabilis apparet, nescio si paßionatus ex opinione magistri mei magistri Ioannis Bridani. qui eam posuit, ideo eam in suis partibus persuadere propono, & eam immediate declarare intendo, sit ergo hæc.



Prima conclusio. Aliqui gradus caliditatis simul stãt in eodem subiecto cum aliquibus gradibus frigiditatis, sicut tepidum, quod ponitur medium inter calidum & frigidum. probatur, quia vel habet simul gradus frigiditatis cum gradibus caliditatis, & si sic. habetur propositum, vel solum habet gradus vnius earum, & si sic. tunc non est medium inter eas, quia de vna earum participat, & de alia nihil vel nullius earũ habet graduum, & si sic. tunc sequitur quòd in tepido esset forma substantialis sine qualitatibus primis actiuis, quod videtur falsum. primo, quia quælibet forma substantialis, siue sit simplicis, siue mixti, requirit in subiecto aliquam qualitatum primarum actiuarum. Secundo, quia videtur quòd materia prima sine qualitatibus primis nũquam potest esse, vt patet secundo huius. cap. tertio. Tertio sequitur, quòd in tepido nec esset grauitas, nec leuitas. consequens est falsum, & consequentia tenet, quia impoßibile est in subiecto stare qualitatem motiuam sine qualitate prima actiua. grauitas enim supponit frigiditatem, & leuitas caliditatem. Secundo probatur conclusio sic. minus calidum remittit magis calidum. ergo vel hoc facit propter frigiditatem quæ est in eo, & si sic. habetur propositum, vel facit hoc propter caliditatem, & si sic. caliditas remitteret siue corrumperet caliditatem, quod est falsum. Primo, quia non est ei contraria. Secundo, quia potius caliditatem generaret, & conseruaret. Tertio arguitur ad conclusionem sic. vel in manu hominis calida est aliqua frigiditas, & si sic. habetur propositum, vel non est, & si sic. habetur quòd manus non resistit calefacienti, quia non habet instrumentum, per quod resistere valeret, & per consequens ignis applicatus subito faciet manum summe calidam, quod est simpliciter falsum. Quarto vel in corpore animalis est aliqua frigiditas, & si sic. habetur propositum, cum totum corpus animalis sit calidum, eo quòd alias non viueret, vel nulla est in eo frigiditas, & si sic. sequitur quòd caliditas intensa nullam habens frigiditatem commixtam generabit grauitatem vel densitatem, vt in corde animalis, quod falsum videtur, quia çaliditatis est rarefacere & leuifacere, non autem condensare vel grauefacere. Quinto. idem calefacit & infrigidat. ergo in eodem sunt simul caliditas, & frigiditas. consequentia tenet, quia solum vna illarum non est nata facere vtrunque illarum actionum. antecedens patet. aqua calida quæ infrigidat ferrum calidum, & calefacit manum hominis in oppositum. Sexto. humiditas & siccitas stant simul. igitur caliditas, & frigiditas. tenet consequentia à simili. maior patet. primo, quia inesse asini est humiditas, aliter non viueret. Item alias non esset continuum. patet secundo huius. capitulo septimo oportet humiditatem aqueam inesse propter continuare partes mixti, & etiam in eodem simul esse siccitatem, quia os est in prædominio terreum. Philosophus tertio de Anima. capitulo vltimo. quod non esset nisi esset in eo siccitas. Item in corpore odorifero est humiditas & siccitas. consequentia tenet, & antece- Tex.c.49

 dens

dens probatur per descriptionem odoris positam à Philosopho in de sensu, odor est passio sicci digesti ab humido. ergo in odorifero corpare sunt humiditas & siccitas quæ digessit eam. Septimo. nisi sic non maneret quatuor elemēta in virtute in mixto. consequens est falsum. & consequentia tenet, quia non manent ibi in se, vt dictum est in primo, nec manent virtutes eorum nisi manerent qualitates ipsorum primæ & motiuæ, saltem ad medium reducte, & per consequens nisi maneret gradus caliditatis cum gradibus frigiditatis. Octauo. grauitates & leuitates simul manent in mixto. igitur & caliditas & frigiditas. consequentia tenet, quia non est magis inconueniens vnum q̃ alterum. Item quia grauitas & leuitas sunt proprij effectus caliditatis & frigiditatis. igitur antecedens patet, quia alias lignum vel oleum esset ita simpliciter graue sicut aqua, quod est falsum. & patet consequentia, quia grauitati summe nihil leuitatis esset admixtum. Item queritur quid lignum trahit sursum, cum est sub aqua, si dicis ꝙ leuitas. habetur propositum, non potest dici ꝙ grauitas, quia non est nata manere sursum. Item grauitas quæ est in ligno vel est aquea, & si sic. in sphæra aque non trahit sursum, vel est terrea, & si sic. minus trahit sursum. Nec valeret siquis fugiendo diceret, ꝙ hoc facit aer in poris ligni inclusus, quia fiat argumentum de oleo, & non habebit locum euasio, vel ponatur lignum in fundo aque, & sic ꝙ omnis aer fugiat recedendo, vel teneatur diu sub aqua, ꝙ aer conuertatur in aquam, adhuc ascendet prout docet experientia. Nono. quando ignis immediate conuertitur in aquam. quæro vtrum simul tempore successiue introducitur frigiditas aque in materiam ignis, & corrumpitur caliditas ignis, vel non. Si dicas primum, sequitur ꝙ in vna transmutatione simul in materia ignis stabunt caliditas & frigiditas, & hoc est propositum. Si dicis ꝙ non, tunc tota caliditas prius corrumpitur antequam aliqua frigiditas introducatur, tunc esset (signato ad imaginationem primo instanti) non esse totius caliditatis ignis, & queritur, vtrum adhuc in materia stat forma ignis, & si dicis ꝙ sic, sequitur ꝙ ignis stat sine caliditate. Item ꝙ ignis est, & tamen ꝙ non est calidus, immo ignis est frigidus, quia si in illo instanti ignis est. sequitur ꝙ immediate post hoc adhuc esset, & sic erit cū frigiditate sine siccitate per aduersarium. ergo erit frigidus, & si dicis ꝙ ibi non stat forma ignis, sequitur ꝙ ibi stabit forma aque, quia per casum generatur immediate ex igne, & si sic. sequitur ꝙ aqua generatur in materia sine actuali frigiditate. consequens videtur inconueniēs, eo ꝙ actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. 2. de Anima. & sola frigiditas principaliter disponit ad generationem aque, & consequentia tenet, quia in illo instāti nulla est frigiditas in illa materia, eo ꝙ nulla fuit ante illud in ea, nec aliqua est genita in illo, eo ꝙ nulla frigiditas potest grauari in instanti. Decimo ꝓbatur idem auctoritate Philosophi. 5. Phy. dicētis magis aut minus est, in quo plus aut minus contrarij inest. ergo intendit ꝙ hoc est minus calidum, in quo est minus frigiditas, & sic de alijs, & habetur propositum. Secunda conclusio. ad corruptionem vnius gradus caliditatis introducitur vnus gradus frigiditatis, & ecōuerso. probatur sic, quia vel proportionabiliter introducitur vna qualitatū primarum, sicut illa corrumpitur, & si sic. habetur propositum, vel vna corrumpitur tota anteq̃ aliquod alterius introducitur, & si sic. tunc nunq̃ starent simul caliditas & frigiditas, cuius oppositum dicit conclusio praecedens. Tertia conclusio, ꝙ in quot gradibus caliditatis calidū distat à gradu summo, tot gradus frigiditatis habet sue caliditati admixtos. patet, quia tale habet caliditatem remissam. modo ꝓportionabiliter ad remissionem caliditatis introducebatur frigiditas per præcedentem igitur quot gradibus est remissum in caliditate tot

Tex c.66 — Tex.c.24 — 2 t.c.6.19 & 52.

gradus habet frigiditatis. Item qn̄ illa caliditas introducebatur in hanc materiam, vt suppono ante frigidam in summo. Constat ꝙ non plures gradus frigiditatis corrumpebantur q̃ caliditatis introducebantur per præcedentem conclusionem. ergo completa generatione caliditatis tot gradus remāserunt frigiditatis, quot restabāt caliditatis generande. igitur consequentia vera. Si vero petatur. vtrum vnus gradus summe caliditatis sit remissus. respondetur ꝙ attendendo remissionem per comparationem ad caliditatem intensiorem remissus potest dici, sed si remissio attēderetur per admixtionē graduum qualitatis opposite nullo modo remissus deberet appellari, eo ꝙ cum summa caliditate nulla frigiditas existit.

Quarta conclusio. latitudines summe caliditatis, & summe frigiditatis sunt equales. patet, quia aliter non ad generationem gradus vnius corrumperetur gradus alterius, & econuerso. Quinta cōclusio. omnia corpora genita. s. quæ sunt habent intensiue eque multos gradus caliditatis & frigiditatis. patet, quia si sunt corpora in summo calida vel frigida, tunc patet propositum per conclusionem pręcedentem. si autem sunt corpora non in summo calida vel frigida, tunc si habent pauciores gradus caliditatis, habent plures gradus frigiditatis, & econuerso. igitur conclusio vera. Correlariū in qualitatibus primis per viam naturæ, qualitas remissior est remissior per admixtionem graduum qualitatis eiusdē speciei cum qualitate sibi opposita. verum tamen si caliditas vnius gradus pręcise staret sine frigiditate, ipsa esset remissa, sed hoc non contingit per naturā. Sexta conclusio. non omnis frigiditas est cum caliditate contraria. patet per experiētiam, quia aliqua caliditas cum aliqua frigiditate stat simul in eodem subiecto. Correlarium. contrarietas in qualitatibus primis non attēditur penes speciem solum. patet, quia tunc nulla caliditas cum frigiditate posset simul stare. Item tūc omnis frigiditas cum caliditate esset contraria. Secundum correlarium contrarietas in his attenditur penes speciem tantorum graduum, ita ꝙ eis secundum tot gradus combinatos repugnat esse in eodem subiecto, vt si caliditas summa sit, vt. x. similiter summa frigiditas, tunc decem & decem nouem, & duo octo, & tria, & sic secundum quēlibet alium numerum graduum vtriusq; secundum quem gradum combinati excedūt numerum denarium sunt contrarij. patet ex dictis.

Quantum ad secundum arti. sit prima suppositio, ꝙ caliditas ignis & aeris sunt eiusdem speciei specialissime. patet ex vna quęstione pręcedente. Secunda suppositio, ꝙ cæteris paribus in materia densa eadem vel equalis, & eiusdem speciei virtus fortius agit q̃ in materia rara. isti patent ex dictis in primo huius. Tertia suppositio est, ꝙ aer in sua naturali dispositione est in decuplo densior q̃ ignis. patet satis per intentionem Philosophi. secundo huius. vbi videtur velle, ꝙ ex vno pugillo aque gñantur. x. aeris, & ex vno aeris. x. ignis, & sine dubio. similiter Ptholomeus videtur velle & demonstrasse, ꝙ regio elemētaris ignis sit plus q̃ trigesies millesies maior terra. apparet. n. semper elementū alio rarius esse & maius q̃ in decuplo. ideo suppositio vera. Quarta suppositio est. sicut vnum elementum se habet ad suas qualitates primas, ita se habet quodlibet aliud elementum ad suas, vt si vnum elementorum in naturali dispositione determinat sibi ambas qualitates in summo, tunc etiam ita esset de quolibet alio, & si non, non. patet suppositio, quia elementa quātum est ex parte sui sunt corpora eque simplicia, & per consequēs non est ratio, quare non eodem modo vel proportionabiliter quodlibet eorum haberet se ad suas primas qualitates.

His præmissis sit prima conclusio hæc. aer existens in naturali dispositione non est summe calidus. probatur, quia si sic; sequitur ꝙ in eo non posset esse conueniens mansio

mansio animalium. consequens est falsum, quia cum natura nihil faciat frustra, & ipsa elementa ingeniauit natura propter mixta, & mixta minus perfecta propter animalia, & constat ꝙ aerem principaliter produxit propter mansionem animalium, ideo non debet dici inhabitabilis &c. consequens est contra experiẽtiam, & probatur consequentia, quia ignis est inhabitabilis propter nimiam arsionem caloris, & aer tantum calefaceret sicut ignis. igitur, tenet consequentia, & maior patet de se. minor patet, quia si aer haberet in naturali dispositione tãtam calefactionem sicut ignis, quia summam, & haberet illam in materiã esset in decuplo densior per suppositionem tertiam. ergo fortius cæteris paribus ageret. igitur aer tantum vel magis calefaceret q̃ ignis. Huic rationi alij qui sunt de alia opinione responderent tripliciter. Primo, quia caliditas aeris non est eiusdem speciei cum caliditate ignis, & non est tantum actiua, & ideo ratio non procedit, sed quia hæc responsio ablata est per illam suppositionem, ideo nihil plus de ea. Aliter dicũt alij ꝙ verum est, ꝙ si aer esset in naturali dispositione esset inhabitabilis, sed nunquam est in naturali dispositione, immo est mixtus vaporibus frigidis, propter quorum infrigidationem aer manet actu habitabilis specialiter, quia in infima regione est commixtus ex elementis frigidis. Sed hęc responsio minus valet quàm pręcedẽs, quia experientia docet ꝙ elementa existentia extra naturalem dispositionem, vt aqua calefacta, remoto impedimento se reducunt ad frigiditatem, & ad suam dispositionem naturalem. Secundo etiam patet supposito ꝙ aer per infrigidationem in tpe frigido innaturaliter disponatur, & nimis infrigidetur, sed cum omnia talia in estate sufficienter calida remouerentur in tanto quòd & aqua & terra quæ infrigidant aerem fiunt actu calida, sicut ꝙ quodammodo actu non infrigidant. igitur aer tunc cum remotum est impedimentum se reducit ad calorem naturalem, & cum quantũcunq; estas sit calida adhuc aer manet inhabitabilis, & ideo aer existens in naturali dispositione manet habitabilis. Hic iterum respondent ꝙ licet per caliditatem solis infrigidãs inferius vt terra, & aqua remoueantur, tamen adhuc manẽt influentiæ prohibentes aerem reducere se ad naturalẽ dispositionem, sed hic clauditur os arguentis, quia dicere ꝙ cœlum vel astra faciant quod non experientia, nec ratione potest probari, nec etiam auctoritate magis est fingere, q̃ naturaliter loqui. Secundo probatur idem. frustra prima causa aeri dedisset caliditatem, propter quam aerem instituit disconueniẽtem, sed si haberet summam caliditatem disconueniret fini, propter quam aer est institutus. ergo, maior nota est. minor patet, quia vt dictũ est, aer principaliter institutus est propter salutem animalium perfectorum. modo ad illum inutilis esset sibi summa caliditas. Tertio rñdent aliqui ad primam rationem, ꝙ sicut siccitas est lima caliditatis, ita humiditas hebetat seu obtũdit actionem eiusdem. Per hoc ad formã dicunt, ꝙ aer non tm̃ calefacit cum est in naturali dispositione sicut facit ignis. concedunt tamen ꝙ habet tantam caliditatem, sed quia illa est cum humiditate, ideo obtusa est eius actio, ideo non tantum calefacit. Sed contra hanc responsionem replicatur sic. densitas materię aeris plus fortificat actionem caliditatis q̃ humiditas eum impedit: ergo adhuc summa caliditas aeris tantum calefaceret sicut ignis. consequentia est nota, quia si esset cum siccitate in materia eque rara, tunc tm̃ calefaceret sicut ignis. igitur si nunc densitas plus fortificat, q̃ humiditas impediat, sequitur ꝙ adhuc tantum agit. antecedens patet tali experientia, quia in aqua bulliente etiam est caliditas cum humiditate intensa, & tamen adhuc calefacit manum impositam, sicut caliditas aeris in estate calidissima. igitur cum secundum aduersarium aer tunc esset summe calidus, & caliditas eius staret cũ siccitate aeris, quia tunc aer est multum siccus, sequitur ꝙ densitas materiæ aque tantum fortificat actionẽ caloris remissi stantis cum humiditate aque quantum siccitas aeris facit respectu caloris summi. Item facilius sustineret homo manum suam in flamma, q̃ in aqua bulliente. hoc autẽ esse non posset, nisi quia densitas materiæ aque plus actionem caloris remissi in ea existentis fortificaret q̃ humiditas impediret, cum calor aque sit multum remissior q̃ flãmæ, & cum hoc stat cum humiditate, vbi calor flammæ stat cum siccitate. Secundo ꝓbatur sic. terra non habet frigiditatem in summo. igitur nec aer habet caliditatem in summo. consequẽtia tenet per suppositionem quartam. antecedens patet, quia homo motus in naui per aquam, multo maiorem sustinet & experitur frigiditatem q̃ incedens eodem modo vestitus super terram quod nõ esset nisi aqua magis frigida esset quàm terra.

Item homo imponens digitum aque multam maiorem frigiditatem sentit, q̃ imponens eam terræ. Item homo imponens manum terræ humectate per aquã, multo maiorem percipit frigiditatem q̃ imponens manum terræ sicce. Nec valet, si diceres illarum apparentium calefactionẽ terræ à sole esse causatam, quia in domo clausa vbi radij solares terram non attingunt, ità etiam apparenter experiri possunt. Correlarium sequitur. aer in naturali dispositione existens est remisse calidus, sequitur ex continue. Secundum correlarium. aer existens in naturali dispositione determinat sibi frigiditatem. patet, quia determinat sibi caliditatem remissam. modo omnis caliditas remissa est per admixtionem graduum frigiditatis per primum articulum. Tertium correlarium. aer existens in naturali dispositione determinat sibi tres qualitates primas. s. caliditatem intensam frigiditatem eam remittentem, & humiditatem, patet per prædicta. Secunda conclusio. nullum elementorum existẽs in naturali dispositione determinat sibi ambas qualitates in summo. probatur, quia aer non determinat sibi duas in summo. ergo nec aliud aliorum. consequentia tenet per quartam suppositionem. antecedens patet per conclusionem præcedentem. Ex hac conclusione inferantur correlaria similia, sicut ex prima, videlicet, ꝙ elementum solum vnam suarum qualitatum determinat in summo, & aliam remissam, quia quodlibet eorum determinat sibi tres qualitates primas, & quòd ignis existens in naturali dispositione determinat sibi aliqualem humiditatem, sicut aer frigiditatem, & ꝙ ignis in naturali dispositione potest desiccari.

Quantum ad tertium articulum primo nota, quòd tripliciter potest intelligi titulus quæstionis. Vno modo sic, vtrum quodlibet elementorum determinet sibi vnam suarum qualitatem primarum, & in summo & non aliam, vt ignis caliditatem & non siccitatem. Secundo sic, vtrum supposito ꝙ elementum determinaret sibi ambas suas qualitates in summo, tamen vna qualitatum magis consequitur naturam suam, vt caliditas magis consequitur naturam ignis, quàm siccitas, & sic de alijs. esto ꝙ in igne sit tanta caliditas sicut siccitas.

Tertio modo sic, vtrum qualitas symbola duobus elementis conueniens per prius conueniat vni eorum, quàm alteri, vtrum caliditas prius cõueniat igni q̃ aeri, & sic de alijs. Secundo notandum est, ꝙ non debet eadem qualitas prima eque primo attribui elemẽtis diuersarum specierum. patet, quia cum quælibet qualitas sit finitæ perfectionis, oportet ꝙ quarũlibet illarum perfectionum finitarum inequalium, cum vna magis conueniat, q̃ cum vna alia, sicut quicunq; duo numeri finiti diuersarum specierũ respectu cuiuscunq; alterius finiti numeri. igitur cum perfectionis elemẽtorum diuersorum specie sunt finitæ & inequales, oportet quamlibet qualitatum eis conuenientem magis conuenire vni eorum quàm alteri. Tertio nota, ꝙ cuilibet elementorum ali-

qua qualitas prima primo debet conuenire,& econuerso.patet,quia elementa distinguuntur tanquam ab effectu penes qualitates primas.& tot sunt qualitates primę quot sunt elementa. ideo rationabile est cuilibet elementorum vnam de qualitatibus primis.primo competere.

His præmissis sit prima conclusio.igni conuenit summa caliditas. probatur, alicui elementorum conuenit summa caliditas,& nulli alteri quàm igni conuenit summa caliditas, quare &c. maior est nota. quia quælibet qualitas prima in summo debet alicui elementorum competere. alias penes illam non sumeretur aliquod elementum simplex, eo ꝙ ipsa esset mixta in quolibet elemento, minor patet,quia si alteri conueniret, hoc maxime conueniret aeri in summo. cuius oppositum est dictum in præcedenti articulo. Secundo nobilissimo elemento nobilissima qualitas prima debet attribui in summo,sed ignis est nobilissimum elementum, & caliditas nobilissima qualitas prima.igitur &c. maior nota nobilioris rei nobiliores sunt proprietates, & qualitas debet in elementis quæ primo attribuitur eidẽ esse summa, aliter enim non diceretur simplex propter ipsam. minor patet,quia ignis est elementum supremum in nobilissimo loco collocatum, & maxime actiuum, ideo nobilissimum elementorum.caliditas autem inter qualitates primas maxime est actiuá. ideo nobilissima dicitur qualitatum primarum. dignius.n.est agere quàm pati. Item quanto forma est magis actiua tanto primæ causæ.s. deo est similior, & per consequens perfectior.

Secunda conclusio caliditas ignis existens in naturali dispositione est intensissima caliditas,quę potest esse per naturam.probatur,illa caliditas est intensissima quę per naturam potest esse cum qua nullus gradus frigiditatis simul existat,sed sic est de caliditate talis ignis.igitur &c. maior patet, quia dictum est in primo arti.quòd præcise ad generationem gradus caliditatis corrumpitur gradus frigiditatis.ergo vbi non est aliqua frigiditas,ibi amodo non potest perduci aliqua caliditas. minor patet, quia aliter in vtroꝗ elementorum cui conuenit esset remissa. Secundo sic. vel caliditas ignis potest in infinitum intẽdi,& hoc non, quia omnium natura constantium certus est terminus magnitudinis, tam in extensione, quàm in intensione. vel per finitum.& si sic. non videtur quando ignis totam illam latitudinem haberet, cum esset in naturali dispositione, aliter non esset simplex qualitatiue. Correlarium.ignis non habet siccitatem in summo. patet ex secundo arti.quia tunc haberet ambas qualitates in summo. Secundum correlarium.ignis est prius calidus & non siccus.primo modo patet per primum notabile. Tertium correlarium aeri non conuenit primo caliditas. primo modo patet per primum notabile, quia eadem qualitas prima non debet duobus elementis primo conuenire, sed cum caliditas primo inest igni, sequitur ꝙ non inest primo aeri.

Tertia conclusio. ignis existens in naturali dispositione determinat sibi maximam raritatem, quæ per naturam potest esse.probatur,quia determinat sibi maximã causam raritatis quæ per naturam potest esse.igitur maximam raritatem.consequẽtia tenet,quia cum in agentibus naturalibus effectus proportionatur suę causæ, & per consequens ad maximam causam maximus sequitur effectus.antecedens patet, quia determinat sibi maximam caliditatem cum siccitate proportionata,& non videtur maior posse esse causa raritatis per naturã. Correlarium primum. materia ignis per suã naturam non potest plus extendi. patet, quia nihil potest esse rarius, ergo nihil pōt habere minus de materia sub equali extensione.ergo materia eius nequit plus extẽdi. Secundum correlarium. si solum esset elemẽtum ignis existentis in naturali dispositione, sic.s. ꝙ omnia alia essent annihilata,& suę naturæ permitteretur ipsum non repleret omnia.patet, quia eius materia non potest plus extendi per præcedens.ergo non posset plus per naturam de loco replere, ꝙ tunc repleret. Tertium correlarium, si hæc propositio.materia est infinitæ passibilitatis. sic intelligatur ꝙ nulla extẽsio imaginabilis secundum essentiam naturalem repugnat materię ipsa est falsa.patet per prædicta. Quarta conclusio. aeri existenti in naturali dispositione conuenit summa humiditas, quæ per naturam potest esse.probatur, quia aliqua qualitas prima dicitur aeri in summo conuenire,sed sibi sic non conuenit alia ꝙ̃ humiditas.igitur &c.maior patet per tertium notabile.minor patet, quia aer non habet intense nisi duas qualitates primas.s.caliditatem & humiditatem.modo non habet caliditatem in summo per prædicta. Confirmatur. quia vel aeri conuenit humiditas in summo, & si sic,habetur propositum,vel conuenit sibi remissa, & si sic,sequitur ꝙ aeri existenti in naturali dispositione non conuenit aliqua qualitas in summo, & per consequens aer in naturali dispositione erit mixtus qualitatiue,sicut mixta, quod est inconueniens. Correlariũ. aer primo modo est primo humidus.patet ꝑ primum notabile. Quinta conclusio.aque existenti in naturali dispositione conuenit summa frigiditas, quæ per naturam potest esse.probatur, quia vel conuenit summa humiditas, vel summa frigiditas.si secundum dicatur, habetur propositum. non potest dici primum, quia summa humiditas cōuenit aeri, modo eadem qualitas non debet duobus elementis in summo conuenire. Confirmatur.aqua habet se ad frigiditatem, sicut ignis ad caliditatem,sed ignis est summe calidus,igitur. maior patet,quia aqua & ignis sunt elementa eque simplicia per naturam in ambabus qualitatibus principaliter opposita.patet per Philosophum in litera, & ideo oportet ꝙ sic aqua se habeat ad frigiditatem, sicut ignis ad caliditatem.minor patet per conclusionem secundam. Tertio probatur sic. summa frigiditas alicui elemento conuenit, & nõ conuenit alteri ꝙ̃ aque.igitur &c.maior patet quia est vna de primis qualitatibus, & per consequens in summo debet sequi naturam alicuius elemẽti.minor patet,quia frigiditas non conuenit inter elementa intensa,nisi terræ & aque,& manifestum est ꝙ non terræ.primo per præcedentem articulum. igitur &c. Correlarium aqua est primo frigida primo modo patet per cōclusionem. Secundum correlarium. aqua in dispositione naturali non est summæ humida.patet per pręcedentem arti.quia non habet ambas qualitates in summo. Tertium correlarium. aqua habet aliquos gradus siccitatis sue humiditati admixtos.patet, quia aliter esset summe humida per primum articulum. Sexta conclusio. terra existens in naturali dispositione habet summam siccitatem,quę per naturam potest esse.patet, quia vnam qualitatum primarum debet habere in summo,& non habet summam frigiditatem.igitur &c.consequentia tenet.maior patet per tertium notabile.minor patet per prædicta in primo articulo.item aer habet humiditatem in summo. igitur & terra siccitatem. consequentia declaratur,vt prius.Item si summa siccitas nulli alteri elemento conuenit,quia non igni, vt dictum est in correlarijs conclusionis secundæ. Correlarium.terra in naturali dispositione est primo modo sicca, patet per conclusionem. Et per has conclusiones patet quid sit dicẽdum ad primum sensum quæstionis. Septima conclusio quo ad 2m intellectum quęstionis est,ꝙ cuilibet elementorũ per prius conuenit vna suarum qualitatum primarum ꝙ̃ alię. Ista cōclusio ex dictis satis est manifesta,quia cuilibet elemẽtorum conuenit vna qualitas in summo & non alia,modo nullus dubitat qn illa qualitas magis consequitur naturam alicuius rei, quæ nulli naturaliter cōuenit in summo, ꝙ̃ quę ei conuenit remisse. Sed aliter probatur conclusio pro ꝓbatione communi,

Textus

muni, siue ambe qualitates in elemento dicerentur esse summe, siue non, quia vnicuique rei naturali non conueniunt eque primo suę proprie duę ꝓprietates diuersarum specierum, sed quodlibet elementum est ens naturale & suae primae qualitates sunt eiusdem duę proprietates specie differentes. igitur non conueniunt sibi eque primo. igitur vna per prius & alia per posterius, quod fuit conclusio, maior patet de ratione notabilis secundi, quare duae diuersę species finitae non habent eandem habitudinem, & equalem cum vna specie finita, vt nulli duo numeri habent eandem proportionem respectu eiusdem tertij numeri. minor quo ad ambas partes nota est de se. Octaua conclusio. distributio qualitatum
Tex.c.23 primarum, quam facit Arist. ipsis elementis est rationalis & bona. patet, quia caliditatem quae est maximae actiua, & per consequens nobilissima attribuit ipsi igni. primo. s. nobilissimo elemento. consequenter autem humiditatem quae inter passiuas est nobilior, quia magis actiua quàm siccitas quia habet se per modum habitus siccitas autem per modum priuationis, attribuit. n. aeri, deinde frigiditatem, quae per modum priuationis se habet respectu caliditatis. est tamē nobilior quàm siccitas. primo attribuit aque deinde siccitatem quę est minime perfecta inter qualitates primas attribuit primo terrae tanquam elemento minus nobili. Item rationalis est distributio, quia semper post vnam actiuam sequitur vna passiua, vt post caliditatem siccitas, post frigiditatem humiditas. Item tertio rationalis est distributio, quia sic semper collocantur, quòd elementum superius habet conuenientiam in vna qualitate prima cum inferiori, vt sit sic locus eius naturalior, & inter ipsa debita proportio magis conseruetur. Nona conclusio quo ad tertium sensum intelligendi quęstionem est, quòd igni per prius inest caliditas quàm aeri, & aeri per prius humiditas quàm aque, & sic deinceps. patet, per conclusionem praecedentem. Correlarium primum ex dictis est, ꝙ sicut caliditas est nobilior inter qualitates actiuas, sic humiditas est nobilior inter passiuas. patet, quia nobiliori elemento conuenit. patet igitur modus. supra, dictus, vnde illae due, caliditas & humiditas respectu oppositorum sunt quasi habitus, & oppositę vt priuationes, vnde illae duae primae dicuntur principia vitae & oppositae priuationes eiusdem, propter quod etiam planete calidi & humidi dicuntur beniuoli & alij non, sicut sunt frigidi, & sicci. Secundum correlarium est, quòd aliquo modo in his est pulcher ordo, quia post nobilissimam actiuam sequitur nobilissima passiua. deinde post actiuam minus nobilem sequitur passiuum minus nobile.

Tertium correlarium est, quòd rationabiliter passiue minus separabiles sunt ab elementis, quibus conueniūt. patet, quia ipse inter se tarde agunt, vt prius dictum est. aliae autem sunt fortis actionis.

Quantum ad quartum articulum dubitatur iuxta hoc quod dictum est aquam in naturali dispositione esse summam frigidam. Vtrum aqua in naturali dispositione debeat semper esse congelata. Et arguitur quòd sic, quia illud in quo est maxima causa congelationis debet semper esse congelatū, sed in aqua est maxima causa congelationis &c. maior patet, quia magnitudo effectus sequitur magnitudinem suae causae in agentibus naturaliter. minor apparet, quia in aqua est maxima frigiditas quę potest esse, modo videtur quòd nihil de agentibus particularibus sit magis causa cōgelationis quàm frigiditas, prout docet experientia. Secundo sic. frigiditas maximae congelat, igitur aqua in naturali dispositione semper debet esse congelata. consequentia tenet vt prius, quia aqua habet maximam frigiditatem quae potest esse. antecedens probatur. Primo, quia experientia docet glaciem esse frigidiorē aqua non congelata, quod non esset nisi aqua fuisset cōgelata principaliter propter intensionem frigiditatis. Secundo. videmus ꝙ tempore geli semper est maior frigiditas quàm alio tempore, quod nō videtur esse nisi quia frigiditas facit aquam congelari. Tertio. omnes communiter dicunt aquam congelari propter frigus. antecedens est manifestum inquirentibus à laycis. Quarto. dicunt & recitant scribentes hystorias, ꝙ in partibus borealibus quaedā sunt maria semper congelata, alia sunt solum duobus mensibus circa festum sancti Ioānis baptiste degelata, quod non videtur esse nisi quia in illis partibus est maximum frigus in aliquibus partibus anni. igitur videtur ꝙ frigiditas maximae congelat. Quinto. omnia congelata resoluuntur à calido. igitur principaliter coagulantur à frigido. consequentia tenet per philosophum. 4. Metheo. quae à frigido congelantur, à calido resoluuntur. antecedens patet per experientiam.

In oppositū est, & videtur esse. Phil. secundo huius dicens. ꝙ aqua & omnino humida sunt bene terminabilia termino alieno & difficile termino proprio, hoc autem non esset verum, si aliqua in naturali dispositione semper esset congelata, eo ꝙ congelatum terminatum est termino proprio. Item cum aqua sit à natura institutum elementum, vt contineat partes terrae in mixto, modo ad hoc ineptum esset si de natura eius est, ꝙ in naturali dispositione semper esset congelata. Tex.c.23 & 49.

Haec dubitatio est multum difficile, & causa difficultatis est, quia nunꝙ quicquam de ea inuenire potui bene determinatum, & ideo quicquid de ea dicam probabiliter ponam, vt alijs detur causa imaginationis & diligentius inquirendi de causa cōgelationis, & sicut in omnibus dictis meis me melius dicentibus subieci, ita specialiter facio in isto. Hoc praemisso pro dubitatione sit prima suppositio hęc. Intensio frigiditatis in subiecto est causa maioris grauitatis vel ad minus non remittentis eam. probatur sic, quia vel frigiditas stat cum siccitate, & si sic, tunc cum intenditur non est causa quare remittitur grauitas corporis in quo stat, vel cum humiditate, & si sic, tunc per Philosophum in problematibus in reddēdo causam quare aqua calida cadens deorsum minus sonat q̄ frigida, est causa maioris grauitatis, quia propter hoc magis sonat aqua frigida, q̄ calida. Secunda. intensio caliditatis nunq̄ remitteret leuitatem, igitur intensio frigiditatis nunq̄ remitteret grauitatem. consequentia tenet à simili, quia sicut se habet caliditas ad leuitatem, ita se habet frigiditas ad grauitatem. antecedēs patet auctoritate Arist. allegata. Secunda suppositio est, ꝙ in ordine naturae grauiora debent esse sub leuioribus, & leuiora super grauiora. illa patet ad experiētiam de ordine elementorum, etiam patet de ligno sub aqua posito sursum violenter sustentata, quod licet sit sub illa aqua ꝓpinquus suo loco naturali, quia in sphaeris aque & terrae, tamen quia appetit esse immediate supra grauius ascendit in ea quousque sit ad superficiem aque.

Tertia suppositio. glacies naturaliter ascendit in aqua non prohibita. patet per experientiam. Hic quidam subtiliter respondent quòd verum est ꝙ supponitur, sed hoc dicunt esse, quia glacies generatur de aqua leui, puta in superficie aque, vbi aqua est leuificata à radijs solaribus, & ideo leuior est glacies & ascēdit in aqua graui. Sed videtur mihi ꝙ ratio nihil valet, quia supposito ꝙ ita esset sicut isti dicunt ꝙ aqua in superficie est leuior quàm in profundo, tamen si (vt isti praetendunt) adequate fieret congelatio per frigiditatis intensionem, vtique fieret grauior ista aqua, quàm aqua inferior antequam congelaretur, cum ista propter intensionem frigiditatis congeletur & inferior non, & sic per istam rationem isti incidunt in id quod credunt euitare. credunt enim saluare non obstante pręmissa suppositione quòd congelatio principaliter fiat propter intēsionem frigiditatis, in r̄ndendo ipsi concedunt ꝙ glacies congelata in

superficie aque habet minorem frigiditatem q̃ aqua nõ congelata existens in profundo, modo ista videntur repugnare. Item in magnis fluuijs glacies generatur per magnas petras in fundo. vnde secundum illos aqua est grauissima & frigidissima, tamen ascẽdit ad superficiem aque, vt dicunt naute, & habeo socium qui se hoc dicit vidisse, & vulgares in partibus nostris, ista de causa vocant istam glaciem in fundo genitã, ergo ratio illorum non valet. Itẽ glacies ascendit in aqua tepida. igitur non est responsio illorum bona. tenet consequentia, & añs est manifestum. Quarta suppositio. sequitur ex dictis, ꝙ glacies est leuior aqua. patet ex pręcedente, quia non ascenderet in aqua, cum grauiora volunt esse subter, & leuiora supra. Quinta suppositio, iterum sequetur ꝙ glacies non habet tantam frigiditatem intensam, sicut aqua habet in naturali dispositione. probatur, quia si haberet tantam frigiditatem, igitur tãtam grauitatem, sed non habet tantam grauitatem. igitur &c. maior patet per suppositionem primam, quia equalis frigiditas non remitteret grauitatem. minor patet per suppositionem præcedentẽ. Sexta suppositio, nunq̃ glacies est aqua pura, seu aqua existens in naturali dispositione. patet, quia si esset aqua pura haberet summam frigiditatem, quæ potest esse per secundum articulum, sed illam non habet per suppositionem pręcedentem dupliciter. Item, semper in glacie est grossities terrestris, & talis non est in aqua pura. igitur &c. maior patet, quia capta pecia glaciei in superficie aque mundissime & reposita in olla metallina bene obstructa & ad ignem posita degelata glacie apparebit aqua immũda & terrestris, quod non esset nisi grossities terrestris fuisset inclusa glaciei. minor nota est de se.

His præmissis ad dubitationem fit prima conclusio. aqua in naturali dispositione non debet esse congelata. probat̃ primo, quia glacies non est ita grauis sicut aqua in naturali dispositione, igitur &c. consequẽtia tenet, & antecedens patet per quartam suppositionem. Secundo glacies semper est mixta, per probationem suppositionis sexte. ergo & per secundam suppositionem. modo aque in naturali dispositionẽ non est mixta, igit̃ &c.

Tertio cum aqua calefacta reducat se ad maiorem frigiditatem q̃ sit frigiditas medij, vt docet experientia in estate calida, nõ est ratio quare aqua in tali estate posita in celario frigido non reducit se ad naturalẽ frigiditatm, & ad congelationẽ eo ꝙ ibi non est impediens. cum igitur hoc nõ faciat, manifestũ est ꝙ non est de natura aque existẽtis in naturali dispositione esse congelatã. Tertia conclusio. intẽsio frigiditatis non est principalis causa & adequata post causas vniuersales congelationis. probatur dupliciter. primo, quia si intensio frigiditatis esset huiusmodi causa, sequitur ꝙ glacies esset grauior q̃ aqua cõis. consequens est contra suppositionem quartã. Secundo. si intẽsio frigiditatis esset principalior causa congelationis, sequitur ꝙ glacies quandoq; haberet tantam frigiditatem, sicut aqua in naturali dispositione. consequens est falsum, & contra quintam suppositionem, & consequentia tenet, quia exquo causa congelationis est intensio frigiditatis, non videtur propter quid glacies non haberet tantam frigiditatem, sicut aqua in naturali dispositione. Tertio probatur cõclusio. sępe videmus ꝙ tempore gelu est maior calor q̃ fuit ante qñ non fuit gelu. quod non videtur debere esse si frigiditas intensa esset causa congelationis. Item cõiter in cõgelatione consequente gelu est fortissimum frigus, quod non deberet esse si intensio frigiditatis esset causa congelationis, quia tunc quandiu maneret frigus forte deberet manere gelu. Sed tunc est fortior dubitatio quid tunc sit principale congelans, ad quod sicut præmissum est probabiliter probatur vel respondetur per prædicta, ꝙ ad congelationem videtur concurrere constringens seu poros claudens ingrossans & exhalationem leuem terrestrem cõmiscens. primo oporteret concurrere leuem exhalationem, vt propter eam reddatur & soluatur causa ꝑpter quam glacies est leuior aqua. Secundo. concurrere oportet ingrossans vt propter illud reddatur causa quare aqua congelata semper est grossior q̃ aqua pura, & habens terrestreitates mixtas oportet ibi cõcurrere claudens & stringens, vt. s. partes humidas aereas per constrictionem expellat, vt sic prohibeatur aque fluxus quem habet à natura, & hoc videtur esse causa propter quam fit gelu cõiter cum magna frigiditate, quia frigiditatis est congregare exhalationẽ siccam grossiciem terrestrem & aqueam. similiter hæc est causa quare omnia congelata degelantur à calido, quia in congelatis includuntur aqua grossities terræ & exhalatio leuis. modo caliditatis est segregare res etherogeneas, vt dicitur secundo huius, & per cõsequens segregãdo degelat aquã. Tunc iuxta hoc potest dici quòd principale congelans aquam est influentia cœlestis nata constringere ingrossare & exhalationem leuem aque congelando commiscere, vel in ea existentẽ concludere, propter quod aqua calefacta citius congelatur q̃ alia aqua. s. veniente constringente, in ea. n. sunt statim exhalationes leues incluse & ideo propter constrictionem pororum, & illorum inclusionem statim congelatur, hæc etiam est causa quare in magnis fluminibus glacies non generatur in superficie aque sed in profundo, & in contactu terræ, quia ibi est grossicies terrestris, & per aspectum influentiæ leuificãtur exhalationes terrestres quæ reperiuntur, & ideo glacies citius generatur ibidem. His præmissis respondetur ad probantia motiua aquam in naturali dispositione esse congelatam.

Ad primum dicitur ꝙ maxima frigiditas nõ est maxima causa congelationis, immo requiritur ingrossans restringens exhalationes terrestres & commiscens vt dictum est. Ad secundum dicitur ꝙ frigiditas nunq̃ se sola congelaret nisi aliæ dicte causæ concurrerent. Ad probationem primam dicitur ꝙ licet apparet ad tactũ glaciem esse frigidiorem aqua, hoc est solum propter compactionem densitatem, & grossitatem materiæ. sed secundum veritatem aqua est frigidior. Ad tertium dicitur ꝙ verum est ꝙ cum gelu est magna frigiditas, tamen illa forte principaliter non congelat, sed quatuor causæ concurrentes enumerate. Ad quartum. s. auctoritatem laicorum dicitur ꝙ ad causas congelationis parum aduertunt, & ideo de talibus non debet eis credi specialiter vbi ratio efficax deuincit. dictum tamen eorum habet veritatem, ꝙ cõmuniter ad gelu magnum & intensum frigus concurreret, sed non sufficit. Ad quintum dicitur, ꝙ si ita sit causa congelationis in illis locis semper sufficienter reperitur per aliquos aspectus superiores speciales, tamen forte à calore solis segregantur quibusdam mensibus estatis, & tunc ista diuersa ad gelu concurrentia impediuntur sic quòd non congelat.

Ad sextum patet quid dicendum per prædicta. s. quare coagulata à calido dissoluuntur. Et hoc de quarto articulo.

Ad rationes principales. Ad primam negetur ꝙ terra sit primo frigida. Et ad probationem primam dicitur quòd est id quod remotissime distat à fonte caloris. vnde minus dicitur habere cæteris paribus de caliditate violenta seu disconuenienti introducta ab illo. s. fonte, sed non oportet ꝙ ipsum habeat propter hoc in naturali dispositione summam seu primo frigiditatem nec est verum ꝙ solum sol est causa caloris, licet frequenter sit causa caloris extranei. Ad secundam probationem dicitur quòd grauitas terræ & densitas sunt effectus totius complexionis qualitatum primarum terræ, scilicet frigiditatis, & siccitatis. Secundo. ꝙ nullus ipsorum est effectus proprius ipsius frigiditatis, quia sunt simul vel

vel maior reperietur grauitas in aqua quàm in terra, eo quòd habet tam intensam frigiditatem sicut terra.

Tertio etiam quòd raritas, & leuitas ignis non est proprius effectus caliditatis, sed caliditatis & siccitatis & per hoc soluta est ratio, negetur enim quòd in terra apparet maximus effectus frigiditatis, quia non maxime frigefacit, immo sicut patet ex positione fortius frigefacit aqua q̃ terra, & frigefacere est proprius effectus frigiditatis. De densitate autem & grauitate, patet ꝙ ex eis in terra non debet argui maxima magnitudo frigiditatis, quia non sunt proprij effectus frigiditatis, vt dictum est. Ad tertiũ dicitur ꝙ terra non contra-
Tex.c.23 riatur igni quo ad qualitates primas, sicut patet satis, per Philosophum secundo huius, & ad Philosophum primo metheororum dicitur ꝙ voluit ꝙ distantia loca li terra maxime contrariatur igni. Ad aliud negetur antecedens. Et ad probationem dicitur ꝙ ad continuationem terræ sufficit continuitas materiæ primæ. Et
Tex.c.49 ad Philosophum secundo huius dicitur, ꝙ loquitur in mixto, quia continuitas materiæ primæ non sic sufficeret ad continuare partes mixti propter diuersas materias elementorum in vnionem mixti propter congregandas specialiter, quia ĩ immixtis mobilibus à se sicut sunt animalia, continuitas materię esset nimis fragilis per partium continuationem.

Ad rationem arguentem ꝙ aqua non sit primo frigida. Dicitur ꝙ non oportet illam qualitatem ꝓ prius inesse aque aut alicui elemento quæ difficilius ab eo aufertur, quia sic cuilibet elemento per prius inesset qualitas passiua q̃ actiua, eo ꝙ propter debilitatem actionis qualitatis passiue in suam contrariam valde tarde, & difficulter qualitates passiue remouentur a subiectis, quibus insunt, & probatio etiam quæ adducitur ad cõtrarium illius non valet. non enim oportet ꝙ si aliqua qualitas ab aliqua re difficilius remouetur ꝙ illa sit ei naturalior ob causam prædictam.

Ad aliam arguitionem ꝙ aer nõ sit primo humidus negetur ꝙ humiditas fortius conuenit aque q̃ aeri. Et ad probationem illius primam dicitur ꝙ aqua plus humectat propter densitatem suæ materiæ, densitas enim fortificat actionem. Ad secundã probationem dicitur ꝙ sensus bene decipitur in iudicando de intensione qualitatis quæ est suum propriũ obiectum, vt stãnum frequenter iudicat esse calidius q̃ flamma ignis, quod non est verum, sed propter densitatem materię stanni decipitur sensus, & sic est in proposito. Ad tertiam negetur ꝙ humiditas facilius auferẽ ab aere q̃ ab aqua nisi inquãtum forte humiditas aque fortius resistit propter suæ materiæ densitatem, quod est extra propositum. Et ad probationem dicitur, ꝙ frequenter aer dr̃ desiccare, non quia hoc facit aer sed exhalationes sicce, calide & terrestres cõmixte aeri, quia quasi per totam regionem aeris tales sunt mixte cum aere. Secundo dicitur ꝙ aer frequenter desiccat per accidens, puta qa sua caliditate resoluit à corporibus grossis, vt à panno vel luto partes subtiles aqueas euaporando, & sic manent partes terrestres quæ sunt sicce. aer tamen quandiu manet videtur manere cum aliquali humiditate, & quia hæ causæ non conueniunt aque, ideo aqua non desiccat notabiliter.

Ad rationes arguentes ꝙ ignis nõ est primo calidus. Ad primum potest dici secundum alterum duorum modorum, intelligendo questionis titulum, quòd licet tanta siccitas inesset igni, tñ caliditas sibi prius conueniret, quia magis sequitur eius naturam, sed hoc dimisso negetur assumptum, vt dictum est. Ad auctoritatem Alberti dicitur ꝙ plus non voluit nisi ꝙ summa caliditas exurit humiditatem igni violentam, non tñ exurit remissam sibi naturalem. Ad secundum dr̃ quòd caliditas ignis nõ exurit humiditatem remissam sibi naturalem, licet quamlibet violentam forte exurat nec est simile de terra, quia terræ conuenit siccitas primo, & ideo nihil habere humiditatis, non sic est de igne vt dictum est aliter dicerent alij qui non vellent ponere in elementis rres qualitates primas, quòd verum est in igne nihil esse humiditatis, nõ tñ sequitur quòd sit summæ siccus, quia siccitas eius esset remissa per distantiã à gradu summo. Ad tertium dicitur quòd igni põt vltra desiccari, & vltra quod non semper ad maiorem siccitatem sequitur maior raritas, sed ad siccitatem cum caliditate debite proportionatam. vnde maxima causa raritatis est summa caliditas, cum siccitate sic proportionata, & non cum summa. Aliter dicunt quidam quòd si siccitas ignis intẽdatur eius caliditas remittitur eo, quòd ignis indisponitur, & tunc non sequitur intensio raritatis, sed magis credo primæ rationi, per idẽ respondetur. Ad quartam improbationem, quia licet ignis posset vltra desiccari non propter hoc fortius calefaciet, quia licet siccitas sit lima caloris, non tñ quæcunque fortificat actionem eius, sed siccitas ipsi calori proportionata sicut prius dictum est de causa raritatis. non.n.qñ ignis desiccatur vltra suam naturalem siccitatem eius calor acuitur, immo potius, eo quòd siccitas sit calori disproportionata sit calor minus acutus.

Ad quintum dicitur, quòd ignis est elementum purum qñ est in naturali dispositione, eo quòd habet vnã de qualitatibus primis summã & leuitatem summam, & per hoc differt à mixtis. Ad sextam rationem arguentem cõtra idem, negetur quòd sit possibile per naturam ignem in naturali dispositione existentem calefieri. Et ad probationem dicitur quòd materia ignis tãtum est informata caliditati sicut per naturam potest informari, & ideo influentię non producunt in ea caliditatem, vnde influentiæ generatiue alicuius effectus triplici de causa non producunt, vel quia non inueniunt materiam cui effectus natus est induci, vt lumen nõ calefacit in cœlo, vel quia est ad agens in subiectum in qd̃ natæ sunt agere generans oppositum effectum fortius. vel eque fortiter sicut ipse suuum, vel quia materia sua effectu tantum est informata sicut per eum nata est informari, & hæc est causa quare ignis in naturali dispositione amplius non rarefit. Ad vltimam dicitur, quòd si quodlibet elementorum determinat sibi alias, qualitates in summo, adhuc per prius determinaret sibi vnã q̃ aliam iuxta modũ dictum in tertio articulo. negetur tñ assumptum. Ad probationẽ dicitur quòd elementa in naturali dispositione sunt similia, quodlibet eorum de qualitatibus primis determinat sibi vnam in summo, & aliam commixtum vt prius dictum est.

Aliter dicunt alij, quòd licet elementum determinat sibi vnam suarum qualitatũ remissiorem q̃ aliam, hoc tamen non esset per admixtionem graduum qualitatis oppositæ, sed per distantiam à gradu summo, & sic non sunt mixta, quocunque modo dicatur ratio non procedit. Ratio philosophi post oppositum quid sit dicendum, patet per articulum ẽm, & tertium.

Eodem textu vbi supra. Quæstio. VII.

SEptimo quæritur de quibusdam qualitatibus secũdis, licet incidentaliter solum pertineat de illis adhuc librum.s. vnum leuitas aeris & ignis sint eiusdẽ speciei specialissime essentialis, & similiter quæri posset de grauitatibus terrę, & aque, & arguitur primo ꝙ sic si leuitas aeris existentis in naturali dispositione est remissa tunc est eiusdem speciei cum leuitate ignis, sed leuitas aeris est remissa, igitur, maior patet, quia si differrẽt specie, tunc quælibet earum in sua specie deberet esse summa. sicut patet per illos qui sunt de illa opinione minor patet. primo auctoritate philosophi tertio cœli dicentis Tex.c.57

centis quòd aer habet grauitatem, dicunt enim quòd
elementa habent grauitatē in loco naturali præter ignē
modo illud esse non posset nisi leuitas aeris esset remis-
sa. Secundo. idem auctoritate philosophi quarto cœ
Tex.c.27 li dicentis quòd aer est leuis in respectu quòd non vide
tur esse nisi quòd habet aliquos gradus grauitatis. Ter
tio, aer quandoque naturaliter descendit, & mouetur
ad medium, sed hoc videtur esse proprium grauium.
maior patet primo de aere intrante poros terræ, & si
dicas quòd hoc facit à natura communi ne fiat vacuū
tūc patet ꝙ naturaliter ascēdit, quia natura communis
naturæ aeris naturaliter obedit, eo quòd aer & omnia il
la inferiora propter voluntatem liberam gubernantur
à cœlo vt à natura communi. igitur obediunt illi & in-
clinant sicut ab illo inclinantur, immo etiam à natura
communi mouetur ad suum locum proprium. Secun-
do, patet eadem maior de aere existente in sphæra ignis
talis.n.descendit & mouetur ad centrum, quia centro
appropinquat per illum motum, minor patet per Phi-
Tex.c.17 losophum primo cœli. vbi vult quod moueri ad me-
dium est proprium grauium. Quarto in aere natura-
liter disposito est causa sufficiēs ad grauitatem igitur, &
grauitas. consequentia tenet, quia causa sufficiente po-
sita ponitur effectus antecedens apparet in quæstione.
nam in aere est frigiditas cum humiditate, modo hæc
sunt causæ grauitatis in aqua, igitur & in aere. Con-
firmatur, quia intensa frigiditas cum humiditate faciūt
grauitatem intensam sicut in aqua. igitur remissa frigi-
ditas cum humiditate facit remissam. igitur cum in ae
re iuxta prędicta sit remissa frigiditas cum humiditate,
sequitur quòd ibidem est grauitas. Secundo ad prin
cipale à simili causa in specie specialissima non procedit
Cōm.12 nisi similis effectus sed causa leuitatis in aere, & in igne
Tex.c.25 est similis in specie. igitur maior patet per Commenta-
torem 8. Meta. vbi vult ꝙ agente eodem & materia ea
dem stante eadem potentia semper idem est effectus, &
secundo huius penultimo. c. idem inquantum idē sem-
per est natum facere idem. minor patet, quia tam in ae-
re q̄ in igne causa leuitatis est caliditas, & hęc in vtroq;
est eadem in specie specialissima per prius dicta. Ter-
tio nisi sic, sequitur quòd vnum esset pluribus contra-
ro.m.17 rium in specie. consequens est contra Philosophum, &
1.c.16. consequentia tenet, quia grauitas terræ contraria esset
leuitati ignis & leuitati aeris quæ differunt specie.

Confirmatur sic. nisi sic, sequitur ꝙ leuitas esset leui-
tati contraria. consequens videtur male sonare, quia cū
leuitas sit contraria grauitati non videtur quòd sit ali-
quo modo contraria leuitati. probatur tn̄ consequen-
tia, quia illa sunt contraria quæ maxime à seinuicem
distant à mutuo se expellunt & eidem susceptibili vicis
sim insunt, sicut albedo & nigredo, sed sic est de istis le
uitatibus. igitur. maior patet per diffinitionem contra
riorum, & minor declaratur, quia cum ex aere fit ignis
vel proportionabiliter sicut humiditas aeris remittitur
corrumpitur eius leuitas vel non. si dicis quòd corrum
pitur sequitur quòd ignis sua siccitate corrumpit leuita
tem aeris, & cum eadem coagente caliditate generaret
leuitatem ignis, igitur leuitas aeris, & ignis secundum
causas suas se mutuo expellunt, & habetur propositū,
si dicis quòd non corrumpitur leuitas aeris, sequitur ꝙ
manet sicut caliditas, vel igitur manet adueniente for-
ma ignis, & si sic sequitur quòd eadem leuitas nume-
ro manet in igne quæ fuit in aere. ergo in eadem specie.
vel corrumpitur, & si sic latitudo gradualis subito cor
rumperetur, videlicet leuitas aeris quæ prius manserat
remissa, nec valet si diceretur quòd corrumpertur per
modum sequele & ad corruptionem aeris sui subiecti,
quia subiectum eius est materia prima, & non aer.

Quarto leuitates aeris & ignis fiunt ab agente totali
ter eodem in specie specialissima, igitur sunt eiusdem
speciei, consequentia tenet, & antecedens patet, quia ca
lor solis generat tam leuitatem aeris in aqua q̄ leuitatem
ignis in exhalatione ignea. Quinto, si differunt spe-
cie essent quatuor motus simplices grauium & leuium
consequens est contra philosophum primo cœli, & con Tex.c.25
sequentia tenet, quia essent quatuor virtutes motiuę.s.
aeris & ignis duæ leuitates, & terrę & aque duæ graui
tates, modo quot sunt virtutes motiue simplices, tot
sunt motus simplices.

In oppositum arguitur, quia si non differunt specie
sequitur quòd ex parte grauitatis & leuitatis non pos-
set concludi numerus quaternarius elementorum. op-
positum vult philosophus quarto cœli, & consequen-
tia tenet, quia non esset nisi vna specie specialissima gra Tex.c.29
uitatis, & vna leuitatis, modo ex duabus speciebus
non potest concludi nisi numerus binarius entium di-
uersorum specie, & per consequens non quaterna-
rius. In quæstione erunt duo articuli. In primo vi-
debitur de quæsito, In secundo mouebūtur contra di-
cta dubitationes.

Quantum ad primum articulum primo supponitur
quòd leuitas aeris in sphęra aeris non trahit sursum, nec
deorsum, probatur primo, quia est naturaliter colloca-
ta, igitur non trahit sursum, nec deorsum. antecedens
patet de se. Secundo grauitas aqùe in sphęra aque nō
trahit deorsum, igitur nec leuitas aeris in sphæra aeris
consequentia tenet a simili antecedēs patet primo, quia
si naute in mari profundo multam habeant aquam su-
pra se, tn̄ illa non ponderat vt experientia docet. Ter
tio. quia si ponderaret, tūc si duæ quarte aque sunt gra
uiores q̄ duæ libre plumbi in sphæra aeris, ita etiam es-
sent grauiores in sphęra aque, quod est contra experiē-
tiam si.n. in vasis stanneis æque ponderosis, & eiusdem
figuræ poneres in vno duas libras plumbi, & in alio
duas quartas aque, & vtrunq; vas poneretur in altero
brachiorum æque libræ in aere aqua descendere, & in
sphæra aque plumbum consequentia tenet, quia si gra
uitas aque in suo loco naturali ponderaret deorsum,
tunc sit ponderat in aere, ita ponderaret in aqua, igitur
sequitur propositum, quòd quicquid grauius esset in
aere esset etiā grauius in aqua. Secunda suppositio. re-
rum eiusdem speciei specialissime idem est locus natu-
ralis in specie specialissima, patet, quia cuilibet terræ cū
qualibet terra, & sic de alijs, etiam patet per hoc quòd
locus naturalis dicitur eo quòd est conseruatiuus loca-
ti, modo rerum eiusdem speciei specialissime idem lo-
cus est conseruatiuus. Tertia suppositio. leuitas ignis
in sphæra aeris naturaliter trahit sursum, patet, qa ignis
violenter collocatur in aere, ergo & leuitas sua. Item le
uitas ignis naturaliter mouet sursum, igitur. consequē
tia tenet, & antecedens patet, quia ignis in aere natura-
liter ascendit vt experimur, & hoc non facit nisi median
te leuitate mouente.

His præmisis sit prima conclusio responsalis hæc. le
uitas ignis & leuitas aeris non sunt eiusdem speciei spe-
cialissime. probatur, quia si sic sequitur quòd ad eun
dem locum naturaliter mouerent, consequentia tenet
per suppositiouem secundam falsitas consequentis pa-
tet, quia leuitas aeris in sphęra aeris non mouet vltra ꝑ
secundam suppositionē. Secundo sic illę formæ sunt
essentialiter dissimiles, & etiam specie diuersæ, quarum
vna alicubi trahit vbi alia simpliciter non trahit, sed à
natura quiescit sed leuitas ignis aliquo trahit vbi leuitas
aeris non trahit, igitur. maior est nota, quia formarum
in specie similium proprietates sunt consimiles & ope- Tex.c.31
rationes, sicut satis habetur a Philosopho nono me-
taphysice. minor patet per primam, & tertiam sup-
positionē. His rationibus quidam respōdet ꝙ leui-
tas aeris in sphæra aeris non trahit propter formam su-
stantialem aeris prohiebentem, eo quòd ipsa est loco in
naturali.

naturali. Illud non valet, quia grauitas & leuitas mouent secundum impetum suę naturæ, siue formæ conueniat, siue non, vt patet de vapore ascendente, qui à dominio est aqueus, vel met aqua, nihilominus leuitas mouet eum sursum non obstante sua forma substantiali, cui illæ motus est disconueniens, & innaturalis. Et probatur cõclusio sic. vel leuitas aeris est summa, vel remissa, si sit summa, certum est quòd non mouet ad ita altum locum sicut leuitas ignis, igitur est alterius speciei à leuitate ignis, quia aliter æque alte moueret. si dicit ꝙ est remissa, inconueniens, quia tunc aer esset mixtus in qualitate motiua, & per consequens in naturali dispositione non esset ita purum elementum sicut ignis, Tex.c.23 quod videtur esse contra intẽtionem philosophi in hoc secundo. Confirmatur sic. non minus elementum determinat sibi vnam de qualitatibus motiuis simplicem quàm de alteratiuis, sed manifestum est quòd aer in naturali dispositione determinat sibi vnam alteratiuã summam vt ante dictum est igitur etiam debet sibi determinare motiuam simplicem, & hoc non esset nisi eius leuitas esset remissa. Tertio arguitur sic. leuitas aeris naturaliter collocatur in sphæra aeris tanquam in suo loco naturali, & leuitas ignis non. ergo leuitas ignis & aeris, differunt specie specialissima. consequentia tenet, qa rerum eiusdem speciei specialissime est idem locus per secundam suppositionem. antecedens manifestum est pro prima parte, & pro secunda similiter, quia leuitas, ignis in sphæra aeris existens semper trahit sursum, vt dictum est in tertia suppositione. quod non esset si ibidem esset in loco naturali. Quarto grauitas terræ & grauitas, aque differunt specie specialissima, ergo leuitas aeris, & ignis. consequentia tenet, quia sicut se habet grauitas ad grauitatem in elementis, ita leuitas ad leuitatem, antecedens patet, quia aliter ratio reddi non posset quare multum vinum in sphęra aeris, esset grauius modico plumbo, & in sphæra aque est econuerso non. n. videtur alia causa, nisi quia vtraque grauitas, tã vini quæ est in aqua ꝗ̃ plumbi quæ est terræ in sphæra, aeris, trahit, & ideo multitudo grauitatis vini superat in aere, in aqua autem plumbum, quia terrea est, vini vero greuitas, eo quòd est alterius naturæ, & speciei nõ trahit, & ideo ibi plumbum est grauius. Et hæc etiam Tex.c.26 &27. positio videtur magis esse de intẽtione philosophi quarto cœli prout ad oppositum fuit allegatum. Secũda conclusio. tam leuitas aeris ꝗ̃ ignis in sua sphęra est summa, patet de leuitate ignis, sed de leuitate aeris probatur quia est leuitas simplicis elementi existentis in naturali dispositione, & talis, debet esse summa. Secundo. qa nisi aeri summæ conueniret nulli summæ conueniret, quia non conueniret igni, nec etiam mixto in summo.

Tertio. quia si poneretur remissa esset eiusdem speciei cum leuitate ignis, quod negatum est ante, & consequentia tenet, quia omnes qui eam ponunt esse remissam, dicunt eam esse eiusdem speciei cum leuitate ignis.

Correlarium primum. leuitas ignis & aeris non fiũt adequate ab eisdem vel totaliter simplicibus causis, qa non posset assignari ratio quare specie differunt. Secundum correlarium, leuitas ignis sequitur caliditatem cum siccitate, & leuitas aeris caliditatem cum humiditate, patet, quia non videtur quomodo aliter fiant diuersis agentibus. si. n. inter agentia particularia sola caliditas esset causa vtriusq; leuitatis, tunc ab eisdem causis adequate fieret vtraque vel fieri posset, vt si aqua calefieret à caliditate introducte specialiter, cũ dictum sit prius caliditates aeris & ignis esse similis speciei specialissime essentialis.

Quantum ad secundum articulum sit prima dubitatio contra dicta, si differunt specie sequitur ꝙ nunquã Tex.c.24 &25. immediate ex aere possit fieri ignis. consequens est contra philosophum secundo huius. probatur consequentia, quia non posset fieri ignis nisi cum leuitate ignis sed in alteratione aque ab igne nõ generatur leuitas ignea. igitur. consequentia nota: maior patet, quia sicut ignis in subiecto requirit qualitates primas ad sui generationem conuenientes, ita requirit sibi qualitates secundas seu motiuas conuenientes, minor probatur, quia certũ est ꝙ in calefactione aque multum & notabiliter remittitur frigiditas & magna introducitur caliditas, humiditas autem parum diminuitur, ergo continue in aqua calida stant simul intensa caliditas cũ intẽsa humiditate ad quas per dicta sequitur leuitas aeris, & non ignis igitur in calefactione aque ab igne non generatur leuitas ignis, quòd fuit probandum. Secunda dubitatio. si differunt specie sequeretur quòd exhalatio humida in aere non deberet ascendere. consequens est contra philosophum primo metheororum, & consequentia probatur quia in exhalatione humida dominantur caliditas & humiditas, vt patet per philosophum ibidem. ergo leuitas aeris per dicta, sed illa non debet descendere in sphæra aeris, sed quiescere cum ibi sit in loco suo, & non trahat per suppositionem primi articuli. igitur talis exhalatio in aere nunꝗ̃ ascenderet. Posset confirmari, quia vel talis exhalatio ascendit in aere à sua forma substantiali, & hoc non, quia illa est ad modum aque, vel, aeris, & talium non est ascendere infra sphæram aeris vel à leuitate aeris, & hoc non per primam suppositionem, quia infra sphæram aeris non trahit, vel à leuitate ignis, & si sic tunc ad caliditatem & humiditatem quę dominantur in exhalatione humida, sequęretur leuitas ignis, cuius oppositum est fundamentum alterius opinionis. Tertia dubitatio est quam leuitatem illarũ duarũ introducit caliditas introducta à sole: vr̃ ꝙ aereã ꝗ̃ valde iuuat calor solis ad generationẽ aeris ex aqua & videtur quòd igneam. quia radij solares qñq; intenduntur per reflexionem à speculo concauo, vel vitrali quòd nõ esset nisi igneam generaret leuitatem. Quarta dubitatio iuxta vnam rationem tactam ante oppositum. videlicet, an leuitates ignis & aeris sunt contrarię & videtur ꝙ non quia leuitas non videtur contraria nisi grauitati. Videtur quòd sic, quia habent transmutationẽ adinuicẽ sicut leuitas & grauita, igitur similiter cõtrariantur. consequentia tenet, & antecedẽs patet, quia sicut in actione ignis in terram proportionabiliter sicut remittitur frigiditas & introducitur caliditas remittitur etiam grauitas & introducitur leuitas. Ita in generatione ignis ex aere proportionabiliter sicut introducitur sicut siccitas, remittitur leuitas aerea, & introducitur ignea.

Ad primam illarũ dubitationum dicitur quòd qñ immediate ignis fit ex aqua, oportet ignem exuere humiditate aque, & nõ solum eam corrumpere sua siccitate, sed acuere actionem siccitatis sua caliditate adurendo humiditatem. Per hoc respondetur ad rationem negando consequentiam quòd nunquam ex aqua possit fieri ignis immediate. Et ad probationem dicitur ꝙ stat in generatione igns propter vehementissimã actionem caliditatis ęque cito corrumpi humiditatem aque sicut eius frigiditatem, & sic generabitur leuitas ignis.

Verum est tñ ꝙ in communi calefactione aque vbi nũc sic fortificatur actio siccitatis à caliditate generatur, in aqua magis leuitas aeris ꝗ̃ ignis, & ideo valde frequenter generat ignis aerem ex aqua sicut, & terra sua frigiditate corrumpendo caliditatem aeris, in mõtibus generat ex aere aquam prout dicit philosophus in fine primi metheororum secũdum diuisionem communẽ.

Ad secundam dubitationem potest dupliciter respõderi. vno modo quòd nusquam est exhalatio humida quin comixta sit illi exhalatio sicca terrestris, & quia illa à natura mouet sursum in aere & leuitas aeris. vel aerea exhalationis humidę non resistit, ergo exhalatio sic-

ca

ca propter suam leuitatē in sphæra aeris mouet sursum se,& simul exhalationem humidam sibi commixtam, ideo vapor ascendit infra sphæram aeris. Aliter dicitur & melius. Primo, quia calefaciens aquam quodammodo desiccat eam seu aliquam siccitatem in eam introducit, quia simul cum calefacientibus aquam veniunt quodammodo desiccatiua & desiccantia eādem. Secundo quia illud in aquam vel in aqua humida duplicem leuitatem introducit.s.leuitatem aeris quæ est in magis intensa quæ consequitur caliditatem & humiditatem & aliquam leuitatem ignis licet remissam, quæ consequitur caliditatem & siccitatem. Tertio, quia leuitas ignis mouet exhalationē humidam sursum, quia licet leuitas aeris sit intensior in vapore, tñ illa nō trahit nec resistit, eo quod est in loco naturali, & sic modica leuitas ignea, eo quod non habet resistentiam à leuitate aerei vaporis vaporem mouet sursum. Per hoc patet quid dicendum ad rationes dubitationis. Ad tertiam dubitationem, dicitur quòd cum caliditas solis, introducitur materiæ siccæ, tunc vna cum siccitate introducit leuitatem ignis à dominio. Cum autem introducitur materiæ humidæ, tunc vna cum humiditate inducit leuitatem aeris à dominio, verum est ꝙ vbi sol in humiditatem agens aliquo modo desiccat eam, & si ratione siccitatis aliqualem leuitatem igneam.s.remissam introducit, prout statim dicebatur, per hoc solute sunt rationes istius dubitationis. Ad quartam dubitationem potest dici quod cōtraietas qualitatum motiuarum localiter potest attendi dupliciter. Vno modo penes distantiam localem ad quam natæ sunt mouere, & sic grauitas & leuitas principaliter & solum dicūtur contraria, eo quòd grauitas mouet deorsum,& leuitas sursum. Alio modo quantum ad distantiam gradualē, & transmutationem adinuicem, quam nata sunt habere, vel secundum se, vel secundum suas causas, sic contraria dicentur albedo & nigredo intense, eo quòd nequeunt simul stare in eodem subiecto, & habent inuicē transmutationem secundum suas causas. Per hoc respōdetur ad dubitationem, quod leuitas aeris & ignis nō sunt contraria. Primo modo patet, quia sic leuitas principaliter contrariatur grauitati. Secundo, quia ambe mouent sursum seu à medio. Tertio, quia licet non manent ad eundem locum vltimatum, tamen loca ad quæ mouent videntur in genere locorum esse eiusdem speciei quia ambo sunt sursum, & non distant in genere locorum, nisi secundum magis & minus. puta quia vnus est magis sursum & alius minus, modo magis & minus non variant speciem, quare videtur quòd leuitas aeris & ignis non sunt contraria, attendendo contrarietatem penes distantiam secundum quod mouent, nolo tamen dicere ꝙ loca aeris & ignis in essentia, vel in virtute sint eiusdem speciei specialissimæ, sed in genere locorum, quia ambo sunt sursum, vt iam dictū est. Secundo dicitur ꝙ leuitates illæ sunt cōtrariæ quantum ad distantiam gradualem & transmutationē, quas nata sunt habere adinuicem prout ratio ante oppositū arguit, sic ipsæ nequeunt secundū, esse intensum simul stare in eodem subiecto. quia sequitur quod illud natura quiesceret in loco aeris & in loco ignis, quod non est possibile. Item leuitates illę habent transmutationem adinuicem, quia si ignis generaretur ex aere necesse est secundum naturam quod proportionabiliter sicut in aere remittitur humiditas & siccitas introducitur, ita etiam introducatur leuitas ignis, & aeris leuitas remittatur. Per hoc patet quid sit de rationibus dubitationis. quia prima pro primo dicto, & secunda pro secundo.

Ad rationes principales. Ad primam dicitur quòd leuitas aeris qñ est in naturali dispositione non est remissa: Ad philosophum tertio cœli potest dici ꝙ nō plus voluit, nisi quòd quodlibet elemētum propter ignem est graue respectu ignis, quia naturaliter determinat sibi locum minus altum, vel propinquiorem centro q̄ ignis, non tñ simpliciter loquendo habet grauitatem. verum est quòd philosophus in ista auctoritate videtur velle ꝙ aer ponderat in loco naturali, quod tñ prius est negatum, dr̄ ꝙ hoc posuit secundū opinionem aliorū & non suam. Commentator enim super isto passu dicit ꝙ visus fuit experiri per vesicam, & nunq̄ potuit inuenire quòd vesica repleta aere plus pōderasset q̄ si in ea nullus fuisset aer. Ad secundam auctoritatem dr̄ ꝙ voluit aerem esse leuem in respectu, non quia grauitatem habet, sed quia non vbique positus ascenderet qñ esset extra suum locū, immo in igne positus moueretur deorsum. Ad tertiam probationē dr̄ ꝙ verum est ꝙ aer intrans terrā naturaliter mouetur à natura cōmuni .s.quia ille motus cōuenit sibi & omnibus alijs corporibus, omnia enim corpora nituntur prohibere vacuū & saluare contactum, eo quòd per contactum saluatur à cœlo per influentiam, & ex eo quod per tactum agere possunt,& sibi simile generāt, quod est ipsorum perfectio, sed quo ad differentiam propriam nō mouetur aer infra seu intra terram, eo quod locus eius naturalis est esse supra terram & aquam. ex hoc autem quòd aer sic descendit non oporteret ꝙ habeat grauitatem, immo poc facit per suam formam & leuitatem, vt dictū est ne fiat vacuum. Ad hoc autem quod dicitur ꝙ à natura communi mouetur ad suum locum proprium, si intelligitur quòd à cœlo quod est natura cōmunis mouetur ad suum locum proprium conceditur, sed si intelligitur quòd mouetur ad suum locum proprium ratione fluxus generalis principaliter sibi,& omnib⁹ alijs naturis corporum conuenientium, tunc negatur illa primo sic mouetur ad locum suum proprium à natura propria. Ad aliam probationem maioris dr̄ quòd aer in sphæra ignis descendit existens inter in comparatione ad cœlum sicut ratio arguit, licet motus illæ debeat in fine appellari motus à medio, sed hoc non facit per grauitatem, sed leuitatem aeream cuius est esse immediate sub igne. Ad quartam probationem negatur quòd in aere existente in naturali dispositione sit cā sufficiens grauitatis. Ad probationem dr̄ quòd non quælibet frigiditas cum humiditate est sufficiens causa pro generatione grauitatis, sed oportet quod sit tanta frigiditas, si stet cum humiditate summa, quòd sit disconueniens aeri, modo talis non est in tali aere. Similiter non quælibet caliditas cum siccitate est causa leuitatis, sed oportet quòd sit tanta, quòd sit disconueniēs terrę. non enim credendum est quod proportionabiliter, introducitur leuitas in siccum, sicut caliditas est enim aliquod corpus intense calidum, & tñ est graue vt corpus animalis vel ferrum ignitum, ergo non quęlibet gradus caliditatis, cum qualibet passiua qualitate sufficit pro leuitate, nec econuerso. Ad secundam dicit ꝙ leuitate illę non procedunt à simili causa, sed aeris ab humiditate & caliditate & ignis à caliditate, & siccitate, vt dictum est in positione. Ad tertium dr̄ quòd non est inconueniens ꝙ vnum est pluribus contrarium in specie specialissima. Ad Philosophum dr̄ quòd voluit ꝙ tantum vnum vni est cōtrarium in specie subalterna si petatur an sit species subalterna cui cōtrariatur leuitas aeris, dr̄ quòd isti termini grauitas & leuitas sunt spēs subalternę, & sunt cōtrarię, & dici posset ꝙ si esset impositus terminus incomplexus omnē qualitatem elementalem motiuam localiter aliam à leuitate aeris significans ille esset species subalterna significās omne qualitates contrarias leuitati aeris.s. leuitatē ignis & grauitatem terræ & aque. Ad cōfirmationem patet quid dicendum sit per quartam dubitationem.

Ad quartum dicitur ꝙ caliditas solis nunquam produceret

Tex.c.57 Tex.c.29 1.c.10

duceret leuitatem ignis nisi cum siccitate, nec aeris nisi cum humiditate, & ideo non fiunt ab agente totaliter eodem vocando agens omns causas concurrentes actiue ad vnius earum genarationem. a causa enim particulari totaliter eadem non est conueniens diuersos in specie produci effectus. Ad quintũ dr̄ ꝙ in specie specialissima possunt fieri quatuor motus simplices elemẽtorum, sed Philosophus solũ ponẽs duos loquebatur de specie subalterna. Ratio post oppositum est pro dictis.

Eodem textu & cõ. vbi supra. Quæstio. VIII.

Tex.c.43 OCtauo quæritur vtrum sit dare aliquod elementum purum. Et arguitur quòd nõ primo auctoritate philosophi primo huius.d. q̄nque autem de vocatis elementis vbi videtur innuere ꝙ licet ista vocentur elementa, non tamen sunt vera elementa. Itẽ dicit secundo huius cap. tertio sub his verbis non est au Tex.c.20 tem ignis & aer, & vnumquodq; eorum simplex, sed mixtus igitur, &c. Secunda ratione sic non est aliqua aqua pura, igitur nullum elementum purum. consequẽtia tenet, quia non videtur maior ratio de aqua q̄ de aliis elementis. antecedens patet, quia si esset aqua pura, maxime esset aqua maris, eo quòd aqua maris est locus naturalis ei⁹. Secũdo metheororũ, sed aqua maris nõ est pura, quia salsa, & per consequens mixta. Tertio. si esset aqua pura, vel esset aqua maris, vel alia sed, nulla talis pura est igitur. maior patet à sufficienti diuisione, quòd non aqua maris satis est probatum, sed ꝙ nulla alia patet, q̄a quælibet alia est sapida. modo nullũ simplex habet saporem. Quarto. non est aliquis aer purus igitur, &c. consequentia tenet, antecedens probatur, quia si esset, vel esset supræme regionis, & hoc non, quia illæ nimis calidus est. est. n. calidus velut ignis primo metheororũ vel medie regionis & hoc non quia illæ est frigidus primo, & secundo metheororum, media regio aeris est frigida, aer autem purus non debet esse frigidus, vel esset infime regionis, & hoc non, quia terræ est commixtus vaporibus, & exhalationibus, igitur nullus aer est purus. Quinto arguitur ꝙ elementum ignis non est purum. ergo, &c. consequentia tenet, quia maxime videtur quòd elementum ignis sit purus inter alia elementa. antecedens probatur, primo quia sub polis est maxima frigiditas, ergo ignis non est in naturali dispositione ex parte caliditatis. Secundo quia ignis continue mouetur, quòd non videtur nisi quia non est purus. si enim purus esset, cum esset in loco sibi naturali quiesceret. Tertio, quia ignis est in loco naturaliter frigido, quare videtur quod infrigidetur ab isto, & sic non manebit purus, antecedens patet, quia est in sphæra lunæ, quæ ponitur virtualiter frigida. Quarto, quia per sphæram ignis multiplicantur influentiæ frigefactiue, & frigidorum elementorum cõseruatiue, quare videtur ꝙ ignem infrigidant, sed hæc prius est soluta. Sexto. nulla terra est pura, igitur, &c. consequentia tenet, antecedens patet, quia omnis terra est colorata aliter non esset visibilis modo nullum simplex est coloratum. Confirmatur, quia nulla terra est simpliciter grauis. igitur nulla est pura. consequentia tenet, quia terra pura deberet esse simpliciter grauis antecedens patet, quia aurum vel plumbum in equali quantitate est grauius terra, igitur, &c.

Tex.c.21 & 24. In oppositum arguitur auctoritate philosophi in isto secundo, vbi ponit quatuor elementa esse corpora simplicia, quod non esset. verum nisi, essent pura. In ista quæstione erunt duo articuli. In primo recitabitur vna opinio de quæstione cum suis motiuis. In secundo respondebitur ad quęsitum, & simul soluentur motiua opinionis primæ.

Quantum ad primum nota. ꝙ est vna opinio ponẽs ꝙ non sit dare aliquod elementum purũ, & hoc nititur probare multis rationibus. pro quarum principali supponit ꝙ latitudo qualitatum primarum est infinita, q̄tum est de se. probatur, quia latitudo raritatis est infinita. igitur & caliditatis. consequentia tenet, quia caliditas est causa raritatis. antecedẽs patet per philosophum Quarto physi. dicentem ꝙ medium est in infinitũ subtiliabile, quòd non esset nisi raritas posset in infinitum intendi. Tex.c.72 Confirmatur, quia acuties vel grauitas in sonis in infinitum quantum est de se potest intendi, igitur & qualitates aliæ. consequentia tenet, quia non videtur potior ratio de vna qualitatum q̄ de aliis. antecedẽs apparet per hoc, quia sonantia infinitis modis possunt variari, & variata continue poterunt sonum grossiorem producere. Tertio. potest confirmari idem, quia velocitas in motu locali potest in infinitum intendi q̄tum est de se. igitur sic erit in aliis. antecedens apparet, quia prima causa infinita velocitate potest mouere cœlum. consequentia tenet, vt prius. Tunc ex hoc probatur conclusio opinionis non est dare aliquem ignem purũ igitur non est dare aliquod elementum purum. consequentia tenet, quia si aliquod elementum debet esse purum, maxime erit elementum ignis, eo ꝙ ipsum maxime est elongatum a suis contrariis, & in loco sibi conuenienti, & in nullo contrario collocatum. antecedens patet, quia si ignis purus si esset determinaret sibi summã caliditatem quæ potest esse. sicut dictum fuit prius modo talis non potest esse, eo quòd quælibet caliditas est in infinitum intensibilis sicut dictum est, & nulla est actu infinita. Secundo. si esset aliquis ignis purus illæ esset incorruptibilis, antecedens est falsum, & consequentia bona, quia ignis purus in loco naturali non haberet aliquod contrarium sibi admixtum, nec locus. s. cœlum esset sibi contrarium, ideo non corrumperetur à continente. s. cœlo, eo ꝙ non contrariatur ei, nec descenderet ad locum corruptionis, nec mixtionis. Quia consequens est falsum patet, quia omnis ignis est corruptibilis, eo ꝙ habet materiam, similiter est miscibilis, quia mixtio est finis ad quem à natura ordinatur. modo natura non ordinat aliquid in finem impossibilem. Tertio. aer aqua, & terra non sunt pura, igitur nec ignis. ergo nullum elementum est purum, vltima consequentia tenet de se, & prima patet à simili. non. n. vr̄ potior ratio de igne q̄ de aliis. antecedens fuit probatũ de aqua & aere ante oppositum, & de terra patet, quia fodiendo terram inueniuntur minere auri & argenti lapides, & alia quæ non sunt cum terra pura. Quarto idem arguitur auctoritate Constantini, & recitatur in libro de elemẽtis. dicit. n. ꝙ illa quæ apparẽt ad sensum simplicia etiam elementa, in rei veritate sunt composita & mixta propter similitudinem vocantur nominibus elementorum nihil. n. esset ita similis igni vero si esset sicut illud quod vocamus ignem, non tñ proprie deberet dici ignis sed igneum, &c. Secunda cõclusio opinionis ꝙ licet caliditatis latitudo sit in infinitum intensibilis quantum est de se, tñ est aliquis gradus certus vltra quem natura non potest calefacere, patet, quia sic est de raritate, & tale maxime videtur esse ignis, licet non sit, quia summam caliditatem non habet. Hæc est opinio probabilis cui ipsa placuit, cum suis motiuis, & illi qui sunt huius opinionis respõdent ad motiua quę fiũt eis in contrarium quæ hæc sunt. Primo, quia communiter dicitur ꝙ elementa sunt quatuor & quatuor, simplicia. Secundo. quia secũdum philosophum est aliquod simpliciter graue & aliquid simpliciter leue. 4. cœli poterit esse simpliciter calidum, & simpliciter elementum. Tex.c.27 Tertio. quia sursum & deorsum sunt loca maxime seu simpliciter distantia, & per consequẽs summæ & simpliciter sursum debet esse elementum. Ad simplex. Ad hęc respondent. Ad primum dicunt ꝙ sunt

sunt quatuor corpora quæ maxime ad sensum apparēt simplicia, immo natura non potest facere simpliciora, & ideo inter entia ipsa. quia elementa vera si essent sunt simpliciora vocata sunt elementa non tamen verę sunt simplicia. Ad secundum dicunt ꝙ nihil simpliciter, graue est quod non posset esse grauius quantum est de ratione grauitatis. sed Aristot. voluit quod est aliquid quo natura non potuit facere, grauius intensiue, & hoc vocatur graue simplex. Ad tertium dicunt ꝙ non oportet illud quod est in loco ignis esse purum ignem, sufficit. n. ꝙ in eo dominetur, idem enim est locus mixti & elementi in quo ipsum dominatur, & ideo igneum collocatum est in loco ignis pari si esset, quia in eo ignis dominatur.

Quantum ad secundum articulū. s. videndo de quęsito. nota ꝙ elementum potest dici purum dupliciter. vno modo substantialiter, quia suæ substantiæ nihil substantialis est admixtum. Secundo modo qualitatiue, quia habet suas qualitates tam primam q̃ secundā in naturalissima dispositione. Secundo nota. ꝙ cum quæritur vtrum elementum aeris est purum. quæstio potest intelligi de maximo aere qui est, quem vocamus totale elementum aeris, vel de quocunque aere partiali. s. vtrum sit aliquis purus aer, qui sit purum elementū licet ipsæ non sit totalis sphæra aeris, & similiter dicatur de aliis. Tertio nota. quod iuxta prius dicta ego voco ignem purum qualitatiue qui habet maximam caliditatē intensiue, cū siccitate illi caliditate proportionata, remissa tñ in aliquibus gradibus humiditatis patet quia ignis taliter dispositus habet suas qualitates in naturalissima dispositione, igitur est purus, antecedens patet per prius, dicta, vnde si formaretur argumento talis aer in naturali dispositione habet aliquos gradus frigiditatis, igitur non est purus. negarem consequentiam. nam ad hoc quòd sit purus iuxta prædicta non requiritur nisi quòd habeat vnā suarum qualitatū in summo, & aliam sibi proportionatam. Quarto notandū est quòd non proprie dicitur cœlum posse augeri quantū est de se, patet, quia per potētiam naturalem nullo modo potest, nec etiam ipsum habet inclinationē ad plus extendi, aut ad augeri, & ideo impropriæ dicetur quātum est de se plus extendi, immo equaliter, sicut diceretur cœlum posse extendi, concedi deberet quòd homini quantū est de se non repugnaret quòd haberet quātitatem tantam quātum haberet totum vniuersum, qđ satis male videtur sonare, & consequentia tenet, quia non minus potest prima causa hominem facere habentem quantitatem tantam sicut est quantitas vniuersi q̃ facere cœlum magis extensum.

His præmissis vt prima conclusio hæc. proprie non conuenit caliditati quòd ipsa quantum est de se possit in infinitum intendi. probatur, quia sic sibi conuenit in infinitum intendi sicut conuenit cœlo posse extendi, sed non proprie dicitur cœlum quantum est de se posse extendi, igitur, &c. maior patet de se, quia sicut per naturam non est possibile cœlum extendi, ita nec caliditatem in infinitum intendi, & sicut per potentiam infinitam miraculose agentem est possibile sic caliditatem, intendi, ita per eandem possibile est extendi cœlū. igitur conueniens est similitudo assumpta maiore. minor patet per quartum notabile. Secundo. huic caliditati quantum est de se repugnat illud quod sibi non pōt conueniret, nisi per potentiam miraculose agentem, sed in infinitum intendi non potest sic conuenire, nisi per potentiam miraculose agentem maior nota. est, quia hoc non conuenit caliditati, nisi per potentiam supernaturalem, ideo non conuenit sibi de se. Item non plus ad hoc inclinatur q̃ ad suum contrarium, igitur hoc sibi de se non magis conuenit q̃ suum oppositum, ideo cum non conueniant sibi simul opposita, sequitur qđ hoc de se non conuenit. minor rationis nota. est de se.

Secunda conclusio. si caliditati quantum est de se cōueniret posse in infinitum intendi adhuc penes esse infinite intensum, non deberet sumi purum, elementum ignis, nec attendi puritas ignis probatur quòd penes illud quod est impossibile non attēditur puritas alicuius elementi, sed esse caliditatem infinitæ intensam est simpliciter impossibile. igitur, &c. maior nota est, quia purum elementum dicitur quod est naturalissime dispositum, & per consequens puritas elementi attenditur penes naturalissimam dispositionem eius. Constat aūt ꝙ naturalissima dispositio rei non est simpliciter impossibilis, eo quòd tunc deus non poset facere eam igitur cū res appetit esse in sua naturali dispositione appetitus naturalis esset ad impossibile, si illa dispositio esset impossibilis, quod non est dicendum. minor est nota, quia impossibile est aliquā qualitatem in infinitum esse intensam, eo quòd sequitur deum eam non posse facere, intensiorem quod falsum est, & deus non magis potest facere infinitum intensiue quàm extensiue, sed deus nō potest facere infinitum extensum, vt probari solet tertio physicorum. igitur impossibile est esse caliditatē infinitæ intensam. Tex. c. 14 Correlarium, propter caliditatem quantum est de se secundum potentiam supernaturalem posse in infinitum intendi non infert quòd sit dare, purum elementum ignis, patet, quia si hoc inferret, hoc esset ex eo ꝙ puritas ignis attenderetur penes maximā caliditatem quæ posset esse. s. penes qualitatem infinitæ intensam, vt patet per principalem rationem opinionis recitate, sed penes hoc non attenditur, ergo, &c. ex quo patet quòd prima ratio aducta per præcedentem opinionem non probat quòd non sit dare ignem purum. Sed hæ conclusiones positæ sunt propter fundamentū alterius opinionis, & ideo dimittantur. Tertia cōclusio. quodlibet elementum siue totale siue partiales est purum substantialiter. probatur, omne qđ solum simplicem formā substantialem habet cum materia est purum substantialiter. quodlibet elementū est huiusmodi igitur, &c. maior nota. quia tale nō habet suę substātiæ aliquid aliud admixtū. minor patet quia nō est possibile quòd aliquod ens per naturā habeat simul plures formas mixtas cum materia sua. Confirmatur, si aliqđ non esset purum maxime esset elementum aeris, quod per vapores sibi admixtos diceretur substantialiter impurum, sed hoc est adhuc purum substantialiter. igitur &c. maior patet, quia de isto elemento maxime videtur esse impurum. minor patet, quia vel vocatur elemētum pręcise aeris illud qđ est substantialiter aer & si sic manifestū est ꝙ hoc est purū substantialiter, licet alia infra se contineat quæ non sunt partes eius, vel vocatur elementum aeris agrregatū ex aere, & vaporibus, & exhalationibus infra aerē inclusum, & manifestum est, ꝙ hoc nō est proprie dictū, qa talia simul sumpta nō sunt aer, nec aliqđ vnum, immo sunt multa substantialiter, & ideo nō sunt dicenda elementū aeris. Et si dicatur ꝙ aliqui dixerunt elementū aeris esse impurū substantialiter, dico ꝙ hoc vocabant elementū aeris improprie totū aggregatum ex aere & corporibus subtilibus & leuibus infra ipsum inclusis, & si sic caperetur, concedendum esset quòd tale aggregatum non esset purus aer immo verius esset non aer, sed est aggregatum ex aere & multis aliis. Quarta conclusio. nullum totale elementū est purum qualitatiue. Ista conclusio de terra est nota, quia est humida in partibus multis, quòd non esset verum si esset qualitatiue pura, cum sic esset summæ sicca, de totali aqua & aere totali, patet etiam de se, sed de igne declaratur. quia in sua parte inferiori in quibus partibus alteratur ab aere sic non est siccus s̄m eius dispositionem naturalem, ergo non est purus qualitatiue. consequentia tenet, & antecedens patet, quia humiditas

humiditas sphæræ aeris per totam sphęrã ignis est igni immediata. igitur semper alicubi humectat ignem. Confirmatur quia sp in aliqua parte sphęrę ignis grauior efficitur, ergo nunq̃ est totus purus qualitatiue. cõsequentia tenet, & añs patet, quia aliq̃n aliqua pars sphęræ ignis grauior redditur, & nõ est potior ratio de vno tẽpore q̃ de alio. igitur semp vna pars grauior efficitur, consequẽtia tenet, & añs patet quia in sua sphæra ignis nunq̃ corrumperetur, nisi disponeretur ad materiã aeris vel alterius elementi, & per consequens nõ grauius efficeretur seu minus leuis respectu ignis pro secũda parte manifestum est de se, quia licet aspectus cœli varientur, sic quòd nõ semper in eadem parte ignẽ nõ ad corruptionem disponũt, tñ alicubi semper ignem disponũt ad corruptionẽ, vt hodie hic, cras ibi, & propter hoc est quod multi dicunt ignem semper conuerti in aerẽ sub polis. Quinta conclusio est vocando elementum purũ qualitatiue ꝙ ambas qualitates habet in summo nullum elementum existens in naturali dispositione esse purum qualitatiue, patet ex dictis in alia quęstione. Sexta conclusio. vocando elementum purum modo dicto in notabilibus est dare aliquem ignem purum partialem qualitatiue, patet, quia ignis in aliqua parte suæ est sphæræ est dispositus optimæ igitur purus qualitatiue. consequentia tenet, & antecedens apparet, quia non videtur ratio quare ignis per totam suam sphęram esset indispositus in qualitatibus suis. Confirmatur, quia sicut in aliqua parte sphæræ ignis dominantur influentiæ frigefactiue & humectatiue, ita in aliqua dominantur calefactiue & desiccatiue, & vbi illæ dominantur est ignis purus, igitur. maior nota est, quia nõ videtur vnquam quòd per totam sphæram generabilium dominentur influentiæ frigefactiue, & humectatiue, immo oportet quòd planete calidi & influentiæ, calefactiue & desiccatiue alicubi dominentur, minor patet, quia vbi illæ dominẽtur posito quòd ignis prius esset in natura dispositus, tamen reduceret se ad dispositionem suam naturalẽ, eo quòd non est ibi impediẽs. Septima conclusio est dare aliquam terram partialem puram qualitatiue. patet sicut præcedens. Octauo conclusio. dubium est an aliquis aer partialis sit purus qualitatiue. similiter vtrum aqua partialis sit pura qualitatiue. probatur, quia in alio loco est optima influentia & dispositio pro nunc pro naturali dispositione aeris, ergo. ibi est aer purus qualitatiue. consequentia tenet, quia ibi non esset impedimentum reddens aerem impurum, immo talis aspectus reducet aerem ad dispositionem naturalem si esset extra, & antecedens est dubium prout notum est, & consequens etiam est dubium, ergo dubium est vtrum alicubi sit aer purus qualitatiue. similiter arguitur de aqua. Et per hoc patet quid dicendum sit ad quæsitum, quibus sic positis respondetur ad motiua opinionis primæ.

Ad primũ potest negari argumentũ, prout dictum est in conclusione prima, esto tamen admittatur dico quòd puritas elementorum non debet summi penes, maximas qualitates quæ possunt esse simpliciter, sed penes maximas qualitates quæ possunt esse per naturã & hoc dicebatur in conclusione secunda. Vnde ad philosophum quarto physicorum dicitur quod ponit medium in infinitum esse subtiliabile secundum immaginationem, non secundum aliquam potentiam, & ex hoc infertur vnum immaginabile scilicet quòd potentia naturalis moueret ęque velociter per vacuum sicut per plenum, id est, cum resistentia, & sine resistentia, & hoc de potentia naturaliter agente immaginatio non bene capit. Ad secundum negetur quòd acuties vel grauitas soni posset in infinitum intendi naturale. Et ad probationem dicitur quòd quantumcumque varientur sonantia non in infinitum posset intendi, tamen secundum veritatem concederetur quòd in infinitum velociter potentia aliqua potest mouere, quia in infinitnm subtiliabile potest medium esse, & quòd in infinitum acutus vel grauis potest esse sonus & similiter quòd in infinitum intendi potest caliditas, sed hoc non inest istis quantum est de se, seu a natura sua, sed potest eis conuenire per potentiam miraculose agentem. Ad secundam dicitur quòd ignis purus potest corrumpi, quia potest per influentiam ingrossari, & per grauitatem suis contrarijs applicari & ab eis corrumpi, & eodem modo dicunt quòd est commiscibilis scilicet quia grauitas potest facere ignem descendere ad mediam regionem aeris, vbi ex eo generaretur mixtum, nec reputo inconueniens, si quis concedat quòd ignis in sua sphæra existens nunquàm veniret ad mixtionem, & dicere consequẽter quòd nõ est solum mixtio finis elementi, sed decor vniuersi.

Ad tertium dicitur quòd loquendo de totali igne qui est maximum elementum ignis non est purus qualitatiue, sed de partiali negatur. similiter etiam negaretur ꝙ nulla terra partialis est pura, sicut patet ex quęstione. de aere & aqua dr̃ ꝙ nõ est simile, quia talia sunt mixta contrarijs, & ideo nunq̃ ita bene possunt esse pura qualitatiue sicut ignis. Ad auctoritatem Constantini dicitur ꝙ intendit illud quod dictũ est in quarta conclusione, & non plus.

Ad rationes Ad auctoritatem philosophi dr̃ quòd intellexit quartam conclusionem, non plus. Ad secundam dicitur quòd non est simile de aqua, & igne, & terra, quia aqua propter alterationes contrariorum circuniacentium, & penetrationem radiorum solariũ & mixtionem terræstreitatum adustarum forte nunq̃ est pura, nec sic est de terra vel igne, potest etiam dici, quòd nulla quantitas notabilis aque est pura qualitatiue tamen nihil est inconueniens quod aliqua pars aque aliquo modo paruo tempore esset pura qualitatiue, sed dubium est an ita sit. Et similiter patet ad tertium.

Ad quartum dicitur similiter, quòd non est simile de aere & de terra, & de igne propter easdem causas quas dixi in solutione præcedenti, potest etiam dici quòd si esset aer purus illæ esset paruus, & non esset aliqua integra regio aeris, & ideo ratio non concludit.

Sed tunc est dubitatio, vtrum illud quod vocamus mare sit veræ aqua. Ad quod faciliter respondetur quod non, quia illud quod nos vocamus mare includit maximam quantitatem aque, & cum hoc terrestreitates multas, & arenam, & alia talia, quæ non sunt partes maris, sed denominaṫ aqua à maiori parte, eo quòd maior eius pars est aqua, similiter de aere q̃d totum illud in quo ambulamus non est aer, sed est congregatum ex aere & vaporibus & exhalationibus, & corporibus subtilibus leuibus in eis comprehensis, vocatur tamen aer à maiori parte talis congregationis vel congregati. Ad quintum dicitur quòd verum est quòd totum elementum ignis non est purum qualitatiue, prout dictum est in quarta conclusione.

Ad rationem autem quæ arguit de loco sub polis dicitur quòd si sub polis est maxima frigiditas, ista principaliter est circa aquam & terram, & forte non attingit ad sphæram ignis, eo quòd nimis distat à terra, & aqua, si autem attingeret non esset contra dicta.

Ad secundam probationem dr̃ ꝙ ignis mouetur naturaliter natura cõi in loco suo naturali obediẽdo influxui cęli ipsum sic inclinãti, nec oportet rem naturalem in loco qęscere nisi à motu a quo recederet vel exiret a loco naturali. Ad tertium quòd verum est ꝙ ignis infrigidatur continue in aliqua sui parte, cum hoc tñ stat quod in alia parte est purus, scilicet, vbi dominantur influentiæ calefactiue, & desiccatiue, & sic ratio non arguit contra dicta. Ad quartum de influentijs

tijs frigefactiuis patet quid sit dicendum ex prima quæstione secundi. Ad sextum negatur ꝙ nulla terra est pura. Et ad probationē dr̄ ꝙ non omnis terra est actu colorata. Secundo. ꝙ aliqua terra non est visibilis per speciē propriam nisi per prius alteretur. Tertio ꝙ quęlibet terra pręsentata visui in lumine si non alteraretur videretur per reflexionem lucis. Ad confirmationem dicitur quòd aliqua terra non est simpliciter grauis, & ꝙ licet plumbum vel aurum in equali quantitate grauius sit quàm terra apud nos existens, tm̄ terra pura esset grauior in equali quātitate quàm plumbum vel aurum quia tunc vltra nullam leuitatem haberet admixtam, metalla aūt quæ mixta sunt leuitatem habent admixtam. Ad philosophum patet quid sit dicendum quomodo intelligit ꝙ elemēta sunt simplicia, quia sunt simplicia substantialiter & essent simplicia qualitatiue, si essent in naturali dispositione, & aliqua sunt partialiter simplicia, vt dictum est.

Quoniam autem determinatum est prius quòd est simplicibus corporibus, &c. Tex. cōm. 24. Quæstio IX.

NOno quęritur vtrum quodlibet elementum possit immediate in quodlibet transmutari. Et arguitur quòd nō nullum elementum pōt trāsmutari in ignem. igitur. consequentia tenet, & antecedēs probatur sic. in illud quod actu est nihil potest trāsmutari, sed omnis ignis est. igitur in nullum ignem potest aliud transmutari, consequentia tenet, quia est in secūdo secundæ figuræ, & maior & minor notæ sunt de se.

Secundo ignis non potest transmutari in aerē igitur &c. consequentia tenet, antecedens probatur, quia si ignis in aerem debeat transmutari, oportet eius caliditatem corrūpi vel remitti, cum aer nō sit ita calidus sicut ignis, modo hoc non est possibile, igitur, &c. probatur minor, quia vel remitteretur à caliditate aeris, & hoc non, quia non contrariatur caliditati ignis, vel ab humiditatem aeris, & hoc non eadem ratione, quia caliditas & humiditas non habent contrarietatē. Tertio ignis non potest immediate generari ex aqua. igitur, &c. consequentia tenet, & añs probatur, primo quia ignis nō potest generari ex aqua nisi in materia aque dominetur siccitas & caliditas & leuitas ignis. modo hoc non est possibile, igitur, &c. consequentia tenet & maior nota est, quia actiones actiuorum sunt in patiente prædisposito. secūdo de anima minor patet quia ignis statim in aquā introducit caliditatem, sed siccitatē tarde producit, & sic vehementi calefactione aque stant in ea caliditas & humiditas, ad quas sequitur leuitas aeris & non leuitas ignis, quare generabitur aer, & non ignis. Tex.c.26

Confirmatur, quia si sic sequæretur, ꝙ aqua posset manere sub maiori raritate leuitate, & caliditate q̄ aer consequens est falsum & inconueniens, quia tunc non posset aer vnquam tātum calefacere aquam ꝙ eam corrumperet, eo quòd aqua potest manere cum maiori, caliditate quàm est caliditas aeris naturalis. Et probatur consequentia, quia introducis tanta caliditate raritate & leuitate sicut est aeris, quæro quæ forma est in materia aque, si dicis quòd aeris, tunc non immediate fit ignis ex aqua. si forma ignis, sequitur quòd ignis generabitur, & non generaretur sub maiori leuitate caliditate & raritate quam essent tales qualitates aeris, quod iterum est inconueniens. si dicis quòd aque, igitur immediate post hoc etiā erit forma aque in illa materia, quia non est dare vltimum rei permanentis, & tunc erit in hac materia maior raritas caliditas, & leuitas quàm est in aere, eo ꝙ cōtinue fit vlterior introductio, & habetur propositum. Quarto aqua non potest immediate fieri ex igne. igitur &c. consequentia tenet vt prius, & antecedens probatur, quia introducta media latitudine summe frigiditatis in materiā ignis quæro vtrum in ea est forma aque vel ignis, & si aque sequitur quòd aqua generatur in materia non actu frigida, immo caliditatem habentem adequate aque disconuenienti, quia illa materia habet tantum caliditatis disconuenientis aque, sicut frigiditatis. Si dicis quòd ibi est forma ignis, sequitur quòd ignis, est & non est calidus in illa materia, patet. quia continue intenditur frigiditas, immo quòd immediate post hoc illæ ignis erit frigidus, & sic ignis illæ esset post hoc quia, non est dare vltimum instans. Quinto ignis non potest immediate transmutari in terram, ergo consequētia tenet, & antecedens probatur, quia nimis distat, agens autem patiens debent esse proxima. Secūdo quia vel mutarentur inuicem subito, & hoc nō, quia actio naturalis est succesiua, vel succesiue & hoc non. quia per nullū totū tempus manent simul, causa est, eo ꝙ si cōiungantur in loco deorsum ignis ascendit, si in loco sursum terra descendit, si in loco medio ignis ascendit, & terra descendit. Tertio quia ignis, & terra sunt elementa extrema, & talia non transeunt inuicem nisi per prius transeant in media, non enim fit transitus de extremo in extremum, nisi transeatur per medium, ideo ignis non potest transmutari in terram, nisi per prius in aerem mutetur & aquam. Quarto, si tranmutaretur, ignis in terram sequæretur quòd forma ignis posset stare sub maiori densitate vel grauitate q̄ sic densitas aque vel aeris, vel saltim econuerso. quòd terra posset stare sub maiori leuitate & raritate q̄ sit raritas vel leuitas aeris vel aque. quodlibet illorum est incōueniens, quia si dicitur primum, tunc aer non posset conuertere ignem in sui naturam, eo quòd non posset deducere eum ad tantā grauitatem vel dēsitatem, quin sub illa posset manere forma ignis. Si dicitur secundū sequitur ꝙ aer vel aqua non posset corrumpere terram in sui naturam, eo quòd non posset eam deducere ad tantam leuitatem vel raritatem quin sub illa posset manere forma terræ, probatur tamen consequentia, quia quæritur cum materia ignis habet tantam grauitatem, & densitatem sicut materia aeris, vtrum adhuc stat forma ignis, & si sic sequitur quòd immediate post hoc ibi stabit, & tunc habebit maiorem densitatem, & grauitatem quàm aer, quod erat propositum primum. Si dicis quòd ibi stat forma terræ, sequitur quòd forma terræ stat cum tanta leuitate & raritate sicut forma aeris, & hoc erat secundum. Si dicis quòd ibi forma aeris vel alia stat, sic quod nec ignis nec terræ, sequitur quòd non immediate inuicem transeunt, & hoc est propositum. Sexto. elementa non habentia symbolum non possunt immediate adinuicem transmutari igitur, & cætera consequentia tenet, & antecedens patet per philosophum secundo huius. d. ꝙ elementa non habentia symbolum se mutuo transmutant, generatur ex eis tertium elemētum distinctum ab vtroque. Septimo non quodlibet mixtum potest immediate transmutari in quodlibet mixtum. igitur, nec quodlibet elementū igitur consequentia tenet, quia elementa sunt magis cōtraria inter se eius in qualitatibus quam mixta cū mixta non sint contraria nisi propter contrarietatem elemētorum, si igitur mixta quę minus sunt contraria inuicē transire non possunt, neque elementa poterunt, antecedens est manifestum, quia nunq̄ ex quo immediate generatur bos. Octauo totum elementum ignis vel maior pars eius nō potest immediate transmutari in alterum. igitur, &c. consequentia tenet, quia talia sunt elemēta añs patet, quia si totum elementū ignis, vel eiꝰ pars maior transmutetur in aerē, iā entia vniuersi fierēt in ordinata vt q̄d vnū elementū fieret nimis magnum, & aliud nimis paruū, & hoc naturaliter. vniuersalis ordo non permitteret. Nono si sic esset sequæretur ꝙ nunq̄

Tex. & (right margin, at "Secūdo quia vel")

Tex.c.25 (right margin, at "philosophum secundo huius")

nunq̃ ex elementis fieret mixtum.consequẽs est falsum probatur consequẽtia, quia eis approximatũ ex quo na ta sunt immediate inuicẽ trãsmutari statim vnũ eorum videlicet debilius cõuertetur in aliud & non in mixtũ.

Decimo vel elementa sunt equalia in virtute vel non si sic poterunt, nec inuicẽ transire. nec agere, eo quòd à proportione equalitatis non fit actio. Si dicis ꝙ alterum sit fortius alio, tunc illud non poterit transire in aliquod aliorum, & quod nullum aliorum natum est in ipsum agere, cum a proportione minoris inequalitatis non fiat actio, & si sic quocunque modo dicas sequitur quòd non quodlibet immediate potest in quodlibet transmutari.

Tex.c 24 &.25. In oppositum est philosophus cap.4. secundi huius. In ista quæstione erunt duo articuli. In primo recitande sunt duæ opiniones, & improbande. Secundo respondetur ad quæsitum.

Quantum ad primũ not. ꝙ ista quęstio non quærit de mutatione elementorum ẽm suas qualitates. de illa.n. post dicetur in alijs quæstionibus, sed quærit de transmutatione elementorũ ẽm substãtias, s. vtrũ vnum eorũ possit substãtialiter transmutari in alterum. Secũdo nota. ꝙ erat vna opinio antiqua. s. ante tempus Aris. & videtur esse Parmenidis ꝙ elemẽta solum differunt ẽm suas qualitates, & non secundum substantiã, vnde dicebat ipse ꝙ eadem substantia qñ est calida & sicca, & maxime leuis dr̃ ignis, quando autem est humida, & calida & minus leuis vocatur aer qñ vero est frigida & humida vocatur aqua, & sic deinceps, & ẽm istam opinionem inter elementa nulla esset trãsmutatio substantialis. Contra q̃ sit conclusio huius articuli ꝙ elementa substantialiter sunt diuersarum specierũ. probatur primo vna ratione facta in secunda quæstione primi ꝙ illa sunt substantialiter diuersarum sp̃erum, quorũ vnum est alicuius cõseruatiuũ, cuius aliud a tota natura est destructiuũ, sed sic est de igne & aqua, igitur, &c. maior nota est, quia si aliqua duo sunt eiusdem speciei specialissime istorum operationes naturales sunt similes, vel eædem proprietates, imo idem naturaliter est consimilium, vel earundẽ qualitatum conseruatiuum, si igitur aliquid sic successiue esset prius ignis & aqua, illud esset semper naturaliter earundem qualitatum conseruatiuũ minor patet per experientiam, quia aqua calefacta remoto calefaciente statim caliditatem corrumpit quam ignis a tota natura sua naturaliter conseruat. Confirmatur sic. per aduersarium idem est per prius aqua naturaliter & post ignis naturaliter, ideo caliditas disponẽs illud ad esse ignem est illi æque conueniens sicut frigiditas, igitur æqualiter conseruabit aqua calefacta caliditatem, sicut frigida frigiditatem oppositum experimur, consequentiæ tñ notæ videntur de se cęteris paribus existentibus. Secundo quæstio quid est hoc non quærit nisi substantiã, sed aliud r̃ndetur ad quęstionem quęrentẽ quid est de igne q̃ ad quęrentẽ de aqua igitur alterius substantiæ in spẽ est ignis q̃ aqua cõsequentia tenet quia aliter ad tales q̃ones male respondetur. añs pro prima parte est notum. & pro secunda parte patet de se.

Tertio nunq̃ potest aer in vesica tm̃ cõprimi vt fiat ita densus sicut est aqua, igitur specie essentiali differt ab aqua. consequentia videtur tenere, quia si esset similis, speciei non vr̃ quid prohiberet ꝙ non ad tm̃ posset aer condensari sicut aqua, antecedens experimur, & confirmatur hoc signo quia solũ si sic differũt ẽm magis & minus, mirũ est ꝙ in cõtactu aque, & aeris non sunt quasi eiusdẽ diaphaneitatis & raritatis continue, cũ illa vr̃ esse magis naturalis rerũ habitudo eiusdẽ speciei. Tertio nota. ꝙ est vna alia opinio ponens ꝙ inter quælibet duo elementa est mixtum imperfectum mediũ participans naturam vtriusq; eorum, vt exhalatio sicca inter, ignem & terrã, vapor humidus inter quælibet duo elementa alia, licet ipsis mixtis non sint nomina imposita.

Secundo ponit, ꝙ cũ elementa debent inuicem transmutari transmutantur immediate in tale mixtũ mediũ inter ea, & tunc post de illo medio mixto generatur elementum ad quod fit transmutatio. Tertio dicit opinio ꝙ non põt vnum elementum immediate in aliud transmutari, sed potius in mixtum imperfectũ, qđ inter elementa est medium. Quarto dicit ꝙ philosophus solum voluit quod quodlibet elementum potest immediate in quodlibet aliud trãsmutari. sic ꝙ põt transire in cuiuslibet alterius elementi speciem sine hoc quod transeat prius in aliud elemẽtum mediũ, non tñ voluit negare quin prius transit in mixtum imperfectum.

Contra quam opinionẽ sit ista prima conclusio. non sunt ponenda talia mixta imperfecta media inter elemẽta specie differentia ab elementis. probatur, inter aerem & aquã non est ponendum tale, igitur nec inter alia. cõsequentia patet per illosmet ponentes generaliter ꝙ inter quælibet duo elementa debet tale poni. antecedens probatur, primo quia vapor quẽ isti ponunt mediũ inter aerẽ & aquam substantialiter sp̃ est aqua vel aer. ergo nõ differt specie ab aere vel aqua. cõsequentia tenet, añs probatur. primo a signo, quia si vapor ascenderet ab aquã & reflectens calidum ponatur, experiẽtia docebit ꝙ gutte adherentes reflectenti erunt aqua, quod nõ videtur, esse, nisi quia vapor ille ascendens substantialiter sit aqua. Secundo probatur idem, quia exhalatio eleuata ab argento viuo est eiusdem speciei cum argento viuo, igitur substantialiter exhalatio eleuata ab aqua est eiusdem speciei cum aqua. consequentia tenet à simili, & añs probatur per tale signum, quia si argentũ viuum reseruetur in vase discooperto statim p̃p exhalationem totum deperditur, quia in aerem dispergitur. Si autem in vase bene cooperto teneatur infra annum aut duos annos non totaliter diminuitur, quod non videtur esse ex alio, nisi quia vapor ab eo eleuatus reflectitur a cooperiente, & quia est substantialiter argentum viuum, ideo non diminuitur eius quantitas. Si autem specie differrent, tunc non videretur quin per successiuum temporis in vase sic cooperto argentum viuum deperderetur. Cõfirmatur conclusio ex alio. frustra ponuntur talia mixta media si sine eis alia equaliter possunt saluari, sed sic est. igitur, & cætera maior patet per philosophum octauo physicorum. minor patet, quia non videtur ratio ponendi talia mixta Tex.c.56
cum æqualiter saluaretur ponendo quòd vapor esset substantialiter aqua vel aer, puta in principio suæ resolutionis aqua, & in fine aer. Confirmatur tertio quia vapor & aqua non videntur differre, nisi sicut magis & minus, puta quia aqua est magis grossa & grauis, vapor autem magis subtilis & leuis. modo magis, & minus non diuersificant speciem. Quarto confirmatur sic, non est ponenda differentia specifica nisi propter operationes diuersas non potentes ab eadem specie prouenire, & talium operationnm diuersitas non reperitur inter vaporẽ & aquã, igitur, &c. maior est philosophi nono Meta. quia actus notificãt potẽtias, vnde alia sine ratione posses dicere fortẽ, & platonẽ t.c.2.&3.
differre spẽ seu aquã dulcẽ & aquã maris. minor patet, quia directe cõsimiles operationes cõueniunt vapori sicut aque calide. reducit.n. vapor seipsũ ad frigiditatẽ & grauitatem remoto impedimẽto, vt qñ est extra radios solaris ipsum leuificantes, sicut facit aqua calefacta.

Quantum ad secundum articulum nota quòd titulus quæstionis sic intelligitur. Vtrum quodlibet elementum possit immediate in cuiuslibet alterius elementi speciẽ transmutari, puta vtrum ignis põt immediate transmutari in aliquam terram & in aliquam aquam, & sic de alijs. Secundo nota. quòd hic accipitur elementum non pro principio sed pro substantia compo

sita inter naturales generabiles, & corruptibiles magis simplices, prout ignis vel aqua dicitur elementum.

Tertio nota. ꝙ quodlibet illorum cũ quolibet aliorum habet & determinat sibi saltem in dispositione sua conuenienti contrarietatẽ intensam, patet, quia elemẽta iuxta intentionẽ philosophi prius positã distinguuntur penes combinationes qualitatum primarum possibiles in gradibus intensis. modo manifestum est, ꝙ inter quascunque duas combinationes reperitur contrarietas vel ĩ ambabus qualitatibus vel adminus in vna.

Tex.c.16

Quarto nota. quòd quæstio potest intelligi vel de quodlibet elemento totali, vt de maximo igni, qui est. Vtrum potest in aliud elementum vna transmutatione continua transmutari, vel de partibus eius consimiliter de alijs.

His præmissis sit prima conclusio hæc. Aliquod elementum transmutari patet, capiendo totum elementũ ignis, hoc non potest per viam naturæ in aliquod aliud elementum transmutari, hoc est in vnum elementum, igitur, &c. maior patet, quia hoc in aliud transmutato iam naturalia essent inordinata, quod natura vniuersalis nõ permitteret, & inordinatio pateret, quia tũc in vno elemento deficeremus. minor nota est. Similiter arguetur de quolibet alio elemento totali. notanter dico in quæstione per viam naturæ. ad excludendum potentiam miraculose & supra cursum communẽ naturæ agere potentem. Et si quis dicat, quòd talis ignis saltem in aliqua sui parte, vt sub polis continue conuertitur in aerem, & sic videtur quòd illud elementum demonstrando ignem conuertitur in aliud. Respondetur ꝙ hoc est in parte solum aliqua, & quia parua est non capitur nominatio totius, & ideo ad formam concedo, quòd illud elementum conuertitur in aliud, & econuerso, quod secundũ partem conuertitur in aliud, sed non sequitur, ergo conuertitur in aliud, quia arguitur à ſm quid ad simpliciter. Secunda conclusio. aliqua pars alicuius elementi per viam naturæ non põt in aliud elementũ conuerti. patet signata parte ignis totũ ignem præter pedale continentis. probatur sicut conclusio pręcedens. Tertia conclusio. aliquod pedale elementi per viam naturæ non potest conuerti in terrã immediate. probatur, quia pedale ignis existentis in sua sphæra non potest sic conuerti, ergo. consequentia tenet, & antecedens probatur, quia vel cõuerteretur in terrã per actionem terrę, & hoc non, quia non potest sibi applicari. vel per influentiam cœli, & hoc non, quia antequàm ipsum tantum grauitaret faceret descendere in sphæram aeris quæ ipsum statim conuerteret in aerem, & sic non immediate transmutatur in terram, quod est propositum. Quarta conclusio. quodlibet pedale cuiuscunq; elementi quantũ est ex sua natura natũ est ĩmediate in cuiuscunq; alterius spẽm elemẽti transmutari. Hęc est conclusio q̃ intendit philosophus in litera, & probatur sic, ipsum elementũ habet cũ quolibet contrarietatẽ intẽsam, ergo quodlibet pedale vnius põt immediate in cuiuslibet alterius spẽm transmutari, consequentia tenet per actionẽ contrarietatis pñt qualitates vni⁹ remoueri, & alteri conueniẽtes induci. igitur cũ elementũ nõ posset stare cũ qualitatibus disconueniẽtibus sequitur ꝙ præcedens corrumperetur & aliud, cui istæ qualitates cõueniunt generabitur. Cõfirmatur, quia si aliqđ pedale alicuius elementi non posset immediate in cuiuslibet speciem transmutari maximæ hoc esset, quia ignis non posset immediate transmutari in aquam, sed ignis potest transmutari in aquam, igitur, &c. maior patet, quia minime videtur ꝙ ignis sic posset immediate in aquam transire, eo quòd inter ignem & aquam est maxima contrarietas. minor patet, quia faber projciendo aquam in ignem augmentat ignem, quod non esset nisi aqua immediate transiret in ignem, nec videtur ĩ quid aliud gutta aque in magnũ ignẽ proiecta trãsiret nisi in ignẽ, quare videtur quòd generaliter quodlibet pedale vnius elementi potest immediate quantũ est de sui natura in cuiuscunque elementi speciem transmutari, & dr̃ notanter, quantũ est de sui natura pp conclusionẽ præcedentẽ, quia forte pp distantiam staret ꝙ pedale ignis non posset applicari terræ, vt immediate ex ea generaretur terra, licet natura sua si esset applicata sibi hoc non repugnaret. dicitur etiam notanter in speciem alterius elementi, quia nunq̃ immediate trãsmutaretur in eandem speciem, vt ignis in ignem, dicitur etiam notanter in speciem alterius elementi, quia non quodlibet elementum numero potest transmutari in aliud, non.n. potest transmutari in aliud elementum qđ actu existit, quia illud amodo generari nequit.

Tex.c.24 &. 25

Ad rationes principales dr̃, ꝙ in igne qui est in actu nullum elementum potest transmutari. Secundo dr̃. ꝙ ille terminus potest, ampliat terminos inter quos ponitur, & ideo aliquòd elementum transmutari potest in ignem non qui est, sed qui potest esse. Tertio dicitur ꝙ ille modus arguẽdi non valet in illud quod actu est nihil potest transmutari, sed omnis ignis est, igitur in nullum ignem potest aliquod elementum transmutari, quia si ignis restringitur in minore ad supponendum solũ pro his quæ sunt in conclusione distribuitur tam pro his quæ sunt quàm pro his quæ possunt esse.

Ad secundam. dicunt quidam ꝙ in generatione aeris ex igne caliditas ignis remittitur per modum sequelæ ad remissionem suæ siccitatis, & hoc dicunt fieri ab humiditate. Vlterius concedunt quòd humiditas non contrariatur caliditati, & ideo de per se eam non corrumpit, sed per modum sequele, vt dictum est. Aliter dr̃ quod non est inconueniens aerem generari sub tanta caliditate sicut habet ignis, etiam si sit summa, & hoc introducta humiditate sufficienti. Secũdo dr̃ quòd aer genitus remoto impedimento reducit se ad caliditatem remissiorem sibi conuenientem, sicut aqua calida reducit se ad frigiditatem. Ad tertium negatur quòd ignis non potest immediate fieri ex aqua, & conceditur quòd fit ex aqua dominantis in materia aquæ caliditate siccitate & leuitate ignea. Et cum dicitur, quòd hoc non est possibile, negatur. Et ad probationem dicitur, quòd licet ignis agens in aquam distantẽ multo citius introducit caliditatem quàm siccitatem, tamen agens in aquam quam circundat sicut ignis fabri in guttas aque super eum aspersas vehementi calefactione fortificat actionem siccitatis, sic quod humiditatem aque cito sine notabili differentia exardet, sicut frigiditatem corrumpit, & tunc generatur immediate ex aqua ignis. Ad probationem secundam, qua probatur idem conceditur quòd aqua potest manere sub maiori raritate q̃ sit raritas aeris. Secundo dicitur, quod non potest permanere sub aeris leuitate, quia leuitas aeris est summa in sua specie, licet bene potest manere sub leuitate ad altiorem locũ motiua, quia potest manere sub leuitate ignea consequente ad caliditatem, & siccitatem. Tertio dr̃ ꝙ non oportet aquã manere sub tãta caliditate, sicut est caliditas naturalis aeris, quia stat ꝙ ignis generetur sub remissiori caliditate, & ex hoc dr̃. Quarto. ꝙ aer sua calefactione potest corrumpere aquam in suam naturam. Quinto dr̃. ꝙ cum in materia sunt tanta caliditas, & leuitas, sicut est aeris, erit in ea forma ignis, nec est inconueniens, quòd ignis generetur sub minori caliditate stante cum leuitate, & siccitate ignea quàm sit caliditas aeris.

Dicitur tñ ꝙ sæpe in materia ex qua generatur ignis est maior raritas quàm in aere, quia in ea dominatur caliditas, & siccitas, ad quas sequitur raritas, vt dictum est prius. Ad quartum dicũt aliqu, ꝙ non est inconueniens quòd ignis in via corruptionis stet in materia

teria actu frigida, sed principium quod dicit ꝙ ignis est calidus intelligitur stāte igne in dispositione naturali vel prope. Aliter potest dici ꝙ ignis quia est elemētum multum nobile non potest permanere in materia nisi in ea maneat caliditas vltra medium latitudinis, & quòd in introductione caliditas frigiditas & humiditas satis ci to corrumpitur Consequenter conceditur quòd aqua potest generari in materia humida non actualiter frigida, nec hoc est inconueniens, vapor enim qui est substantialiter aqua est multum calidus prout experimur. Dicitur tñ ꝙ illa materia deberet esse humida, & nunꝗ generaretur in materia sicca forma aque, & sic illa materia habet plus de qualitate conuenienti aque quàm di sconuenienti. Si dicatur ꝙ tūc potius ex illa materia deberet generari aer q̄ aqua, & sic non immediate generaretur aqua ex igne, consequentia tenet per dicta, quia materia illa est acto calida & humida, & tales qualitates magis cōueniunt aeri q̄ aque. Respōdetur ꝙ in materia ignis, cum est remissæ calida & humida est nimia grauitas aque, quia ad modicam introductionem frigiditatis multum intenditur grauitas. Iterum dici potest, quod licet ibi sit caliditas maior quàm frigiditas, tamen non est ibi tanta quòd sub ista posset aer generari, immo est adhuc nimis remissa. Si petatur quō in materiam ignis posset vnq̄ plus introduci de humiditate quàm de frigiditate. Dicitur quòd hoc est possibile fieri si ignis sit inclusus aque, vbi virtus humectatiua est fortis, vel etiam potest fieri per influentiam humectatiuam specialiter, quia caliditas eo quòd consequitur magis naturam ignis habet in igne esse fortius, similiter siccitas ignis non est summa, & ideo citius in hoc casu poterit materia esse humectata q̄ infrigidata.

Ad quintum dicitur, quòd super terram vel in terra potest ignis generari, & illæ potest immediate conuerti in terram. Item distantia non impedit quin ignis quantum est de se possit immediate conuerti in terram si esset approximatus loco terræ. Ad secundam probationem dicitur. ꝙ ignis successiue conuertitur in terram, & dicitur quòd quandoꝗ ignis est inclusus infra terram, sicut patet de igne volante ex terra in terremotu, & nequit ascendere propter resistentiam partium terræ, & ideo ratio non procedit. Ad tertiam probationem dicitur. quod extrema elementa si sint approximata possunt bene immediate transmutari adinuicem, sed propositio illa quę dicit quòd non sit transitus de extremo in extremum intelligitur de extremis mutationis continue. modo manifestum est quòd sic inter ignem & terram non sunt media mutationis continue aqua & aer, & ideo non oportet in transmutatione ignis in terram transire per aerem & per aquam. Ad quartam probationem dicitur. ꝙ dubium est vtrum vnquam in terra stat tanta caliditas quanta in aere existente in naturali dispositione, sed nunquam stat maior leuitas, & causa est prius dicta, bene tamen stat leuitas motiua ad altiorem locum, sicut patet in exhalatione terrestri ascendente. Conceditur etiam quòd in terra potest stare maior raritas quàm in aere, sed ex hoc non sequitur quin aer humectando terram & calefaciendo possit eam conuertere in sui naturam. Et ad argumentum vltra dicitur, quòd non est inconueniens ignem in via corruptionis stare sub tanta densitate quanta est densitas aeris, aer enim, non corrumpit ignem, eo quòd nimis condensat, sed eo quod nimis humectat. Dicitur similiter de aqua respectu terræ, non enim corrumpit aqua terram, eo quòd eam tantum rarefacit, quia non potest terra manere sub tanta raritate, sed eo quòd nimis humectat eam. Vlterius dicitur quòd materia ignis existente tātum densa sicut est materia aeris nihil prohibet an adhuc sit ibi forma ignis, improprie autem dr̄ ꝙ materia ignis habeat tantam grauitatem sicut aer, quia aer in sua dispositione naturali nullam habet grauitatem, & sic patet q̄d dicendū est ad argumentum, & hoc voluit philosophus in isto secundo. Ad sextum dr̄, ꝙ elementa nō habentia symbolum cōuertūtur in tertium. s. qn̄ ambo corrūpuntur, & hoc voluit philosophus in secundo, sed qn̄ vnū eorū dominatur alteri, tunc cōuertit alterū in sui naturā & iō negatur ar̄s rationis. Ad septimam dr̄, ꝙ non est simile de mixtorum trāsmutatione, & elementorū, quia mixta non hn̄t inter se ita fortē contrarietatem sicut elemēta & ideo nō oportet, ꝙ mixtum actione sua possit immediate transmutari in alterum sicut elementa. Alia causa, quia multa mixta determinat sibi certas organiçationes dispositiones & figuras ī materia, & ideo ex alio mixto cui illæ dispositiones, & figuræ non conueniunt, & ex quo etiā immediate nequeunt fieri non possunt illa mixta immediate generari, & ideo nō q̄dlibet mixtum potest immediate in quodlibet transmutari, secus, est de elementis. Ad Octauā. dr̄ ꝙ est pro primis duabus conclusionibus secundi articuli. Ad nonā dr̄ negādo consequentiam. Et ad probationē dr̄. ꝙ si elementis approximatis adinuicem vnum notabiliter fuerit fortius alio, tunc non fiet mixtum ex illis, sed fortius corrumpet aliud in sui. naturam. Si aūt sic approximētūr vt quælibet tertia sufficiant corrumpere quodlibet quartum, tunc omnia ista corrumpentur & medium mixtum generabitur, vt prius dictum est. Ad decimam dr̄ quòd elementa non oportet esse æqualis virtutis. Secundo. ꝙ vnum eorum non excedit aliquod aliorum in tm̄ ꝙ ipsum totum posset conuertere in sui naturā. Tertio quodlibet vnum excederet aliud multum in agendo, sicut ignis si esset fortior adhuc nō posset aliud totum in suam naturam conuertere, quia tanta densitas sibi repugnaret sub quanta oportet ipsum permanere in conuersione alterius, eo quod locus sphæræ generabilium nequit per naturā extendi, & sic dēsitate materię debilitaretur & vltra nō posset conuertere alia. Tex.c.25

Quarto dr̄ quòd cōparando sphęram cōiter, sphæra vnius elementi est fortior in vna sui parte super aliam & debilior in alia, ut sub polo sphęra aque est potentior q̄ sphæra aeris, sub æquinoctiali est econuerso. similiter est de aliјs. ratio post oppositum est pro dictis in vltima conclusione.

Differt autem in citius & tardius & facilius.
Text. cōm. 35. Quæstio. X.

DEcimo quæritur Vtrum in elemētis habentibus symbolum sit facilior transitus. Arguitur primo quòd non inter elemēta inter quæ est fortior actio est fortior transitus, sed inter non habentia symbolū est fortior actio, igitur, &c. maior patet quia oportet ꝙ trāsitus ille fiat per actionem, & per consequēs q̄to actio erit fortior tanto transitus erit citior, & velocior, & per consequens facilior. minor patet, quia inter non habētia symbolū duę qualitates agūt. in habētibus agit vna solum. modo duo fortius agūt q̄ vnum. Secundo. vbi est maior contrarietas est facilior transitus, sed inter non habentia symbola est maior contrarietas igitur, &c. maior patet, quia actio fit ratione cōtrarietatis, & mediante actione illa fit transitus. Tertio probatur idem experientia videmus enim ꝙ aqua facilius transmutatur in ignem q̄ in terrā igitur inter non habētia symbolū est facilior transitus. cōsequentia nota est & ar̄s patet, quia cū gutta aque proijcitur in magnū ignē, multo citius in ignē conuertitur q̄ equalis quātitas terræ. Quarto. terra & ignis non facilius inuicem transeunt, & tñ habent symbolum. igitur, &c. maior patet: Primo, quia nimis distāt localiter, sic ꝙ inuicē agere nō possunt. Secūdo, quia terra est nimis dēsa, & ignis sum-

summæ rarus. modo inter talia valde difficilis est transitus propter nimiam distãtiam in raritate & densitate. Tertio. quia terra est fortissimæ resistentiæ propter densitatem & vnionem materiæ suę. quare sequitur ꝙ difficillime corrumpitur. Quarto. quia experimur terram longo tempore durare in igne antequam corrumpitur. Quinto. inter aquam & terram, & etiam inter aerem, & ignem est difficilior transitus, quàm inter non habentia symbolum, igitur, &c. consequentia tenet, quia illa habent symbolum, per phylosophum in litera. antecedens probatur, quia inter ista fit transitus mediante actione humiditatis & siccitatis præcise. modo talis est multum tarda, quàm transitus inter nõ habentia symbolum, quę immediate fit actione caliditatis vel frigiditatis, eo quòd multo fortius agunt caliditas & frigiditas quàm humiditas & siccitas. Sexto mixta habentia symbolum difficilius inuicem trãseunt igitur & elementa. cõsequentia tenet à simili. antecedẽs patet, quia vnum cum vno habet symbolum, nunq̃ tñ immediate vnum transmutaretur in aliud, vt homo in asinum. Confirmatur sic quia transitus fit ratione actionis, & actiones ratione dissimilitudinis, igitur cum magis dissimilitudo sit inter non habentia symbolum inter ea maior erit actio, & per consequens citior transitus. Septimo: sequitur ꝙ inter ignem & ignem esset facilissimus transitus & velocissimus. consequens est falsum, quia nunquam aliud indiuiduum vnius speciei trãsit in aliquod indiuiduum eiusdem speciei. probatur consequentia, quia quę magis habent symbolũ facilius inuicẽ transeunt. modo ignis cũ igne in vtraq; qualitate habet symbolũ. Octauo arguitur. quia inter habẽtia symbolũ & nõ habẽtia symbolũ fit eque velox trãsitus & hoc sic. in qua proportione se habet vnum agens, ad vnum patiẽs, sic se habent secundo agentia ad secundo patientia cœteris paribus, sed in habentibus symbolum est vnum agens, & vnum patiens cum transmutatur. In non habentibus vero sunt duo agentia & duo patiẽtia igitur similis est proportio agentium ad patientia in habentibus symbolum, & in non habentibus symbolum. ergo esset æque velox transitus. consequẽtiæ sunt note. maior rationis nota est de se. & minor patet quia habentiam symbolum non contrariantur, nisi in vna qualitate, & ideo in eis sola qualitas agit & sola resistit, sed non habentia symbolum cõtrariantur in ambabus qualitatibus, & ideo in eis duæ qualitates agunt, & duę resistunt.

Tex.c.25 In oppositum est Philosophus. dicit.n.ꝙ facilius & citius transmutantur adinuicem habentia symbolum quàm non habentia.

In hac quæstione erunt duo articuli. In primo ponendæ sunt diuersæ conclusiones bone de hac quæstione concedende. Secundo respõdetur ad quæstionem quo ad intentionem Philosophi.

Quantum ad primum articulum primo nota quòd quæstio potest intelligi Vtrum facilior sit transitus vel Vtrum citior vel velocior sit trãsitus. Et videtur Aris. velle vtrunque sicut dictum est in ratione ad oppositũ nec est magna differentia, quia quod facilius fit cæteris paribus velocius fit difficultas.n. tenet se ex parte resistẽtiæ retardantis actionem. Secundo nota. quòd elemẽta dicuntur habere symbolum quæ habent qualitatem primam eiusdem speciei, sicut ignis & aer habent ambo caliditatem, proportionabiliter de aliis. Tertio nota. quod esse trãsitum faciliorem potest intelligi tripliciter. Primo modo ex parte potentiæ actiue respectu resistentiæ. Secundo modo ex parte conditionis qualitatum primarum. Tertio ex parte conditionis qualitatum secundarum, sicut sunt raritas & densitas, mollities & durities & consimiles. Quarto nota. quòd facilitas transitus ex parte potentię actiue ad resistentiam adhuc potest intelligi tripliciter. Vno modo ex parte potentiæ actiue tm̃ non habendo respectum ad resistentiam. Alio modo ex parte resistentiæ tm̃ non habendo respectum ad potentiam actiuam. Tertio modo ex parte vtriusque. s. actiuitatis & resistentiæ simul.

Quinto nota. ꝙ caliditas & frigiditas fortiter agunt, & debiliter resistunt. humiditas vero & siccitas econuerso, & hoc in comparatione ad caliditatem, & frigiditatem.

His præmissis sit prima conclusio ex parte actiuitatis tm̃, cęteris paribus in non habentibus symbolum est facilior transitus, patet, quia inter illa est facilior actio ergo ex parte actiuitatis tm̃ ibi est facilior transitus, consequentia tenet, & antecedens patet per primas & secundas rationes factas ante oppositum. Secundo conclusio. ex parte resistentiæ tm̃ in habentibus symbolum, est facilior transitus. probatur, quia ex parte resistentiæ tm̃ transitus est facilior vbi resistentia est minor. modo inter habentia symbolum resistentia est minor, maior manifesta est, & minor patet, quia in illis solum vna qualitas intensa resistit. Tertia conclusio. quantum est ex parte actiuitatis & resistentiæ simul cæteris paribus in non habentibus symbolum & in habentibus est eque facilis transitus, patet per vltimam rationem ante oppositum, quia in non habentibus symbolũ duo agunt, & duo resistũt, & in habẽtibus symbolũ sola qualitas agit & sola qualitas resistit. modo qualis est ꝓportio duorũ ad duo, talis est ꝓportio vnius ad vnũ cęteris paribus, quare ęque velox est actio inter nõ habentia & habẽtia cæteris paribus, quare etiam æque facilis est transitus.

Quarta conclusio. elementa quæ transmutantur per solam actionem & passionem caliditatis & frigiditatis cęteris paribus facilius & citius trãseunt inuicem q̃ quæ transmutantur per solam actionem siccitatis & humiditatis patet, quia inter caliditatem & frigiditatem est fortis actio & debilis resistentia. inter humiditatem & siccitatem est debilis & tarda actio & fortis resistentia. modo citior & facilior est transmutatio per fortem actionẽ & debilem resistentiam q̃ per actionem debilem & resistentiam fortem. Quinta conclusio est. quòd omnia elementa quæ transeunt caliditatis actione & frigiditatis citius & facilius transeunt cæteris paribus q̃ quę trãseunt sola actione humiditatis & siccitatis cæteris paribus. probatur de igne & de aqua, & de igne & de aere, quia ex parte humiditatis & siccitatis cæteris paribus inter ignem & aerem ex vno latere, & aquam & ignem ex alio, est æque velox transitus, sed ex parte caliditatis & frigiditatis coagentium ad transitum inter ignem & aquam velocitatur transitus multum, eo ꝙ caliditas introducta disconueniens est aque, & non est disconueniẽs aeri igitur velocior erit trãsitus inter ignẽ & aquam q̃ inter aerem & ignem. Similiter argueretur de aliis, fortitudo.n. actionis qualitatis actiue & debilitas resistentię qualitatis oppositæ velocitant actionem. multum. Correlarium, frequenter est citior transitio inter quędam non habentia symbolum q̃ sit inter quędam habentia symbolũ, patet, quia citius transit ignis in aquam q̃ in aerem cæteris paribus. similiter aqua in ignem q̃ in terram. Ex quibus patet sagacitas naturæ ordinãtis in medio elemẽta actiua adinuicẽ caliditate, & frigiditate. s. aerem & aquam, hoc enim congruebat maxime, eo ꝙ locus medius est locus generationis mixtorum quæ generatio habet fieri per actionem. modo talia elementa fortissimę inuicem agunt, vt patet ex prędictis, ergo sunt conuenientia loco medio adaptata.

Sexta conclusio ex parte qualitatum secundarum. s. densitatis & raritatis seu duritiei & mollitiei, ignis & terra sunt difficillime adinuicem transmutabilia patet, quia difficillimum est ignem tm̃ condensari in materia quòd illas densitas sit conueniens terræ vel econuerso, ꝙ terra

ꝙ terra tantum rarefiet ꝙ raritas sue materiæ sit conueniens igni. Septima conclusio. quantum est ex parte illarum qualitatum elementa rara & faciliter diuisibilia magis sunt inuicem nata transmutari. patet, quia in talibus virtus resistitiua est dispersa, & ideo minus resistit. Iterum in talibus agens prædominans passo statim potest ipsum diuidere, & per diuisionem debilitare, & per consequens citius in sui naturam conuertere, eo ꝙ passum est citius diuisibile & faciliter. Vltima conclusio sequitur ex dictis ꝙ frequenter elementa non habentia symbolum omnibus attentis citius nata sunt transmutari adinuicem q̄ quędam alia quę habent symbolum, & volo ꝙ ly citius, non destribuat terminum sequentem. patet, quia multo citius ignis, & aqua nata sunt adinuicem transmutari quàm ignis & terra, tum propter nimiam densitatem terræ, & propter fortem vnionem & fortem resistentiam ipsius.

Quantum ad secundum arti. sit conclusio responsalis hæc, ꝙ inter singula elementa habentia symbolum est facilior transitus ad istum intellectum ꝙ trāsitus elementorum habentium symbolum adinuicem fit per pauciorem corruptionem. patet, quia cum ignis fit ex aere non oportet nisi humiditatem corrumpere, caliditas. n. quę fuit in aere manet in igne, sicut ex hoc primo, & hęc
Tex.c.25 fuit intētio philosophi. patet per hoc quod dicit. facilius est vnum q̄ duo corrumpere. est modus loquendi improprius, sicut si diceremus ꝙ sortes facilius potest portare vnum librum ad scholas quàm sor. & plato, quia pauciora requirūtur ad hoc ꝙ sor. portet quàm ad hoc ꝙ sor. & pla. portent.

Ad rationes. Ad primam arguit pro prima conclusione ex parte actiuitatis tantum inter non habētia symbolum est facilior transitus. Similiter respondetur ad secundum ꝙ ex parte actiuitatis est facilior transitus, q̄a fortius est actio inter non habentia symbolum, sed ex parte actiuitatis & resistentiæ simul eque facilis est transitus, vt dictum est in tertia conclusione. Ad tertium dicitur, ꝙ esto pro vltima conclusione ꝙ secundum veritatem facilius transmutatur ignis & aqua q̄ terra, & ignis prout ratio arguit. Ad quartum patet idē, quia cōceditur ꝙ terra & ignis difficilius & tardius inuicem transeunt, sed distantia nihil facit ad hoc, quia licet ignis existens in loco naturali possit immediate transmutari in terram propter nimiam distantiam, tamen ignis supra terram genitus bene potest. Ad quintum dicitur
Tex.c.25 ꝙ arguit pro quarta conclusione seu etiam pro quinta. nec est illa ratio nec aliqua præcedentium contra Philosophum, quia licet in multis sit citior transmutatio & fa
Tex.c.25 cilior inter non habentia symbolum q̄ inter habentia, tamen ad intentionem philosophi dicitur esse difficilior. quia est per plurium corruptionem, & inter habentia symbolum est transitus per corruptionem paucorum.

Ad sextum dicitur. ꝙ mixta habentia symbolum frequenter difficilius inuicem transmutātur propter diuersitatem qualitatum secundarum, vt propter figurarum vel organorum diuersitatem, sic. n. esset difficilis transitus, immo per naturam transitus immediatus esset impossibilis inter hominem & asinum, quia homo determinat sibi vnam figuram & dispositionem organorum & asinus totaliter illi incompossibilem, non autem sic est in elementis, quia non determinant sibi tales diuersas figuras seu diuersa organa, & ideo ratio non procedit.

Ad confirmationē dicitur. ꝙ licet transitus per actionem fiat, & actio sit ratione contrarietatis, tamen ex hoc non sequitur ꝙ inter habentia symbolum non sit velocior transitus, quia licet propter minorem contrarietatem est minor actio, & ratione eiusdem est minor resistentia, si. n. in aliꝭ quę non habent symbolum contrarietas & actio sunt maiores, tunc & resistētia est maior. modo eadem est proportio cæteris paribus magni ad magnum sicut parui ad paruum. Ad septimum dicitur. ꝙ inter ignem & ignem nullus est transitus, nulla est contrarietas. vnde licet in dissimilibus, & contrariꝭ sit aliqualis dissimilitudo, & habere symbolum velocitet actionem, tamē in omnino similibus, sicut sunt duo ignes habere symbolum in nullo velocitat actionē nec transitū, quia inter talia nullus fit transitus. Ad octauum conceditur quod concludit, & hoc est pro tertia conclusione primi articuli nec hoc est contra philosophum. Ad rationem post oppositum dicit, quòd philosophus intelligit conclusionem responsalem positam in secundo articulo. Tex.c.25

Similiter autem rursus si erit aer ex igne.
Tex. cōm. 31. Quæstio. XI.

VNdecimo quęritur Vtrum ex quibuscunq; duobus elementis non habentibus symbolum possit quodlibet tertium generari. Et arguitur ꝙ non, quia ex pluribus existentibus in actu non fit aliquod vnum, sed omnia elementa non habentia symbolū sunt plura existentia in actu. igitur ex nullis duobus elementis potest fieri tertium. maior patet per Cōmentatorem in de substātia orbis. minor patet de singulis inducēdo.

Secundo. omne quod generatur, generatur ex sibi simili, sed tale elemētum tertium quod fieret ex illis duobus elementis in specie non generaretur à sibi simili. igitur non potest ex illis duobus aliꝭ elementis generari. consequentia tenet. maior rationis patet per philosophum. 7. Metha. minor patet, quia illud elemētum non Tex.c.31 videtur fieri nisi ab illis duobus elementis aliꝭ, quorum neutrum est ei simile, cum specie differant ab ambobus.

Tertio. ex duobus elementibus habentibus symbolum non potest fieri tertium. ergo non potest fieri ex elementis non habentibus symbolum. consequētia tenet, ex eo ꝙ duo elementa habentia symbolum sunt magis similia, & per cōsequens facilius esset ꝙ in vnam tertiam naturā redigerentur q̄ duo elementa non habentia symbolum. ergo si ex eis nō potest fieri tertium nō pōt fieri ex aliꝭ. aūs est philosophi in litera. c. 4. secūdi. Quarto. ex igne & aqua non pōt generari terra. igitur &c. conse Tex c.31 quentia tenet, quia ignis & aqua non habent symbolū. antecedēs probatur, quia ex illis nō potest fieri terra nisi tam ignis q̄ aqua condēsentur. s. ignis ab aqua, & aqua ab igne. modo illud non est possibile, q̄a ignis nō est natus condensare, sed rarefacere vt notum est. Quinto. sequeretur ꝙ idem elementum tertium generaretur, & tamen à nullo generaretur, & antecedens est impossibile, & consequentia patet, quia si igne & aqua sic fieret terra talis terra vel fieret ab illis igne & aqua, & hoc nō, quia illa corrumpuntur, immo ordine naturę prius desinunt esse in materiꝭ suis q̄ in eis introducatur forma terræ, vel generaretur à qualitatibus quæ fuerunt ignis & aqua, & hoc non, quia qualitates non possunt generare substantiam, eo ꝙ agerēt vltra gradum proprium, vel ab aliquo alio generaretur, & non videtur à quo. igitur videtur ꝙ ibi terra generaretur, & tamen à nullo generaretur. Sexto. sequitur ꝙ idem esset debilius & fortius respectu eiusdem, & etiam nobilius, & ignobilius in actu & in potentia. consequens videtur inconueniens, & consequentia tenet, quia ignis corrumperet aquam. igitur fortius esset in actu & esset nobilior respectu aque. consequentia tenet, quia agens agit secundum ꝙ est in actu, & secundum ꝙ est fortius & præstantius in actu respectu passi, ꝓut vult philosophus satis in primo huius, & iterum ignis corrumperetur ab aqua. igitur debilior & ignobilior, & in potētia esset in respectu eiusdem aque. consequentia tenet vt prius, & habetur Tex.c.51 consequens illatum. Septimo, approximatis igne & aqua vel vnum est fortius alio, & sic conuerteret aliud

in

in sui naturam, vel neutrum est fortius, & si sic, vel non agunt vel si agunt non generabitur elemẽtum, sed mixtum medium, & sic non generabitur ex eis aliquo modo tertium elementum. Octauo, quia si ignis corrumpit frigiditatem aque, tunc videtur ꝙ per modum sequele corrumpat humiditatem eiusdem. igitur non generabitur aer. per contrarium si aqua corrumpat caliditatem ignis, videtur ꝙ per modum sequele corrumpat siccitatem eiusdem. igitur non generabitur terra. consequentia tenet, quia aer non potest generari sine humiditate, nec terra sine siccitate. Et confirmatur, quia ex tribus elementis non fit quartum, nec igitur ex duobus tertium. consequentia tenet à simili. antecedens apparet quia non videtur quomodo tria elementa possunt sic approximari ꝙ ex eis fiat quartum.

Tex.c.31 In oppositum est philosophus secundo huius. cap. 4.

In ista quæstione erunt duo articuli. In primo respondendum est ad quæsitum. In secũdo mouebitur quoddam dubium & soluetur.

Quantum ad primum artic. nota. ꝙ ex duobus elementis fieri tertium, potest intelligi dupliciter. vno modo ꝙ hoc fiat propter actionem propriã ipsorum. Alio modo ꝙ hoc fiat virtute alicuius coagentis. Secundo nota. ꝙ elementa non habentia symbolum tripliciter possunt inuicem combinari. Vno modo ꝙ vnum superet aliud in ambabus qualitatibus, vt si ignis superaret aquam tam in humiditate q̃ in frigiditate. Secundo modo. ꝙ vnum superet aliud in vna qualitate, & superetur ab eodem in alia, vt si ignis superaret aquam in caliditate, & superaret̃ ab eadem aqua in sua siccitate. Tertio modo. ꝙ vnum superet aliud in vna qualitate notabiliter & intẽse, & in alia nec superet nec superetur, & si superet, tamen non multum, sed remisse. Exemplum vt si ignis superaret aquam in caliditate, sed in siccitate nec superaret nec superaretur, & si superaret, tamen remisse.

His præmissis sit hæc prima cõclusio. stat ex duobus elementis siue habentibus symbolum siue non habentibus fieri tertium elementũ distinctum in specie ab vtraque virtute alterius agentis. Ista conclusio patet, quia bene stat fortem & intensum ignem simul & semel generare ignem ex pedali aeris & ex pedali terræ. igitur ex duobus elementis non habentibus symbolum virtute alterius agentis stat tertium generari consequentia tenet de se, & antecedens est manifestum, quia nulla videtur ratio quare fortis ignis ex pedali aeris & pedali terræ sibi simul & sufficienter approximatis non posset generare ignem, cum vterq; sit sibi contrarius. Simili modo probaretur, ꝙ ex pedali aeris & ex pedali aque simul & semel posset ignis generare ignem. igitur patet prima conclusio. Secunda conclusio. ex tribus elementis virtute alterius coagentis potest quartũ generari à quolibet eorum specie distinctum. probatur sicut pręcedẽs, quia fortis ignis simul & semel ex vno pugillo terræ & vno aque & vno aeris potest generare ignẽ. igitur conclusio vera. consequentia tenet, & antecedẽs patet, quia omnibus est ignis contrarius. ergo si ei sufficienter applicentur simul & semel satis fortiter, sicut est possibile omnia in sui naturam conuerteret. Tertia conclusio. ex duobus elementis habẽtibus symbolum per actionem propriam ipsorum non potest generari tertium à quolibet specie eorum distinctum. probatur, quia vel in vtroque corrumpetur symbola qualitas, & si sic remanent contraria, & sic ex eis nullum elementum generaretur vel corrumperetur contraria, & tunc solum maneret qualitas symbola, ex qua etiam nullum elementum generaretur. Confirmatur, quia ex igne & aere non potest generari tertium per actionem ipsorum. igitur &c. consequentia tenet, quia sicut est de illis etiam sic est de alijs habentibus symbolum. antecedẽs patet, quia quocunq; modo aer & ignis combinantur adinuicem propria actione semper manebit vtriusq; caliditas, eo quòd nullum eorum sua actione est natum illam corrumpere. modo sub caliditate intẽsa non generaretur terra nec aqua. Quarta conclusio responsalis ad quæsitum. ex igne, & aqua actione propria ipsorum potest generari aer, & etiam potest generari terra. patet, quia si combinentur secundo modo combinandi, sicut caliditas ignis super frigiditatem aque, & humiditas aque siccitatem ignis vtrũq; eorum corrumperetur & aer generabitur. igitur prima pars conclusionis vera. consequentia tenet, & antecedens. s. quod vtrunq; eorum corrumperetur, patet, quia non potest manere ignis sine siccitate, nec etiam aqua sine frigiditate, ꝙ autem aer generabitur. patet, quia in vtriusque materia manet intensa humiditas cum intensa caliditate, & tales qualitates ita intense nulli conueniunt nisi aeri. igitur &c. Similiter probatur ꝙ si frigiditas aque superat caliditatem ignis, & siccitas humiditatem aque generabitur terra, quia in vtriusq; materia remanebit intensa frigiditas & intẽsa siccitas. Sed si quis diceret, ꝙ talis modus combinandi talium qualitatum ignis & aque non est possibilis, quia non videtur quõ ignis posset sic superare aquam in vna qualitate & superari ab eadem in alia. Respondetur ꝙ hoc non est impossibile, quia frequenter vnum elementum est debile in vna qualitate & forte in alia, & tunc hoc existente in vtroq; elemento satis patet possibilitas casus. Quinta conclusio. ex aere & terra potest per actionem propriam ipsorum generari ignis, & etiam aqua probatur sicut præcedens. Correlarium. ex quibuscunq; duobus elementis non habentibus symbolum potest generari quodlibet aliud specie distinctum ab eis per actionem propriam ipsorum ad intellectum istum, ꝙ quibuscunq; duobus elementis datis non habentibus symbolum ex eis vel ex ipsis similibus in specie potest per actionem mutuam ipsorum generari cuiuslibet alterius speciei elementorum aliquod elemẽtum. patet per duas conclusiones pręcedentes. Sexta conclusio. cuius contradictum ponũt alij est, ꝙ stat terram generare aquam ex aere, & tamen non econuerso aere generare aquam ex terra. probatur auctoritate & ratione. Auctoritate philosophi. 1. Metheo. secundum diuisionem cõem volentis ꝙ fontes generantur, & fiunt per conuersionem aeris in aquam factam in ipso ab ipsa terra in poris terræ, & certum est ꝙ non voluit Aristo. ꝙ simul illæ aer paruus conuerteret terrã circunstantẽ poros in aquam. probatur hoc. primo, quia hoc non expresit. Secundo, quia non videtur quõ illæ paruus aer posset tantum rarefacere terra & humectare, cum porus in quo aer conuertitur in aquam sit valde paruus. & per consequens aer in eis existens modice virtutis existit, & iterum infra annum deberent isti pori fieri notabiliter maiores, quod non apparet, & tenet consequentia, quia cõtinue terra circunstans poros conuerteretur in aquam, & per consequens continue porus maioraretur. igitur in fine anni porus deberet apparere notabiliter maior. Et ratione probatur conclusio sic. stat terram dominari caliditate aeris & frigiditate, non tamen in siccitate, & similiter aerem non dominari terræ in humiditate. igitur tunc terra conuertet aerem in aquam, & non conuertetur ab eo, quod est propositum. consequẽtia tenet, quia non potest aer manere sine caliditate, igitur in hoc casu aer corrumperetur, & certum est ꝙ non conuertitur in terram, eo ꝙ humiditas eius non est notabiliter remissa. nec in mixtum, eo ꝙ nimiam habet humiditatem. ergo conuerteretur in aquam, eo ꝙ manet in eius materia humiditas, & frigiditas intense. Antecedens apparet in camidis actionis, ibi. n. terra dominatur aeri notabiliter in frigiditate, sed non in siccitate saltem notabiliter. aliter non conuertit aerem in aquam, sed in terram, & notum est ꝙ ibi

ꝙ ibi aer non dominatur sua humiditate siccitati terræ. quomodo.n. ita paruus aer siccitatem intense, & etiam in tam magno subiecto dominaretur sicut ibi est siccitas terræ. & hæc conclusio patet specialiter experientia, videmus.n.ꝙ ignis agendo in aquam generat fumum & aerem ex aqua aqua bulliente, & non econuerso generaret aqua ita aerem ex igne prout notum est, nec mirum.est.n.caliditas ignis vel etiam frigiditas terræ fortiter actiua, siccitas autem ignis vel humiditas aeris lente actionis quare introducta in aerem intensa frigiditate à terra adhuc eius humiditas quasi erit in nullo diminuta, & tunc oportet ex aere fieri aquam.similiter frequenter ab igne in aquam introducta vehementi caliditate propter lentam actionem siccitatis humiditas aque non est notabiliter diminuta,& tunc oportet aquam conuertere in aerem,cui conuenit caliditas,& humiditas. Contra arguitur ratione qua alij nituntur probare conclusionem oppositam, quia vel terra obtinet supra aerem in ambabus qualitatibus.& si sic,sequitur ꝙ conuerteret aerem in sui naturam,vel tãtum obtinet in vna vt.s. ꝙ in frigiditate, & sequitur ꝙ non obtinet in siccitate. igitur siccitas terræ corrumperetur ab humiditate aeris igitur terra corrumperetur propter defectum siccitatis, sicut aer propter defectum caliditatis.ergo &c.vel oporter ꝙ terra generet terram ex aere & non aquam,vel ꝙ corrumpatur in aquam sicut aer.quare videtur conclusio fuisse falsa. Ista ratio non videtur mihi concludere & ideo respõdetur ad eam faciliter. primo quòd stat terram obtinere in primis qualitatibus super aerem,sed nõ sequitur.igitur conuertit aerem in sui naturam. nam forte citius introducit tantam frigiditatem & densitatem, ꝙ sub ista nequeat remanere aer, q̃ introducat tantam siccitatem ꝙ sub ista posset generari terra,prout notum est. immo quando in montibus frigiditas terræ aerem fortiter infrigidauit, siccitas eius humiditate aeris non notabiliter remisit, sicut etiam in aqua bulliẽte caliditas ignis frigiditatem aque multum remisit, sed humiditas aque à siccitate ignis non est notabiliter remissa, & ob hanc causam propter defectum siccitatis caliditas corrumpitur infra montes,& propter non eque citã introductionem siccitatis sufficienter pro generatione terræ non generatur terra sed aqua,eo quòd frigiditas & humiditas tunc manentes in materia aeris sunt qualitates aque naturales. Vnde diligenter aduertẽdum est quòd ad hoc ꝙ vnum elementum generet immediate ex alio suũ simile,non sufficit,ꝙ supra ipsum obtineat in vtraque suarum qualitatum, sed requiritur quod proportionabiliter obtineat in vtraque,sic quòd eque cito introducat in materiam qualitates ambas sufficientes ad hoc quòd suum simile generaretur sicut introduxit aliquam qualitatem sufficientem corrumpere illud aliud elemẽtum.

Secundo dicitur. ꝙ stat ꝙ terra solum obtinet supra aerem in frigiditate, & conceditur quòd pro tunc non obtinet in siccitate,sed negatur consequentia.igitur siccitas terræ corrumpetur,quia stat quòd siccitas non obtineat supra humiditatem nec econuerso. præsertim notabiliter,sic quòd propter illum excessum non concurrente alio aliquod elementorum corrumperetur, & ideo ratio non concludit. Septima conclusio. stat ignem generare aerem ex aqua, & tamen ipsum non conuerti in aerem probatur, sicut præcedens, immo sequitur ex præcedente,sicut.n.se habet aer, & terra pro generatione aque,sic se habet ignis & aqua pro generatione aeris.

Octaua conclusio. in generatione tertij elementi specie distincti, ex duobus non habẽtibus symbolum corruptis,elementa non habentia symbolum quæ corrumpuntur non proprie generant illud tertium elementum probatur,quia generans generat secundum quod est in
…c.30 actu.primo huius.modo quando illud tertium elementum incipit esse alia desinunt esse, & non sunt ambo in actu.igitur &c. Confirmatur sic,quia si ignis & aqua in casu conclusionis quartæ generarent aerem, vel generarent eum quando essent,vel quando non essent,nullo modo istorum.igitur &c.maior patet à sufficienti diuisione. probatur minor,quia quando aer incipit esse vel est saltim in esse permanenti, & tunc illa duo non sunt. igitur non generant aerem quãdo sunt. Et ex alio quia via naturæ præcedit eorum non esse in materia esse aeris.igitur non generant aerem quando sunt. tenet consequentia, & antecedens patet, quia prioritate naturæ & ordine eius præcedit in materia corruptio formæ præcedentis generationem sequentis. Nec generant quãdo non sunt,quia bene sequitur, hoc generat.ergo hoc est.

Contra hanc conclusionem rationibus instatur fortiter quibus alij concedũt conclusionem huic oppositam per hoc,quia non videtur à quo vniuersaliter generetur illæ aer nisi ab igne & aqua. Secundo. quia pater generat filium quãdo ipse pater non est. igitur etiam ignis potest generare aerem, quando illæ ignis non est. tenet consequentia à simili.antecedẽs apparet de puero,cuius pater fuit mortuus ante eius natiuitatẽ dicimus ꝙ est natus à tali patre, quod non esset verum nisi pro tunc qñ illæ pater non fuit ipse generasset illum filium. Tertio destruendo fundamẽtum conclusionis posset sic argui. adequate simul generatur forma aeris, & corrumpuntur formæ aque & ignis,vt supponitur,sed formæ quæ corrumpuntur, sunt igitur supposito quòd tunc generent aliud generat secũdum quod sunt in actu, & etiam generant quando sunt. igitur fundamentum probationis conclusionis non est verum.consequentię tenent,& antecedens pro prima parte supponitur. pro secunda parte probatur. quia vel formæ corrumpuntur cum sunt, & si sic habetur propositum, vel cum primo non sunt,& hoc non,quia tunc sunt complete corrupte.modo non est idem corrumpi & esse complete corruptum igitur &c. Ad has rationes respondetur sustinendo conclusionem.

Ad primam dicitur, quòd talis forma generatur ab eodem à quo generantur rane,& alia animalia generata per putrefactionem.s.à qualitatibus disponentibus materiam instrumentaliter & à prima causa mediante calore cœli & eius aspectu principaliter, sicut communiter dicitur in gñatione animalium ex putrefactione. Ad secundam dicitur, quòd pater dicitur improprie talem filium generasse, vel etiam illum filium esse genitum ab isto patre,quando.n.pater fuit,tunc non generauit filiũ quia tunc non fuit filius,nec generabatur proprie,& qñ filius generabatur non fuit pater,sed tales propositiones conceduntur ad istum sensum,ꝙ pater generauit semẽ, à quo postea est genitus iste filius. Et simili modo improprie dici posset ꝙ illa elementa generabant aerem quia quando erant in sua perfecta dispositione generabant qualitates in suas materias à quibus instrumentaliter postea genitus est aer. Ad tertiam dicitur admisso, quòd forma quæ corrumpitur est in esse successiuo, & in corrumpi quòd forma permanentis non debet dici generari proprie,nisi quãdo est in esse successiuo permanenti, ideo quando est in esse successiuo vel in fieri vel in corrumpi non sufficit producere esse completum & proprium & permanens. quomodo ergo generãdo daret alteri tale esse? nihil.n.agit (de per se saltem) perfectus q̃ est ipsummet,vt principale agens,licet de per accidens propter densitatem materiæ in qua est vel aliam talem causam concurrentem posset, vt dictum est in primo. & quòd iste formæ propter tale esse successiuum non debent dici generare. videtur satis notum per hoc etiam quòd si ad imaginationem iste formæ non essent, dum tamen taliter producãtur dispositones qualitatiue non minus generaretur aer,& hoc de primo.

Quantum ad secundum articulum sit prima dubitatio

tio hæc. vtrum aer potest generare ignem ex terra. Et videtur ꝙ non, quia sequeretur ꝙ aer introduceret maiorem caliditatem & raritatem ꝙ̄ ipsemet haberet. consequens est falsum, eo ꝙ agēs non agit saltem in materiam densiorem maiorem caliditatem & raritatem q̄ ipsemet habet. consequentia tenet, quia generaret caliditatem. s. ignis summā & raritatem ignis, immo leuitatem ignis. modo omnia ista sunt maiora q̄ sunt caliditas raritas, & leuitas aeris. Secundo postq̄ aer introduxit in terram tantam caliditatem quantam ipsemet habet, tota frigiditas terræ est corrupta. igitur nulla caliditas ab aere potest post introduci. consequentia tenet, quia non introducitur caliditas nisi corrumpatur frigiditas. consequentia patet, quia aliter aer nō posset generare aerem ex terra nisi ad introductionem tantę caliditatis, quantam ipsemet habet, tota frigiditas terræ corrumperetur. Ad hanc dubitationem dicitur probabiliter ꝙ aer agendo in terram generat raritatem maiorem, quam ipsemet habet. verum est tamen ꝙ hoc non facit nisi de per accidens. s. quia agit in materiam siccam. modo ad caliditatem & siccitatem equales, dum tamen sint intense, sequitur maior caliditas, & raritas ꝙ̄ sequitur ad caliditatem eandem coniunctam humiditati. Secundo dicitur, ꝙ aer sic agendo non generat maiorem leuitatem q̄ est leuitas aeris existentis in sua naturali dispositione. patet, quia leuitas aeris talis est summa, sicut patet ex alia quæstione. Tertio dicitur, ꝙ generat leuitatem motiuam ad altiorem locum q̄ leuitas aeris sit motiua. patet, quia ex quo agit in materiam siccam siccitatem non superando, sed solum corrumpendo frigiditatem, generabit leuitatem quæ consequitur caliditatem & siccitatem, sed illa est leuitas ignis quæ motiua est ad superiorē locum q̄ leuitas aeris. igitur verum est ꝙ hoc est de per accidēs, prout dictum est prius de raritate. Quarto dicitur, ꝙ aer in materiam terræ non introducit maiorem caliditatem q̄ ipsemet habet, quia rarum in materiam densam agendo non agit vltra gradum proprium suum. probatur, quia in materiam eque in raram non produceret cęteris paribus aliquid vltra gradum proprium. igitur nec in materiam densam. consequentia tenet, quia densum est magis resistens q̄ rarum propter dēsitatem materiæ, quare minus potest producere in densum ꝙ̄ in rarum.

Quinto dicitur, ꝙ bene agit aer in materiam terræ caliditatem magis calefacientem q̄ sua caliditas equali tempore immediate calefaceret. patet, quia densitas materiæ confortat actionem. Sexto dicitur. ꝙ ignis in materia bene sufficienter sicca bene potest generari sub tanta caliditate quantā habet aer, sed genitus reducit se ad suam dispositionem naturalem si non sit impedimentum. s. ad caliditatem summam. per hoc patet quid dicendum sit ad dubitationem.

Ad rationes dubitationis dicitur, ꝙ aer bene generat caliditatem raritatem, & leuitatem motiuam ad locum altiorem, sed non generat maiorem caliditatem. Et ad probationem dicitur, ꝙ non generatur ibi ignis sub caliditate summa, sed bene sub caliditate remissa cum siccitate, vt dictum est ante. Ad hoc autem quod additur ꝙ nihil agit vltra gradum suum proprium dicitur, ꝙ immo de per accidens casibus expræssis in quæstione, vtrum simile agit in simile. Ad secundam rationem dicitur, ꝙ non oportet totam frigiditatem terrę esse corruptam, cum tanta caliditas in eius materia est introducta, sicut habet aer nisi tunc aer esset calidus in summo. Et ad probationem dicitur, ꝙ non est inconueniens aerem generari ex materia multum humectata & calefacta, habente tamen in se aliquos gradus frigiditatis, non enim est frigiditas omnino remissa sufficiens ad conseruandam terram.

Ad rationes principales respondetur. Ad primam dicitur, ꝙ ex pluribus existentibus in actu forma substantiali non potest fieri vnum nisi ista corrumpantur, non tamen negare voluit quin plura possent per corruptionem in vnam substantiam transmutari, vt plura elementa in vnum mixtum, vt stramina & ligna in vnum ignem. Ad secundum dicitur, ꝙ non oportet ꝙ omne quod generatur, generetur ex sibi simili in specie specialissima, sed si philosophus dicit, ꝙ omne quod sic fit, fit ex sibi simili, intelligit hoc. s. ꝙ omne quod sic fit, fit à sibi simili in virtute & dispōne conueniente ad suam generationem, sed non oportet ꝙ à sibi simili in specie. Aliter dicitur, ꝙ intelligit illam auctoritatem de generatione vniuoca quæ est cum generās & generatum sunt eiusdem speciei specialissime, vt cum asinus generat asinum, vel caliditas caliditatem, de generatione vero equiuoca quæ est quando generans, cui principaliter inter particularia attribuitur generatio, & genitum non sunt eiusdem speciei specialissime, sicut rane generantur per putrefactionē, aut caliditas à lumine nō intelligit. Ad tertium dicitur, quòd consequentia non valet, quia habentia symbolum non possunt sic approximari quòd ex eis fieret tertium elementum distinctum specie ab eis eo quòd non haberet tales qualitates quales vni tertio conuenire debent, sed habent qualitates contrarias vel solum vnam in specie. modo ex neutra illarum dispositionum. puta nec ex contrarijs nec ex sola qualitate prima natum est tertium generari. Ad probationem dicitur, quòd habere maiorem similitudinem bene est causa, quare talia possunt citius inuicē transmutari, sed non est causa quare talia possunt trāsmutari in tertium, quia requireretur quòd in se haberent qualitates tertio elemento distincto conuenientes, & etiam illas non habet. Exemplum. ignis & aer non habēt frigiditatem, quam oportet concurrere si ex eis debet generari tertium, puta aqua & terra. Ad quartum dicitur, quòd ex igne & aqua bene potest fieri terra, & dicitur quòd ignis de per accidens potest condensari. s. si superet humiditatem aque & non frigiditatem. nam ad siccitatem introductā stante eadem frigiditate intensa, sequitur maior densitas sicut, patet ex prædictis. Ad quintam patet quid sit dicendum per solutionem primæ rationis factam cōtra conclusionem octauam primi articuli. Ad sextam dicitur, quòd non est inconueniens idem elementum in vna qualitate respectu alterius esse fortius & in alia debilius, quia potest esse actu quo ad qualitates quas habet, & esse in potētia quo ad qualitates quas ab alijs elementis potest recipere. Et similiter esse nobilius respectu alterius in agendo, & esse ignobilius in patiendo & in resistēdo. hoc. n. respectu talium diuersarum proprietatum bene possunt simul eidem conuenire. Ad septimam dicitur, ꝙ approximatis igne & aqua, sic ꝙ ex eis generetur tertium elementum, oportet quodlibet eorum esset fortius alio in vna qualitate, propter cuius actionem ipsum corrumpit alterum, vt oportet ꝙ quodlibet eorum esset debilius alio in aliqua qualitate propter eius corruptionem, ipsum corrumpitur ab altero. nō autem generatur in eius actione mixtum, quia ibi manent due qualitates primæ nimis intense, scilicet illę quę superant alias, & propter hoc sub eis non generatur mixtum.

Ad octauam dicitur, quòd non oportet caliditatem ignis superantem frigiditatem aque per modum sequele remittere humiditatem eiusdem, eo ꝙ in nullo ei contrariatur, & forte humiditas aque est fortior in resistendo quàm ipsa per modum sequele nata est remitti ad corruptionem frigiditatis. Ad confirmationem dicitur, quòd non est simile de tribus respectu quarti, sicut de duobus respectu tertij, quia cum duo habent symbolum, & ex illis per actionem suam mutuam non est natum fieri quartum, vt patet ex positione, immo vnum eorum cum alijs duobus habebit symbolum, sicut aer cum aqua & igne. modo tale nō est cum aliquo eorum natum

natum tertium generare? Ratio post oppositum est pro quarta & quinta conclusionibus &c.

Oportet igitur stare & non in infinitum ire.
Tex.cōm.35. Quæstio. XII.


DVodecimo queritur. Vtrum si essent infinita elementa infinitæ essent contrarietates. Et arguitur ꝙ non, quia staret ꝙ illorum elementorum solum quatuor essent contraria, sed talium non essent infinitę contrarietates. ergo. consequentia tenet. antecedēs pro prima parte patet. quia elementum solum dicitur, eo ꝙ in compositione corporum ipsius est primū. modo bene stat esse aliquod primum vel aliqua prima quę nulli sunt contraria. Exemplum. vt prima materia est in compositione rerum primum, & tamen nulli cōtrariatur, & similiter sic est de forma substantiali. ergo supposito ꝙ infinita sunt elementa stat ꝙ illorum solum sunt quatuor contraria. minor nota est de se. Secundo, qa si sic hoc esset, quia numerus contrarietatum sequitur numerum elementorum, sed hoc consequens est falsum. igitur non oportet propter infinita elementa infinitas esse contrarietates. maior patet, quia non videtur quomodo aliter propter infinita elementa sequatur infinitas esse contrarietates. alias.n. stabit, vt videtur numerum vnius esse infinitum, & numerum alterius finitum. consequentis falsitas apparet, quia semper est numerus contrarietatum minor q̄ numerus elementorum, vt ponendo quatuor elementa non ponuntur nisi duæ contrarietates. Tertio si tot essent contrarietates quot essent elementa, & vtrunq; infinitum sequitur vnum infinitum esse maius alio. consequens est inconueniens, & probatur consequentia, quia quælibet duæ contrarietates adminus faciunt quatuor combinationes. ergo positis infinitis elementis, & totidem contrarietatibus, sequitur ꝙ illarum contrarietatum in duplo plures essent combinationes ad minus q̄ sunt ipsę, & ipsę sunt infinitæ. ergo vnum finitum erit duplum altero. consequentia tenet, & antecedens patet, quia duę contrarietates faciunt quatuor combinationes possibiles. Quarto. si illa quę naturaliter sunt plura in infinitum multiplicentur, non oportet ea quę sunt pauciora in infinitum multiplicari, sed contrarietates naturaliter sunt pauciores q̄ elementa vt dictum est in secunda ratione. igitur &c. Quinto supposito ꝙ mixta essent infinita non oportet contrarietates esse infinitas. ergo nec oportebit si elemēta sunt infinita. consequentia tenet à simili, quia non videtur potior ratio de vno q̄ de alio, antecedens est manifestum. nam pro infinitis mixtis sufficerent duæ contrarietates elementorum. Sexto. si ista consequentia esset bona ipsa teneret per aliquem locum dialecticum, sed non videtur ꝙ per aliquem. ergo non est bona. maior nota est quia ipsa non est formalis, & minor apparet, si per aliquem locum teneat ostēdatur illæ. Septimo. hoc non videtur, nisi quia quodlibet haberet infinitas qualitates sed posito ꝙ essent infinita elementa non propter hoc oportet vnum eorum habere qualitates infinitas. ergo non oportebit esse contrarietates infinitas. maior patet

c.35 36. per Philosophum in litera. q ponit ꝙ quodlibet vnum habet infinitas qualitates. minor patet, quia maxime infinitas haberet propter contrariari omnibus. modo propter vnam qualitatem omnibus possit contrariari secundum magis & minus.


c.35 36. In oppositum est Philosophus in litera. cap̄.5. secundi huius.

In ista quæstione erunt duo articuli. In primo videbitur de quęsito. Et secūdo si essent infinita elementa vtrū quodlibet eorum haberet infinitas contrarietates.


Quantum ad primum sit prima suppositio. Cuiuslibet progressionis continue summa equalis est medietati numeri qui fit ex ductu numeri eādem progressionem terminantis in numerum immediate sequentem, vt si dicas. vnum duo tria quatuor. Si velis scire summā totius ducas quatuor qui est numerus terminans in quinque qui est numerus immediate sequens dicendo quater quinq; sunt. 20. & captis. x. quæ sunt medietas totius tantum valet tota progressio facta.




Practica huius conclusionis ponitur continuate sexta. conclusionis. 8. Iordani. & potest sic demonstrari. sit data progressio a, & disponatur per modū figuræ triangularis secundum numeros ab vnitate continue ascendentes vsq; ad numerum quaternarium, vt in triangulo punctorum a, & disponatur alia progressio equalis a, etiam triangulariter, sic tamen ꝙ vnitas illius applicetᷣ numero terminā̄ti a, & binarius eiusdē numero penultimo, & sic deīceps sicut patet in triangulo circulorum qui sit b, tunc cum tot sunt numeri in b, quot sunt in a, & vnitas ipsius b, est applicata numero terminanti ipsi a, sequitur ꝙ terminās progressionis b, applicabitur vnitati ipsius a, & quia penultimus numerus ipsius a, exceditur à numero terminante a, in vnitate, & per consequens à numero aggregato ex terminante a, & vnitate b, in binario exceditur, & binarius b, est additus penultimo ipsius a, sequitur ꝙ aggregatum ex penultimo a, & binario b, si equale aggregato ex terminante a, & vnitate b, & ita arguitur de quolibet alio numero aggregato ex parte a, & b, ꝙ sit equale aggregatio ex terminante a, & vnitate b, igitur habetur ꝙ omnes tales sunt equales, & tot sunt tales quot sunt numeri in a, & per consequens tot sunt quantus est numerus terminans a, ergo per diffinitionem multiplicationis quæ dicit ꝙ multiplicare numerum per alium est illum totiēs sumere quot sunt vnitates in alio, tota summa a, & b, est illud quod fit ex ductu terminante a, in aggregatum ex terminante & medietate b, & per consequens erit equale illi quod fit ex ductu terminante a, in numerum immediate sequētem terminantem a, sed constat quòd a, est medietas totius summe a, b, igitur progressionis a, summa est equalis medietati eius qui fit ex ductu terminante a, in numerum immediate sequētem, similiter arguetetur de qualibet alia ꝓgressione tali. igitur patet prima suppositio.



Secunda suppositio quorumlibet terminorum tot sunt combinationes possibiles, quanta est summa progressionis continue terminate, ad numerum vnitate minorem numero eorundem terminorum, vt si sint quatuor termini a, b, c, d, tot possunt fieri combinationes terminorum quanta est summa progressionis con-



tinue terninate ad trinarium qui est minor numero terminorum in vnitate, per casum, quia summa progressionis ab vnitate ad ternarium qui est minor numerus terminorum est sex, & ipsorum quatuor terminorum sunt sex combinationes. demonstratur. Nam primi ad omnes sequentes tot sunt combinationes quot sunt illi sequentes, & per consequens quãtus est numerus vnitate minor numero omnium terminorum, vt in quatuor terminis primis facit tres cõbinationes. Similiter secundi termini ad suas erunt combinationes vnitate paucio res quam primi ad suas, vt in quatuor terminis secundi duæ sunt combinationes, & sic de alijs cõtinue per vnitatem descendendo. ergo directe tot erunt cõbinationes quanta erit progresio continua à numero vnitate minore numero omnium terminorum vsque ad vnitatem, sed tale regressio est equalis progressioni continue ab vnitate vsque ad numerum vnitate minorem numero omnium terminorum, quia non differunt huiusmodi regressio & tale progressio, nisi quia in progressione fit progressio numeri ab vnitate continue procedendo ad numerum maiorẽ, & in regressione incipitur à numero maximo progressionis procedẽdo per omnia media vsque ad vnitatẽ. ergo suppositio secũda vera. Exẽplum, vide in figura quatuor terminorum &c.



Tertia suppositio sequitur ex duobus his quæ est ad propositum. s. quod tot sunt combinationes terminorum contrarietatum primarum quãta est medietas numeri quæ surguit ex multitudine numeri terminorum in numerum immediate præcedentem. v.g. si essent. sexto termini trium contrarietatum, dico quod tot sunt combinationes terminorum quãta est medietas numeri qui surgit ex ductu sex in. 5. nam ducat sex in. 5. inueniens. 30. combinationes, & capta medietate. s. 15. tot sunt combinationes terminorũ contrarietatum. Probatur ex suppositionibus, quia per secundam quorumlibet terminorum tot sunt combinationes posibiles quanta est summa progressionis continue terminantis ad numerũ minorem vnitate numero eorundem. Sicut in sex terminis tot progressiones sunt quanta est summa progressionis cõtinue ab vnitate vsque ad. 5. sed tale summa per primam suppositionem est equalis medietati numeri qui fit ex ductu numeri eandem progressionem terminantis in numerum immediate sequentem, vt progressionis ab vnitate ad. 5. summa est equalis medietatis eius quod fit ex ductu. 5. in. 6. igitur tot sunt combinationes terminorum contrarietatum, quanta est medietas numeri quæ surgit ex ductu numeri terminorum in numerum immediate præcedentem, & hoc est propositum. Quarta suppositio sequitur quod tot sunt combinationes posibiles simul existere qualitatum primarum quot sunt combinationes terminorum contrarietatum primarum dẽpto numero contrarietatum, patet. quia omnes aliæ combinationes sunt posibiles præter contrarias quę secundum esse intensum nequeunt coniungi, vt termini contrarietatum sex ternorum sunt. 15. combinationes per pręcedentem suppositionem, quarum sunt tres imposibiles per naturam & contrariorum secundum esse intensum. ergo remanent. 12. posibiles, & hoc est propositum. Quinta suppositio. sequitur quod non oportet numerum elementorum esse duplum ad numerum contrarietatum primarum quantum est ex parte combinationum numerum, immo quanto plures essent contrarietates, tanto maior fieret proportio elementorum supra numerum contrarietatum. patet, quia quando sunt duę contrarietates sunt elementa quatuor, & in duplo plura quam contrarietates, & si fierent etiam tres contrarietates elementa fierent. xij. & in quadruplo plura quam contrarietates, & si fierent quatuor contrarietates adhuc fieret maior proportio elementorum supra contrarietates. Sexta suppositio, quod non oportet simpliciter esse tot elemẽta quot sunt qualitates. patet, quia si essent trium cõtrarietatum. vi. qualitates primæ. xij. fierent elementa, verum est tamen quod vt nunc seu necessitate naturæ, quia non sunt nisi quatuor qualitates primæ tot sunt elementa quot sunt qualitates. Septima suppositio. omnia elementa proxima habent inuicem contrarietatem. apparet, quia ita est de aliquibus. igitur ita erit de omnibus. consequẽtia tenet, quia non est potior ratio de istis quam de illis. antecedens patet experientia de terra & aqua, quorũ vnum est siccum, vt terra, & aliud humidum, vt aqua, similiter apparet de aere & aqua. Secundo, quia elementa proxima sunt inuicem transmutabilia & non sunt trãsmutabilia nisi per contrarietatem. igitur &c. maior nota, quia omnia elementa habent materiam, & talia sunt inuicem transmutabilia. minor nota est, eo quod transmutatio fieri non potest sine alteratione præuia. Tertio ex omnibus elementis possunt fieri mixta, sed illa fieri non possunt ex elementis non habentibus contrarietatem. igitur elementa proxima habebunt contrarietatem. maior patet, quia generatio mixtorum & mixta sunt finis elementorum. minor patet, quia mixtio fieri nõ potest ex elementis nisi per alterationem nec alteratio nisi per contrarietatem. quarto, quia non videtur penes quid sumitur ex effectibus numerus vel distĩõ elementorum nisi penes contrarietatem. igitur oportet elementa proxima habere contrarietatem.

His præmissis fit prima conclusio hæc. Nullum elementum contrariatur quibuscunque duobus elementis diuersis in specie eque primo seu & totaliter simpliciter eisdem contrarietatibus. probatur, quia sequeretur quod illa duo elementa essent eiusdem speciei specialissime essentialiter. consequens est falsum, & contra assumptum. & consequentia tenet, quia nulla species est duobus elementis diuersarum specierum specialissimarum eque similis eodem modo. species. n. habent se sicut numeri, vt prius dictum est. modo nullus vnus numerus habet se ad duos alios numeros diuersarum specierum omnino similiter. Et ex alio apparet consequentia, quia illa sunt similia in specie quæ totaliter, & eodem modo opponuntur vni tertio. vt caliditas cũ caliditate. Et si obijcitur quod aer contrariatur igni & terræ per humiditatem dicitur quod hoc non est eodem modo neque eque primo, immo aer primo & principaliter contrariatur terræ, quia in ambabus qualitatibus & minus principaliter opponitur igni, quia tantum in vna, & contrariatur terræ primo in humiditate, quia terra est primo sicca. aer primo humidus, & sic non contrariatur igni. Secunda conclusio

conclusio est. Si vnum elementū medium contrariatur duobus extremis, illa contrariant̄ inter se. pro ꝓbatione supponitur ꝙ ſp transmutatio in q̄litatibus primis est in ter contraria, vt qn̄ corrumpit̄ caliditas generatur frigiditas & econuerso. & sic de alijs. ꝓbatur, quia si aer contrariatur igni in humiditate, quia est ignis siccus, vel qa contrariat̄ aque in humiditate, vel in alia qualitate, non in humiditate, quia tunc eodē modo, & equaliter opponeret̄ aer aq̄ sicut igni, quod est contra p̄cedentem conclusionē, nisi tunc dicas ꝙ aer cū vno illorū habet vnam aliam contrarietatem, q̄ non hēt cum alio. vt si forte aq̄ contrarietur in caliditate, qa aqua est frigida & igni non sic cōtrariet̄. ꝗ. si dicatur ponatur aerē conuerti in ignē, & quero vtrum caliditas aeris manet in igne, & si sic, sequitur ꝙ ignis contrariabit̄ aque sicut prius aer contrariabatur. Si dicas ꝙ non sequitur cū transmutatio sit in cōtraria, ꝙ in igne gn̄abitur frigiditas, & si sic aer adhuc similiter oīno contrariatur igni sicut aque, qd̄ est cōtra dicta. Si aūt dicas ꝙ aer contrariat̄ aque in alia qualitate .s. in caliditate, sequit̄ ꝙ aer est calidus & humidus. ignis siccus, & aqua frigida, sed aer non contrariatur igni in alia qualitate. s. in caliditate, quia tunc oīno contrariaretur igni sicut aque. ergo est similis igni in caliditate. ergo ignis contrariatur aque in caliditate sicut aer, & habetur ꝓpositum. Similiter sequit̄ ꝙ aqua est humida, igitur iterum aqua contrariabit̄ igni, quia est siccus. Tertia conclusio. Oīa elementa hn̄t inuicem contrarietatē. probatur. quia si proxima hn̄t contrarietatē, & distantia habent contrarietatē per cōclusionem p̄cedentem, sed oīa proxima hn̄t contrarietatem pp̄ septimam suppōnem. igitur &c. Iterum ꝓbatur conclusio rōnibus suppōnis septimæ. primo qa alias non oībus possent fieri mixta, iterum alias non oīa possunt inuicē transmutari, iterum alias non h̄rent materiam. oīa. n. diuersarum sp̄erum habentia mām hn̄t inuicem contrarietatē. Quarta cōclusio rn̄salis ad qōnem est. si infinita essent elementa infinitæ essent contrarietates. probat̄. quia quodlibet cū quolibet habet contrarietatem, & nullū eorum contrariatur pluribus eadem cōtrarietate & eq̄ primo. ergo oportet ꝙ quodlibet elementū contrarietur cuilibet ꝟm aliam et aliam contrarietatem. primo igitur oportet infinitas esse contrarietates si sint infinita elementa. Scd̄o sic, quia vel solum sunt finite contrarietates vel infinitę exn̄tibus infinitis elementis. si infinitæ habeo ꝓpositum. si solum finitæ, sequitur ꝙ etiam solum sunt finitæ cōbinationes eorum possibiles per tertiam suppōnem. ergo solum erunt finita elementa, quod est contra positū, & patet vltima consequentia, quia quodlibet elementorum determinat sibi aliquam combinationem qualitatum primarum, vt dictum est prius.

Quantum ad ꝟm arti. sit prima cōclusio hęc. Si essent infinitæ contrarietates qd̄libet elementum h̄ret infinitas qualitates primas. ꝓbatur. quia qd̄libet elementum erit cuilibet aliorū contrarium per vnā qualitatē, sed nullū contrariat̄ pluribus eq̄ primo per vnam qualitatē, ergo oportet ꝙ exn̄tibus infinitis elemētis infinitas h̄re q̄litates. tenet cōsequētia, & maior patet per tertiā conclusionem. minor apparet p primā. Scd̄a conclusio. Nō est possibile aliqd̄ elementū h̄re infinitas q̄litates primas totales. ꝓbat̄, qa qd̄libet elemētū est corruptibile. igit̄ nullum eorum hēt infinitas q̄litates. ꝯña tenet, qa elementū hn̄s infinitas q̄litates hēt infinitā virtutem resistetiuā suis corrūpentibꝰ. ergo nullum corrūpens esset fortiꝰ in corrumpēdo q̄ ipsum in agēdo. ergo nullū corrūpens pōt ipsum corrūpere. vltima consequētia tenet, quia non fit actio nisi à ꝓportione maioris ineq̄litatis, & prima patet, quia q̄libet illarū qualitatū esset certe virtutis in cōseruādo & resistēdo corruptiuis. igit̄ virtus cōseruatiua totius elementi q̄ aggregat̄ ex oībus, esset infinita. Et si diceret̄ ꝙ staret ꝙ caliditas vniꝰ obtineret sup frigiditatē alterius, & sic siccitas primi obtineret sup humiditatem scd̄i, & sic de singulis qualitatibus primis sup singulas q̄litates scd̄i. ergo vr̄ ꝙ primum posset corrūpere ꝟm. Scd̄o. quia ad minus vna q̄litatum infinitarū vnius vt caliditas ignis posset obtinere sup vnam q̄litatum alterius, vt supra frigiditatem aq̄. igitur posset aquā vel illud aliud corrūpere. cōsequentia tenet, qa nos videmus nunc aquā corrūpi in aerem pp̄ solam corruptionē frigiditatis, & sic frequenter ob corruptionē vnius q̄litatis solius corrūpitur elementū. Rn̄detur ꝙ licet illæ cōsequentiæ valerent finitis exn̄tibus q̄litatibus in elemētis, tn̄ infinitis exn̄tibus non valerent, quia ꝟm primam rōnem quicquid q̄litates vnius obtinerent sup qualitates alterius. adhuc resistitiua totiꝰ alterius tn̄ valet sicut virtus actiua primi, qa esset infinita vt dictū est & ideo nunquā corrūperet̄ nec superaret̄, nec est illud inconueniēs qa licet in quolibet tp̄e finito numerus dierū est maior q̄ numerus annorum tn̄ si esset vnum tp̄s infinitū in eo non essent plures dies q̄ anni. sic ēt quęlibet q̄litas finitæ virtutis vnius superaret suā contrariā alterius, tn̄ virtus actiua infinita vniꝰ non suparet virtutē resistitiuam alterius infinitam. & ꝟm scd̄am diceretur ꝙ licet finitis q̄litatibus existentibus in re ad vnius corruptionem res corrumpitur, tn̄ non sic esset in infinitis, eo ꝙ aliæ qualitates infinitæ remanentes plus sufficerent rem conseruare q̄ vna vel due sufficerent corrumpere.

Ad rōnes principales. Ad primum dr̄ ꝙ elementa capiendo ea ꝓ principijs intrinsecis non sunt contraria, & sic non accipit̄ in ꝓposito, sed capiendo elementa pro re nāli inter res gn̄abiles & corruptibiles magis simplices, sic oīa elementa hn̄t contrarietatē, sicut dcm̄ est in pōne. Ista aūt descriptio elementi quæ adducit̄, intelligitur ꝟm dicta prius in qōne de numero elementorū. Ad ꝟm dr̄ ꝙ nūerus contrarietatum non sequit̄ numerū elementorum, quia q̄diu elementa sunt finita ſp sunt pauciores cōtrarietates q̄ elementa, & si infinita fierēt, tunc adhuc ꝓprie maximus nūerus contrarietatū, non sequit̄ maximum numerum elemētorū, quia nullius esse maximus numerus nec vnius nec alterius. Secundo dr̄ ꝙ q̄tumcunq̄ elementa essent infinita, contrarietates essent infinitæ, quia finitæ. contrarietates non facerent nisi finitas cōbinationes, & tales non sufficerēt pro infinitis elementis specie distinctis, nec est mirum de istis, quia in omni tp̄e finito annos & dies includēte multo plures sunt dies q̄ anni, sed si infiniti fierent dies in aliquo tp̄e, in isto fierent infiniti anni, eo ꝙ infiniti dies infinitos annos constituerent, & sic non essent plures dies q̄ anni, similiter est in proposito, & pp̄ hoc negatur illud quod assumit̄, ꝙ stat elemēta esse infinita & solū cōtrarietates esse finitas. addito hoc ꝙ oīa elementa debent esse contraria. Ad tertium dr̄ per idem, ꝙ nullum infinitū est maius alio. Secundo ꝙ oīum contrarietatū finitarū plures sunt cōbinationes q̄ contrarietates. Tertio ꝙ infinitarū contrarietatum non sunt plures cōmutationes q̄ contrarietates, sicut infiniti dies cathegorice non sunt plures dies q̄ anni. Ad quartum dr̄ ꝙ si illa q̄ naturaliter sunt plura q̄tumlibet multiplicentur finitę, non pp̄ hoc tn̄ oportet ꝟm numerum multiplicari pauciora naturaliter, sed si in infinitū multiplicarent̄ secus esset, quia dies naturaliter sunt plures annis, & tn̄ si in infinitū cathegorice multiplicarent̄ dies, similiter multiplicarent̄ anni. Ad quintum dr̄ ꝙ non est simile de mixtis, qa mixta non determināt sibi contrarietates simplices, sicut elemēta. sufficit .n. mixta distingui per easdē contrietates primas ꝟm magis & minus. non sic est de elementis. oportet. n. qd̄libet elementum h̄re vnum extremorū vniꝰ contrarietatū in summo, si sic in nāli dispōne, & ideo negat̄ ꝯña, quæ format̄ in principio rōnis arguēdo à mixtis ad elementa.

Ad sextum dr̄ ꝙ illa ꝯñtia tenet per hoc medium, ꝙ oīa elemēta distinctarū sp̄erum hn̄t diuersas cōbinatiōes contra-

contrarietatũ,& finitæ contrarietates non faciunt infinitas combinationes diuersas.igitur si infinita sunt elementa diuersarũ spẽrum, oportet contrarietates esse infinitas & põt reduci consequentia ad locum à diuisione,q̃a vel infinita elementa hñt solum cõtrarietates finitas vel infinitas,sed non hñt solum finitas.ergo infinitas,hic est locus à diuisione. Ad septimum dicitur ꝙ verum est ꝙ quodlibet elementorũ haberet infinitas qualitates.& negetur ꝙ vnum elementum posset oĩbus contrariari ẽm vnam qualitatem ẽm magis & minus . nam oportet ꝙ elemẽtum habeat qualitatum suarum aliq̃ in summo,& aliã remissam à summo. modo ẽm nullã taliũ posset infinitis eque primo cõtrariari. Ad rõnem post oppositũ dr̃ ꝙ est pro q̃rta cõclusione primi arti.Et hoc de qõne.

Omnia.n.mixta corpora quecunq; circa locũ sunt ex oĩbus cõposita sunt simplicibus. Te.cõ.49. Quæstio XIII.

QVæritur decimotertio. Vtrum quodlibet mixtum residẽs circa mediũ locum sit compositum ex oĩbus simplicibus. Et arguitur ꝙ non.q̃a formæ elementorũ non manent in mixto. ergo nullũ mixtum componit̃ ex simplicibus.consequentia tenet,quia mixtum est cõpositum nisi ex his quę sunt in eo.añs patet per dicta in primo huius. Scd̃o. multa sunt mixta in fundo maris,& talia non componuntur ex igne.igitur &c.consequẽtia tenet, quia ignis est vnum ipsorum simplicium,& añs apparet,quia si ibidẽ esset ignis,vr̃ ꝙ statim corrumperetur p̃p nimium dñium aque sibi contrarie circunstantis. Tertio.aliq̃ sunt mixta in quibus non sunt elemẽta leuia igitur non sunt cõposita ex oĩbus simplicibus. consequentia tenet. añs apparet, quia multa sunt mixta grauiora q̃ terra,quod nõ esse posset si in eis essent elementa leuia, cũ terra sit graue simplex. assumptum experimur de plũbo vel auro,trahit.n. terram sursum in equali q̃titate. Quarto.in auro non est aliquid aque.igitur &c.consequentia tenet,& añs declaratur, quia aurum durat longissimo tp̃e sine corruptione & diuisione in igne, ꝙ esse non posset si in eo esset aliquid aque,quia ignis fortissimus p̃p contrarietatem vtique resolueret & corrũperet illud aque, & ex cõsequenti corrumperet aurum,& sic non duraret. Quinto aliqua sunt mixta solum cõposita ex terra & igne, similiter aliq̃ sunt composita ex aqua & aere solũ ; ergo non oĩa sunt composita ex oĩbus simplicibus. consequentia tenet,& añs apparet.de exhalationibus siccis.in quibus non vident̃ esse aliq̃ elementa nisi terra & ignis, & similiter de exhalationibus humidis in quibus non videtur esse nisi elementa humida . Sexto frequenter g̃nantur mixta vbi nullus ignis actualis concurrit.igitur talia nõ g̃nantur ex oĩbus simplicibus. consequentia tenẽt de se & añs apparet de aĩalibus,quę generantur infra terrã & supra terram per putrefactionẽ. nam ad talium g̃nationem nullus ignis concurrit prout vr̃ patere per experiẽtiam,& probatur rõne, quia facilius est generare tãtam caliditatem q̃ta sufficit ad esse aĩalis q̃ tantam q̃tam requiritur ad esse ignis.igitur p̃p generationem aĩalis frustra oporteret hic inferius g̃nari ignem.consequentia tenet,quia ꝙ per minus põt fieri, frustra põt fieri per maius.añs notum est, minor.n.caliditas sufficit pro generatione animalis q̃ pro g̃natione ignis. Septimo.non minus potest mixtũ generari ex vno elemento q̃ ex quatuor. igitur non oẽ generatur ex q̃tuor.consequentia tenet,& añs apparet,quia in mixto nihil de substantia elementorum manet nisi materia, modo eque bene potest vnum elementũ amministrare materiam pro g̃natione mixti,sicut q̃tuor.igitur &c. Octauo.non oẽs qualitates elementorũ manent in mixto.igitur nec manent oĩa simplicia.consequentia tenet, quia si elementa debẽt manere hoc est principaliter p̃p manere suas qualitates.añs patet, quia si oẽs qualitates motiue elementorum manerent in mixto, vbicunq; mixtum poneretur ipsum deberet quiescere, quod falsum est. patet consequentia.q̃a vbicunq; poneretur aliqua suarum qualitatum motiuarum esset ibi naturaliter collocata, eo ꝙ haberet omniũ elementorum qualitates motiuas.

In oppositum est Philosophus secundo huius.cap.7. Tex.c.49

In ista qõne erunt duo arti.In primo videbunt̃ q̃dam notabilia & distõnes.Et in secũdo rñdebitur ad q̃situm.

Quantum ad primum primo nota, ꝙ ẽm quosdam duplicia sunt mixta, quædam sunt imperfecta,sicut illa quæ solum cõponuntur ex duobus elemẽtis, vt vapor ex aq̃ & aere,exhalatio sicca ex igne & terra.Alia sunt perfecta,sicut homo & asinus mixta residentia circa medium locum , & si petat̃ vtrum vapor & exhalatio sint vere substãtialiter mixta.dr̃ ꝙ aliqui dicunt ꝙ sic, sicut patet ex distõne.Alĳ dicunt contrarium.s.semper vaporem esse aquã vel aerem substantialiter,& s̃p exhalationem esse ignem vel terram, & his magis credo. Scd̃o notandum est, ꝙ siue dicat̃ vno modo siue alio modo nihil refert ad p̃ns.ratio est,quia in q̃stione solum quæritur de mixtis residentibus circa medium locum. modo siue huiusmodi mixta sint siue non sint ipsa non vñt residentia circa medium locũ,immo ascendunt vt experimur, & ideo ea adesse p̃ns nihil variant. Tertio nõ.ꝙ hic per simplicia intelliguntur quatuor elementa.s.ignis aer &c. capitur.n.hic simplex pro re naturali g̃nabili inter res generabiles & corruptibiles magis simpliciter.

Quarto nota. ꝙ per medium locum in titulo qõnis intelligitur terra, quæ medium est per equedistantia à cęlo,& etiam media in tẽperamẽto q̃litatum primarum quia magis sunt q̃litates primę circa terram ad medium reducte q̃ alibi,vt sit sensus. vtrum mixta residentia circa terram & quiescentia naturaliter circa eam sint cõposita ex oĩbus simplicibus . Quinto nota. ꝙ in titulo quęstionis ly oĩbus distribuit titulum hunc simplicibus pro singulis speciebus generum,& non pro singulis indiuiduis spẽrum.patet,quia non est dubium ex igne existente in sua sphæra nullum mixtum cõponi . est igitur sensus tituli. vtrum quodlibet mixtum &c. cõponitur ex cuiuslibet speciei q̃tuor elementorũ aliquo simplici.

Sexto nota.ꝙ cum multi sint modi ponendi elementa manere in mixto , quæstio tractanda est ẽm modum alias tractatum in qõnibus primi,quo dicebat̃ elementa non manere in mixto in actu , sed ẽm qualitates suas ad medium reductas.quapropter dñr manere in virtute. Septimo notandum est, ꝙ ẽm illum modũ adhuc potest qõ intelligi dupliciter . Vno modo ꝙ in mixto sunt q̃tuor elementa modo p̃dicto si sint virtutes quatuor elementorum ad medium reducte. Alio modo ꝙ q̃tuor elementa requirant̃ pro g̃natione mixti. Octaua nota.ꝙ loquendo de virtutibus elementorum remanentibus in mixto põt intelligi de virtutibus alteratiuis vel de virtutibus motiuis localiter. Nono notandũ est. ꝙ q̃n mixtum habet huiusmodi virtutes ñaliter , tunc dr̃ sub̃aliter mixtum,sed q̃n habet eas violenter dr̃ mixtum q̃litatiue,& sic elementa p̃nt esse mixta,q̃a possunt habere huiusmodi qualitates elementorum omnes mixtas violenter . Decimo notandum est. ꝙ formæ substantiales elementorum non manent in mixto. patet ex dictis in primo huius.Et hoc de primo.

Quantum ad ẽm sit prima conclusio . Mixtum non componitur ex simplicibus formaliter in eo remanentibus.apparet per vltimum notabile,quia formæ elementorum non manent in mixto. Secunda conclusio . Si mixtum debet dici compositum ex simplicibus, oportet ꝙ hoc sit ex simplicibus virtualiter solũ in eo remanentibus.apparet per conclusionem pręcedentem,quia non dicitur ex eis componi tanquam actu remanentibus.igitur solum virtualiter.Hę etiam conclusiones patent ex sexto notabili. Tertia conclusio.Mixtũ componi

poni ex simplicibus est ad eius gñationē virtualiter vel actualiter concurrere simplicia, & virtualiter per pmanentiam suarū qualitatum reductarū ad medium aliqđ in aliquo mixto genito remanere. patet per conclusionē præcedentem, quia non dr̄ componi ex simplicibus, eo ꝙ talia actu in eo permanent. igit̄ solum ex eis dr̄ componi tanq̄ virtualiter remanentibus in eo, quod est propositum. Quarta conclusio. Ex solum vno elemento per actionem eius ꝓpriam nequit gñari mixtum. patet, quia ad mixti gñationem ex elemento requirit̄ eius elementi corruptio. modo nunq̄ vnum elementorū corrūperet seipsum. Quinta cōclusio. Ex solū duobus elementis non hn̄tibus symbolū non concurrente alio extrinseco mām illorum elementorū vltra virtutem propriam ipsorū immediate disponente, nequit fieri mixtū. probat̄ sic. ꝓpositis duobus elemētis non hn̄tibus symbolum vt terra & aere, vel vnum eorū superat aliud simpliciter, & pfecte in ambabus q̄litatibus vel superat simpliciter in vna, & superat̄ simpliciter in alia. vel vnū eorum superat simpliciter solum in vna, & in neutra superatur vel nullum eorum simpliciter superat aliud in aliq̄ suarum q̄litatum, sed neutro modo per actionem ipsorum potest gñari mixtum. ergo conclusio vera. consequentia tenet. an̄s pro prima parte sufficiēti diuisione, & pro secunda parte declarat̄. quia si primo modo hēant se superans conuerteret aliud in sui nām. si secundo modo gñabitur tertium elementū & ipsa ambo corrūpentur. si tertio mō sicut fit in poris montiū vbi terra superat aerem in vna q̄litate tm̄ & in neutra superat̄. tunc iterum gñatur tertium elementū, vt in montibus aere corrupto fit aqua fontiū. si secundo modo, tunc neutrū eorum corrūpitur, & per consequens nullo modo fit mixtum. Dicitur notanter non cōcurrente &c. quia nolo negare si aspectus cœli concurreret, & immediate mām duorum elementorū per alicuius mixti gñatione disponeret, quin ex duobus, immo sic ex vno posset fieri mixtum. Sexta conclusio. Ex solū duobus elementis hn̄tibus symbolū non concurrente alio agēte extrinseco immediate mām ipsorum disponente, non pōt fieri mixtū. apparet quia vel vnum eorū notabiliter superat aliud, vel reliquū & non ecōuerso. & tunc illud cōuertet aliud in sui nām, vel quodlibet eorū in agendo notabiliter superat reliquū, & tunc exquo non agunt nisi per vnam q̄litatum statim adequabunt se in ista q̄litate, sic ꝙ vlterius non notabiliter poterūt agere, & sic neutrū illorum corrumpet̄ vel saltem vna fiet multum dn̄ans alteri, & tunc iterum aliud conuertet in sui nām elemēti, vel possunt se tertio modo hr̄e. s. ꝙ neutrū in actiuitate notabiliter obtinet super reliquum, & sic non fiet alicuius eorū corruptio, & per consequens nullo modo pn̄t se habere sic ꝙ gñetur per actionem ꝓpriam eorum mixtū. Item breuius probat̄ conclusio. quia inter elemēta hn̄tia symbolum q̄litates symbola non remittitur. ergo ista manet perfecta vel valde intensa, modo sub qualitate tm̄ intensa, sicut ipsa est conueniens elemento, non vr̄ posse fieri mixtū. ergo solum ex duobus elementis hn̄tibus symbolum non pōt fieri mixtum non concurrente &c. consequentia tenet. maior patet, quia q̄litas symbola vtiq̄ est conueniens, ideo non esset rō quare remitteretur. minor patet. quia mixtum vr̄ sibi pro sui gñatione præsupponere oēs qualitates primas magis remissas q̄ ipse conueniunt elemētis in sua naturali dispōne. Septima conclusio ponit̄ vt probabilis. Ex solū tribus elementis non concurrente extrinseco disponente materiā immediate non pōt fieri mixtum. probat̄. quia qualitercunq̄ cōbinentur duo ipsorum hēbunt symbolum in q̄litate actiua, & ita superabunt tertium, & conuertent in sui naturam, & per consequens non gñabitur mixtū. Octaua conclusio. Qn̄ mixtum debet generari ex elementis altera ratione ꝓpria elementorum inuicē sine alio extrinseco immediate mām eorum disponente, requirit̄ concursus q̄tuor elemētorum actu. patet per conclusiones p̄cedentes, quia ex vno seu duobus vel etiam ex tribus fieri nō potest. vt ꝓbatum est. Nona conclusio. Possibile est gñari mixtum immediate ex vno elemēto immediate, non concurrente alicuius alterius elemēti vel mixti substantiali corruptione. probat̄ sic. ex sola terra corrupta pōt fieri aliqđ mixtum. ergo conclusio vera. consequentia tenet. an̄s probatur, quia si per aspectus cœli ex sola terra non posset fieri mixtū, vel hoc esset ex defectu materiæ vel ex defectu dispōnum qualitatiuarum, nullo modo pōt dici. ergo &c. maior patet, à sufficienti diuisione, quia si ex terra corrupta non pōt, oportet in altero dictorum defectionem esse. Si. n. materia sit sufficiēs & dispositio q̄litatiua materiæ introducta, similiter vtiq̄ gñabitur mixtū. minor patet. Primo. n. materia non deficit, quia terra habet materiam sufficientem. Scđo nec defectus est in dispōne materię. Primo. n. nō est defectus in frigiditate, & siccitate, quia satis abundat illæ in terra, nec etiam defectus in humiditate & caliditate, q̄a sol & aspectus cęli sufficienter poterunt illa in mām terræ generare. Itē sol poterit terrā sufficienter calefacere, & aqua dn̄ans supra terrā poterit eam sufficienter humectare igitur minor est vera. Correlarium. non oportet omne mixtum immediate genitum ex elemento vel elemētis gñari oībus elementis actualiter concurrentibus, sequit̄ ex conclusione. Decima cōclusio. Tale mixtū sic genitū ex vnius solius elemēti corruptione virtualiter adhuc generat̄ ex oībus elementis. ꝓbatur sic. tale mixtū non generat̄ nisi oībus q̄litatibus primis ad mediū reductis mām disponētibus pro eius gñatione, ideo virtualiter generat̄ ex oībus elemētis. cōsequētia tenet, quia cōcurrētibus caliditate & siccitate pro dispōne materiæ, virtualiter dr̄ concurrere ignis, eo ꝙ illæ sunt q̄litates naturales ipsius ignis, & cōcurrētib⁹ caliditate & humiditate &c. virtualiter dr̄ concurrere aer. concorrētibus frigiditate & humiditate aqua dicitur virtualiter cōcurrere. & concurrentibus frigiditate & siccitate dr̄ virtualiter concurrere terra. Et ideo si oēs qualitates primæ in spē concurrunt disponendo mām in gñatione huiusmodi mixti, adhuc illud mixtū generatur ex oībus elementis virtualiter, q̄re illa consequentia fuit bona. an̄s patet, quia impossibile est mixtum generari sub aliqua q̄litatum. s. primarū summa, eo ꝙ tunc mixtū esset simplex sicut elementum, immo citius gñaretur vel conseruaretur illud elementū, cui illa q̄litas prima in summo conueniret. igitur oportet ꝙ q̄litas prima sub qua gñatur sit remissa, & non est remissa, per prius dicta nisi per remissionē graduum q̄litatis opposite. igitur oportet ꝙ ipsum generet̄ ex oībus qualitatibus primis in specie ad mediū aliqualiter reductis, & hoc fuit an̄s. Vndecima conclusio. Omne mixtū residens circa medium locum est cōpositum ex oībus simplicibus virtualiter in eo remanētibus probatur ex p̄cedente, quia in omni mixto manēt quatuor qualitates primę ad medium reductę. igitur virtualiter in omni mixto manent oīa simplicia. consequentia tenet, & an̄s declaratur sicut in pręcedenti conclusione.

Item secūdo. in omni mixto manent q̄litates motiue quatuor elementorū. igitur virtualiter manent oīa simplicia. consequentia tenet, quia qualitates motiue sunt p̄ales virtutes simpliciū. antecedens apparet, quia in omni mixto maxime manent caliditas & siccitas, ad quas sequitur leuitas ignea, manent caliditas & humiditas, ad quas sequitur leuitas aerea, manent frigiditas & humiditas, ad quas sequitur grauitas aquea, manent frigiditas & siccitas, ad quas sequitur grauitas terrea. Hæc etiā conclusio posset probari duabus rōnibus Philosophi in litera, sed omitto propter breuitatem. Tex.c.49 Duodecima cōclusio ponitur consimilis de gñatione mixtorū, sicut præcedēs est posita de compōne. ꝙ ad cuiuslibet mixti

substantialis gñationem oportet concurrere virtualiter oĩa simplicia. probatur eisdem mediis, quibus ꝓbabatur pcedens. Ex quibus conclusionibus sequitur correlarium, ꝙ oẽ mixtum residens circa medium locum est compositũ ex oĩbus simplicibus virtualiter, sed non actualiter concurrentibus ad eius gñationem. patet ex dictis. Diceret aliquis. pp quid terra in oĩbus vel saltem in pluribus mixtis perfectis dñatur, cum tñ ipsa sit vilissimum elementorum? Rñdetur dupliciter. Vno modo ꝙ natura sagax ingeniauit hoc propter salutem mixtorũ, eo ꝙ parum de elemẽtis calidis per fortẽ actionem caloris est magis actiuum q̃ multum de terra est frigefactiuum, ideo si dñarentur elementa calida in pondere ipse essent nimie actionis seu calefactionis, & sic corrumperent totum frigidum, & periret mixtũ. Aliter dicitur ꝙ locus circa terram est tẽperatus quasi sufficienter calidus per rarefactionem & reflexionem radiorum lucis, & sufficienter frigidus actione elementorum frigidorum, & ideo mixta indigent temperie qualitatum primarum. ingeniauit natura vt essent in loco temperato. s. circa terram, & hoc esse non posset nisi in omnibus dominaretur terra. Et hoc de secundo.

His præmissis respondetur ad rõnes. Ad primam dicitur ꝙ est pro prima conclusione ex dictis in correlariis respõsiuis post oẽs conclusiones. Ad secundum dicitur, ꝙ mixta in fundo maris existentia virtualiter componuntur ex igne. nam in eis est caliditas aliqualis cum siccitate quæ sunt qualitates ignis, immo mediantibus quibus intensis existẽtibus mixtis posset iterum generari ignis. Et ad probationẽ dicitur, ꝙ iste caliditates, & siccitates non corrũpuntur ab aqua circunstãte, quia conseruantur à formis substantialibus mixtorũ, quibus ipse conueniunt. alias corrũperentur. Ad tertium dicitur, ꝙ nulla sunt mixta ita grauia, sicut terra si essent ita in naturali dispõne. Secundo dicitur ꝙ metalla bene grauiora sunt q̃ terra, quę est apud nos, quia illa non est naturaliter disposita, immo à radiis solaribus est nimis leuificata, & ideo adhuc in plumbo & auro sunt elementa leuia, quia terra naturaliter disposita esset grauior eis. Ad quartum negatur, ꝙ in auro non sit virtualiter aqua. Ad probationem dicitur ꝙ aurum longo tpe durat in igne propter temperatam, eius mixtionem & conseruationem formę substantialis auri conseruantis humiditatem, & frigiditatẽ auri. est. n. maioris virtutis in conseruando frigiditatem, & humiditatem tãtam ꝙ sub eis potest permanere, q̃ ignis in corrumpendo easdem, & hoc specialiter ꝓpter cõpactionem materiæ auri & vniformem mixtionem eiusdem. Ad quintũ de mixtis imperfectis si quæ sint talia patet quid sit dicendum per notabilia. Ad sextum dr̃. ꝙ est pro nona conclusione & eius correlario. Ad septimũ dicitur. concedẽdo ꝙ eque bene per naturam põt mixtum generari ex vno elemento actualiter concurrente, sicut ex quatuor, sicut ratio arguit, sed tñ huiusmodi gñatio erit virtualiter ex oĩbus elementis, prout dictum est in conclusione decima. & ꝓpter hoc dr̃ mixtum semper gñari ex quatuor elementis. Et si dicitur. si mixtum põt sic eque bene generari ex vno sicut ex quatuor, sequitur ꝙ natura superflue produxit quatuor elementa. consequens est falsum, & consequentia tenet, quia non vr̃ ea produxisse nisi pp mixta, & eorum gñationem. modo istum finem totaliter, & equaliter consequi posset non existente nisi vno elemento. Rñdetur negando consequẽtiam. Et ad probationem eius dr̃ dupliciter. Vnomodo ꝙ per actionem propriam elementorũ non concurrente alio immediate materiam elementorũ disponẽte, non potest generari mixtum nisi ex quatuor, vt dictum est in conclusione octaua, & ideo qa non semper concurrit aliud disponens materiam elementorũ, immediate pro gñatione mixti natura ingeniauit ꝙ essent quatuor. Aliter dicitur & melius ꝙ natura non solũ produxit elementa pp mixta, sed propter decorem vniuersi & ipsius perfectionem, & ideo fundamentum probationis consequẽtiæ est falsum. Ad octauam dr̃, ꝙ omnes qualitates tam alteratiue q̃ motiue in specie manent in mixto, vt dictum est in conclusione vndecima. Ad improbationem dicitur ꝙ non oportet ꝙ mixtum vbicunq; ponatur quiescat, quia licet vbicunq; ponatur mixtũ suarum qualitatum motiuarum aliqua essent in loco naturali, tñ forte mixtum non quiesceret, quia nõ est natum moueri ꝯm exigentiam illius qualitatis motiue existentis in loco naturali. sed aliarum prædñantium in trahendo, & propter hoc mouebitur. Ratio post oppositum est pro duabus vltimis conclusionibus, & eorum correlariis. Et hæc de ista quæstione sufficiant.

Amplius autem & potentias attribuunt corpori.
Tex. cõm. 54. Quæstio. XIIII.

QVæritur decimoquarto. Vtrũ qualitates actiue sint principia actiua principalia in generatione mixti ex elemẽtis. Et arguitur ꝙ sic. Illa sunt principia actiua principalia generationis mixti, quibus positis ponitur actio, & quibus non positis nõ ponitur actio, sed sic est de qualitatibus primis. igitur &c. maior patet de se. minor manifesta est per experientiam, quia vbicunq; ponitur caliditas siue in ferro siue in igne ipsa calefacit applicata calefactibili, & qñ ipsa non ponitur non fit calefactio. vnde si ignis non haberet caliditatem ipse non calefaceret. Secũdo. illa sunt principia actiua in generatione mixti per quę elementa agunt & patiuntur adinuicem, sed elementa agunt & patiuntur adinuicem per qualitates primas. igitur &c. maior patet, quia illa sunt principia actiua corruptionis elementorum. ergo gñationis mixtorum. tenet consequẽtia, quia eadem sunt agentia corrũpentia elementa & generatiua mixta. minor patet de se. Tertio. illa sunt principia actiua in generatione mixti, ꝯm quorum proportionem aliam & aliam generantur alia & alia mixta, sed ꝯm proportionem qualitatum primarum aliam & aliam generantur alia & alia mixta. ergo &c. maior patet, quæ supposita identitate materiæ effectus non diuersificatur nisi ꝓpter diuersitatem agẽtium, sicut traditur à Cõmen. 8. Meta. minor patet per Philosophũ secundo huius. ca. 7. Confirmatur auctoritate Arist. in de sensu, vbi dicit ꝙ ignis non agit inquantum ignis, sed inquantum calidus, ideo videtur velle ꝙ caliditas est principalius causa actionis ignis, & per consequens principale principium actiuũ. Cõm. ... Tex. ...

Quarto qualitates primę sunt causæ gñationis mixti & non sunt causæ aliæ q̃ actiue. igitur sunt principia actiua in generatione mixti. consequentia tenet. añs pro prima parte patet, quia nunq̃ generaretur mixtum nisi concurrerent qualitates primæ, & hoc non videtur esse nisi aliquo modo esset causa totalis gñationis. minor nota est inducendo in singulis aliis generibus causarum non. n. sunt causæ meteriales, quia nõ sunt materiæ substantiæ, nec causę formales generationis, quia gñatio est ipsamet forma, nec est causa finalis, quia præcedunt gñationem in materia, & ideo sunt finis gratia cuius fit generatio. Quinto. ad duplationem caliditatis sequitur duplatio effectus. igitur caliditas est causa principalis. consequentia tenet, quia hęc vr̃ causa principalis effectus, ad cuius duplationẽ sequitur duplatio effectus. añs probatur, quia si ignis cum tanta caliditate producit tm, cum subdupla non produceret nisi subduplũ. ergo. Sexto illud agẽs ad cuius variationem variaṫ effectus, videtur magis principale q̃ illud agens ad cuius variationẽ non variatur effectus, sed ad variationẽ qualitatum primarũ variatur effectus, & ad variationem ignis vel elementorum substantialiter non variatur effectus. igitur &c. maior rõnis videtur de se nota. minor apparet, quia si caliditas varia-

tas variaretur in generatione ignis vel aīalis sic ꝙ ipsa non concurreret variaretur effectus, sed si alia variarentur seruata caliditate, vt si caliditas summa poneretur in ferro & non in igne equaliter calefaceret, & equaliter ꝓduceret effectus prout experimur. Septimo. si alicubi accidentia principaliter agunt, tunc sic debet poni vbiqꝫ sed alicubi agunt principaliter. igitur &c. maior videtur nota, quia non est potior ratio in vno loco q̄ in alio. minor patet in sacramento altaris vbi non minus faciunt accidentia per se reperta sine subiecto q̄ in pane faciebāt vbi stabant in subiecto. ergo &c.

Tex.c.52 & 55. In oppositum videtur esse Philosophus secundo huius. cap. 8. vbi reprobat antiquos ponentes causam generationis esse caliditatem & frigiditatem.

In ista quæstione erunt duo articuli. In primo r̄ndebitur ad quæsitum. In secundo remouebuntur dubia vt videntur contraria.

Quātum ad primū primo nota. ꝙ s̄m Philosophum sunt duplices causæ agentes, quædam essentialiter ordinate, aliæ accidentaliter. Essentialiter ordinate dn̄r, quorum posterior dependet in esse & in agere à priori, sic ꝙ ipsa nec posset esse nec agere nisi existente priori agente. Causæ accidentaliter ordinate dn̄r quorum posterior non dependet in esse & agere à priori, vt pater & filius sunt causę agente. Secundo nota. ꝙ alique sunt principales, alique instrumentales. principales respectu aliarum dn̄r, quæ dirigunt alias in agendo & conseruant easdē, vt faber respectu mallei. vnde prima causa. s. deus est causa agens simpliciter principalis, quia ipsa dirigit oīa alia, & à nullo dirigitur. Alia vero agentia respectu suorum inferiorum principalia possunt dici, tn̄ respectu primi agentis omnia sunt instrumentalia. Instr̄ales causæ dn̄r quæ ab alijs principalibus conseruantur & dirigun tur in agendo, vt malleus respectu fabri. vnde omnia respectu primæ causę instrumentalia dn̄r. Tertio est notandum. ꝙ adhuc cārum agentiū aliæ sunt mediate aliæ immediate, immediate quæ agunt in passum sine alio coagente medio. mediate vero quæ agunt mediante aliquo alio coagente. Quarto nota. ꝙ in agentibus essentialiter subordinatis naturaliter loquendo, prima non potest agere cum infima nisi coagentibus oībus medijs de hoc magis dicetur post. patet, quia nunq̄ diceret Philosophus primā causam posse agere cum forte & berta generando filium nisi cęlum coageret, & per consequens nisi coageret ocs causę medie essentialiter subordinate.

His præmissis sit prima conclusio. Nullum accidens in virtute propria producit aliud accidēs. probatur, q̄a quicquid accidens producit, producit virtute agētium superiorum. igitur conclusio vera. consequētia tenet, & aῆs apparet, quia accidens depēdet in esse & in agere ab agentibus superioribus, & per consequens quicquid ꝓducit facit virtute superiorum agentiū à quibus dependet. Sed contra. videtur ꝙ sit illud principalis causa caliditatis vel effectus cui effectus magis assimilatur, sed caliditas magis assimilat̄ caliditati, & accidens accidenti. igitur &c. maior videtur nota. quia agens agit propter assimilare sibi passum. minor nota est de se. Rn̄detur negando maiorem, immo effectus cōiter magis assimilatur instrumentali agenti q̄ principali. q̄uis. n. prima causa sit in omni actione agens principalissimum, tn̄ minime ei assimilantur effectus. Et ad probationem dicitur ꝙ illud dictum. agēs agit propter assimilare sibi passum vel intelligitur de qualitatibus primis solum, vel de his agentibus inferioribus, superiora. n. agentia non agunt propter assimilare sibi passum prout notum est. Secunda conclusio. Nullum accidens in virtute propria producit aliquam substantiam. probatur, quia magis videntur producere accidens q̄ substantiam, sed nequeunt in virtute propria producere accidens. igitur nec substantiam. tenet consequentia. maior patet, quia accidens similius est accidenti q̄ substantiæ, etiam quia facilius est producere accidens q̄ substātiam. minor patet per conclusionem præcedentē. Et confirmatur, quia si in virtute propria produceret substantiam, tunc daret alteri maiorem perfectionem q̄ ipsummet haberet, & sic vltra gradum proprium ageret, quod non est possibile, apparet. n. agens esse pręstantius passo. & tenet consequentia, quia daret perfectionem substātiæ quecunqꝫ sit illa. modo perfectio substantiæ est maior q̄ quecunqꝫ perfectio accidentis. Tertia conclusio. Qualitates elementorum non sunt principia actiua principalia in gn̄atione mixtorum. probatur sic, quia agēs principale alicuius effectus debet esse nobilius vel eque nobile, sicut est effectus illorum. maior nota est, quia sicut dictum est. agens principale non pōt dare vltra illud quod habet actu. minor est Philosophi. 7. Meta. substantia. n. prior est accidente perfectione. Tex.c. 4. & 47. Secundo accidens non potest in virtute propria producere aliud accidens. igitur nec est agens principale in generatione substātiæ. maior patet, & consequentia tenet, quia magis videtur posse producere accidens, vt agēs principale q̄ substantiam. Quarta conclusio. Formæ substantiales elemētorum non sunt agentia subordinata in generatione mixtorum. probatur sic frequenter possunt generari mixta formis elemētorum actiue non concurrētibus. igitur non sunt agētia subordinata in gn̄atione eorum. consequentia tenet per quartum notabile. aῆs apparet in generatione aīalium per putrefactionem terræ, ibi. n. non concurrunt actiue elementa, immo principaliter cęlum cum suis aspectibus.

Secundo formæ elementorum qn̄ agunt ad gn̄ationem mixti pure accidētaliter concurrunt in ista gn̄atione, igitur non sunt agentia subordinata. consequentia tenet, quia agentia subordinata in suorum effectuum productione de per se concurrunt. aῆs apparet, quia formę elementorū nullo modo intendunt gn̄are mixta sed sua actione forte si agunt ad extra intendunt gn̄are sibi similia, & ꝓp hoc agunt. Tertio. ignis in generatione ignis non est agens subordinatū. igitur nec in gn̄atione mixti. consequentia tenet, quia magis videtur ibi esse causa subordinata q̄ alibi. aῆs apparet, quia ignis frequenter generatur immediate à cœlo cum lumine, vt per reflexionē à speculo cōcauo nullo igne concurrente ad gn̄ationem quod esse non posset naturaliter si in gn̄atione ignis forma substantialis esset causa agēs subordinata. Quinta conclusio. Cœlum intelligentiæ, & primum agens, seu prima causa sunt principales & subordinate in gn̄atione mixtorum, loquendo naturaliter. patet, quia mixta generantur ab aliquibus tanq̄ à causis principalibus, & non gn̄antur à formis elementorum, vt dicit conclusio præcedens, nec à qualitatibus eorundem vt dicit tertia conclusio. igitur non vr̄ à quo generentur principaliter nisi à cœlo & intelligentijs, & prima causa. Confirmatur conclusio auctoritate Philosophi. 1. Metheo. d. ꝙ necesse est hunc mundum inferiorē esse continuum. i. cōtiguum actionibus superioribus, vt tota eius virtus inde gubernetur. modo gubernans est principalius gubernato. igitur cęlū & causę superiores sunt principales in agēdo respectu effectuum inferiorum. Sexta conclusio. Qualitates primæ elementorum sunt causæ agentes instr̄ales in generatione mixtorū. patet conclusio, q̄a mediantibus eis tanq̄ mediantibus instrumentis materiam disponentibus primę causæ producunt formam mixti in materia. igitur conclusio vera. consequentia tenet, & antecedēs est manifestum, quia nunq̄ ab illis causis principalibus producitur forma mixti nisi materia disposita sit per qualitates primas. Septima conclusio. Si causæ superiores non agerent, qualitates primæ nullo modo sufficerent agere. apparet per auctorem de causis. nam in oēm effectum plus influunt causæ primę q̄ alię. igitur si illæ non agerent aliæ nihil possent facere. tenet conse

consequentia, quia da oppositum, sequitur q causæ secundæ aliquem totũ effectum possent producere absq; prima, & per consequens in istum non plus influunt primæ causæ quàm posteriores, quod est oppositum antecedentis. Et hoc de primo &c.

Quantum ad secundum dubitatur contra illum processum. videtur. n. q non in omni effectus productione hic inferins omnia agentia subordinata concurrant, immo videtur q nullum cõcurrit omnibus effectibus hic productis. Primo. quia sequeretur q agentia vniuersalia resisterent sibiipsis. consequens est inconueniens. quia nihil resistit sibiipsi. consequentia tenet, quia si agũt in oẽm effectum productiue, sequitur q agunt in productione calidi, & etiam in productione frigidi, sed notum est producendo frigidum resistunt omni generanti calidum respectu eiusdem subiecti. igitur resistũt sibiipsis. Secundo. quia sequitur q concurrerent in omni resistentia. hoc consequens est inconueniẽs vt ꝓbabitur. & probatur consequentia, quia non magis possunt hæc inferiora in virtute propria resistere q̃ agere, sed per prædicta non possunt agere in propria virtute. igitur nec resistere. falsitas consequentis probatur, quia si concurrãt cum omni resistẽtia, sequitur q eiusdem faciunt gñationem, & quantum possunt impediunt, igitur videtur implicare, & tenet consequentia, quia ex quo concurrunt cum oĩs effectus productione conueniens est q concurrunt cum agente calido producendo calidũ, sed ex quo concurrunt cum omni resistentia, conueniens est q per frigidum inquantũ possunt impediunt gñationem calidi. igitur eundem effectum facerent, & q̃tum possent ipsum impedirent. Tertio. si ad calefactionẽ concurreret aliqua substantia, sequitur q illa esset virtutis infinitæ. consequens est falsum, & probatur consequentia, quia illud agens est infinitæ virtutis, quod infinitum effectum q̃tum est ex parte sui potest ꝓducere principaliter. modo ista substantia q̃tum est ex parte sui infinitum effectũ potest facere principaliter. maior nota est de se, minor ꝓbatur, quia ad duplationem caliditatis faceret effectum in duplo maiorem, & ad triplationem caliditatis faceret effectum in triplo maiorem. ergo si in infinita fieret caliditas ista eadem substantia q̃tum est ex parte sui faceret principaliter effectum infinitum, quod fuit probãdum.

Quarto. sequitur q si cœlum cessaret influere vel intelligentia mouere, q ego cessarem videre colorem. consequens non videtur verum, & consequẽtia tenet, quia ego nullum effectum possum facere per cõclusionẽ, nisi coagẽtibus oĩbus causis medijs subordinatis, etiã oportet per conclusionem intelligentiam mouentem ad omnis effectus productionẽ concurrere. ergo si ipsi non influeret, ego non possem videre. Quinto. sequitur q si intelligentia non ageret nihil amplius corrumperetur quod tamen videtur falsum, quia tunc per eam cessare agere fierent omnia perpetua. Iterum tunc graue non descenderet, nec candela illuminaret.

Ad istas rationes respondetur q non est inconueniẽs q idem mediantibus diuersis instrumentis sibiipsi resistat, vt tu mouendo manum dexterã. s. versus latus sinistrum potes resistere tibiipsi contra mouendo manum sinistram. Sic prima causa agendo cum aqua ꝓducit frigiditatem, & agẽdo cum igne impedit gñationem eius & resistit sibiipsi. hoc. n. est necesse de agentibus vniuersalibus q ad vnum & eundẽ effectum concurrunt agendo per vnum instrumentũ & resistendo per aliud. Ad secundum respondetur per idem q in omni resistentia concurrunt causæ vniuersales agentes, & q non est inconueniens agentia vniuersalia per vnum suum instrumẽtum agere, & per aliud inquantũ per naturam patet per illud instrumentũ possunt eundem effectum impedire, sic. n. cuilibet enti hic inferius influunt vt diligant se permanere, & ideo cum quolibet ente in particulari inquantum pñt per ipsum naturaliter sæpe impediunt effectus gñationem, ad cuius generationem sequitur illius primi corruptio. Ad tertium potest dici vno modo q principalissima causa oĩum causarum est infinitæ virtutis in vigore. s. prima causa. Verum est q licet ita sit, tñ hoc forte ratio naturalis non diceret. Ideo aliter dicitur negando consequentiam. Ad probationem dici potest dupliciter. Vnomodo concessa maiore, negatur minor q substantia principaliter agens q̃tum est ex parte sui põt producere infinitum effectum. Et ad probationem dicitur q licet ita esset q̃tum ad infinitam intensionem caliditatis aliqua substantia finita produceret infinitum effectum, tñ illum non produceret nisi mediante instr̃o infinito, & ideo illud instr̃m cum causis superioribus produceret totum effectum, & ad hoc nõ sequitur aliquod istorum superiorum agentium esse virtutis infinitæ. Aliter potest dici forte & melius, quòd quantũcunq; caliditas intẽderetur, tñ semper esset finita, & ideo causæ agentes solum finitæ per eam possunt, licet tñ syncathegorematice concedi posset & miraculose q in infinitum caliditas põt intendi, & q in infinitum substãtia potest fortius calefacere, sed ad istas non sequitur q substantia agens principaliter sit infinitæ virtutis, sicut non sequitur graue simplex per subtiliationem medij põt in infinitum velociter descẽdere. igitur est infinitę virtutis.

Ad quartum dicitur naturaliter loquendo q si cœlum cessaret, aut prima causa influere non solũ cessaret homo videre, sed etiam esse, de hoc magis videbitur in alia quęstione. Et per hoc vltra cõceditur rñdendo ad quintam. q si intelligẽtia agere cessaret q nihil plus corrũperetur, quia nihil plus remaneret, & ideo non sequitur q omnia fierent perpetua. cõceditur etiã q candela non illuminaret, nec graue descẽderet, & etiã videbitur de hoc plus in qõne corrñdente huic materiæ post &c.

Ad rationes principales. Ad primã dicitur, q non oportet illud esse causam principalem alicuius actionis, quo posito primo ponitur effectus seu actio, & quo remoto remouetur actio, quia stante voluntate efficaci artificis posito instrumento & materia ponitur actio, & isto instrumento remoto remouetur actio, non tamen instrumentum est causa principalis. Ad secundum dicitur, q bene probat qualitates primas esse causas agẽtes instrumentales, & hoc est pro sexta conclusione. Ad tertium dicitur eodem modo, q verum est q illa sunt agentia principalia vel instrumentalia, secundum quorum proportionem aliam & aliam &c. nec oportet q talia sint agentia principalia, quia omnes effectus producti quasi diuersificantur propter diuersitatem agentium instrumentalium, cũuis idem est deus, & idem cœlum concurrentia principaliter in omni effectuum generatione, propter tamen particularium diuersitatem diuersificantur effectus, prout notum est, quia secũdum eorum diuersitatem agentia principalia aliter & aliter influunt in effectum. Et ad confirmationem dicitur, q Philosophus non plus voluit nisi q ignis calefacit mediante caliditate & non sine ea, nec hoc est cõtra dicta. Ad quartum concedo, q qualitates primæ sunt causæ actiue in generatione mixti, sed instrumentales, vt dictum est, & non plus probat ratio. Ad quintum dicitur, q non oportet illud esse causam principalem, ad cuius duplationem duplatur effectus, quia hoc frequenter contingit propter duplationẽ instrumenti, & ideo ratio non procedit. Ad sextum dicitur, q fortes in generatione ignis caliditas magis de per se concurrit, hoc est solum instrumentaliter, & non vt causæ essentialiter ordinatæ.

Ad septimum de sacramento altaris, dicitur q ibi prima causa supplet locum materiæ sic q agit p qualitates & facit qualitates pati, sicut si essent in substantia, sed qa per miraculum hoc est, ratio non est ad propositum.

Ratio post oppositũ est pro pręmissis cõclusionibus.

Similiter

Similiter autem facientibus vnam eorum materiã, &c.
Text. cõm. 48. Quæstio XV.

QVæritur quintodecimo. Vtrum contingat dare mixtum temperamentum ex elementis vel ex qualitatibns elementorum. Et arguitur ꝙ sic, qa vbi est dare maius & minus, ibi est dare equale, sed contingit esse mixtum lapsum ad caliditatem & siccitatem magis, & contingit dare lapsum minus ad ista & magis ad contraria, puta ad frigiditatem & humiditatem, igitur contingit dare mixtum habens ęqualiter de istis, & hoc erit temperatum, igitur, &c. maior videtur esse principium, & minor manifesta est de diuersis mixtis in cholericis.n.dominatur caliditas, & siccitas, & in cucurbitis frigiditas, & humiditas, ꝙ aũt mixtum habens æqualiter de istis esset temperatum apparet, quia temperatum est adequatio qualitatum elementorum in vno indiuiduo. Secundo est dare aliquod mixtum intemperatum ex elementis. ergo erit dare aliquod mixtum temperatum ex, eisdem, probatur consequentia, quia si vnum oppositorum est in natura specialiter, quod est priuatio & minus de desideratum à natura, tunc etiam erit & reliquum, quod est habitus & magis à natura intentum, modo intemperatum & temperatum sunt opposita & est intemperatum priuatio, & minus intentum, igitur, &c. maior nota est & minor similiter, quia natura magis intendit temperiem, & perfectionem quàm imperfectionem, & intemperiem. Tertio, nisi sic nullum animal esset perfecte sanum; consequens est falsum, & probatur consequentia, quia sanitas consistit in temperamento qualitatum elementorum, & in adequatione humorum eorundem. Quarto signato aliquo mixto vel est temperatum, & habetur propositum, vel est intẽperatum, & sic tũc alique qualitates excedunt alias. pono igitur illas remitti vel alias intendi, donec fiat adequatio, quod non videtur imposibile quo facto erit mixtum temperatum, igitur, &c. Quinto. sit mixtum lapsum ad frigidum & humidum ęqualiter, & pono ꝙ alteretur quousque fiat æqualiter lapsum ad calidum & siccum, tunc sic non contingit transire de extremo in extremum nisi transeatur per medium, sed hic fit transitus de lapso ad frigidum & humidum æqualiter vsque ad ęqualiter lapsum ad calidum & siccum, igitur transiretur per medium in quo omnia ista erũt adequata, & per consequens illo tunc quando erit illud mediũ erit mixtum temperatum, igitur, &c. Sexto est dare aliquod mixtum quod naturaliter quiescit in medio elementorum, quod.s.derelinquit duo elementa infra se, & duo supra se, igitur est dare mixtum equaliter ex elementis consequentia tenet, quia tale videretur equaliter mixtum ex elementis, quia tantum habet de leuitatibus, sicut de grauitantibus, antecedens videtur, patere per experientiam, quòd in aere descendit, & in aqua ascendit, & in medio illorum quiescit, & patet ratione quia si quiesceret naturaliter supra magis, ponatur intendi grauitas donec sit adequata leuitati, & tunc quiesceret naturaliter in medio, & si infra quiesceret ponatur remitti grauitas, & intendi leuitas. ergo, &c.

Septimo sicut est in maiori mundo ita est in minori sed in maiori mundo elementa sunt adequata in potentijs. ergo ita debet esse in minori mũdo.s.in homine igitur homo debet esse temperatus in elementis maior patet conuenienti similitudine, & accipitur a Philosopho.
Tex.c.17 octauo physicorum minor patet quia nisi elementa in minori essent adequata in potentijs, vnum eorum corrumperet aliud, & sic fieret mundus inordinatus, quod non est possibile. Octauo ars potest facere ex aliquibus duobus elementis mixtum, igitur hoc magis põt natura consequentia tenet, quia maioris virtutis & potentię est natura quàm ars, antecedens patet, quia possibile est ꝙ artifex per artem suam faciat mixtum æqualiter ex aqua & vino, igitur, &c.

In oppositum arguitur per Commentatorem in isto Com.49
secundo vbi, vult quòd impossibile est dare mixtum ex elementis æqualiter, & hoc idem dicit primo cœli, vbi probat hoc quia illud mixtum quiesceret vbicũq; poneretur, nec haberet motum naturalem, quia mixtum mouetur ad motum elementis dominantis in eo, Cõm.7
modo si essent adequata, tunc nullum elementum esset dominans igitur, &c.

Pro ista quæstione nota. ꝙ mixtum elementis potest intelligi dupliciter. Vno modo diceretur mixtum temperatum in quo elementa in omnibus qualitatibus remanentibus.s.tam alteratiuis quàm motiuis essent puta mixtum, quod tantum haberet de caliditate sicut de frigiditate, & sic de alijs qualitatibus elemẽtorũ, & hoc mixtum diceretur temperatum ad põdus, quia equali pondere in intensione, elementa in suis qualitatibus in eo dominarentur. Alio modo diceretur mixtum temperatum non ad pondus, sed in ordine ad complexionem suæ speciei debitam, & vocatur hoc temperatum ad iustitiam.s.mixtum in quo nõ sunt omnes qualitates elementorum adequate, sed in quo sunt in optima dispositione secundum operatione debitas certe speciei vnde aduertendum est, quòd quodlibet mixtorũ certam qualitatiuam dispositionem sibi determinat, quæ non consistit in æqualitate omnium qualitatum elemẽtorum, sed in debita dispositione earum in ordine ad operationes sibi debitas, & proportione sibi conuenienti, si.n.in homine fieret adequatio qualitatum primarũ vel magna tẽdentia ad æqualitatem, statim moreretur homo, eo ꝙ nimis remitteretur caliditas eius naturalis. igitur temperamentum conueniens homini consistit in proportione qualitatum primarum, quia homo posset optime in operationes sibi debitas. Et secundum huiusmodi duplex temperamentum. Erunt in quęstione duo arti. In primo videbitur vtrum sit possibile mixtum esse temperatum, ad pondus ex elementis. Secundo vtrum sit dare mixtum temperatum ad iustitiam ex eisdem.

Quantum ad primum nota. ꝙ in mixto ex elementis duplices derelinquuntur qualitates, quædam alteratiue, sicut caliditas humiditas, & frigiditas & siccitas, & quędam motiue localiter. sicut sunt grauitas & leuitas. Ex quo sequitur quòd adhuc primus sensus quæstionis potest intelligi tripliciter. Primo modo vtrum sit mixtũ in quo omnes qualitates huiusmodi æqualiter dominentur, sicut superius dictum est. Alio modo si sit dare mixtum in quo omnes qualitates alteratiue sunt æquales, siue motiue localiter sint æquales, siue non. Et tertio modo si sit dare mixtum in quo qualitates motiue localiter sint adequate quicquid sit de alteratiuis. Secundo nota. ꝙ de hac materia volo loqui puræ naturaliter, quia quòd per potentiam diuinã posset esse temperatum ex elemẽtis siue ad pondus siue aliter nullus negaret.

Tunc sit prima suppositio, si in mixto essent adequate qualitates alteratiue mixtum haberet multum plus de grauitate quam de leuitate probatur sic quia ad hoc quòd in mixto sit tãta leuitas, sicut grauitas requiritur quòd in eo sit multo maior caliditas ꝗ frigiditas, igitur si essent adequate in mixto caliditas & frigiditas non essent adequate leuitas & grauitas, immo esset maior grauitas quàm leuitas, quod est propositum consequentia tenet, & antecedens declaratur, tam in naturaliter dispositis quàm in violenter dispositis, in naturaliter dispositis constat quòd in animali est multo maior grauitas quam leuitas, tamen cum hoc est in eo maior caliditas quàm frigiditas eo quod vita animalis consistit in esse

esse calidũ, si ergo pro calefactione deberet leuitas adequari grauitati, oportereret quòd in eo fieret multũ maior caliditas quam frigiditas, quia actu est maior, sicut dictum est. in violenter calidis apparet similiter. nam in ferro calido est maior grauitas, non obstante ꝙ in eo sit maior caliditas. Si igitur per vlteriorem calefactionem deberet leuitas adequari grauitati, oporteret ꝙ caliditas valde excederet frigiditatem. Ex quo sequitur secunda suppositio si esset mixtũ æqualiter ex qualitatibus motiuis ipsum esset mixtum inæqualiter ex alteratiuis, patet ex præcedente. Tertia suppositio. supposito ꝙ in aliquo mixto qualitates alteratiue elementorum essent adequate in gradu, adhuc tamen ipsæ nõ essent adequate in virtute apparet, & adhuc caliditas, fortius ageret & minus resisteret quàm frigiditas, quia iste due simul fortius agerent & minus resisterent siccitas humiditas. Quarta suppositio, supposito ꝙ qualitates primæ in mixto essent adequate, in agere tñ non essent adequate in resistere apparet. quia si frigiditas debet esse ęqualiter actiua sicut caliditas, oportet ꝙ sit intensior quàm caliditas per prius dicta, modo intensior est fortioris resistentię quàm caliditas, patet, quia equalis magis resistit quàm caliditas, ergo à multo fortiori intensior magis resistit.

His præmissis sit prima conclusio. Non est possibile mixtum esse temperatum ad pondus ex elemẽtis quo ad qualitates motiuas, & alteratiuas simul apparet per duas primas suppositiones quia si sit adequatio in qualitatibus, alteratiuis erit inequalitatis in motiuis si autem fuerit æqualitas in motiuis, erit inequalitas in alteratiuis. Secunda conclusio. Possibile est esse mixtũ temperatum quo ad qualitates alteratiuas tantum. apparet quia si sit iam inequalitas in mixto, ponamus quod si sit lapsum ad siccitatem & frigiditatem, quòd fiat alteratio ad caliditatem quousque sit æqualis frigiditati, & ad humiditatem quousꝗ sit æqualis siccitati, nec videtur quin hoc sit possibile. quo facto erit mixtum temperatum quo ad qualitates alteratiuas. Tertia conclusio. Possibile est esse mixtum temperatum quo ad qualitates motiuas æqualiter. probatur sicut pręcedẽs quia sit inæqualitas, eo quòd habeat mixtum plus de grauitate quàm de leuitate, fiat leuificatio quousque. s. leuitas sit grauitati adequata, & habetur propositum.

Quarto conclusio, si in mixto qualitates motiue dominarentur æqualiter vel ad immaginationem omnes qualitates sic quòd esset simpliciter tẽperatum ad pondus, adhuc non vbicunque poneretur quiesceret, quia posito tali mixto in sphæra ignis, adhuc aer aqua, & terra traherent ipsum deorsum, & leuitas iginis non resisteret. eo quòd esset in loco naturali immo etiã in sphæra aeris moueretur deorsum, & sola leuitas ignea resisteret, aerea. n. leuitas esset in loco naturali, & ideo non trahit, simili modo probaretur ꝙ in aqua vel terra moueretur sursum, si tamen in medio inter aerem & aquã poneretur non traheretur, quia duo elementa per suas qualitates tenerent ipsum deorsum, & duo alia elementa tenerẽt ipsum sursum. Quinta conclusio. supposito ꝙ esset mixtum temperratum ex elementis ipsum non esset perpetuũ, patet per tertiam suppositionẽ, quia supposito ꝙ qualitates alteratiue essent ęquales in gradu, tñ non essent æquales in virtute, similiter. n. in ea non essent æquales in resistere, quare adhuc in tali mixto esset difformitas seu diuersitas intrinseca, propter quam esset corruptibile, & iterum tale mixtum approximatum summe calido vel summe frigido ab eis pateretur, & disconuenienter disponeretur, quare posset corrumpi. Et hoc est propositum.

Quantum ad secundum videndum est vtrum sit dare aliquod mixtum existens in optima dispositione debita & naturali suæ speciei, per quam optime potest in omnes operationes suas debitas. & hunc articulũ subdiuidendo. Primo potest videri vtrum mixta diuersarum specierum, possint habere eandem dispositionem & proportionem qualitatum primarum. Secundo videbitur, vtrum mixta eiusdem speciei possint, manere sub alia & alia qualitatum primarum dispositione, & complexione. Tertio videbitur. vtrum viuum quãdiu viuit semper sibi determinet similem vel eandem dispositionem seu complexionem, vel potius secundum diuersitatem, viuentis vel senectutis determinet sibi complexionem aliam & aliam. Quarto videndum est vtrũ complexio calefactuia fortior sit in pueritia vel in iuuẽtute hominis. Quinto videbitur si mixtum per aliquod tempus posset esse vel manere sub optima complexione suæ speciei determinata.

Quantum ad primum primo nota. ꝙ quædam est complexio radicalis ipsius mixti. s. quã sibi determinat forma substantialis eius, alia est quasi accidentalis, & ab extrinseco. s. quam mixtum habet per alterationem ab extrinseco, sicut à sole vel à nntrimento. Secundo notandum ꝙ in complexione radicali, viui sicut asini duplices sunt qualitates, quædam sunt eductiue formæ, sicut caliditas cum alijs qualitatibus primis. aliæ sunt organice, sicut figura & alię dispositiones organorum, sicut in oculo figura oculi, & alię disposiones quę disponunt oculum ad hoc quòd per ipsum fiat visio.

Tertio notandum est, quòd ad mutationem complexionis vel dispositionis accidentalis, sequitur variatio complexionis naturalis, licet non ita totaliter.

Quarto notandum. ꝙ mixtum certe speciei sub aliqua dispositione stat naturaliter, & sub aliqua violenter, & sub aliqua nunquã potest stare, qñ est sub prima, tunc est sanum vel simpliciter vel vt nunc qñ est sub secunda est in infirmum, nunq̃ aũt est sub tertia, quia illa adueniente mixtum moritur. Quinto nota. quòd cõplexio qualitatiua in materia cum agentibus vniuersalibus agit tantum quantum potest, quia est agens naturale.

His præmissis sit prima conclusio. cuilibet speciei cõuenit aliqua latitudo proportionis qualitatum primarum sub qua nullum mixtum alterius speciei naturaliter posset esse patet hoc, quia entia diuersa in specie naturaliter determinant sibi diuersas complexiones. Secundo patet idem, quia complexiones talium qualitatum tm̃ quantum possunt dato igitur quod vna pluribus speciebus conueniat naturaliter, sequtiur quòd illa introducta in materiam per eam vtreque formę duarum specierum producentur cum agentibus vniuersalibus, sed manifestum est, quòd hoc non est possibile, quòd autem hæc dispositio seu proportio habeat latitudinem, patet hoc, quia non omnia indiuidua eiusdẽ speciei habent eandem dispositionem qualitatum primarum. Secunda conclusio. vnaquæꝗ species determinat sibi maiorem latitudinem, sub qua potest stare violenter quam sub qua potest stare naturaliter, patet, quia maior est latitudo sub qua potest stare homo infirmus quàm sub qua potest stare homo perfecte sanus. pluribus. n. modis in quolibet contingit esse male q̃ bene. Tertia conclusio dato indiuiduo certe speciei, vt terra ipsa sub dispositione qualitatiua minus conueniente potest permanere quàm ipsum potest generari. probatur, quia data terra deueniente ad dispositionem non ita perfectam, sicut erat ista sub qua generabatur. Quæro vtrum adhuc est si. dicis quòd sic sequitur, cũ non sit dare vltimum rei permanentis in esse si hæc dispositio vlterius disponatur pro corruptione terræ, ꝙ hæc terra post erit, sed tunc esset sub dispositione qualitatiua minus conueniente quàm erat illa sub qua generabatur, eo quòd hæc est remissa quę erat æqualiter cõueniens, igitur conclusio vera. Sed si dicatur quòd hęc terra

terra non est, inconueniens est, quia exquo terra sub hac dispositione potuit generari, & potuit sub ea remanere, & esset eo quòd non minor virtus requirit ad rem de nouo producendam quàm ad eam conseruandam, productam. Quarta conclusio, sequitur quòd plura indiuidua diuersarum specierũ possunt sub eadem vel sub simili dispositione qualitatiua remanere violenter. probatur ex præcedente, quia supposito quòd terra immediate generaretur ex aqua, tunc constat quòd immediate vsque ad generationem terræ manebit aqua, ergo manebit sub dispositione frigiditatis & humiditatis vsque ad generationem terræ. Si tunc secundo iterum ex terra generaretur aqua, constat terram remanere sub dispositione minus conueniente quàm generabatur, per conclusionem præcedentem, ergo cum maiori frigiditate & humiditate manebit quàm generabatur. igitur sub eadẽ vel simili dispositione manebit sub qua mansit aqua ante eius genertionem, igitur conclusio vera. Quinta conclusio. veniendo.s.de summo calido, & summo sicco ad summũ frigidum & summum humidum infinite sunt proportiones medie, quarum quędam sunt maiores, & quædam minores, quædam rationales, quædam irrationales, patet de se, quia à quacunque modica additione vel ablatione variatur proportio. Sexta cõclusio sub qualibet illarum proportionũ põt esse aliqua forma vel naturaliter vel violẽter, patet, quia aliter materia per alterationem fiet sine forma ĩ processu de summo calido & summo sicco ad opposita, quod non est dicendum. Septima conclusio. nulla forma substantialis sub qualibet illarum dispositionũ potest esse naturaliter, vel etiam violenter, conclusio manifesta est de se, exquo patet, quòd aliqua mixta fiunt post alia determinata, & non quodlibet post quodlibet indifferenter, vnde non post corruptionem equi generatur immediate asinus, quia sunt complexiones medie qualitatum conuenientes alijs mixtis, quas oportet pertrãsiri antequam deueniatur de esse æqui in esse asinum. Octaua conclusio. verisimile est ꝙ nulla forma stat naturaliter sub proportione irrationali qualitatum, patet, quia aliæ proportiones sunt nobiliores & apertiores pro exercendo operationes debitas rei exquo patet quare aliquarum specierum indiuidua se, mutuo diligunt, & aliquarum se odiunt, quia quando proportiones naturales diuersis speciebus cõuenientes sunt adinuicẽ rationales vel harmoniace, tũc indiuidua illarum specierum consueuerunt se diligere. si autẽ sunt in proportione irrationali consueuerunt se odire, vt forte est de oue & lupo. Nona conclusio. formæ diuersarum specierum bene possunt esse uaturaliter sub eadẽ vel simili dispositione qualitatiua organica patet de oculo asini, & de oculo bouis, in quibus sunt similes dispositiones organice, & tñ habent formas substantiales extensas scilicet, animas diuesras. Et hoc de prima parte huius articuli.

Quantum ad secundam partem sit prima conclusio hæc. Non omnia indiuidua eiusdem speciei determinãt sibi naturaliter eandem complexionem, patet per medicos ponẽtes quatuor complexiones in eadem specie specialissima humana, & ponũt adhuc in qualibet eorũ latitudinem secundum magis & minus. Secundo si cholericus alteretur ad complexionem flegmaticam fieret infirmus, quod non esset si esset eadem complexio flegmatica & cholerica. Tertio, dicunt medici, quòd quædam est complexio lapsa, & minus naturalis, & alia naturalis in eadem specie, igitur conclusio vera.

Secunda conclusio est, quòd omnium illarum complexionum vni speciei conuenienti naturaliter est talis vnio quòd nullius alterius speciei indiuiduum sub tali aliqua staret naturaliter apparet ex secunda parte illius articuli. Tertia conclusio nõ omnium membrorum eiusdem indiuidui est similis complexio, apparet per medicos dicentes cor esse complexionis calide & sicce, & cerebrum frigide & humide, &c. Item fortius apparet, quia certum est quòd si cerebrum tm̃ fieret calidum & siccum, sicut cor est calidum homo esset infirmus. Et hæc conclusio est manifesta de dispositionibus organicis, licet etiam vera sit per probata de dispositionibus æductis. Tertio confirmatur conclusio ex auctoritate Arist. dicentis. ossa esse complexionis terreæ, & constat ꝙ multa membra animalis non sunt complexionis violente, seu terreæ. Quarta, eiusdem formę extense sicut est anima bouis, omnes partes differũt inter se solum numero essentialiter. probatur, quia aliter nullatenus ille partes constituerent eandem formam totalem, cuius oppositum supponitur, & patet consequentia, quia duę formæ substantiales diuersarum specierum non faciunt vnum, eo quòd vltima eorum nõ sunt vnum. Iterum si facerent vnum pari ratione diceremus partes formæ totalis virgule, cuius vna medietas, est arida, & alia viua facerent vnam formam totalem, & sic virga deberet dici vnum substantialiter sicut anima, quòd tamen non est dicendum, cum vna eius pars sit viua, & alia mortua, & talia non faciunt vnum substantialiter, licet ista virga posset dici vnum in genere quantitatis. Correlarium, forma, ossis, carnis, cordis, & cerebri. in asino sunt essentialiter similes, sicut duę albedines eiusdem albedinis totalis, patet, & solum differunt numero per conclusionem, & ita faciunt duæ partes albedinis. Sed contra hanc conclusionem arguitur. fortiter. Primo, ꝙ ad diuersas dispositiones, qualitatiuas & diuersas proportiones qualitatum, sequitur diuersitas specifica formarum substãtialium sed in diuersis membris eiusdem animalis sunt diuersæ dispositiones qualitatiue & dissimiles, igitur, &c. ma. patet, quia alia ratio non potest assignari, quare mixta diuersarum specierum habent diuersas formas substantiales nisi propter diuersitatem dispositionum materiæ educentium formas substantiales minor patet per tertiam conclusionem. Secundo dissimiliores sunt qualitatiue complexiones oculi, & cordis eiusdem animalis quam sint oculi & oculi animaliũ diuersarum specierũ vt equi & bouis, sed hæc dissimilitudo complexionum in oculis animalium est causa diuersitatis specifice formarum productarum. igitur etiam dissimilitudo complexionis cordis & oculi. Et cõfirmatur tertio, quia dissimiliores sunt formæ ossis & carnis quam formę ossis & ossis, sed os & os numero differunt, ergo os & caro differunt plus q̃ numero, igitur differunt specie.

Pro solutione illarum rationum præmitto probabiliter, ꝙ licet in eodem animali sit complexiones eductiue membrorum & diuersæ, tñ illę sunt rationales ad inuicem, & habentes quasi equalem habitudinem proportionis in ordine ad totum, sic quòd est in omnibus his proportionibus cõsonantia seu harmoniaca similitudo in ordine ad totum animal, & propter hoc licet alique partes sint calidiores, & alique minus calide, nihil prohibet formas æductas esse totaliter similes essentialiter, sicut etiam est caliditas intensior cum caliditate minus intensa similis essentialiter, per hoc respondetur ad rationes. Ad primam dicitur negando maiorem .s. quòd diuersas dispositiones qualitatiuas sequitur diuersitas specifica, vniuersaliter eã intelligendo, sed oportet addi quòd sit diuersitas complexionis talis quæ nõ habet consonantiam debitam vni formæ totali, seu vni formæ eiusdem speciei, modo hoc non est in diuersis membris eiusdem animalis. Ad secundum dicitur primo quod dispositiones qualitatiue orgnanice oculorum equi & bouis sunt similiores quã oculi & cordis eiusdem animalis. Secundo quòd caliditates eductiue duorum oculorum sunt similiores quam oculi, & cor-

& cordis eiusdem animalis. Tertio q proportiones oculorum equi & bouis non sunt ita similes, nec tantã habent conuenientiam harmoniacam ad eandem formam totalem, sicut cõplexiones totales cordis & oculi eiusdẽ animalis, & propter illud formæ partiales cordis & oculi sunt eiusdem speciei, & duorum oculorum equi & bouis sunt diuersarum specierum. Ad confirmationem dicitur, quòd forma ossis & ossis sunt accidentaliter similiores, quàm ossis & carnis sed essentialiter, non & ideo ratio non procedit. Et hoc de secunda parte istius articuli.

Quantum ad tertiam patem nota. q medici ponunt hominis septem ætates. Vna est infantia, & dicitur durare vsque ad septimum annum. Secunda est pueritia, & dicitur durare à Septimo anno. vsq; ad 18. annum. Tertia est adolescentia a 18. anno vsque ad 25. annum vel circa. Quarta est iuuentus, & durat a 25. anno, vsq; ad 35. vel 36. Quinta est ætas virilis, & durat a 35. vel 36. vsque ad 49. vel eo circa. Sexta est senectus, & dr̄ durare a 49. vsque ad 60. vt in pluribus. Vltima ætas est decripiti, & durat vltra vsque ad finem vitę. Quęrit ergo iste articulus, vtrum in qualibet harum homo sit eiusdem complexionis. Secundo nota. q hæ assignationes vt in pluribus tenent, non tñ sunt punctuales, immo in quibusdam videntur minores, & in quibusdam maiores, immo pro infirmitate vel aliunde posset contingere quòd hæ ætates vel aliquæ ipsarum mul to citius terminarentur q̃ in terminis prius assignatis.

His præmissis sit conclusio responsalis hæc. quòd in diuersis ætatibus eiusdem viuentis est alia, & alia complexio. apparet, quia si talem complexionem haberet quis in senectute, qualem habuit in iuuentute, infirmus essent, prout medici communiter ponunt, mixtum, tamen debet denominari à complexione, sibi conueniente in optima, & conuenientissima ætate, & illius complexionis esse dicetur. Et hoc de tertia parte istius articuli.

Quantum ad quartam partem videbitur. Vtrum caliditas fortior sit in pueritia vel in ætate iuuentutis. Et arguitur primo. q caliditas seu calor iuuenis sit fortior & hoc sic. Illæ calor est fortior, qui maiores effectus potest facere, sed sic est de calores iuuenis, igitur, &c. ma. patet qa per quantitatẽ effectus cognoscitur, quantitas formæ, actus.n. notificant potentiam nono Metaphy. vnde ex alio non cognoscitur. quòd calor ignis est maior q̃ aeris, nisi quia magis calefacit, igitur sic erit in proposito, minor sic declaratur. primo quo ad. nutritionem, quia calor iuuenis sufficit digerere cibaria grossa & non pueri. Secundo in augmentatione, quia regulariter crescunt homines in iuuentute magis, quam faciunt in pueritia, immo ad minus secundum latitudinẽ & profunditatem. Tertia in generatione, quia calor iuuentutis generat. & non pueri. Quarto in motu localí, quia mouet localiter perfectius calor iuuenis q̃ pueri. Secundo calor iuuenis est cum sicco temperato. igitur est fortior. consequentia tenet per Commẽtatorem tertio colliget vbi dicit & voluit, q cęteris paribus calor est maior qui est cum sicco temperato antecedens apparet, quia complexio iuuenis est calida & sicca, & non excessiua sicca per Aui. primo cañ. fen prima. doc. Tertia. dicens q iuuenes habent complexionem magis temperatam q̃ pueri. Tertio. calor naturalis est fortior, qui fundatur in subiecto puriori, sic est de calore iuuenis, igitur, & cętera ma. patet, quia videtur quòd perfectio materię. arguit perfectiorem formarum, & etiam quia calor naturalis trahitur originaliter ex puritate humidi etiam infusi a parentibus, quare quanto idẽ magis purum, tanto erit purior & maior calor. minor patet, quia humidum iuuenis est purius, & perfectius. Primo, quia est propinquius temperato, quod quidẽ est summę purum, & patet per Aui. in loco præalleg.

Tex.c.2 & 7.

Secundo quia si puer nascitur nimis lapsus ad humiditatem, illæ lapsus potest corrigi in iuuentute, vt volunt medici hoc autem non posset nisi humidum iuuenis fieret purius. Tertio quia superfluitas humidi iuuenis est valde & magis digesta. vt patet in superfluitatibus apparatum igitur humiditas est purior, consequentia tenet. comẽ. illius aforis. primo aforis. dicitur. n. ibidẽ puerorum superfluitates sunt puriores, quia vr̄ q illud humidum quod restauratur loco deperditi frequenter fit purius q̃ humiditas pueri, probatur primo, quia virtus patris forte fuit debilis & nati in iuuentute erit fortis, & sic purius er t humidum, quod restauratur in iuuentute q̃ humidũ infusum à patre. & habetur propositum. Secundo quia humidũ iuuenis restauratũ est magis aquosum, & magis coagulatum q̃ humidum pueri igitur purius. Tertio. quia humidum iuuenis videtur magis esse digestum q pueri. Quarto. ad principale in illo est maior calor, in quo magis dominantur ignis, sed sic est de iuuenis, ergo, & cætera maior nota est de se. minor apparet. quia corpus iuuenis dicitur calidum & siccum, & hoc est in eo dominari ignem, non autem sic est de puero. Deinde arguitur, q calor pueri sit fortior, & hoc sic, in illo est maior calor, in quo fit maior augmentatio, sed sic est in puero, igitur maior nota est, quia caloris est extendere rarefacere & augere mi. patet, quia pueri crescunt notabiliter secundum longitudinem, & iuuenes non. Secundo in illo est maior calor, in quo est plus de humido, sed sic est de puero: igitur, &c. ma. patet quia calor naturalis sequitur humiditatem vel humidum radicale, & ex eo nutritur. igitur maior erit vbi est magis humidum. minorem probant medici, & Aui. primo cañ. doct. Tertia, & primo afor̄. in cõ. illius. Tertio sic. illę calor est maior qui sufficit prolongare vitã, sed sic est de calore pueri. igitur &c. maior nota est, quia calor naturalis est principium vitę, minor patet, quia calor pueri sufficit ad continuationẽ totius vitæ iuuentutis & senectutis, & cũ hoc sufficit pro vita præcedenti, quod non facit calor iuuenis.

Quarto in puero sunt fortiores operationes naturales. igitur maior calor, consequentia tenet, antecedẽs patet de digestione, quia frequentius comedunt pueri sine nocumento, q̃. s. iuuenes, & in eis est virtus expulsiua fortior vt voluit Gal. 6. de morbo. Quinto. in illo est maior calor qui magis propinquat principio generationis, sed sic est de puero, igitur, &c. ma. patet, quia principium generationis est sperma hoc autem est vehementer calidum, per Aui. primo cañ. & primo aforis. & Gal. cõm. afor̄. Et qui crescunt, modo quanto aliquid magis appropinquat ad naturam alicuius, tanto est magis tale, minor manifesta est de se. Sexto in iuuene nihil est de calore naturali, igitur non est in eo calor, consequentia tenet antecedẽs probatur, qa quælibet pars corporis pueri aliquid deperdit, & per consequens antequam ad ætatẽ iuuentutis veniat omnes partes quæ sunt à pueritia erunt resolute, igitur & tota caliditas naturalis, igitur non erit ibi nisi calor aduentitius vel cibalis, & partes noue consequentia secunda nota est de se, & prima tenet, quia non potest manere calor naturalis nisi maneat eius subiectum. Septimo arguitur mobilitas & incõstantia arguit maiorem calorem, sed talis est in pueritia igitur, &c. ma. patet, quia calor reddit corpora mobilia secundum Gal. primo thegni. mi. patet per Philosophum. 8. ethi. d. q pueri eodem die fiunt amici & inimici. Octauo qñ aliquis effectus debetur aliquibus duobus, vni per prius, alteri per posterius, sic q posteriori conuenit per prius, perfectius & magis conuenit priori, sed caliditas sic est in puero & in iuuene. s. in puero per prius, & in iuuene per posterius, igitur, &c. ma. patet, quia propter hoc

prima causa dicitur magis esse causa effectus quàm secunda, & primo poste. propter quod vnumquodque tale, & illud magis tale, &c. minor patet, quia caliditas pueri est causa augmenti & nutritionis, quibus acquiritur calor iuuentutis. Iterum nono calor pueri fundatur in materia perfectiori, igitur est maior, & perfectior, consequentia tenet vt prius, quia perfectio subiecti arguit perfectionem suæ formæ añs declaratur quia humidum pueri in quo fundatur calor est purius, & perfectius, probatio, quia continue fit per applicationem nutrimenti humidum magis impurum, quia si eque purum posset restaurari, vita posset perpetuari.

Secundo, quia in humido pueri est minus de superfluo, patet quia minus est de humido nutrimenti.

Tertio quia humidum generatur de puriori materia .s. spermate, quod plures habet digestiones q̃ humidum cibale, quod est in iuuene, & per consequens purius est, sed si de sanguine menstruo dicere vellemus genitum humidum pueri adhuc magis digestum est q̃ humidum genitum ex cibo in iuuene, probatur, quia ille sanguis erit superfluus in quanto & non in quali, vt omnes volunt, & sic erit tantum digestum quantum humidum cibale, & post per sperma & matricem amplius digeritur. Quarto humidum pueri fit à principijs generationis, humidum autem iuuenis fit à principio nutritionis. principia vero generationis perfectiora sunt quàm nutritionis, igitur perfectius agens est humidum pueri generans quàm iuuenis, & igitur humidum pueri est purius. Decimo superfluitas pueri est magis temperata igitur calor est naturalior & maior cõsequentia tenet, quia quod est naturale magis tendit ad temperamentum, igitur calor erit maior & naturalior, à quo procedit superfluitas temperatior, antecedens patet per Gal. in cõm. afor. Et qui crescunt, prius allegati, dicit. n. ꝙ calor pueri est suauis, & sudor magis gratus sensui tactus. Deinde arguitur quòd sit æqualis calor auctoritate Aui. primo cañ. fen. prima doct. Tertia dicẽtis, quòd calor in iuuene & puero est æqualis. Et ratio est, quia idem est & vnus, idem autem est æqualis sibijpsi, quòd autem sit idem declaratur per hoc, ꝙ calor pueri seruatur in iuuentute & eius ætate. Prosequendo hanc difficultatem est notandum q. est opinio vna bene probabilis sic dicens, supposito q. locutio fiat de eodem indiuiduo, & quòd non quæratur de calore fluentæ quia illæ variatur secundum diuersitatẽ humorum vel ciborum, dicitur autem calor fluens spiritus calidi generati in corde & emissi ab eo ad singula membra, sed quòd loquatur de calore naturali radicali. s. caliditate inexistente à natura quæ est qualitas introducta ex principijs natiuitatis expansa expansione corporis, qui calor potest dici maior vel minor dupliciter. Primo modo essentialiter. s. quantum ad gradus suos intensiones in se. Secundo modo potest dici maior, non in se, sed quantum ad operationes, vt maior calor diceretur, per quem maiores fierent virtutes. Quo præmisso ponit duas conclusiones. Prima est calor pueri est essentialiter intensior. probatur in illo est calor naturalis maior, in quo de ipso est minus corruptum sed sic est, quòd de calor in puero est minus corruptum, q̃ in iuuene, ergo, &c. maior nota est de se. minor apparet, quia corrupto humido per modũ sequæle corrumpitur calor naturalis, eo quod forma substantialis non potest manere sine suo subiecto. modo in puero minus est corruptum de humido radicali quàm in iuuene, qa continue per totam vitam corrumpitur humidum radicale per Aui. primo cañ. doct. Tertia igitur oportet quòd magis humidum sit corruptum in iuuene q̃ in puero, & per consequens calor. Secunda conclusio eorum est ꝙ quantum ad aliquas operationes calor naturalis in iuuene est maior, & quantum ad aliquas in puero est maior. Prima pars patet, quia in iuuene calor est minus impeditus ad operandum, & ideo meliores & fortiores potest facere operationes, vt generationem motum localem, actus cognoscendi, & sic de alijs Secunda pars patet, quia in puero expulsiones superfluitatum sunt maiores, similiter & augmentationes vel nutritiones, & hæ operationes indigent multo humido, hoc autem magis abundat in puero. Contra istam opinionem, licet sit probabilis, sunt aliquæ fortes rationes impugnantes fundamentũ ipsius, primo, quia loqui volunt de caliditate radicali & non fluente, & tñ quæstio videtur principaliter quęrere de calore radicali actuato per fluentem, calor. n. radicalis non exit in operationes nisi actuatus per fluentem Auer. secundo colliget. Secundo contra illud fundamentum quo dr̃ ꝙ calor radicalis est solum illę qui est introductus ex principijs natiuitatis, quia vel vocant calorem radicalem illum calorem qui erat in spermate & si sic, impossibile tunc esset ꝙ illæ expanderetur per totum corpus animalis, eo ꝙ materia spermatis per totum animal sine alia materia sibi superaddita nequit extendi, vel vocãt calorem radicalem illũ qui est à calore spermatis productus immediate in membra sine adiutorio caloris cibalis, & si sic, tunc solus calor cordis esset radicalis, qđ non est verũ, & tenet consequentia. quia cor primo viuit, & est principinm vitæ. tertio de partibus animaliũ & per consequens primo nutritur, & si sic. Omnia alia membra generantur à calore cordis radicali, & etiam à calore cibali eiusdem cordis nutriti, igitur si solus illæ calor diceretur radicalis, qui producitur à calore spermatis sine iuuamine caloris cibalis solius cordis erit calor radicalis. Vel vocant calorem radicalem illum qui est à calore spermatis immediate vel mediate vna cum calore cibali genitus, & si sic sequitur ꝙ omnium membrorum calor naturalis erit radicalis, & per consequẽs non erit solum illæ radicalis qui ex principijs natiuitatis producitur, qđ est contra eos. Et ideo dimissa ista opinione potest aliter dici secũdum alios & melius seu defensibilius. Pro quo primo nota. ꝙ calor naturalis est duplex, quidam est fluens, & quidam radicalis. Fluens vero duplex est, quidam habet se in ratione materiæ, & alius in ratione formæ. Calor fluens naturalis habẽs se in ratione formę sumitur dupliciter. Vno modo pro corpore calido sequente humores quodammodo & genitum ex eis per alterationem cordis. Vnde quasi habet se per modum formæ, & humores pręcedentes per modũ materiæ, & sic est spiritus vitalis motiui vel sensitiui. Alio modo capitur magis proprie pro qualitate informante tale corpus, & sic est qualitas inhęrens spiritibus. Calor fluens habens se in ratione materiæ, iterum dupliciter accipitur. Vno modo pro corpore calido præsupposito pro generatione caloris fluẽtis formale, & sic dicitur humor. Alio modo capitur pro qualitate informante tale subiectum, sicut dictum est de calore fluente formali. Ex quibus apparet quid debet dici calore fluens secũdum hanc opinionẽ, videlicet spiritus vitalis, eius caliditas, humor præsuppositus, ex quo spriritus natus est produci vel eius caliditas: Calor radicalis etiam sumitur dupliciter. Vno modo pro subiecto calido, & sic est membrum calidũ & sic non est multum ad propositum ad præsens, quia corpus iuuenis manifeste est magis calidum q̃ pueri, & sic capiendo calorem radicalem. quæstio non est dubia Alio modo sumitur pro caliditate informãte membrũ subiectũ, & sic est qualitas inherens mem bro inducta à causis ipsam producentibus. s. spermate, vel etiam a caliditate membrorum à spermate producta similis caliditati spermatis, inquantum secundum cursum naturę ætatis & regiminis, primæ cailditati. s. introductę à spermate possibile assimilari, vnde calor radicalis vocantur membra

membra corporis calida, vel caliditas illis membris inhærens producta à spermate, vel per modum sequæle à caliditate producta à spermate, sic tñ ꝙ ipsa est naturalis & conueniens membris, non.n.credendum est, ꝙ sola caliditas quæ à spermate producebatur vocetur calor radicalis, quia tunc in partibus generatis ex nutrimento, nullus esset calor radicalis quod non est verum quia sine calore radicali non viuerent. Et dr̄ notanter caliditas membri conueniens, ad differentiam caliditatis accidentalis, puta febrilis, vel à calore solis, aut à motu introducte. quæ non conuenit membris, & ideo quiuis talis calor nõ existente impedimento remittitur vsque ad naturalem calorem. Secundo nota. ꝙ humiditas radicalis est duplex. vno modo vocatur membrum humidum, & hoc subiectiue alio modo vocatur humiditas informans tale membrum, & tale est qualitas inherens membris humidis inducta à generantibus membra.s.spermate, vel alijs similibus illis, inducta per modum sequele ad priorem à spermate introductam, sic tamen ꝙ sit conueniens rei directe, sicut est de calore radicali. Tertio nota. ꝙ existente sanitate conuenienti regimine & in vno & in eodem homine calor naturalis potest dici maior tripliciter. vno modo intensiue in se; & sic magis proprie alio modo quo ad operationes, & tertio modo quo ad subiectum humidum in quo fundatur.

His præmissis sit prima conclusio hæc. ꝙ per comparationem ad operationes calor iuuenis est maior, apparet primo per rationes ad primam partem huius dubitationis adductas, & specialiter per primam, apparet ēt quo ad causam, quia calor iuuenis est cum siccitate maiori q̃ pueri. modo siccitas acuit operationem. Secunda conclusio. calor iuuenis maior est intēsiue quam calor pueri patet ex præcedente, quia notabiliter producit maiores operationes, igitur &c. consequentia tenet, vt dictum fuit in prima ratione pro ista parte. Item ad tactum sentitur maior, igitur est maior consequentia tenet, quia sensus tactus melius iudicat de qualitatibus primis, antecedens patet de se. Tertio, quia Arist. vocat ætatem iuuenilem ætatem perfectam. quod non esset nisi principium vitæ, quod est calor naturalis, esset perfectius. & per consequens intensiue maius. Et hæc conclusio etiam est Auerr. in secundo colli͞m. Et si petatur quare igitur Aui. vocat istas caliditates æquales. Respondetur, ꝙ hoc facit quia non nimis multum vna earum excedit aliam, licet.n. calor pueri nequeat facere tantas operationes sicut caliditas iuuenis, tñ propter hoc non debet reputari multo remissior, quia non solum remittitur eius actio propter remissionē eius in se, sed propter obtusionem cum magno humido, & per contrarium fortificatur actio caloris iuuenis, non solum propter intensionem, sed propter esse cū sicco magis proportionato. Tertia conclusio. comparando istas qualitates ad humidum cui inexistunt, calor pueri est maior, quia humidum radicale est maius. Et ita calor pueri est maior & minor. maior quidem in quantitate, minor vero in acuitate, & per contrarium calor iuuenis est magis actiuus, & minor in quantitate humidi apparet ex dictis in conclusione prima, addendo ꝙ humiditas pueri est maior quàm humiditas iuuenis.

Quarta conclusio, ponitur probabiliter quòd comparando istos quo ad humidum, humidum iuuenis est purius, apparet per rationes ad hoc prius adductas.

His pręmissis respondetur ad rationes prius factas. Ad primam dr̄, quòd est pro conclusionibus positis. Sed ad rationes factas in cõtrarium respondetur per ordinem ad primam negando maiorem. Et ad probationem dr̄, ꝙ licet verum sit ꝙ caloris sit extendere. augmentare, &c. tñ ex hoc quòd calor sit maior intensiue non sufficit quòd magis augmentet, nisi cætera sint paria. modo sic non est in proposito, quia calor iuuenis est in statu perfecto & termino quantitatis quæ debetur indiuiduo. & ideo calor illæ non augmentat, sed alia opera facit naturę conuenientia & necessaria, vt digestionē, motum localem, generationes, &c. quæ sunt magis principalia q̃ motus augmētationis, secus est de calore pueri, quia est in tempore in quo indiuiduū nõ habet sibi debitam quantitatem, & ideo calor ille à natura totus dirigitur in augmentationem principaliter.

Vel dr̄ quòd calor proprie in iuuentute non augmētat minus.s.in fine adolescentię q̃ calor pueri, & ideo ratio non procedit, quia licet augmentatio incipiat in pueritia, tñ terminatur in iuuentute, & ideo minor est falsa. Tertio specialiter dicitur, ꝙ si puer facit hanc operationem magis suo calore q̃ iuuenis, tamen iuuenis facit operationem principaliorem.s.generationem, & plures alias quas nequit facere puer. Ad secūdum, dr̄ ꝙ in puero non est magis de humido radicali extensiue, sed bene est magis extendibile humidum. Secunda dicitur, ꝙ magis de humido radicali est in iuuene simpliciter quàm in puero, & tota humiditas naturalis membrorum omnium est radicaliter humiditas, prout patet ex dictis, & hęc est ad minus extensiue maior, sicut, & membra, & intensiue non est minor corpore existente sano, quamuis iuuenis siccior sit q̃ puer quo ad humiditatem fluentem, de qua ante dictum est. Ad Aui. & Gal. potest dici quod volunt in pueris esse humiditatē magis extensibilem vel humiditatem accidentalem maiorem, & hoc non arguit contra dicta. Ad tertiam negatur, ꝙ semper calor sit maior qui sufficit pro longiori vita, sicut nec est fortitudo maior quæ longiori tempore durat, secundum enim tales proportiones fortitudo parua ad fortitudinem, maiorem sicuti in puero, & calor paruus ad caliditatem maiorem essent maiores quàm calor, & fortitudo maiores. quod non est verum. Et ad probationem dicitur, ꝙ calor est principium vitæ, & ideo maior est qui cæteris paribus põt in longiorem durationem, puta respectu eiusdē creatis regiminis, & aliorum consimilium, modo sic nõ est in proposito. Ad quartum dr̄, ꝙ operationes illæ quæ sunt cū multo humido fluente sunt maiores in puero sicut nutritio & digestio seu expulsio & augmētatio, sed alię operationes principaliores sicut generatio, & consimiles sunt fortiores in iuuene. & ideo ratio non procedit, maior enim non habet veritatem nisi dicatur ꝙ illæ calor est maior à quo omnes vel principalissime operationes procedunt maiores. modo sic nõ ēt de calore pueri. Ad hoc aūt quod additur de digestione pueri dicitur ꝙ non valet, quia multo fortius digerunt iuuenes, quia plus in vna vice comedunt quàm pueri in sex, & etiam cibaria magis solida, & magis grossa, & ideo ratio de frequenti cibatione nihil concludit. Ad quintum negatur maior. Et ad probationem eius dr̄, ꝙ qñ aliquod principium particulare & instr̄ale est alicuius generationis, tūc nõ est incōueniens ꝙ effectus acquirat aliqd̄ principalius q̃ sit illud particulare vel eius proprietas, vnde maiorē caliditatē habet ignis genitus in aere ex radijs solaribus q̄ habuerant illi radijs solares, vel etiam aer in quo fuerunt, & ideo cum sperma sit particulare agens vel principium generationis, non est inconueniens ꝙ puer acquirat maiorem calorē q̃ sit spermatis. Similiter non est inconueniēs si iuuenis acquirat maiorē calorē q̃ puer habet. Ad sextum negatur añs, & ad probationem dr̄, ꝙ falsum est suppositū, ꝙ quælibet pars aliquid deperdat, sed solum aliquæ, licet verum est quòd forte omne continue alterantur, sed non continue quælibet deperdit aliquid, quia nihil remaneret. Secundo dr̄ ꝙ si alique partes recedunt, tñ alique partes æque pure possunt aduenire, & sic ratio non procedit, quia si vna euaporata recedit alia digesta aduenit

aduenit eque pura, saltem vsq; ad magnam partē ętatis iuuentutis. Septimum dr̄, ꝙ mobilitas non solū prouenit pp calorē, sed etiam prouenit pp humiditatē, vnde pueri, & mulieres in operationibus suis sunt magis variabiles, non quia magis calidi sed quia magis humidi. Ad octauā dr̄ ꝙ oportet qñ aliqua passio conuenit duobus, vni per prius, & alteri per posterius, ꝙ conueniat posteriori per prius, illam passionem intēsius per fectius conuenire priori sed hoc est solum verū, vbi prius est causa totalis & principalis respectu posterioris. modo pueritia, seu calor pueri non est causa principalis, immo nec totaliter respectu caloris iuuenis. caloris.n.iuuētutis causa principalis est anima calorē imperfectū pueri reducens ad perfectionem, & ideo ratio non concludit.

Auctoritas Philosophi primo posteriorū non habet locum nisi in illis, in quibus aliqd conuenit alteri pp alterū & nullo modo pp aliquod particulare modo licet calor pueri esset cā caloris iuuenis, tñ non esset totalis cā immo principale est aīa reducēs ipsum ad suum calorē debitum & perfectū à calore imperfecto priori. Ad nonum dr̄, ꝙ non oportet humidū pueri esse in subiecto perfectiori, nec puriori. Secūdo ꝙ non oportet humidū continue fieri magis impurū, immo stat humidū radicale in iuuētute esse, ita purum sicut in pueritia vel purius probabiliter. Tertio dicitur, ꝙ vita non pōt perpetuari, quia potest iuuentutis ętatem humidum generabitur continue minus purū, etiam hoc tunc pp defectum caloris incipiet decrescere, & ideo tūc cōtinue disponitur vita ad corruptionē. Et per hoc patet quid sit dicendum, quia licet vsq; ad iuuentutē posset generari humidū eque purū, non tñ pōt vltra, & ideo dr̄ ꝙ tunc incipiet deficere vita. Ad secundam probationē minoris dr̄, ꝙ humidum cibale conuersum in membrum stat esse eque purum, sicut radicale, & ideo ratio non procedit. Ad tertiam probationem dr̄ ꝙ sanguis mēstruus est materia pueri, & iste non est in tanto depuratus quin in iuuētute posset humidum radicale restaurari plus purum per cibalem adueniens, & cum dr̄ ꝙ est magis digestus, dr̄ quòd forta est pluribus digestionibus digestus, sed tñ aliæ digestiones possunt esse ita intense, & sunt quòd ita purum faciūt cibale propter vehementem conuenientiam & intensionē caliditatis radicalis. Et hoc solum dico probabiliter more aliorum.

Ad quartū dr̄ ꝙ principia humidi iuuenis sunt non solum principia nutritionis sed etiam generationis, immo pñt esse puriora & fortiora q̄ principia generationis humidi radicalis pueri, quæ erant in patre, & ideo ratio non procedit. Ad decimum dr̄ negando consequentiam. Ad probationem dr̄ ꝙ superfluitas pueri nō est temperatior, neq; sudor est magis gratus tactui pp temperamentū caliditatis, sed propter humiditatem multam, & calorem debilem in agendo, humida.n. sunt tactui placentia. Auctoritas. Auic. soluta fuit in positione. Hęc de quarta parte illius articuli sunt probabiliter dicta.

Quantum ad quintam partē restat videre, vtrum sit possibile esse mixtū temperatum ad iustitiā. Et vr̄ mihi ꝙ tam Philosophi q̄ medici dicunt ꝙ possibile sit esse mixtum tēperatum ad iustitiam probatur sic. Illud est possibile esse, cuius causæ sunt possibiles, sed mixti tēperati ad iustitiam causæ sunt possibiles, igitur, &c. consequētia tenet, & añs pro prima parte patet de se, quia positis causis sufficiētibus ponitur effectus pro secūda parte patet, quia causa materialis est quatuor elemēta prout ipsa pōt deduci ad medium alicuius speciei, & specialiter humane cōuenientissimum. Causa formalis est anima intellectiua, vel accidētalis cōplexio, prout talia sunt in subiecto optime disposito. Cā efficiens vniuersalis est prima causa cum agentibus superioribus, & cā efficiens particularis est duo semina tēperata. s. patris & matris. Causa finalis est operationes perfecte mixto temperato debite modo oēs iste cause sic sunt possibile. vnde patet minor patet. secundo est dare mixtum distemperatum cholericum. & est dare mixtū distemperatum flemmaticum, igitur est dare mixtum temperatum ad iustitiam consequentia tenet, quia cum in natura contingit reperiri posterius, & contingit reperiri prius vt si duo sunt quæ sunt posteriora est vnum quod est prius duobus. modo cōplexio temperata prius est q̄ complexio distēperata, eo ꝙ per recessum ab ea sumitur distēperatū, & nō econuerso. Secūda cōclusio ꝙ sicut mixtum determinet sibi cōplexionē essentialē sibi congruā ita determinat accidentalē sibi congruā, & similē essentiali patet per hoc ꝙ mixtum aliqd melius se habet in vna regione q̄ in alia & in vno tēpore q̄ in alio qd̄ non vr̄ nisi complexio eius accidentalis regionis & tpis esset sibi conuenientior igitur patet conclusio. Tertia conclusio, ꝙ mixtum sub vtraq; earum optima dispositione impossibile est diu permanere patet, quia continue fit alteratio, & a medio & a partibus inter se, & per consequens vr̄ ꝙ non diu pōt permanere sub vtraq; optime. Quarta cōclusio ponitur ꝙ possibile est stare mixtum aliquo tpe paruo sub complexione tēperata ad iustitiam, probatur, quia pōt eā habere p conclusionē primā, & cū habet eā non pōt immediate ab ea remoueri. igitur cōclusio vera, consequētia tenet. ma. patet p dicta minor patet, quia mixtū non est in infinitū modice resistentiæ, & per cōsequēs tps aliqd requiritur antequam sua resistētia possit superari & à tēperamēto suo conuenientissimo remoueri. Sed tūc rōnabiliter dubitatur de quo mixto intelligantur hæc dicta. Ad qd̄ rñdetur, ꝙ ista loquuntur de homine, ita ꝙ volunt dicere, ꝙ possibile est esse hominem optime cōplexionatum.

Secundo dubitatur. in qua ætate sit. Ad qd̄ fm Aui. primo cañ. rñdetur ꝙ sic est in fine augmēti, & sine magna variatione sui durat per totā ætatē iuuētutis, comparatiue tñ pōt esse in qualibet ętate. Tertio dubitař. in quo clymate magis deberet reperiri tale mixtū? Rñdetur in fine quarti clymatis, & in principio quinti fm magis probabiles opiniones, sed Aui. vr̄ vele primo cañ. ꝙ magis sit sub æquinoctiali, & ista est opinio cōis cui nō bene audeo contradicere, licet rōnes super quas fundaur sint multū debiles, vt mihi videtur, vnde gratia collationis, & vt melius inquiratur veritas, volo declarare opinionem oppositam, quæ ēt est probabilis & sic quilibet eligat illā quæ sibi placet. Pro qua suppono primo, quòd solum loquitur de mixto humano quia inter oēs complexiones mixtorū humana est perfectissima & temperatissima. Secundo suppono, quòd mēbra eiusdē hominis existentis in naturali dispositione sunt in qualitatibus primis multum dissimilia & cōtraria, apparet de cerebro, & corde satis de intentione Philosophi secundo de aīali, & per Aui. primo cañ. sen. prima. doctrina de complexionibus. Tertio suppono, ꝙ cor hominis naturaliter dispositū obtinet principatū in calefaciēdo super partes calidas circuncirca existētes, ita etiam apparet per experientiam, & alię partes à corde continue habent spiritus & calores à corde. Quarto suppono, ꝙ illud proprie non dicitur aliquo tempore esse quòd solū per instans est, apparet per philosophū Octauo physi. cap. 14. de motu reflexo. Tex.c.67

Tunc his suppositis sit prima conclusio. ꝙ si in homine esset complexio optima seu temperata ad iustitiam, illa nullo toto tempore remaneret. probatur sic si in a, instanti esset, ipsa immediate post a, instans non erit. igitur conclusio vera. consequentia tenet, & antecedens probatur, quia in a, instanti caliditas cordis incipit alterare calefaciendo partes minus calidas. igitur immediate post a, instans non erunt iste partes sub isto tēperamento sub quo fuerūt ante. igitur immediate post

a, instans non erit per totum corpus temperamentum optimum. omnes cōsequentiæ sunt de se notæ añs apparet, quia caliditas cordis obtinet in caliditate super alias partes minus calidas, per suppositionem tertiam & est agens naturalæ agens tm̄ quantum potest. igitur semper agit partes asSistentes calefaciendo. igitur dato ꝙ in a, instanti esset temperamentum optimum, caliditas cordis incipiens calefacere partes existentes circuncirca remouebit corpus ab hoc temperamēto optimo.

Secunda conclusio est, ꝙ non est possibile esse hominem temperatum ad iustitiam per naturam. probatur sic quia si posset esse vel esset per aliquod totū tempus vel per instans solum, sed nullum eorum, igitur, &c. maior patet per sufficiētem diuisionem, minor declaratur, quia non per tēpus, per conclusionē pręcedentē nec per instās solum, per quartā suppositionē. Scd̄m hāc opinionē respondetur ad rationes probantes primā cōclusionē alterius, opinionis. Ad primā dicetur, ꝙ sufficiētes mixti tēperati ad iustitiam. s. hominis per naturam non possunt esse. Et ad probationē dicitur ꝙ nō est possibile elementa esse per aliquod tempus totum sub dispositione optima, quæ requiritur pro esse hominis. Aut aliter si quælibet illarum causarum posset per se esse nunq̄ omnes simul esse possent. Ad secundum dicitur, ꝙ non oportet ꝙ si sit distemperatum, ꝙ etiam sit dare temperatum. magna enim est differentia. Et ad probationem, dicitur, quòd corpus temperatum in se. nec est prius nec posterius distemperato, quia per naturam nec est nec potest esse, sed in imaginatione forte possibile est, quia intellectus intelligit & cognoscit distempetum imaginando temperatum, vnde eadem ratione sic probaretur, quòd esset dare mixtum temperatum, ad pondus, quia est dare mixtum distemperatum ad pondus, & si Auic. & alij medici videntur sonare contrarium, quod est dare mixtum temperatū ad iustitiam dr̄ ꝙ ipsi volunt dicere, ꝙ est dare mixtum propinquum temperamento iustitiæ, sic quòd non sensibiliter ab isto temperamento recedit, & hoc sufficit pro veritate sui dicti quia medicus de modicis nō curat. est enim artifex sensitiuus. vt voluit Aui. primo cañ. Et hoc de quinta & vltima parte secundi articuli.

Ad rationes principales. Ad primam dicitur, quòd ista maxima. vbi est dare maius & minus, ibi est dare æquale, non est vera nisi in rebus eiusdem speciei, & etiam in magnitudinibus, & in numeris, & si in intēsiotobus debet habere veritatem, oportet quòd intelligatur in eadem qualitate simplici, vt vbi est dare caliditatem maiorem & minorem, etiam potest dari equalis, sed non oportet quòd si in complexionibus sit dare lapsum ad caliditatem, siccitatem, & leuitatem, & alium lapsum minus ad illas qualitates, & magis ad oppositas, ꝙ sit dare lapsum ad omnes æqualiter, cuius causa est dicta in positione, quia qñ est equalitas in alteratiuis, est inequalites in motiuis, & econuerso.

Ad secundum negatur consequentia. Ad probationem dicitur, ꝙ non oportet ꝙ si vnum oppositorū sit in natura, ꝙ etiam sit reliquum nisi sint contraria opposita, & sic non est de temperato & intemperato, immo sunt priuatiue vel contradictorie opposita. Ad hoc autem quòd additur quòd natura magis intendit temperatū quàm intemperatum dicitur probabiliter primo quòd natura nullo modo intendit mixtum temperatum ad pondus, quia non est possibile, & natura nullum impossibile intendit. Secundo dicitur, quod natura intendit mixtum temperatum ad iustitiam quo ad prope verum temperamentum iustitiæ, non autem intendit ipsum temperamentum iustitiæ per aliquod totum tempus esse, quia etiam per naturam non est possibile secundum vnā opinionem. Ad tertium dr̄, quòd est sanitas auimalis non consistit in temperamento ad pondus, prout notum est, etiam dicitur quòd licet perfectissima sanitas consisteret in temperato iustitiæ, sicut perfectissime esse calidum in habere summam caliditatem, tamen sicut ad esse album sufficit habere albedinem vltra medium latitudinis, quia tale est sufficiens ad dare esse album, ita ad esse sanum simpliciter & perfecte licet non perfectissime sufficit habere temperamentum sufficiens ad exercendum operationes debitas illi speciei animalis. modo ad hoc habere non requiritur maximum temperamentum iustitiæ, sufficit tamen habere complexionem non nimis distantem ab isto temperamento. Ad quartum dicitur, quòd signato mixto in quo est excessus in qualitatibus, nunquam per intensionem, & remissionem per naturam potest fieri tempearmentum. nam quando erit adequatio in qualitatibus motiuis erit inequalitas in alteratiuia, & econtra. vt prius dictum est, nec possunt per naturam qualitates alteratiue, & motiue ad equalitatem ponderis reduci. Ad quintum dicitur quòd admisso quòd sit mixtum lapsum æqualiter ad frigidum & humidum, quòd bene potest per naturam fieri transitus forte æqualiter ad calidum & siccum, & quòd in medio transmutatonis erit saltem per instans, aut possibile est quòd si interrumpatur transmutatio, per tempus equalitas ponderis in qualitatibus alteratiuis, sed tunc erit inequalitas in motiuis, & ideo non erit temperies ad pondus. Ad sextum conceditur antecedens, & negatur consequentia, quia de omnibus mixtis quæ à natura leuiora sunt quàm aqua, & grauiora quàm aer, est ita quòd quiescunt naturaliter in intermedio aeris, & aque, sed non sequitur quòd sit temperamentum in talibus, vt in oleo, ligno, stuppa, vel alijs huiusmodi. Et ad probationem, dicitur ꝙ supposito pro nunc quòd in talibus esset adequatio in motiuis, non tamen sequitur quòd esset in alteratiuis similiter non est verum quod tale mixtum habet tantum de leuitatibus, sicut de grauitatibus, licet bene habeat tantum quòd leuia non possunt ipsum trahere sursum vltra aquam, nec grauia deorsum infra aquam immo ita esset de corpore in quo essent, tres gradus grauitatis terræ, & tres aque, duo ignis, & duo aeris leuitatis, hoc enim in contactu aeris quiesceret, quia gradus grauitatis aque non traherent, quia essent in loco naturali, sed traherent tres gradus grauitatis terræ, quibus resistunt quatuor gradus leuitatis aeris, & ignis, & ideo non descendit. Ad septimum dicitur, quòd in maiori mundo elementa non sunt simpliciter adequata, immo continue agunt inuicem, & corrumpuntur alique partes ignis ab aere, etiam generantur ab aere in alio situ noue partes ignis ab alio igne, sed dicūtur adequata, sic quòd nullum eorum superat aliud, intantum quòd ipsum in sui naturam potest conuertere, & aliter non. Ad octauum dicitur, quòd ars non potest facerre equaliter mixtum, ex duobus qualitatiue, nec hoc pōt facere ex aqua, & vino sed forte quantitatiue, ęqualiter pōt ea cōmiscere, de hoc nihil est ad præsens. Ratio post oppositū est pro dictis, &c.

Nobis autem vniuersaliter, & prius dictum est de causis. Tex. cōm. 55. *Quæstio XVI.*

QVęritur decimosexto. Vtrum generatio erit perpetua. Et arguitur quòd non, per Philosophum 8. physi. vbi dicit, ꝙ nullus motus est perpetuus propter localem circualarē. igitur, &c. Secundo. nulla generatio est perpetua. igitur generatio non est perpetua, consequentia tenet, & antecedens patet īductiue, quia nec generatio hominis, nec generatio asini. Tertio sic, nulla forma substātialis educta vel educēda de potētia materia est perpetua. Oīs generatio est forma substantialis educta vel educēda de potētia materiæ Tex. c. 56 & 57

rię igitur, & c. mā. patet, quia omnis talis est corruptibilis, & per consequens de necessitate corrumpitur. primo cœli in fine. minor apparet, quia generatio formæ nō est aliud quàm forma, quæ generatur, & ideo oportet quod omnis generatio formæ sit æducta vel posterius educenda. Quarto generatio qñque est, & qñq; non est, ergo non est semper, consequentia tenet ex terminis, antecedens est Philosophi secundo huius. cap. 8. contra Platonem. Quinto nullum perpetuū habet determinatum tempus, sed omnis generatio habet determinatum. igitur nulla generatio est perpetua consequētia tenet, maior nota est. de se quarto phy. perpetua nō sunt in tempore, antecedens apparet per Philosophum secundo huius. cap. vltimo, vbi voluit ꝙ determinatum est tumpus generationis & corruptionis. Sexto nullum habēs contrarium est perpetuum, generatio habet contrarium, igitur, &c. maior patet, quia vnū contrariorum corrumpit reliquum minor patet per Philosofum quinto physic. vbi dicit, quod generatio contrariatur corruptioni.

Tex. c. 121 · Tex. c. 52 · Tex. c. 117 · Tex. c. 57 & 58 · Tex. c. 8.

Tex. c. 55 In oppositum est Philosophus secundo huius. capitulo penultimo.

In ista quæstione erunt duo arti. In primo pręmittendæ sunt alique distinctiones. In secundo iuxta illas ponende sunt responsales conclusiones.

Quantum ad primum nota. ꝙ generatio potest accipi dupliciter. Vnomodo pro alteratione præuia ad introductionem formæ substantialis. Alio modo pro introductione formæ substantialis, ad quam illa alteratio ordinatur, & est differentia inter ista mutationes, qa mutatio prima est successiua propter intensionē gradualem qualitatis, secundum quē fit alteratio generatio autem, formæ substantialis non est successiua propter indiuisibilitatem gradualem formæ, immo nisi esset extensio, quantitatiua materię quę non est eque disposita ad recipiendum formam substantialem in parte distanti, sicut in parte propinqua agenti actio esset indiuisibilis, propter quòd Commētator. 6. physic. dicit. ꝙ mutationes indiuisibiles sunt termini mutationum diuisibilium, vt generatio substantialis est terminus alterationis præuię. Secunda distinctio est, quòd entia in triplici differentia sunt, quædam sunt puræ successiua, vt motus localis & tempus. Alia sunt simpliciter permanentia, vt anima & cœlum. Alia sunt media, puta quæ ẜm partes aliquas fluunt, vt fluius & corpora animalium. Tertia distinctio. generatio pōt dici ꝑpetua dupliciter vnomodo qd' est semper & sine interruptione, alio modo improprie, quia ante quodlibet tēpus fuit, & post qdlibet tempus erit, & est esse perpetuū intercise. Quarto nota. ꝙ adhuc quæstio pōt intelligi dupliciter. vno modo vtrū generatio est perpetua. i. vtrū omni tpe qd fuit, fuit generatio, & omni tpe quod erit, erit generatio. Alio modo vtrū generatio fuit ab infinito tpe, & erit in infinitū tempus, sic ꝙ nunq̄ habuit principium, nec habebit finē, & sic intēdit Philosophus generationē esse perpetuā, & motum esse perpetuū. Quinto nota. ꝙ iuxta istum vltimū sensum quæstio pōt intelligi quadrupliciter. Primo mō proprie ꝙ aliqua generatio vna numero sit perpetua. Secundo modo ꝙ nō continue eadem numero, sed cōtinue & perpetua sit generatio eadem in esse. Tertio modo ꝙ nō continue, sed intercise per partes tpis semper duraret generatio ita ꝙ ante qd libet tempus fuisset, & post quodlibet tp̄s erit generatio aliqua eiusdem, speciei, sicut naturaliter loquēdo diceretur de eclispsi lune. Quarto modo ꝙ sic fuit generatio perpetue intercise, nō tm̄ per partes tpis, sed per instantia indiuisibilia, sic. s. ꝙ ab æterno fuit generatio in instanti. & ēt erit. Sexto nota. ꝙ ex dictis de ista qōne pñt trahi multi sensus dubij. Primus vtrū generatio ẜm quid sicut esset motus localis esset ęterna. Secundus vtrū generatio substantialis simpliciter dicta esset perpetua. Tertius vtrum perpetua sit generatio substantialis mixti. Quartus vtrum perpetue in eadē specie specialissima sit g̃natio indiuiduorū illius spēi. Septimo nota. ꝙ simpliciter nihil nisi deus gloriosus est ęternum & perpetuum quia oīa per eum sunt tēporaliter, & in tpe producta. Et ideo ad oēs dubitationes motas ẜm veritatem fidei respondendū est negatiue. Sed quæstio forte quærit qd sit dicendum naturaliter loquendo ex cluso lumine fidei, & ideo cōclusiones quas postponā sic volo intelligi pure naturaliter loquendo. Et hoc de primo.

Cōm. 32 · a. t. c. 1 vsque ad 15. · Tex. c. 56 & 57

Quantū ad secundū sit prima cōclusio. Nulla generatio siue simpliciter loquēdo, siue sedm quid dicta est perpetua. probatur sic. Nullū tempus est æternum igitur generatio nō est æterna cōsequētia tenet quia ex opposito sequitur oppositū, vt sequitur aliqua generatio est æterna igitur aliqua generatio est in tpe æterno, & patet consequētia, quia oē qd est, specialiter oīs motus qui est, est in tempore, etiam quia hoc verbū est, consignificat tempus pñs, igitur sequitur generatio est perpetua igitur generatio est in tpe præsenti perpetua, & manifestum est ꝙ in tēpore finito perpetua, igitur sequitur de primo ad vltimum, generatio est perpetua siue æternaliter, igitur est in tempore perpetuo ęterna igitur tp̄s est perpetuum tenet consequentia, & añs patet, quia oē tempus debet esse numerus motus. modo æternum non est natum numerare motum nec mensurare, quia eius quantitas nequit nobis esse nota. Secunda conclusio est perpetua est sine interruptione generatio motus naturaliter loquendo probatur sic omni tpe dato vel dabili est generatio motus sine interruptione. igitur cōclusio vera, añs patet, quia vno anno est generatio motus. s. vnius anni, & tempore. x. annorū est generatio. s. motus durantis per. x. annos, & sic de singulis alijs temporibus, igitur conclusio secunda vera. Correlarium perpetue sine interruptione est generatio ẜm quid. Et hoc de primo dubio. Quantum ad scdm dubium sit tertia conclusio hæc perpetuo pōt esse aliqua generatio substantialis elemēti, patet, quia si sine interruptione longa apponeretur oleum in lampade & ignis qd est possibile, perpetue generaretur ibidē ignis. Quarta cōclusio perpetuo est generatio substantialis elemēti apparet, quia perpetuo est sub polis generatio aque ex aere, qm̄ quandoq; est, & nō est potior ratio de vno tempore q̄ de alio. igitur perpetua est. Et ex alio, quia cōtinue propter dominium frigiditatis obtinet ibi aqua super aerē. igitur continue generatur ibi aqua proportionabiliter perpetue sub æquinoctiali est generatio aeris. igitur conclusio vera. Quinta conclusio quantumcunque in duratione est motus localis, tanta est aliqua vna generatio substantialis, probatur, quia si motus localis, capitur vnius diei potest capi generatio aeris sub polis vni' diei, & si capitur motus localis vnius anni, & si centū annorum similiter potest capi generatio aque ex aere ex conclusione præcedente. vnde patet, ꝙ conclusio vera est, & hoc de secundo sensu dubij quæstionis.

Quantum ad tertium sensum sit sexta conclusio probabile est dicere perpetuo esse generationē mixti probatur sic perpetuo ē generatio lapidis vel metalli infra terram, igitur conclusio vera consequentia tenet, & antecedens, probatur, quia hodie est, heri fuit, & cras erit & sic de singulis temporibus, igitur, &c. consequētia tenet per inductionem, añs patet, quia nō vr̄ de quo tempore esset instantia, eo ꝙ non est maior ratio de vno, q̄ de alio. Secundo, quia perpetuo est generatio partis aīlis, igitur, &c. consequentia tenet, quia oīs generatio partis aīalis est generatio mixti añs patet quia perpetuo est animal, ergo perpetua est nutritio aīalis consequētia tenet per Philosophum primo huius, quia viuum quādiu Tex. c. 41

diu est nutritur, & vltra igitur perpetue est generatio partis animalis. cōsequentia tenet quia nutritio fieri nō potest nisi per restaurationem partis animalis antecedens est notū naturaliter loquendo oportet enim semp esse animalia perfecta. Correlarium perpetua est vna generatio mixti. Sequitur, quia oīs generatio est vna generatio. Correlarium ēm. perpetuo est vna generatio vnius mixti, sequitur per idē, quia perpetue est generatio mixti modo oīs generatio mixti est generatio vnius mixti. Sed si quæratur. vtrū aliqua generatione, mixti demonstrata verū sit dicere ꝙ perpetuo sit generatio huius mixti. Dico ꝙ non, quia non credo ꝙ aliqđ esset vel posset esse vnum mixtū, cuius generatio omni tempore duraret. Tertio correlariū. perpetuo est generatio corporis animati sensitiui sequitur ex probatione sexte conclusionis, quia perpetue est nutritio asini, & deducitur sicut in cōclusione. Quartū correlarium perpetuo est generatio mixti perfecti, sequitur ex præcedēti, quia generatio corporis aīati sensitiui est generatio, mixti perfecti, & hoc de tertio sensu quęstionis propositę. Quantū ad quartum sensu quæstionis supponitur ꝙ oēs partes integrales sint eiusdē speciei specialissime essentialis, illud fuit prius probatū, quo præmisso sit alia, conclusio hęc. signata specie specialissima essentiali asini quæ sit. a. perpetuo, & sine interruptione est generatio indiuidui speciei specialissime, probatur sic perpetuo est generatio alicuius partis asini, sed quælibet pars asini est specie specialissima. a. igitur perpetuo est generatio indiuiduorum a, consequentia tenet, añs pro prima parte patet, per probationem secundam cōclusionis sexte, quia perpetuo est asinus, igitur perpetuo nutritur asinus. igitur perpetuo generatur aliqua pars asini. oēs consequentię sunt bonę naturaliter, & antecedens naturaliter loquendo est verū, quia si semel non esset asinus mundus nunq̄ posset habere asinum seu spēm asini eo ꝙ nequit per putrefactionem fieri, nec fieret, tunc per propagationem, eo ꝙ nullus asinus esset, immo nunq̄ asinus esset, igitur consequens verum. s. ꝙ perpetuo est generatio asini, & secunda pars apparet, quia a, est eiusdem speciei specialissime cum toto asino præter pedem, quia si abscinderetur ab asino pes adhuc manet eadem, species specialissima, quia maneret idem indiuiduum. modo quęlibet pars asini est eiusdem speciei cum parte asini sequæstrata, puta cum pede per suppositionem, præmissam, igitur quælibet pars asini est eiusdem speciei specialissime a. Octaua conclusio. non perpetuo sine interruptione est generatio asini totalis. ista conclusio apparet, quia non semper generatur asinus totalis, quia vno tempore generatur, & alio tempore non. alias enim nimis multiplicarentur asini, voco autem, totalem asinum illud quod est asinus, & non est pars alterius asini. Contra hæc conclusio contradicit præcedenti, quia præcedens dicit quòd sine interruptione perpetua est generatio indiuiduorum speciei a, sed qđlibet indiuiduum est totalis asinus, igitur perpetuo est generatio asini totalis. consequentia tenet, añs pro prima parte est præcedens conclusio, & pro secunda parte est manifestum, quia species a, & iste terminus asinus conuertuntur, quia est species specialissima essentialis, asinorum, sicut ammodo quodlibet indiuiduū speciei asini est asinus totalis. Non enim dicitur, pes asini est asinus, igitur quodlibet indiuiduum speciei a, est asinus totalis. Hic respondetur faciliter prout vulgares vtuntur hoc termino asinus. s. prout ipse connotat totaliter, & pars asini non est asinus, iste terminus asinus non est species specialissima essentialis asinorum, immo asinus totalis & quælibet eius pars integralis est eiusdē speciei specialissime essentialis, & ideo quum pars asini non sit asinus manifestum est quòd iste terminus asinus prout connotat totalitatem non est species specialissima essentialis ad asinum seu ad rem quæ est asinus, per hoc patet quid sit dicendum ad rationem, quia negatur ꝙ conclusio repugnet pręcedēti, quia iste terminus asinus non conuertitur cum a, nec species essentialis, nec est de pñto subiecte, sic acceptus, sed magis est species totius quia sic hæc prædicatio bene esset essentialis, asinus est totum proportionabiliter dicatur de generatione indiuiduorum de alĳs speciebus perfectorum mixtorum.

Nona conclusio. intercise ab æterno fuit generatio asini totalis, patet, quia naturaliter loquendo non est præcise deuenire ad primum, nec etiam ad vltimum, ergo ante quamlibet generationem totalis asini fuit alia, & post quamlibet generationem erit alia, igitur ab ęterno fuit intercise. Et hoc de secundo articulo.

Ad rationes principales. Ad primam dr̄ quòd est pro prima conclusione. & pro dictis ꝙ nulla generatio sit perpetua, & ideo conceditur quòd nullus motus seu etiam mutatio, alia à generatione motus est perpetua.

Sed si dicatur cum dictum sit ꝙ perpetuo est vna generatio cōtinue aeris vel aque vel perpetuo ē generatio motus, & sic perpetuo est motus circularis, quare Arī. negat generationē esse perpetuam, & tñ concedit motū esse perpetuū. Rñdetur ꝙ solum perpetuo est motus localis circularis vnus proprĳssime. s. vocando motū vnum illū qui est ab eodem motore, & eiusdem mobilis non essentialiter variati in suis partibus existētis hoc aliud in actu sic. n. perpetuo non est generatio, quia adhuc aliquid cuius est generatio cōtinue variatur in suis partibus per nouā generarionem, & per priora in partium corruptionem, sed qđ dictū est perpetuo. esse vnā generationem intelligitur vocando generationē vnam large per illā quę est vnius generatio per continuā successionē partiū adinuicē, & de hoc non loquitur Philosophus. Ad ēm dr̄ ꝙ est pro prima cōclusione. Ad tertium dr̄ ꝙ, forma aeris totalis ē perpetua vna numero per continuā successionē partiū suarū in simili situ figura sine, magna variatione in ordine ad totum. Similiter ꝑpetuo est generatio formę aeris inter tropicos per continuam successionem. Ad quartū conceditur, ꝙ generatio nō est perpetua, & ꝙ aliqua generatio qñꝗ est & qñꝗ non est, & cū hoc tñ stat ꝙ perpetua est generatio. Philosophus aūt contra Platonē secundo huius voluit ꝙ non sp est generatio totalis asini vel æqui qđ tñ ēm Platonem esse deberet, quia semper erant ideæ potentes generare, & semper erat materia potens percipere naturam idearū quare igitur nō continue fiebat generatio totalis asini? Ad quintū dr̄ ꝙ Philosophus secundo huius. d. ꝙ tempus est determinatū generationis & corruptionis nō voluit aliud nisi quòd generationis mixti perfecti tempus est determinatū, similiter & corruptionis de generatione aūt & corruptione elemētorum non loquitur, & ideo non est contra dicta. Ad sextum dicitur, quòd nullū habens cōtrarium est perpetuum, si sit idem numero proprĳssime aut proprie. s. sic ꝙ nec in se toto, nec in parte eius principali essentialiter varietur. Sed nihil prohibet naturaliter loquendo perpetuo aliquid habens cōtrarium esse idem in numero. s. per cōtinuam successionem suarum partium sic. n. est aer perpetuus & de multis alĳs. Vtrum autem generatio sit contraria corruptioni nō est ad pręsens negotium declarare. Ratio post oppositum est pro cōclusionibus positis in secundo articulo.

8. physic. 57. & 58.

Tex. c. 51

Tex. c. 57 & 58.

Et inequali tempore generatio & corruptio quæ secundum naturam. Text. cō. 57. Quæstio XVII.

Quæritur decimo septimo. Vtrum quodlibet ens corruptibile habeat determinatum periodum suæ durationis. Et arguitur primo ꝙ nō. quia lumen solis multiplicatum in sphæra sua est corruptibile

ruptibile, & tamen non habet determinatum periodum, igitur, & cætera antecedens pro prima parte declaratur, quia illud lumen est eiusdem speciei cum lumine solis multiplicatio in sphæra aeris vel lune, qđ est corruptibile, igitur ipsum est corruptibile, pro secunda parte patet, quia tale lumẽ perpetuũ est perpetuũ, & perpetuo tẽpore. Secundo ignis in sua sphęra existẽs est corruptibile, & non habet determinatũ periodũ, &c. igitur, &c. maior nota est quia ignis iste cum quodlibet alio igne est eiusdẽ speciei specialissime, igitur est corruptibilis, minor patet, quia talis ignis quantumcunq; ipsę duret adhuc diutius põt durare, eo ꝙ nõ corrumpetur nisi approximetur suis contrarijs, & nullo determinato tempore est necesse ipsum descẽdere ad sua cõtraria. Tertio. si sic, tunc vita humana nõ posset prolongari consequens est contra medicos, & consequẽtia tenet ꝗa dato certo periodo illã hominis vita per nullam actionem medicine posset excedere. Quarto si viuũ haberet talẽ periodum, sequæretur ꝙ esset dare maximum tempus, per qđ viuum posset durare, consequentia tenet quia per illum periodum falsitas consequentis apparet, quia tunc esset dare vltimum rei permanentis in esse puta in vltima illius periodi esset viuum, & non vltra. Secundo quantocunq; tempore viuũ diu durat adhuc diutius potest durare, quia in instanti terminante illud tempus potentia eius conseruans ipsum in vita est maior ꝗ̃ corrumpentia sunt in corrumpendo. ideo non subito corrumperet eius vitam. Quinto sic tunc aliqua potentia requiritur ad durandum. consequentia bona, & antecedens est falsum, igitur non quilibet habet determinatum periodum, consequentia tenet, & añs pro prima parte patet, quia periodus aliquorum est minor, & aliquorum maior, qđ non esset nisi habentia maiorẽ periodum haberent maiorem potentiam durãdi, & per consequens aliqua potentia requiritur ad durãdum, ꝙ aũt consequẽs sit falsum apparet, quia materia prima, & cœlum essẽt infinite potentiæ, qđ falsum est, & tenet consequentia, quia infinito tempore durãt. Sexto vita hominis põt perpetuari igitur, &c. consequẽtia tenet quia perpetua non mensurantur certo periodo añs apparet, quia possibile est continue per artem medicine ipsum humidum radicale intm̃ restaurare, sicut per actionem, caloris consumitur, igitur possibile est vitam hominis perpetuari consequentia tenet, quia non deficit vita naturaliter in homine nisi per desiccationẽ humidi radicalis añs apparet, quia non videtur propter quid bonus medicus sciẽs complexionẽ hominis & nocumẽta quæ sibi per influxum astrorum pñt contingere potest continue ipsum perseuare, & per virtutes humectatiuas ipsum humidum radicale tantum restaurare quantum consumitur per calorẽ naturalem. Et cõfirmatur quia homo põt in se producere æque purum humidum, sicut erat humidũ ex quo ipse generabatur, igitur põt humidũ radicale sufficienter restaurare ad hoc ꝙ semper viuat consequentia tenet, quia si ignis in lãpide cõtinue arderet eque purum oleum videtur quòd ignis perpetuaretur, antecedens apparet, qui humidũ radicale est, genitũ à parentibus à quo generatur puer modo bene stat puerum esse bone complexionis, sicut erant parentes eius, igitur poterant æque purum humidum generare, sicut illi generauerunt & habetur propositũ. Septimo sequitur ꝙ illud diutius debet durare in quo contraria essent magis adequata, hæc cõsequentia est bona, & consequens est falsũ, igitur corruptibile nõ habet sic determinatũ periodũ consequẽtia tenet, & añs apparet pro prima parte, ꝙ cõsequẽtia sit bona patet, ꝗa corruptio fit à contrario. igitur diutius duraret in quo contraria essent magis adequata, falsitas consequẽtis patet, quia magis durat lapis, ꝗ̃ homo, & tñ in homine sunt contraria magis adequata, igitur, &c.

In oppositũ est Philosophus secũdo huius. d. ꝙ omniũ vita & cuiuslibet corruptibilis certa determinatur periodo, & secũdo de aĩa dicit, ꝙ omnis natura cõstantium certus est terminus suæ magnitudinis & paruitatis. Constat autem quod esse & similiter duratio rei corruptibilis sunt existentia a natura. Tex.c.57 Tex.c.41

In ista quęstione erunt duo articuli. In primo videndũ est de causa durationis entium. In secundo respondendum est ad quæsitum.

Quantum ad primũ nota. ꝙ periodus dr̃ tempus durationis rei, per qđ videlicet vel vsq; ad eius terminum res potest durare, & respectu eius corruptibilitatis hoc tempus determinatur per certas reuolutiones cœli, & ideo periodus dicitur à peri, quod est circum & odos volutio, quasi circumuolutio. i. tempus circunuolutionis cœli per quòd res corruptibile potest durare. Secundo nota. ꝙ duplicia sunt entia corruptibilia. s. entia quædam sunt simplicia. quædam mixta exemp um, primi, vt elementa exemplum secundi, vt asinus, l&c.

Tertia nota. ꝙ composita sunt duplicia quædam homogenea, quædam ehterogenea, homogeneũ dr̃ cuius quælibet pars capit denominationẽ totius propinquã vt caro etherogenea dñr quorum non quælibet pars capit denominationem totius propinquam vt manus vel pes. Quarto nota. quòd homogeneorum quædam sunt vniformia in qualitatibus sicut ignis purus. Alia sunt difformia, sicut ignis pro vno latere naturaliter dispositus, & pro alio non, vel sicut est sphæra aeris in se. Quinto notandũ, ꝙ quodlibet ens diligit se permanere apparet per Cõmentatorẽ primo physi. & probatur ratione, ꝗa quodlibet ens resistit corrumpẽti ipsum, hoc autem non faceret nisi suam permanentiam diligeret. etiam vnicuique rei optimum est quantum est de sui natura permanere, quia appetitus naturalis dirigit in omnium. quare manifestum est quòd omne ens se permanere appetit. Com.81

His pręmissis sit prima conclusio hæc. Omnis corruptio subiecte fit à contrario. probatur omnis corruptio substãtię fit per alteratione disconuenientẽ rei quæ corrũpitur, igitur à contrario consequẽtia tenet, quia alterãs rẽ corruptiue contrariũ dr̃ illi rei. añs patet quia corruptio vnius substãtię nõ fit sine generatione alterius vt dictum est in primo huius. modo alia substãtia nequit generari nisi per alterationẽ pręuiam disponentẽ materiã ad eius generationẽ per Philosophũ secundo de aĩa dicentem, actus actiuorum sunt in patiente dispositio igitur añs est verum, & intelligo cõclusionem, ꝙ corruptio substãtiæ inquantum corruptio fit à contrario, id est substãtię non corrũpitur nisi à contrario corũpatur. Iterũ nõ intelligo ꝙ substantia corrũpatur à suo cõtrario formaliter, sed quòd corrumpitur à cõtrario actuliter vel virtualiter qualitatibus requisitis ad eius conseruationem, & erit sensus explicitus & verus conclusionis, & sic qñque aliqua substãtia corrumpitur, corrũpitur à contrario actualiter vel virtualiter qualitatibus, requisitis ad sui conseruationem. Et dr̃ notabiliter corruptio substantiæ quia accidentia frequenter corrumpuntur non à contrario, sed à defectu cõseruatiuo, vt lumen in medio propter absentiam lucidi, sciẽtia in anima intellectiua propter inaduertentiam intellectus. Et si petatur an substãtia corrumpi potest propter solum defectum conseruantis dr̃ quòd non per naturam, immo oportet ꝙ fiat alteratio ad illam formã, sed per supernaturam forte bene posset. Primum correlarium, si aliqua substantia non haberet contrarium ipsa non esset corruptibilis, patet ex cõclusione. Scd̃m ad hoc ꝙ nõ habens contrariũ longo tempore duret nulla virtus requiritur in eo ad durationem patet quia nihil agit ad eius corruptionem, & ideo sufficit solũ pręsentia conseruantis ip sum, igitur, &c. Tertiũ maiori tp̃e dura- Tex.c.17 Tex.c.26

re non arguit maiorem virtutem, patet in non habentibus contrarium nulla virtus requiritur ad durationem. Quarto. quãto aliquid minus habet de contrario cæteris paribus, tanto est maioris durationis patet ex conclusione. Secunda conclusio. nihil alterat seipsum corruptiue primo seu de per se, patet primo de simplicibus quia talia non componuntur ex contrarijs, patet etiam de mixtis, quia in illis pars alterat partem, sed nõ alterat pars totum primo nec totum alterat totum de per se & corruptiue. Secundo quodlibet ens diligit se permanere, ergo nihil alterat seipsum corruptiue primo seu de per se, tenet consequentia, quia illud quod se corruptiue de per se alteraret, hoc de per se ageret ad corruptionem sui, & vt ipsum non esset & per consequens non diligeret se permanere, vel simul deligeret opposita. antecedens est vltimum notabile. Et dr̃ notanter corruptiue & non perfectiue, quia perfectiue aliquid alterat seipsum bene, & de per se, & ratione totius, vt aqua calefacta remoto calefaciente secundum se totam alterat se totam reducendo ad frigiditatem. Dicitur etiam notanter primo seu ratione totius, quia de per accidens, & ratione partis aliquid bene alterat seipsum corruptiue, vt cor q̃nque nimis calefacit cerebrum, etiam calor naturalis de per accidens agit ad sui corruptionem, & hoc per modũ sequele, quia de per se agit ad desiccationem humidi quo desiccato deficit ipsemet calor. Correlarium, forma substantialis embrionis non agit de per se ad generationem animalis, patet, quia tunc per se ageret ad sui corruptionem, eo quòd ad generationem formæ animalis sequitur corruptio embrionis. Si igitur petatur quid effectiue disponat materiam pro animalis generatione, dicitur secundum philosophum, ꝙ solum semen matris intrat substantiam fetus, & semen patris disponit illud sicut agens, & sic disponens esset semen patris, vel virtus ista à patre infusa, & dispositum esset semen matris, & sic forma substantialis seminis ex quo generatur animal non agit ad generationem animalis. Sed si vellemus dicere semina duo intrare substantiam, fætus, sicut volunt medici, dicitur ꝙ à patre est virtus infusa semini patris aduentitia ipsi subiecte seminis, & ista disponit ad generationem animalis, & non forma substantialis seminis, hæc autem virtus infusa conseruatur à forma substantiali matris in matrice ne corrumpatur. Tertia conclusio corruptibile bene agit de per accidens ad sui corruptionem seu ratione partis, ista patent de etherogeneis vbi vna pars alterat aliam, & de calore naturali, qui desiccando humidum radicale de per accidens agit ad sui corruptionem, quia deficiente humido deficit & ipse. Quarta conclusio. nullum simplex vel etiam mixtum veræ homogeneum naturaliter dispositum habet in se principium suæ corruptionis actm̃. patet, quia omnis corruptio in substãtijs fit à contrario, vt dicit prima conclusio, modo tale non habet in se contrarium, igitur, &c.

Notanter dicitur naturaliter, quia si aer esset nimis, frigidus in vna parte ista frigiditas posset esse principiũ, corruptiuum aeris in alia parte infrigidando istam partem. Dicitur. n. homogeneum veræ, quia multa mixta vocatur homogeneũ, eo eius quælibet pars integralis ẽ lignum, & tñ non est veræ homogenũ eo ꝙ ad ignem positũ vna pars cõuertitur in flãma & alia in cineres, ꝙ nõ faceret si homogeneum verum esset voco aũt homogeneum verum, cuius quælibet pars capit denominationem totius & est vniformæ per totum in omnibus, qualitatibus suis primis. Ex quo patet conuenitia inter elementa & mixta, quę non sunt veræ homogenea. cõueniunt. n. primo quia vtrunq; eorum habet in se principium effectiuum suæ alterationis sibi conuenientis cũ fuerit indispositum, vt aqua calefacta reducti se ad frigiditatem, & æquus supercalefactus ad temperamentũ remotis impedimentis. Secundo conueniunt, quia nullum eorum per se disponit ad corruptionem, vt dicit secunda cõclusio. Sed tertio differunt, quia mixtũ non veræ homogeneum ratione partium disponit se ad corruptionem de per accidens, simplex autem non, quia veræ est homogeneum, cum sit naturaliter dispositum, & hoc voluit Commentator. Secundo physi. d. c. ꝙ mixtũ habet in se principiũ suæ corruptionis, & non simplex, & intelligitur de mixto non veræ homogeneo. Com. Correlarium primũ, simplex non potest corrumpi nisi vno modo. s. ab extrinseco, mixtum duobus modis. s. ab intrinseco & ab extrinseco. Secundum correlarium. ꝙ cæteris paribus simplex diutius durat quàm mixtum quia mixtum vbicunque ponitur disponitur ad corruptionem tam ab intrinseco quàm ab extrinseo. simplex autem solum ab extrinseco. modo cæteris paribus duo citius corrumpent quam vnum solum. Tertio correlarium quanto aliqua sunt magis homogenea tanto sunt maioris durationis cęteris paribus, quia est æqualis dispositio ad corruptionem ab extinseco, & in magis homogeneo est minor ab intrinseo propter minorem contrarietatem partium inter se, propter quod etiam metalla sunt longe durationis. Sed diceret aliquis, quæ sunt causæ longe durationis in genere? dico quòd sunt he sex. Primo homogeneitas in partibus, sicut patet ex dictis. Secũda causa similitudo medij cõtinentis, quia hoc minus disponit rem ad corruptionẽ, ideo homines cõmunitur diutius viuunt in patria sua naturali q̃ in alia, quia est eis similior illa q̃ alia. Tertia causa bona & perfecta commixtio calidi cum humido quia talis perfecta mixtio facit magnam homogeneitatem, & ex consequenti difficulter potest separare humiditatis partes a calidis & econuerso, & ex hoc res durat diutius. Vnde sic dicit Albertus magnus esse de columna existente de ære, & de auro in fine tertij metheororum, propter. n. bonam commixtionem in complexione radicali difficillimum est aurum ab ea remouere, propter quod longissime durat, licet in accidentali complexione. s. calido & frigido actualibus faciliter varietur. Quarta causa difficultas diuisionis & fortitudo resistentiæ diuisa. n. diutius corrumpuntur primo huius. c. vltimo fortitudo etiam resistentiæ præseruat à corruptione. Quinta causa est latitudo magna complexionis sub qua indiuiduum talis speciei potest durare in qualitatibus primis, hac. n. causa deficiente non est homo longe vitæ, licet satis fortis resistentiæ sit, & temperate mixtum, quia latitudo sub qua homo potest manere non est multum magna, sed sic lapides, & metalla sunt longe durationis, qm̃ habent complexionem latã. Sexta causa est specialis in viuentibus bona proportio, calidi cum humido aereo, & econuerso. Si. n. alterum illorum excederet conuenientẽ proportionem esset animal illud breuis vitę, sicut habetur in de longitudine, & breuitate vitæ. Et secundum combinationam harũ sex causarum & aliarum, si sint alie, & secundum proportionem earum adinuicem debet comparari vita en tiũ in longitudine & breuitate vitæ, non. n. ex vno istorum debet concludi aliquid esse longe vitæ, quia forte deficit in alio. vt non sequitur esse longioris vitæ hominem, quia habet humidum & calidum debite proportionis magis q̃ alia animalia, quia defectus est in paruitate periodi sub qua potest manere homo, & cũ hoc in nimia etherogeneitate corporis humani. Similiter nõ oportet si in duobus sint de his causis æque multæ, ꝙ propter hoc sit æqualis durationis, nisi cum hoc essent æque fortes, nec oportet si vnum habeat plures causas q̃ aliud, ipsum esse plus longeuum, quia forte vna sola causa in alio propter sui fortitudinem plus valet quàm duo vel tres in isto, eo quòd sunt debiliores. Ex quibus dictis possunt inferri aliqua correlaria huic proposito perti-

pertinentia. Primum cum omnis corruptio in substantijs fiat à contrarijs, si aliqua substãtia esset, cui nihil esset contrarium nec intrinsece nec extrinsece, nec actualiter nec virtualiter, illa nunquam corrumperetur. patet de se quia deficiẽte causa corruptionis deficit corruptio. Secundum correlarium, non esset inconueniens durationem alicuius prolongari insolite propter specialem praeseruationem à contrario extrinseco, patet de se, quia si alteratio ab intrinseco impediretur, non esset dubium viuum notabiliter plus durare. modo non esset inconuẽs aliquam habere virtutem impediendi huiusmodi alterationem vel saltem faciendi eam minorem. Tertio infertur quod non sequitur. homo diutius durat. ergo est maioris virtutis, quia forte non sunt caetera paria. puta corrumpentia ab extrinseco applicata. Quarto infertur quod in sole luna vel coelo longius permanere non arguit aliquam virtutem in eis manere. patet, quia non indigẽt virtute adiuuante nisi conseruante, cum non habeant contrarium, vt patet ex conclusione prima. Quinto. non oportet quod si corruptibile sit in continente cõtrario quod debilitetur. patet, quia forte plus sufficit resistere & se confortare quam contraria debilitare viua tẽpore augmentationis. Sexto. impossibile est corruptibile semper esse fortius per naturam in resistendo quam sua contraria in agendo. patet, quia perpetuaretur, quod non est possibile. Septimum. licet corruptibile quãdiu manet non est semper fortius in agendo quam sua contraria, tamen quandiu manet fortius est se conseruare quam sua cõtraria ipsum destruere. patet, quia aliter ipsum non conseruaretur, cuius contrarium supponitur, & patet consequentia, quia contraria eius nituntur ad eius destructionem inquantum possunt. Et hoc de primo articulo.

Quantum ad secundum de his tribus per ordinem dicendum est. Primo vtrum vita humana potest perpetuari aut prolongari. Secundo vtrum quaelibet substantia corruptibilis habeat determinatum periodum suae durationis, & tertio de accidentibus.

Quantum ad primum nota quod praeter cõplexionem temperatam ad iustitiam homini inconuenientem, de qua superius dictum est, sunt aliae quatuor complexiones lapse à temperamẽto, sanguinea cholerica melanconica & flegmatica. quarum prima est lapsa vltra temperamentum ad caliditatem & humiditatem. Secunda ad caliditatem & siccitatem. Tertia ad siccitatem & frigiditatem. Quarta ad frigiditatem & humiditatem. Vnde prima vocata est aerea. Secunda ignea. Tertia terrea. Quarta aquatica propter conuenientiam quam quaelibet illarum habet cum elemento à quo denominatur. Et ista suppositio est manifesta ex medicina, & satis patet per Auicennam de complexionibus, quapropter in ista sciẽtia ad pręsens supponitur. patet etiam rationem: nam cum temperamentum iustitiae complexionis humane stet secundum harum qualitatum optimam combinationem pro saluee vite humane, vt superius est dictum, & est manifestum quod ab ista optima proportione harum qualitatum potest esse lapsus vel ad qualitates igneas vt in cholerico, vel ad aereas vt in sanguineo, vel ad aqueas, vel ad terreas, & sic de alijs. Secundo supponitur quod hae complexiones si debite regãtur non sunt eque longe vitae. patet, quia non sunt eque propinque temperamento, est. n. sanguinea propinquior vero temperamento. vnde si sanguineus debite regatur diutius viuit, & consequenter ita in alijs, non. n. volo comparare complexiones, eo quòd est proprium libro de longitudine vitę, nec idigeo pro materia pręsentis articuli, sed supponitur quòd sanguinea sit longioris vitę cum debito regimine, eo quòd est melior complexio inter lapsos. quod siue sit verum siue sit verũ, siue non refert ad pręsens. Nec mouet obiectio. si quis dicat quòd sanguinei cõmuniter moriuntur citius, hoc. n. cõtingit ex excessibus quos faciunt, & indebito modo viuendi. Tertio supponitur quòd licet quis naturaliter à principijs generationis esset lapsus ad vnam complexionem accidentaliter potest labi ad aliam ex regimine. patet, quia si flegmaticus gubernetur semper cibarijs calidis & temperate humidis fieret accidẽtaliter calidus & humidus, licet ex principijs natiuitatis fuisset frigidus, & sic naturaliter est flegmaticus & accidẽtaliter esset sanguineus. Quarto supponitur quòd locutio fiat naturalis, & secundum legem communem naturae, scitur. n. bene quòd per potentiam diuinam corruptibile posset perpetuari.

Tunc sit prima conclusio. impossibile est per artem vel per naturam sine miraculo vitam hominis perpetuari, ista probatur, quia materia appetit aliam formã, prout patet. 1. Phy. vel ergo habebit eam, & sequitur quod dimittet formam hominis quam habet, & sic homo corrumpetur vel nunquam habebit eam, & sic appetitus naturalis materiae aeternaliter frustraretur, & priuaretur suo fine, quod non est possibile secundũ naturam. Tex. c. 8. Secundo. quia postquam terminate sunt augmẽtationes hominis calor naturalis post statum vitę continue agit desiccando humidum radicale. ergo necesse est quòd tandem totaliter reddatur siccum, hoc facto deficit calor naturalis eo quod deficit sibi humidum. ergo vita. Tertio. impossibile est hominem poni in medio ita conuenienti quin adhuc post completam augmentationem debilitet hominem resoluendo calorem naturalem & humidum radicale. ergo continue debilitando tandem deficiet humidum & calor. ergo vita. Nec valeret si instaretur quòd ligni vitę pomũ praeseruaret aeternaliter à corruptione. Seu etiam si diceretur quòd in triuallis secundum philosophum & hystorias nunquam homines morerentur. Ad primum. n. credo quòd pure naturaliter loquens non concederet aliquod lignum habere talem virtutem nec aliquod pomũ, eo quòd non est per se notum, nec per rationem cõclusum, nec ex aliqua experientia sequitur. Catholicus vero diceret quòd tale haberet talem virtutem potius ex dono dei speciali quam ex influxu naturae, & ideo hoc non est naturaliter, quòd hoc sic praeseruaret, & ideo non est contra conclusionem. Ad secundum dicitur quòd in triuallis homines morerentur, quod patet, quia continue debilitantur, & ergo tandem morerentur, sed ita diu essent in miseria moriendi quòd filij in compatiendo parentibus citius eos interficiunt, quam secundum illam regionem aduenia hora mortis naturalis.

Correlarium primum est aliquod determinatum tẽpus ita magnum, quòd nullum indiuiduum speciei humane potest vltra ipsum viuere per naturam. patet, quia de necessitate etiam homo temperate complexionis si esset corrumperetur, in quacunque regione poneretur, & quantũcunque bene gubernaretur, & tempus per quod iste homo non posset durare esset ita magnũ, quòd nullum indiuiduum speciei humane posset per ipsum durare, ex quo temperatus per ipsum non potuit. Secũda conclusio. impossibile est vitam humanam per artẽ vel per naturam prolongari vltra terminum debitum speciei. patet, quia quantum bene gubernaretur indiuiduũ arte vel naturaliter non potest diutius viuere quam homo temperatus ad iustitiam optime rectus, & in aere maxime conuenienti, & tamen talis non posset viuere vltra terminum debitum speciei. igitur conclusio vera. maior nota. & minor patet, quia per terminum suae vitae attenditur terminus debitus suę speciei. Tertia conclusio. medicus arte medicine potest vitam humanam prolongare vltra terminum suę complexionis naturalis. patet, quia potest bono regimine illam complexionem commutare in meliorem complexionem, per tertium suppositionem, & ista erit longioris vite. Quarta conclusio. medicus potest praeseruare vitam humanam à multis corruptionibus, s. passionibus aduenientibus citra terminũ

suę

ſue complexionis.patet, quia bonus medicus poteſt ad ueniente febre eam curare, quia ſi non curaret & eger indebite ſe regeret moreretur. Et hoc de prima parte iſtius articuli.

Quantum ad ſecundum nota primo quòd querere vtrum ſubſtantia corruptibilis &c. eſt querere vtrum ſit dare maximum tempus per quod corruptibile poteſt durare vel minimũ per quod poteſt, vel maximum per quod non poteſt, vel minimum per quod non pōt.

Secundo notandum eſt ꝙ in quæſtione ſpecialiter lo qui volo de homine.nam proportionabiles concluſiones poſſunt poni de alijs corporibus. Tertio nota. ꝙ dupliciter poteſt homo corrumpi.ſ. naturaliter, & violenter. Violēter vt ſi citra terminum ſue complexionis debitũ moriatur, aut igne aut aqua aut ferro aut aliquo huiuſmodi. Naturaliter dicitur homo corrumpi, qñ viuit ad terminum ſue complexionis debitum, & moriatur deſiccato totali humido radicali. Quarto nota. ꝙ maximum per quod poteſt ſic exponitur, per hoc pōt, & per nullum maius poteſt. Minimum per hoc poteſt & per nullum minus poteſt. Maximum per quod non poteſt, per hoc non poteſt, & per quodlibet maius pōt. minimum per quod non poteſt, per hoc non poteſt, & per quodlibet minus poteſt, licet quidam ponant aliter expōnes duorum vltimorum terminorum, tamen iſte ſunt ſufficientes ad præſens, & ſecundum veram expoſitionem grammatice ita debent exponi.

Tunc ſit prima concluſio hæc: omnis corruptio violenta hominis præcedit naturalem. patet, quia non eſſet violenta corruptio ſi expectaretur vſq; ad terminũ ſpeciei debitum. Secunda concluſio probabilis, quòd in quantūlibet modico tempore poteſt fieri corruptio violenta hominis.apparet, quia dato quocūq; violento cor rumpente hominem, in duplo fortius vel in duplo citius faceret, & in triplo fortius violentans in triplo, & ſic in infinitum, cum non repugnet quantūlibet corrumpens eſſe fortius. Tertia concluſio. ꝙ non eſt dare maximũ tempus per quod homo durare poteſt. probatur, oppoſita eſt falſa.igitur concluſio vera.conſequentia tenet.antecedens probatur ſic, quia dato ꝙ daretur maximum tempus per quod homo poteſt durare, tūc per illud poteſt, & non poteſt per maius.per exponentes, ſed conſequens eſt impoſsibile. igitur antecedens eſt falſum. ſed impoſsibilitas conſequentis declaratur, quia ſi per hoc viuit tunc.ſ.in vltimo inſtanti iſtius viuit. Igitur tunc virtus eius conſeruatiua hominis iſtius in eſſe eſt fortior ꝙ̄ virtus corruptiua in deſtruere.igitur in gradu diuiſibili virtus cōſeruatiua excedit virtutem corruptiuam, cum nullus exceſſus ſit indiuiſibilis. Ergo cum iſta virtus excedens ſeu illæ exceſſus diuiſibilis non poſsit ſubito deperdi, ſequitur ꝙ adhuc poſt hoc inſtans iſte homo viuet. igitur illud non fuit maximum tēpus per quod illæ homo potuit durare. Confirmatur ſic. ſi illud eſſet vltimum inſtans eſſe illius hominis, ſequitur vel plures formas vltimatas ſimul adequate eſſe in materia vel materiam pro aliquo tempore ſtare nudam. Conſequēs pro vtraq; parte eſt falſum, & probatur conſequentia, quia capiatur primum inſtans eſſe formæ immediate in materia ſequentis ꝙ probabo eſſe dandum. Quæro an hoc eſt idem inſtans cum vltimo inſtanti eſſe iſtius hominis, & ſi ſic iſta forma ſequens immediate, & forma hominis præcedens adequate ſimul ſtarent in materia, quæ fuit prima pars conſequentis illati. vel eſt aliud inſtans ſequens, & cum inter quælibet duo inſtantia ſit tempus medium, per tempus medium nulla forma erit in materia, quia non forma hominis, eo ꝙ in inſtanti initiante illud tempus fuit vltimum inſtans eſſe. nec forma immediate ſequens, quia in inſtanti terminante illud tempus medium erit primum eius eſſe per caſum & per aduerſarium. Probo igitur ꝙ eſt dare primum inſtans eſſe formæ ſequentis.nam ipſa aliquo toto tempore eſt, & ante non eſt. ergo qñq; eſt eius mutatio de nō eſſe in eſſe. conſequentia nota eſt & iſta eſt in inſtāti ſeu tota ſimul, cum inter contradictoria non ſit dare medium, vt notum eſt ergo inſtans tranſmutationis eſt attribuēdum termino ad quem. per philoſophum.8. Phy.ſed terminus a quē eſt eſſe formæ.igitur in inſtanti tranſmutationis iſta forma eſt. ergo eſt dare primum inſtans ſui eſſe. Hic cauillator reſponderet ꝙ non ſunt inſtātia indiuiſibilia in tempore ſecundum vnam opinionem, & ꝙ nullum eſt inſtans indiuiſibile, quod tñ imaginor in probādo concluſionem. Item nulla eſt tranſmutatio inſtantanea. Secundo diceret ꝙ forma ſequens generatur ſucceſsiue, & ſic eius primum eſſe non eſt in inſtanti, ſed in tempore in quo generatur. Ad primum iſtorum dico ꝙ ſiue ſint ſiue non ſint inſtantia indiuiſibilia in tempore nihil curo. ergo loquor hic ſi eſſent imaginando ea eſſe, vt punctualius poſsimus deſcendere ad difficultates, ita licet loqui, quia ita locutus eſt Philoſophus in.6. &. 8. Phyſico. Ad ſecundam dico ꝙ ſi loquamur de primo eſſe completo totalis formæ cadaueris tunc hoc eſt in inſtanti terminante totam mutationem ſucceſsiuam quæ vadit ad eius eſſe, & de iſta procedit ratio. He mihi videntur eſſe rationes propter quas non immerito reſurrexit auctoritas ꝙ non eſt dare vltimum inſtans rei permanentis. Quarta concluſio. non eſt dare minimũ tempus per quod homo poteſt durare. patet, quia ſi eſſet dare minimum tempus tunc per illud poſſet, & per nullum minus poſſet, quod eſt ei impoſsibile. quia ſi poteſt per illud, poteſt per eius medietatem. Quinta concluſio. nō eſt dare maximum tempus per quod homo non poteſt durare. patet, quia tunc non poſſet durare per hoc, & poſſet durare per maius, quod eſt falſum.

Sexta concluſio & reſponſalis ad articulum eſt, ꝙ eſt dare minimum tempus per quod homo non poteſt durare. probatur, quia cum aliquo tempore poſsit durare, & aliquo non, propter nimiam eius magnitudinē. Vel igitur eſt dare maximum per quod non poteſt, vel minimum per quod non poteſt, vel maximum per quod poteſt, vel minimum per quod non poteſt, patet ex ſufficienti diuiſione. Cum igitur tria principalia membra ſint amota per concluſiones præcedentes, relinquitur quartum quod eſt propoſitum. Confirmatur. quia ſi homo temperatus ad iuſtitiam optime rectus & in medio conuenientiſsimo ſecundum curſum naturæ daretur, talis ex prima parte articuli adhuc non ſemper viueret. Capiatur igitur totum tempus medium inter primum inſtans ſui eſſe & primum inſtans ſui non eſſe, hoc eſt periodus ſpeciei, & eſt minimum tempus per quod homo non poteſt durare, quia per illud non poteſt, q̄a illæ homo de quo magis videbatur, per illud non potuit, & per quodlibet minus potuit, quia iſte homo per quodlibet minus vixit cum vixit vſq; ad inſtans excluſiue terminans hoc tēpus. Similes concluſiones poſſunt poni de equis & de alijs. Septima concluſio. quilibet homo moritur citra hunc terminum ſpeciei, patet, quia nullus eſt temperatus ad iuſtitiam, vt dictum fuit ante.

Item vix eſt vel forte non eſt aliquis in medio conuenientiſsimo, quod poteſt eſſe pro duratione hominis.

Octaua concluſio. periodus ſpeciei eſt in diuerſis ſpeciebus alia & alia. patet, quia diuerſe ſpecies habēt aliam & aliam complexionem, & per conſequens alium & alium periodum ſequētem. Nona concluſio. periodi indiuiduales. vel ſpecialium complexionum ſunt valde diuerſe in ſpecie humana. patet, quia in alia & alia complexione eſt alius & alius periodus, vt longior eſt periodus ſanguinei ꝙ̄ flegmatici. ſimiliter in alia & alia patria quāuis complexiones indiuiduorum eſſent eædem, tamen propter aliam & aliam alterationem medij eſſent periodi indiuiduales diuerſi. Decima concluſio. omnes periodi

Tex.c.68 & 69.

Tex.c.61

periodi indiuiduales exceduntur a periodo speciei istius cuius ista nõ sunt indiuidua apparet in cõclusione quinta. Si diceres quomodo diceremus de igne in sua sphęra qui tertio modo identitatis numeralis posito primo huius in vna quæstione dicitur perpetuus. Respõdeo ꝙ de quolibet pedali ignis ponuntur conclusiones istis cõclusionibus proportionabiles, licet non de toto igne, eo quòd largo modo indentitatis conceditur esse perpetuus. hoc de secunda parte huius articuli.

x.c.68 69.

Circa tertiam partem huius articuli. s. vtrum accidentia corporalia habeant determinatum periodum suę durationis est notandum ꝙ accidens tripliciter consueuit corrumpi. Primo modo à contrario vt caliditas à frigiditate. Secundo modo ex defectu conseruãtis, vt lumen in medio ad lucidi remotionem. Tertio modo ad modũm sequele ad corruptionem sui subiecti, vt cognitio sensitiua in asino ad corruptionem animæ asini cui inheret, aut partialiter aut totaliter. Secundo nõ ꝙ primo modo corrumpuntur accidentia habentia contrarium. secundo autem & tertio modo accidentia non habentia contrariũ, cum contraria non habeant à contrario proprie nequeunt corrumpi, vt lumen in medio, sed ex defectu conseruantis corrumpetur.

x.c.68

Tunc quo ad hanc partem sit prima cõclusio. si conseruans lumen in medio esset perpetuum, eo modo quo cõseruat, & subiectum luminis esset perpetuum, lumen illud nunq̃ corrumperetur. patet, quia non à contrario, quia non habet. per secundum notabile. nec ex defectu conseruantis, cum ponatur perpetuum esse, eo modo quo conseruat. nec ad corruptionem subiecti, quia supponitur subiectũ esse perpetuum. ergo nullo modo tale lumen corrumperetur quod est propositum. Notanter dico eo modo quo conseruat, quia licet sol conseruans lumen in luna sit perpetuus, tñ non est lumen perpetuũ, eo quòd sol non est perpetuus in isto modo quo conseruat lumen in luna, quia propter motum tandem tãtum elongatur à luna, ꝙ quodammodo lumen in eo nequit conseruari, vt qñ terra interponitur. Secunda conclusio. loquẽdo naturaliter lumen in octaua sphęra est perpetuum. patet, quia eius subiectum est perpetuum & sol conseruans eo modo quo conseruat est perpetuus. ergo illud lumen est perpetuum. consequentia tenet per conclusionem primam. & antecedens quo ad ambas partes patet ex secundo Cęli, & satis ex secundo huius. cap. penul. vbi philosophus voluit motum solis & solem esse perpetuum. Primum correlarium. aliquid quod de sui natura est corruptibile est perpetuũ. patet, quia illud lumen in octaua sphæra est de sui natura corruptibile, & est perpetuum. ergo maior patet, quia illud lumen est eiusdem speciei cum lumine solis apud nos, eo ꝙ est species eiusdem lucis naturaliter præsentatiua, & minor est conclusio præcedens. Sed diceres tu. tale lumen non potest corrumpi. ergo non est corruptibile. consequentia tenet ex terminis, & antecedens patet per rationem adductam ante conclusionem secũdam, quia nec à contrario nec à defectu conseruãtis, nec etiam per modum sequele ad corruptionem sui subiecti. Hic est aduertendum ꝙ iste terminus corruptibile, sensitiuum, & alia huiusmodi capiunt dupliciter. Vno modo prout exponuntur per infinitum verbum à quo descenderunt cũ verbo potest, vt corruptibile quod potest corrumpi, sensibile quod potest sentiri. Et sic sine dubio loquendo naturaliter concedendũ esset ꝙ tale lumen non esset corruptibile. Sicut calor existens in centro mundi non est sensibilis, qa non potest sentiri. Immo quælibet forma ossis aut carnis non est sensitiua, quia non potest sentire, quia non potest per naturam habere organum, sed sola forma nerui in animali sentiret. Secundo modo corruptibile dicitur quod de sui natura natũ est corrumpi nisi aliundę conseruetur, sicut sensitiuum quod

Tex c.28 Tex.c.55 & 56.

de sui natura natum est sentire si haberet organum conueniens &c. sensibile quod de sui natura natum est sentiri si esset sufficienter præsens sensui. Et sic capitur sensitium cum dicimus formam carnis vel ossis in boue esse animam sensitiuam, & sic diceretur ꝙ tale lumen est corruptibile, quia q̃tum est de natura sua natum est corrũpi, nisi aliunde conseruaretur. s. per conseruans sibi sufficienter semper existens præsens. Secundum correlarium talis corruptibilis non est determinatus periodus suę durationis maxime. patet, quia est perpetuũ per correlarium primum. Tertia conclusio. omnis accidentis corruptibilis quod qñq; est & quandoq; non, est determinatus periodus suæ durationis sicut in subiectis, & corporibus patet, quia non est potior ratio de illis q̃ de istis. Et hæc de tertia parte articuli.

Ad rationes principales. Ad primam dicitur ꝙ est pro secũdo correlario tertiæ partis secũdi articuli. Ad secundam dicitur ꝙ licet ignis totalis in sua sphæra non habet determinatũ periodum, quia oportet ipsum semper manere idem tertio modo identitatis numeralis, tñ quodlibet pedale eius habet. Et hoc sufficit. Ad hoc autem quod dicitur ꝙ non est necesse aliquo determinato tempore istum ignem descendere. dicitur ꝙ quocũq; pedali ignis infra concauum lunæ signato necesse est ipsum aliquo tempore fieri graue & descendere propter aspectum specialem cœli respectu ipsius determinãtem materiam eius ad aliam formam. Ad tertiam qualiter vita hominis potest prolongari, & qualiter non satis patet ex prima parte secundi articuli, quia non potest vltra periodum speciei, licet bene possit vltra periodum indiuidui vel certe complexionis date. Ad quartam dicitur ꝙ est pro tertia conclusione secundæ partis articuli secundi. Ad quintam dicitur ꝙ in non habẽtibus contrarium nulla potentia requiritur ad durandũ propter resistere contrarijs, non tamen sequitur ꝙ magis durãs est maioris potentiæ, quia forte cætera non sunt paria. sicut patet ex primo artic. Ad sextam ꝙ vita hominis possit perpetuari negatur. Ad probationem dicitur ꝙ impossibile est quantũcunq; bonus fuerit aliquis medicus restaurare humidũ post tempus status viteæ, quin continue desiccetur humidum radicale, & tandem deficiet vita hominis. Et ratio est, quia humidũ quod ipse apponit non est ita purum sicut fuit humidum præcedens radicale. Ad confirmationem probabiliter põt negari ꝙ homo in se potest producere eque purum humidum tendẽs in nutritionem eius sicut fuit humidum radicale ex quo generabatur. quod patet, quia humidũ radicale ex quo generabatur erat digestum in vasis seminalibus patris, & in matrice matris præter digõnes omnes quas habuit in patre præcedentes quæ erant tot sicut erant digõnes humidi ex quo pater nutriebatur. Conceditur tamen bene ꝙ potest generari eque purum semen pro puero suo generãdo, sed tale humidum non esset aptum pro nutritione continua, licet sit aptum pro generatione, etiam q̃uis concederetur antecedens, sicut bene credo ipsum fore concedendum. hoc tamen non est verum nisi vsq; ad. 60. annum, vel vsq; ad finem status vitę. tunc. n. quod generatur est continue minus purum & magis aquaticum. propter quod continue deficit vita. Et si dicas quare homo tunc non potest generarẽ ita purum humidum sicut in. 6. anno. dico ꝙ hoc est à natura, quia tunc incipit deficere vita, & ita actiones vitę vel naturæ humane tunc incipient à tota specie deuiare. sicut idem videtur in herbis & plãtis in breui tempore. Ad septimam dicitur quòd non oportet illud in quo contraria sunt magis equata diutius durare, qa forte habẽt minorem latitudinem complexionis etiam forte est debilis virtutis resistitiue in medio fortiter imprimente sicut in homine, & ideo citius corrumpitur quàm lapis vel quercus in quibus contraria sunt minus equata.

equata. Ratio post oppositum est pro sexta conclusione secundæ partis secundi articuli.

Apparent autem & secundum sensum compræssa.
Tex.cōm.58. Quæstio. XVIII.

DEcimooctauo quæritur vtrum tempus generationis rei est equale tēpori corruptionis eiusdem. Et arguitur primo ꝙ non, quia planta quę mille annis generatur, vt quercus in momento, vel in vno die corrumpitur. igitur &c. Secundo. quia entia generantur instātaneæ, igitur non est tempus generationis equale tempori corruptionis. tenet consequentia, quia mensura instantanea nullum est tempus. antecedens patet, quia generatio est exitus de non esse ad esse, modo necessario, oportet ꝙ talis exitus fiat totus simul, & per consequens instantaneæ, eo ꝙ inter contradictoria non est dare medium. Tertio. multę sunt generationes perpetue. igitur in illis non est tempus generationis equale tempori corruptionis. consequētia tenet, quia perpetua non sunt sub tempore. antecedens patet, quia generatio aeris sub equinoctiali & aque est perpetua, vt dictū est prius. Quarto. stat generans esse fortius ꝙ corrumpens. igitur generatio erit in breuiori tempore ꝗ corruptio. consequentia tenet, ꝗa multotiens sequuntur proportiones potentiarum agentium ad suas resistentias, & per consequens fortius complebit citius effectum suum antecedens manifestū est de se. Non. n. oportet punctualiter generans & corrūpens esse eque fortia. Quinto. facilius est destruere quàm construere. igitur facilius est corrumpere quàm generare. igitur citior est corruptio quàm generatio. Prima consequentia tenet ex terminis, & secunda tenet, quia citius fiunt quæ facilius fiunt cæteris paribus. Antecedēs patet per philosophum primo Priorum, & manifectum est experientia, quia facilius est destruere domum ꝗ construere. Sexto. in morte naturali hominis multo longior est corruptio ꝗ generatio. igitur non sunt equalia tempore. consequentia nota est. antecedens patet, quia generatio hominis non durat cōmuniter nisi vsqꝫ ad tempus augmenti, corruptio autem durat per totum tempus decrementi. modo tempus decrementi est multo longior tempore augmenti, eo ꝙ augmentum videtur determinari in. 26. anno, corruptio autem & decrementū incipiunt in. 60. anno. Modo multi viuunt vltra. 60. annos maiori tempore ꝗ. 26. annis. Septimo. vel res quæ generatur simul corrumpitur, & si sic idem est tēpus generationis & corruptionis. ergo non est equale sibiipsi. vel non simul corrumpitur, sed alio tempore post, & si sic tunc tempus generationis & tempus corruptionis non simul sunt. igitur vnum eorum non est equale alteri. patet consequentia
Tex.c.58 quia res quæ est non est equalis rei quæ non est.

In oppositum est philosophus cap. penultimo secundi huius. In ista questione erunt duo articuli. In primo præmittenda sunt quædam notabilia. Secundo respondendum est ad quæsitum.

Quantum ad primum est primo notādum ꝙ capiendo generationem cōiter pro mutatione de non esse in esse, duplices sunt generationes, quędam successiue, quędam instantaneæ. Successiue quæ fiunt partibiliter per generationem vnius partis ante aliam. Instantaneæ quę fiunt tote simul. Secūdo. nota ꝙ generationes successiue sunt duplices, quædam sunt substantiarum, & quædam accidentium. Arist. autem secundo huius principaliter loquebatur de generatione substantiarum, quia accidentia quæ corrumpuntur à contrario possunt velocius & tardius corrumpi ꝗ generantur, secundum ꝙ contrarium corrumpens est fortius in agendo, vel debilius ꝗ fuit generans. Tertio nota. ꝙ substantiarum generationes successiue sunt duplices, quædam sunt perpetue ad bonum intellectum. s. ꝙ in continua successione semper durant tales generationes sine interruptione, vt ignis vel aer sub equinoctiali. Aliæ sunt temporales non semper durātes, vt generatio equi vel asini. Quarto nota. ꝙ tempus generationis equi vel hominis vel asini esse equale tēpori corruptionis potest intelligi dupliciter. Vno modo quo ad periodum speciei. Alio modo quo ad periodum indiuidui. Illi termini satis expositi sunt in præcedenti quæstione. similes autem distinctiones totaliter dicantur de corruptione. Quinto est notandum ꝙ hic per tempus durationis generationis debet intelligi totum tempus per quod res naturales in suo robore vigeant. s. vsqꝫ ad terminum status rei. Per tempus autem corruptionis totum tempus per quod res naturalis in suo robore debilitatur, vt tempus senectutis vocatur tempus corruptionis, & tempus iuuentutis cum suis antecedentibus vocatur tempus generationis. Et hoc de primo.

Quantum ad secundum articulum sit prima conclusio hęc. In generatione instantanea non est tempus generationis equale tempori corruptionis. patet, quia ista generatio non fit in aliquo tempore partibiliter, sed fit tota simul, vt per quid nominis patet. Secunda conclusio. in generatione elementari durante perpetuo tempore ad bonum intellectum, vel etiam alterius rei si aliqua sit alia res quæ semper generatur, non est tempus generationis equale tempori corruptionis, quia idem est tēpus generationis & corruptionis, modo idem non est quale sibiipsi proprie loquendo eo quòd equalitas dicit conuenientiam in quantitate per comparationem ad aliud. Ergo conclusio vera. consequentia tenet. antecedens pro prima parte patet, quia res quæ semper generantur etiam semper corrumpuntur, vt sicut sub equinoctiali semper aer generatur, ita sub polis corrūpitur, similiter in alijs. Ideo in talibus est idem tempus generationis & corruptionis, minor nota est de se. Tertia cōclusio. in generatione rei pure successiue non est etiam tempus generationis equale tempori corruptionis illius rei. patet, quia illud tempus est vnum & idem, sicut patet ex dictis in primo huius, modo idem non est equale sibiipsi. Quarta conclusio. in generatione substantiali successiua non ꝑpetua sicut hominis vel asini non oportet tempus generationis esse equale tempori corruptionis per comparationem ad periodum indiuidui. patet, quia multa cito corrūpuntur vt in hora quę longo tempore sunt generata, possunt. n. corruptiones fieri violente & citra periodum debitum. prout de se notū est. vel igne vel gladio vel aliquo huiusmodi. Quinta conclusio. in generatione successiua substantiali non perpetua adhuc proprie loquendo non est tempus generationis equale tempori corruptionis, ꝗuis comparatio fieret in ordine ad periodum speciei patet ratione vltima ante oppositum, quia ista tempora nunꝗ sunt simul, sed vnū prius & reliquum posterius. Modo si aliqua duo sunt equalia, oportet ꝙ ipsa simul sint de virtute logice, nisi tunc tempus præsens caperemus valde longum, quod non est consuetū in communi locutione. Sexta conclusio & responsalis quæ fuit de mente philosophi vt videtur, est. quòd in generatione successiua substantiæ, & non perpetua sicut est hominis vel asini totum tempus generationis est equale tempori corruptionis in ordine ad periodum debitum toti speciei ad istum intellectum quòd quāto tempore homo vel equus vel aliud huiusmodi temperatum ad iustitiam in sua specie roboratur in virtute optime rectum, tanto tempore postea optime rectū debilitatur in virtute & regione temperata maxime sibi conuenienti, vel breuius quanto tempore in ordine ad totam speciem indiuiduum optime complexionatum in illa specie & optime rectū natum est in virtute augeri, tanto tempore taliter rectū postea natum est in sua virtute diminui. Ista conclusio patet, ꝗa sicut herbe solis

be solis aduentu in sua specie vigorantur, ita solis recessu in eadem debilitantur, modo tempus accessus solis & recessus sunt equalia. Iterum si sunt animalia vel entia quæ longo tempore per multos accessus solis nata sunt generari & in virtute vigorari, ita talia postea per multos recessus solis nata sunt in sua virtute corrumpi, nec videretur aliqua ratio quare non indiuiduo optime recto tanto tempore virtutis eius in regione conuenie̅tissima debilitaretur & nata esset debilitari, quanto tempore augmentabatur & nata fuit augmentari specialiter in ordine ad periodum speciei. hæc est co̅clusio quam philosophus intendebat. (Tex.c.58)

His præmissis respondetur ad rationes ante oppositum factas. Ad primam dicitur ꝙ est pro quarta conclusione, quia arguit de te̅pore corruptionis indiuidui, (Tex.c.58) & hoc concedit philosophus in litera frequenter esse breuius tempore corruptionis dicens. Contingit aute̅ multotiens in minori corrumpi propter adinuicem confusionem. i. propter malam gubernationem respectu indiuidui. Ad secundum negatur ꝙ omnia entia genera̅tur instantaneæ, licet capiendo generationem large non est negandum quædam instantaneæ generari. Ad ꝓbationem dicitur ꝙ illud dictum, generatio est mutatio de non esse in esse, intelligitur sic, ꝙ generatio est mutatio succesiua vadens de non esse rei ad rem esse complete, & inter hæc est bene medium, puta rem esse secundum vnam partem, & secundu̅ aliam partem non esse, licet inter vera contradictoria non sit mediu̅. Ad tertium dicitur, ꝙ arguit pro conclusione secunda. Ad quartum dicitur, ꝙ in ordine ad specie̅ idem agens vniuersale. s. motus cœli est g̅nans & corru̅pens succesiue, & illę licet respectu indiuidui propter speciales aspectus posit tempore generationis esse fortior q̃ corruptionis vel econuerso. tamen in ordine ad periodum totius speciei semper dicitur eque fortis, quia sic particulares aspectus diuersificantes quo ad indiuidua non aspiciuntur, quia tales sunt accidentales habitudines respectu speciei. Nam si vno tempore speciales aspectus abbreuiant generationem, alio tempore abbreuiant corruptionem, & ideo hæc in ordine ad speciem non corru̅puntur. Ad quintum dicitur, ꝙ licet apud nos est facilius destruere q̃ construere, tamen in ordine ad naturam totaliter est idem, immo per prius construit intentionem q̃ destruit, nec est ei difficultas in construendo, eo ꝙ gubernator eius est infinitę virtutis. Ad sextum dicitur, ꝙ licet in morte hominis longiori tempore viuit homo in diminutione virtutis q̃ generatione eius. hoc est, quia non est optime complexionis homo, nec generatio comparatur ibi corruptioni piodo speciei sed indiuiduali. Seu etiam dicitur ꝙ in communi morte hominum viuentium. 80. aut. 100. annis corruptio non incipit in. 40. sed certo tempore post, sic ꝙ non multum inequale est tempus generationis tempori corruptionis speciei, sed indiuiduorum aliquorum. Ad septimum dicitur quod est pro quinta conclusione. Ratio post oppositum est pro vltima conclusione. (Tex.c.?)

Semper vero vt dictum est continua erit generatio.
Tex. co̅m. 80. Quæstio. XIX.

QVæritur decimonono. Vtrum in generantibus sit processus in infinitum. Et arguitur primo ꝙ non, q̄a sequeretur ꝙ vnius generabilis essent infinitæ causæ efficientes. vel saltem fuissent. consequens (Tex.c.5.) est contra philosophum. 2. Metaphysicę probantem statum in causis efficientibus, & consequentia tenet, quia exquo generationes in infinitum vadunt sortis pater fuit causa sortis, & iterum pater patris & pater istius, & sic in infinitum, quia dato ꝙ alicubi sit status, sequitur ꝙ generationes non vadunt in infinitum in ante eadem ratione, nec in post. Secundo sic, quia in essentialiter ordinatis non proceditur in infinitum. Modo videtur ꝙ genera̅tia sunt essentialiter ordinata. igitur in eis non proceditur in infinitu̅. igitur nec in generationibus. maior nota est per philosophum vt prius. minor patet, q̄a (Tex.c.5.) si sortes generaret Platonem & Plato ciceronem, & sic vltra, essentia platonis pendet a sorte, & Ciceronis a Platone, & sic vltra. immo etia̅ Ciceronis a sorte, quia qcquid est causa causę est causa causati. ergo videtur quòd in illis sit processus essentialis. Similiter patet hoc, quia ordo in causis est necessarius. ergo essentialis. consequentia tenet, & antecedens patet, quia imposibile est in hoc ordine fieri co̅uersum ordinem. puta Cicerone̅ genuisse Platonem. nec & Platonem genuisse sortem. Tertio sic. non proceditur in generationibus in infinitum secundum circulum. igitur nullo modo consequentia tenet, & antecedens pro prima parte est philosophi in litera. pro secunda parte patet, quia si in infinitum procede (Tex.c.68) retur in generationibus secundum circulum idem numero posset redire, cuius oppositum dicit philosophus in litera, & patet consequentia, quia in circulo proceditur (Tex.c.70) ab eodem ad idem numero, & sic ide̅ numero posset redire. Quarto arguitur sic. forte corpora cœlestia nunq̃ reuertentur ad eundem punctu̅ in quo sunt modo. ergo nullo modo reuertentur eadem generabilia in specie quæ generantur modo. igitur non est perpetua generatio secundum circulum. consequentia vltima tenet, quia non posset esse generatio perpetua circulariter, nisi tandem eadem generabilia in specie generarentur quæ generantur modo, & prima tenet, quia eadem generabilia in specie nequeu̅t prouenire nisi ab eisdem causis specie. modo causæ sunt corpora supercœlestia, sic se habentia ad ista inferiora. Antecedens patet, quia forte nunq̃ erit eadem dispositio cœli respectu istorum inferiorum quæ est nunc propter motum planetarum in obliquo circulo.

In oppositum est philosophus in litera. In ista quæstione erunt duo articuli. In primo præmittenda sunt notabilia. In secundo respondendum est ad q̄onem. (Tex.c.58 59.&.68.)

Quantum ad prius primo notandum est quòd querere generationem procede̅tem in infinitum nihil aliud significat in proposito, q̃ vtrum perpetue in qualibet specie durent generationes intrinsece saltem, vt vtrum post qua̅libet hominis generationem erit alia generatio hominis, vel breuius. vtru̅ non sit deuenire ad vltimam generationem postq̃ non erit vlterior. Secundo nota. quòd in generationibus procedere in infinitum potest intelligi dupliciter. vno modo secundum rectum. alio modo secundum circulu̅. Dicitur autem generatio procedere secundum rectum quando non reuertitur idem quemadmodum in circulo quod prius erat. Dicitur autem procedere secundum circulum quando reuertitur idem quod prius. Item nota. quòd aliquid dicitur ide̅ dupliciter. s. numero vel specie, sed quia vtroq; modo in generationibus est procedere in infinitu̅ potest intelligi dupliciter. Vno modo vtrum procedant in infinitum secundum rectum non reuertendo idem in specie. Alio modo non reuertendo idem in numero. Tertio supponitur ex sequenti quæstione quòd idem generabile nequit bis generari simpliciter & totaliter, licet secundum quid idem infinities posit g̅nari. Et hoc de primo.

Quantum ad secundum sit prima conclusio hæc. generatio non vadit in infinitum secundum rectum in specie. probatur. quia vel iret in infinitum secundu̅ rectum in specie infinitis existentibus speciebus. vel solum finitis, sed nullo modo istoru̅. igitur &c. Maior patet a sufficienti diuisione. minor declaratur. Non. n. potest dici ꝙ infinitis, quia non sunt infinitæ species prędicame̅ti substantiæ. Secundo etiam. si esset infinita multitudo specierum in prædicamento substantiæ adhuc non posset

generatio

generatio in infinitum procedere in eis. Ratio quia in infinitis non esset primum nec vltimum, & sic non esset ratio quare certa materia post vnam formam potius reciperet hanc sequẽtem q̃ illam, eo ꝙ in infinitis non est prior nec posterior. vel acciperet plures simul vel nullũ, quorum quodlibet est impossibile. Sed diceres ꝙ hęc ratio videtur etiam valere supposito ꝙ non esset nisi finita multitudo spẽrum ad concludendum materiam non posse recipere formam nouam. R̃ndetur ꝙ non, quia ponendo finitas species non oportet materiam procedere ordinate de vna specie ad aliam sine reiteratione ad causandam spẽm, sicut oporteret materiam procedere infinitis existentibus speciebus in gñatione existente in rectum, & ergo sufficit ibi dicere materiam determinari ad formam certam sequentem ab agẽte. Si vero dicatur ꝙ solum finitis speciebus, tunc gñatio non procedet in infinitum, quia transactis spẽbus nulla fieret vltra generatio ẽm rectum. igitur &c. Secunda conclusio. si generatio semper durabit vt concedit philosophus naturalis oportet ꝙ hoc sit ẽm circulum in specie. Sequitur ex præcedente, quia non põt secundum rectum in spẽ. Notanter dico si semper durabit, q̃a simpliciter loquendo non semper durabit, cum fides vera hoc ponat, licet q̃tum est de experientijs dicat philosophus non illustratus lumine fidei eam semper durare, & sic naturaliter loquendo post loquar sicut mihi vr̃ velle Arist. loqui secundo huius. Tertia conclusio. sub cuiuscunq; speciei substantiæ forma materia nunc est sub eadem infinities erit, vel tota simul vel quælibet pars notabilis eius. Similiter sub eadẽ infinities fuit. ꝓbatio, quia materia cuiuslibet speciei formam appetit. Cum igitur appetitus talis nequeat frustrari, sequit̃ ꝙ sub cuiuscunq; forma speciei deueniet, & non solum semel sed infinities, cum supponatur mundum esse perpetuũ. Similiter sub cuiuslibet speciei forma fuit alias infinito tpe præcedente, quia nisi sic appetitus materiæ fuisset frustratus sine quod naturalis non cõcedit, & non solũ fuit sub ea semel sed ĩfinities.

Tex.c.58 &. 59.

Quarta conclusio. si materia nunc sit sub certe speciei forma, & eam dimittit nõ oportet anteq̃ eandem in specie iterum recipiat eam transire per oẽs formas spẽrum gñabilium medias, quia bene stat ex aere fieri aquam & iterum fieri immediate ex aqua aerem sine alia gñatione substantiali sibi media. prout de se patet. Quinta conclusio. licet in tpe finito dato stet mãm datam esse pluries sub vna forma q̃ sub alia, tñ toto euo non pluries est materia sub forma vnius speciei q̃ alterius. Prima pars huius conclusionis patet per p̃cedentem, quia bene stat ꝙ decem vicibus fiat materia sub forma aeris anteq̃ semel fiat sub forma hoĩs, quia immediate potest fieri ex aqua aer & econuerso pluribus vicibus. Secunda pars patet, quia toto euo materia infinities fit sub cuiuslibet speciei forma. modo infinita non sunt plura infinities, immo quot vicibus in toto euo materia fit sub forma aeris, tot fit sub forma hominis. infinities. n. fit sub forma vtriusq;, vt dicit tertia conclusio. Sed diceres tu instando contra hoc, quia si sic sequitur ꝙ multorum hominum esset eadem materia, quis ergo haberet eam in die iudicij vniuersalis. Secundo. quia elephantes non generantur nisi in locis determinatis. quomodo ergo materia lapidis quæ est hic veniret ad locum istum. Tertio. quia dicitur communiter ꝙ ex cineribus prioris fenicis generatur fenix noua. ergo ista materia fenicis nunquam deueniret ad formam aliam. Respondetur primo ꝙ si loquamur secundum veritatem secundũ quam procedit prima obiectio non esset concedendum perpetuo fuisse generationes, nec etiam forte debere, cum sic mundus habeat principium & finem. ergo est bene dubium vtrum plurium hominum, sic erit eadem materia, sed si dicatur supposito ꝙ ita sit quid contingit de prima dubitatione. Respondeo ꝙ ista dubitatio est theologalis, & nõ spectat ad præsens negocium, & ideo hic non multum de ea curo, sed respondeo ꝙ fide scio me resurrecturum. de modo autem nescio, tñ scio modos quibus deus posset facere. s. vnam materiam esse plurium hominum. Non. n. implicat deum tunc vnam materiam multiplicare sic ꝙ sufficiat ambobus. Qui. n. satiauit quatuor milia hominum de tribus panibus multiplicando panes, etiam potest multiplicare materiam. non plus de hoc. Ad secundum dicitur ꝙ materia cum est in aere à vento potest deportari vbi sunt tales generationes, & fieri sub forma illorum, immo ita est necessarium fieri stante æternitate mundi. Ad tertium dicitur ꝙ materia fenicis est semper alia & alia, cũ fluat & refluat per totam eius vitam, vt dicitur primo huius de augmentatione. Sexta conclusio. generatio non potest perpetuari secũdum circulum in numero. patet, quia oportet idem numero redire, quod est contra secundum notabile, & consequentia tenet per quid nominis, &c. Septima conclusio. generatio vadit in infinitum in rectum in numero seu ratione identitatis numeralis. patet, quia vadit in infinitum vt dicit secunda conclusio. & philosophus concedit, & non secundum circulum in numero præcedentem. ergo in rectum. Et hoc est propositum. Octaua conclusio. ad hoc ꝙ reuertatur idem in specie non oportet expectare magnã reuolutionem. s. trigintasex mille annos. patet, quia aquam currentem ex fontibus statim aer iterum secundum partes resoluit in aerem, & tamen non transiuit vnus annus postquã eadem materia fuerit sub forma aeris in poris montium vbi generabatur ista aqua fontium, ꝓut concedit philosophus. 1. Metheo. ergo conclusio vera.

Tex.c.35

Tex.c.58 &. 59.

Ad rationes principales concedo ꝙ vnius effectus fuerant infinitę causæ efficientes accidentaliter ordinatę. nec philosophus in illis statum posuit, sed solum in essentialiter ordinatis, vt patet. 2. Meta. Ad secundum dicitur ꝙ generantia quæ non sunt simul vt pater patris & auus patris, & sic de singulis, non sunt essentialiter ordinata. Ad probationẽ dicitur quòd hæc consequentia non valet. essentia ciceronis dependet à platone & platonis à sorte. Igitur sortes & plato sunt causæ essentialiter subordinatę. Non. n. dicuntur essentialiter ordinatę causę, quia essentia posterioris dependet ab essentia prioris, sed quia posterior non potest causare nec agere nisi prima concurrente. modo sic non est de sorte platone & cicerone, nec de talibus causis accidentaliter ordinatis. Ad confirmationem dicitur, quòd quãuis iste ordo in causando esset necessarius, eo quòd plato non posset dependeret ab alio q̃ à sorte secundum casum, non tamen hoc sequitur quòd plato sit essentialiter subordinatus sorti, eo quòd posterior causa non depẽdet in causando à priore, vt dictũ est. Ad tertium dicitur quòd in generationibus proceditur in infinitum secundũ circulum in speciebus, licet non in numero, & sic nõ oportet reuerti idem in numero, sed idẽ in specie, vt dictum est in positione. In rectum autem proceditur in infinitum in numero, contra quod non arguit ratio. Sed diceret contra, quia in circulo reuertitur ad idem numero. ergo etiam in generatione circulari deberet reuerti ad idem numero. Dicitur ꝙ hoc est verum si esset circularis respectu eiusdem in numero. modo est circularis respectu eiusdem in specie, & ideo sufficit reuerti idem in specie. Ad quartum dicitur quòd non requiritur ad hoc quòd eadem in specie secundario generetur totalis identitas dispositionis cœli. sed sufficit quòd sit similis ad tantum quòd posset similem effectum in specie producere, & hoc bene stat, cum aliquali dissimilitudine dispositionis cœli. Generatur. n. nunc aer ex aqua sole existente in virgine, sicut primo generabatur sole existente in leone vel in cancro. Ratio post oppositum est pro dictis in quæstione.

Tex.c.5

Quare

Quarè hæc quidem ita videntur. Textu cōmen. 70.

Quæstio. XX.

VLtimo quęritur vtrum corruptum posśit reuerti idem in numero. Et arguitur primo quòd sic. nam materia existente vna, & agente existente eodem quod fit erit vnum. Sed pluries post corruptionem rei materia manet vna, & potentia vna quæ prius, & agens est idem. ergo fiet idem effectus qui prius erat corruptus. Consequentia tenet, & antecedens pro prima parte est Commentatoris duodecimo Metaphysic. (Cõm.11) pro secunda parte patet, quia mortuo vitulo adhuc, eius materia manet vna, vt notum est, cum sit perpetua, & similiter istius materiæ manet vna potentia, cum ipsa sit sua potentia, & ipsa est vna. immo quicquid fuit ista materia ante generationem a, vituli adhuc est a, vitulo corrupto, sed ante generationem a, vituli fuit potentia ad formam a, vituli, ergo a vitulo corrupto adhuc est potentia ad formam vituli. Maior nota est, (Tex.c.69) & minor patet ex primo. Physicorum. vbi probatur quòd potentia materiæ non est nisi materia, & agens manet idem. puta idem taurus & vacca quæ prius. Similiter si aqua prius calefacta & caliditate eius corrupta ipse applicetur eidem igni, ibi est eadem potentia, & materia eadem, & idem agens. Secundo idem inquantum idem, & similiter se habens semper natum est facere idem. modo stat hunc ignem totaliter se habere ad aquam sicut ante se habuit ad eam, cum primo eam calefacit. ergo generabit eandem caliditatem numero quam prius. ergo idem numero potest pluries redire. Maior est philosophi secundo huius. & minor manifesta est de se. (Tex.c.55) Tertio. quia illa sunt idem numero, quorum materia est vna. modo stat ꝙ caliditatis præcedētis & sequentis sit eadem materia vt eadem aqua. ergo erit eadem caliditas numero. igitur propositum. maior patet. 5. Meta. & minor nota est de se. (Tex.c.12) Quarto. si caliditas a, heri corrumpebatur & hodie in eodem subiecto eque intensa caliditas generetur, hæc caliditas est eadem cum a, igitur corruptum potest redire. consequentia tenet. Probatur antecedens, quia hæc caliditas non videtur differre à caliditate priori nisi per interruptionem essendi, sed interruptio non fecit diuersitatem numeralem. ergo non est diuersa numero ab ista. Maior patet, quia si prior caliditas durasset continue vsque hodie caliditas a, hesterna & quæ hodie esset esset eadē numero. Modo caliditas nunc genita non videtur differre respectu caliditatis a, sic continue durantis, nisi quia a, continue durauit, & caliditas hesterna non, sed interrupte durat generatione caliditatis hodierne. Minor patet, quia si aqua continue diuidatur fiet eius interruptio, nec tamen propter hoc si reuniatur fiet alia aqua sed eadem. Quinto nisi sic, sequitur ꝙ virtus dei continue minor fieret. consequens est falsum. Probatur consequentia, quia quodlibet generabile non genitum prius deus potest facere, & postquam ipsum fecisset non posset ipsum iterum facere. ergo minoris virtutis esset quàm ante fuisset. Sexto. materia est in potentia ad caliditatem corruptam. ergo potest reuerti. consequentia est nota. & antecedens probatur, quia est in potentia ad caliditatem generandam, & nulla est differentia inter generandam & corruptam. ergo est etiam in potentia ad caliditatem corruptam. consequentia videtur tenere, & antecedens pro prima parte notum est de se, & pro secunda parte patet, quia non est dr̄ia inter non entia. modo caliditas corrupta & caliditas generanda non sunt entia. Confirmatur sic, corrupta caliditate stat ꝙ omnia entia habeant se ad materiam ipsius totaliter, sicut ante cum eam generabant, sed ante poterant facere eam. ergo & post. Maior patet, quia hoc est posśibile per potentiam diuinam, & minor manifesta est. Septimo. in re nihil differt priuatio caliditatis corrupte à priuatione caliditatis gn̄ande, sed priuatio generande potest reduci ad habitum. igitur priuatio caliditatis corrupte. ergo corrupta caliditas potest redire. Maior patet, quia priuatio nihil aliud est nisi materia priuata & quocunqꝫ modo dicatur nulla inter istas priuationes erit differentia, & minor manifesta est de se. Octauo. calefaciens applicatum aque non plus est determinatum ad generandum in subiecto gradum vnum quàm alium. puta a, quàm b. Ergo vtrunqꝫ indifferenter potest producere. ergo vtrunque producet vel nullum, sed constat quòd non nullum. ergo simul producit vtrunque, & tunc vltra, simul producit gradum a, & gradum b, & aliquē eorum producet post. Igitur iste quem producet post bis producetur. consequentiæ note sunt, & antecedens primæ consequentiæ patet, quia omnes gradus caliditatis sunt eiusdem rationis, & subiectum equaliter se habens ad omnes, & ergo non videtur vnde plus calefaciens determinaretur ad producendum vnum illorum quàm alium. Secunda propositio assumpta patet, quia si nullum gradum produceret non calefaceret. Tertia assumpta, scilicet quòd vnum post producet. patet, quia alias tota latitudo gradualis subita fieret. Nono. ignis applicatus stuppe ad generandum ignem indifferenter potest producere diuersorum producibilium ignium quemlibet. patet hęc, quia quilibet ignis est equaliter similitudo ipsius agentis. ergo non plus appetit vnam formam ignis generabilem ex ista materia quàm aliam. Secundo supponitur quòd generando illam primam formam quæ sit c, non redditur impotens, quod sic patet, quia agens naturale generando sibi simile non redditur impotens. Ex quibus arguitur. postquam ignis generat formam c, est eque potens sicut ante. per secundam præmissarum, sed ante erat in potentia ad producendum c, formam & quamlibet aliam eiusdem speciei generabilem in materiam stuppe. ergo adhuc est in potentia ad eam generandum. ergo forma c, poterat bis fieri, quod est propositum.

In oppositum est philosophus in fine secundi. In ista quæstione erunt duo articuli. In primo præmittenda sunt notabilia. In secundo respondetur ad quæsitum. (Tex.c.70)

Quantum ad primum est primo notādum quòd iste titulus mouetur sub his verbis. vtrum idem in numero potest bis generari, & quasi pro eodem accipitur corruptum posse reuerti, & idem bis generari. Secundo nota. quòd est aliquod generabile subiectiue vt materia, & aliquod terminatiue sicut forma, & aliquod completiue vt totum compositum, & est distinctio posita in vna quæstione primi. Similiter aliquod dicitur corruptibile subiectiue, puta subiectum in quo fit corruptio. aliquod terminatiue vt forma, & aliquod completiue vt compositum. (Cõm.60) Tertio est notandum quòd generabile dicitur de composito dupliciter. Vno modo simpliciter, vt homo dicitur simpliciter generabilis, quia potest fieri de nouo ens. Alio modo secundum quid, vt sol dicitur generabilis super nostrum oriçontem. Quartum, supponitur quòd nulla sit potentia ad præterita quæ facere posśit præteritum sub ratione præteritionis non esse præteritum. patet, quia videtur prima facie implicare contradictionem præteritum sub ratione præteritionis non esse præteritum. si enim est præteritum tunc fuit, & si potest fieri non præteritum tunc nunquam fuit. Et sic eo posito quia posśibile ponitur in esse sequitur ꝙ illud quod fuit, non fuit, quod implicat. Et hæc de primo.

Quantum ad secundum sit prima conclusio. Idē corruptibile subiectiue pluries potest reuerti ad eandem formam generabilem subiectiue substātialiter, eo ꝙ est perpetua. 1. Physi. Similiter eadem anima potest pluries generari (Tex.c.82)

nerari sub eadem scientia in specie, & est corruptibile subiectiue. Igitur conclusio vera. consequentia tenet, & maior patet, quia si anima humana, iam sciret primam ꝓpositionem Euclidis, & postea eius obliuisceretur, sic ꝙ eam nesciret, & demum iterum addisceret ipsam, pluries generaretur sub scientia primæ conclusionis Euclidis. Et ista est vna specie prout notum est. minor patet, quia anima humana potest subijci corruptioni scientiæ quę est in ea. igitur est corruptibile subiectiue, quod erat probandum. Correlarium. idem corruptũ subiectiue põt pluries reuerti idem in numero ad eandem formam specie. patet per conclusionis. Secunda conclusio est. generabile ẽm quid potest idem numero pluries generi secundum quid. patet, quia idem sol pluries gñaretur super nostrum oriçontem, prout dicit philosophus in li-
Tex.c.69 tera. Correlarium corruptum ẽm quid pluries reuertitur idem numero. patet de sole qñ pluries corrumpitur ẽm quid, & pluries reuertitur, vt dicit cõclusio. Tertia conclusio. generabile completiue seu terminatiue idem numero pluries generari est simpliciter impossibile siue simul siue successiue. Probatur, quia corruptũ non potest idem in numero redire. igitur non põt idem simpliciter generari bis. consequentia tenet, quia si bis generaretur primo corruptum posset redire. Antecedens ꝓbatur sic, quia si corruptum posset redire idem in numero hoc maximæ esset propter identitatem causarum concurrẽtium ad suam gñationem, sed propter hoc nequit redire. igitur &c. maior patet, quia non videtur propter quid rediret, nisi forte quia possunt oẽs causæ eædem reuerti, & minor declaratur. Primo in potentijs pure naturaliter agentibus, constat ꝙ non possunt omnes eædem causæ redire & esse, eo ꝙ influentię & motus cœlestis vel cœli idem in numero qui prius fuerunt nunꝗ redibunt per naturam. Sed ꝙ nec per miraculũ declaratur sic, qa si deus ex materia a, generasset gñabile b, tunc isto b, manẽte nunꝗ ipsum ex materia a, iterũ ipsum generare posset, sed non plus posset ipsum generare si corruptum esset b, ex ista materia. Ergo deus non potest regenerare corruptũ. ergo corruptum nequit redire. Maior patet, quia quãuis deus formam ipsius b, cõseruaret sine b, nunꝗ ea manente secundo eam generaret. Ratio, quia quod generatur ante non fuit. modo forma ipsius b, ante fuit. ergo non producitur de nouo in esse. ergo non generatur b, patet, quia non est aliqua potentia ad generandum b, de nouo, quia non per hoc ꝙ b, est corruptum prout notum est, nec in materia, prout manifestum est, nec in aliquo alio, quia nõ posset assignari vbi esset. ergo non magis posset deus producere b, de nouo eo corrupto ꝗ eo existẽte. Item propter quid esset deus potentior ad generãdum b, ipso b, corrupto ꝗ ipso existente, non potest assignari causa. igitur minor est vera.

Secundo probatur conclusio, forma corrupta nulla materia est ammodo in potẽtia ad eam. ergo non potest generari. ergo idem nequit bis generari simpliciter. Tenent consequentiæ. antecedens probatur. primo, quia nulla potentia est ad præteritum. Secundo, quia tota potentia quam habet materia ad formam reducitur ad actum in gñatione ipsius formæ ex materia. ergo ammodo non manet materia in potẽtia ad istam formam. ergo corrupta ista forma non est materia ista plus in potentia ad eam. Cõfirmatur hoc, quia vel tota potentia quam habet materia ad formã reducitur ad actum in generatione formæ, vel non. Si primum, habetur propositum. non secundum, quia non posset ostẽdi quæ potentia reduceretur ad actũ, & quæ non. Item tunc forma existẽte in materia adhuc materia appeteret eam appetitu desiderij. Cuius oppositum dicit philosophus. 1.
Tex.c.81 Physi. Et patet consequentia, quia materia respectu alicuius suę potentiæ ad istam formam non esset actuata. ergo ratione eius appeteret eam sicut prius ratione potentiæ alterius appetebat, quę ad actũ est reducta. Tertio probatur sic conclusio. maior est interruptio in esse ꝗ in magnitudine, sed interruptio in magnitudine impedit identitatem numeralem. ergo à fortiori inesse. ergo si aliquid non est & prius fuit hoc nequit reuerti. ergo idẽ non potest bis simpliciter generari. Maior patet de se, & minor patet, quia si lignum continuum diuidatur post diuisionem non est idem lignum numero quod fuit ante, quia non est idem, cum non sit ens. Quarto sic. iste annus nequit reuerti. ergo nullũ corruptũ potest reuerti ergo idem bis simpliciter non põt generari. Consequentia prima tenet, quia non est potior ratio de vno generabili ꝗ de alio, & secunda consequentia nota est de se, sed añs probatur, quia si potest reuerti ponatur ꝙ hoc sit facta reuolutione magna. s. transactis. 36. millibus annis. Et per consequens sequitur ꝙ in casu mũdus perpetuo remaneret, & tñ solum per tempus finitum remaneret, & sic ꝙ per illud, & per nullum maius. Consequens videtur impossibile, & tñ consequentia patet, quia si sic sit possibile sicut aduersarius dicit, ponatur ꝙ transactis trigintasex millibus annorum semper reuertatur idem annus qui prius, sequitur ꝙ sic perpetuo manet mũdus & tñ nunꝗ sunt plures anni, nec erunt ꝗ. 36. mille anni, nec aliquod tempus maius ꝗ illud, & cum hoc sit tempus finitum habetur ꝓpositum. Sed contra dicet qs, idem homo potest bis generari simpliciter. ergo conclusio falsa. consequentia tenet, añs declaratur, quia homo corruptus potest in numero redire idem. Patet, quia fide vera reuertetur in vniuersali iudicio, in quo nobis deus propicietur. Rñdetur faciliter, ꝙ hominis generatio non est proprie generatio, & est ratio, quia in generatione proprie dicta est forma quæ generatur, & non forma quæ causatur miraculose, modo hominis generatio est creatio formæ humane in materia, igitur non est proprie generatio. Similiter corruptio hominis non est ꝓprie corruptio, ꝗa in corruptione ꝓprie dicta desinit esse forma quę corrũpitur, & corrumpitur substãtia in corruptione suę formæ subãle. modo in corruptione hominis nulla forma corrumpitur, sed solum aĩa intellectiua à suo subiecto separatur, & ideo non corrũpitur res quę est forma cum ipsa maneat, nec cõpositum proprie cum ambe eius partes maneãt, licet bene moriatur propter separationem formę à materia. Per hoc ad formam argumenti diceretur, ꝙ homo proprie nunꝗ generatur quia forma quæ non educitur de potentia materiæ non generatur proprie. similiter non corrumpitur proprie, & ideo non potest bis generari nec corruptum reuerti. Aliter tamen diceretur naturaliter loquendo exclusa veritate fidei, ꝙ homo non posset bis generari, nec posset reuerti postquam esset corruptus. Illud autem quod dicitur de vniuersali iudicio, licet verum sit, tamen naturalis naturaliter loquendo hoc non concedit.

Ad rationes in oppositum. Ad primam dicitur secundum veritatem, ꝙ ista auctoritas Cõmen. 12. Meta. Cõm. 11
intelligitur de eodem in specie, non autem de eodem in numero. Vel aliter dicitur, ꝙ materia existente vna potentia vna &c. i. materia existẽte ad eandem formam in potentia. modo corrupta forma non est ammodo in potentia ad istam formam vnam, quia ammodo nulla est potentia ad eam. Et ad probationem negatur iste syllogismus. Quicquid fuit ista materia ante generationem bouis hoc ipsa adhuc est, sed ante fuit potẽtia ad formã bouis. ergo adhuc est, ibi est fallacia figuræ dictionis.

Aliter potest dici, ꝙ loquendo nãliter intelligo per agens principale producens, & per potentiam dispones materiales & alias causas instrãles gñantes. modo corrupta forma nunꝗ posset esse potẽtia vna numero ad illam formã, quia de his potẽtijs sunt motus cęli & influentię in oĩbus generabilibus inferius, modo hæc nunꝗ possunt eadem numero reuerti corrupta forma quę erat cũ generabatur.

generabatur. Ad secundum dr̄, ꝙ ista propositio. idem inquantum idem natum &c. intelligitur ꝙ est semper natum idem facere in specie & non in numero, q̄uis. n. primus motor semp̄ sit idem, & similiter se hn̄s ad idem mobile, tn̄ non semper producit eundē motum, sed bene similē, & hodie vnum & cras alium. Ad tertium dicitur, ꝙ non oportet omnia illa esse idē numero quorum materia est vna. Albedinis. n. & dulcedinis est vna materia in lacte. Et ad philosophum. 5. Meta. dicitur ꝙ
Tex.c.12 intelligit de istis terminis personaliter tentis, verificatur esse idem numero, quorum materia est vna. i. qui supponunt pro eadem re, ita ꝙ per materiam intelligitur ibi significatum materiale tm̄. Ad quartum negatur antecedens. Ad probationem dico, ꝙ interruptio essendi facit diuersitatem numeralem ad bonum intellectum. Facit. n. ꝙ sequens est aliud numero q̄ præcedens fuit. Et ad improbationem istius dicitur, ꝙ caliditas nunc genita non haberet solum diuersitatē ad caliditatem hesternam si continue durasset, nisi quia illa continue durat, & alia quæ heri corrumpebatur intercise. Hoc. n. est falsum, quia postq̄ corrupta est nullo modo durat. Ad similitudinem dicitur, ꝙ non est simile de aqua quæ continua diuiditur, & de eo ꝙ corrumpitur & eius simile post generatur, quia licet aqua cum diuiditur cessat esse vnum numero, non tn̄ cessat esse, & ideo si reuniat̄ erit idem quod prius. Cum autem res corrumpitur ipsa totaliter cessat esse, & ideo non est simile. Ad quintum dicitur, ꝙ virtus dei non redditur minor, quia non potest facere corruptum reuerti, quia tale non potest reuerti. modo non est virtus eius minor, eo ꝙ impossibile fieri non potest facere. Et ad probationem istius dicitur, ꝙ licet deus ante potest facere a, & non potest post, tn̄ post potest facere simile ipsi a, quod facere includit tātam potentiam sicut facere a, & ideo ratio non procedit. Ad sextum negatur, ꝙ materia est in potentia ad formā corruptam. Et ad probationem istius dicitur concedēdo ꝙ nulla est differentia inter caliditatem generādam & corruptam, sed negatur consequentia, ergo est in potentia ad corruptā, similiter argueretur ꝙ materia esset in potentia ad chimeram, quia non est differentia inter chimeram & caliditatem generandam ad quam est in potētia. Et ad confirmationem conceditur, ꝙ omnia entia haberent se similiter sicut ante se habebant cum debebant generare illam formā, & etiam ꝙ ante poterant eam generare, & negatur consequentia, ergo post poterant. Ratio propter quam est, quia eam semel gn̄abant, quare post generationē materia non est ammodo in potentia ad eam iterum recipiendam de nouo postq̄ fuerit corrupta. Cessat. n. materia post esse in potentia ad eam, & sic non fuit anteq̄ generabatur. Ad septimum dr̄, ꝙ verum est in re nihil differre priuationem caliditatis corrupte, & priuationem caliditatis generande, quia vtrunq̄
Com. 11 est materia, tn̄ respectu habituum priuatorum differūt, quia priuatio formę corrupte priuat actum & potentiā à qua impossibile est fieri regressum in habitum, vt dicitur in postprædicamentis, & ideo ipsa non pōt reuerti. cuius causa est, quia quod semel est simpliciter corruptū nunq̄ idem in numero reuertetur, sed priuatio formę generande non priuat nisi actum, potest. n. reduci ad habitum, & ideo non priuat potentiam ad formā. Quapropter semp ab ista priuatione potest fieri regressus ad habitum, & sic non est simile. Ad octauum dicitur, ꝙ calefaciens applicatum subiecto non plus est determinatū ad producendum gradum a, q̄ gradum b, vocādo gradum a, partem qualitatis quæ generatur ante gradum b. Et ad probationem istius dicitur, ꝙ calefaciens determinatur ad producendum gradum quem primo producit a, motu cœli sibi coexistenti à quo potest fieri gradus a, & nullus alius à tali agente in tale passum, sicut prius tactum est in illa quæstione, Vtrum idem effectus numero potest in quolibet plurium instantium generari, & ideo ratio non procedit. Quasi similiter respondetur ad aliam, ꝙ ignis applicatus stuppe determinatur per motum cœli tunc secum agente ad producendum istum determinatum ignem ex ista materia quem producit & nullum alium, licet per alium posset generare similem ignem, tamen istum ex ista materia solum isto motu potest & isto motu numero potest solum producere ignem illum. Ratio post oppositum est pro vltima conclusione quæstionis.

INCIPIT QVAESTIO NICOLETI DE VERNIA.

DE SVBIECTO PHILOSOPHIE NATVRALIS.

Qvæstio est An ens mobile sit totius naturalis philosophiæ subiectum. Hæc quæstio tractatu difficillima est, tum propter diuersitatem opinātium in ea, tum quia de primo & maxime cognoscēdo in scientia est, de subiecto. n. vt. 1. Posteriorum analeticorum colligi- Tex.c.33
tur pręcognoscitur quid & quia. paruus. n. error in principio in fine fit maximus, sicut primo cœli apparet, vbi philosophus sic inquit. Siquidem qui modicum transgressus fuerit à veritate discendens fit longe plus decies milies. Huius aūt causa, quia principium virtutis maius q̄ magnitudine. Quapropter quod in principio modicū in fine fit multum magnum, vbi Cōm. & non induxit Cm 33
hoc, nisi vt oñderet oīno esse considerandum de principijs & habere magnam sollicitudinem circa ea, & ideo sermo de principijs est sermo de oībus. s. in potentia. In ista igitur quæstione more Aristotelico ꝓcedendo tria facere institui. primo opiniones ab Ari. & suo Cōmen. deuiantes cum suis fundamentis adducam eas improbando. Secundo quid Aris. & Cōmen. in tanta quęstione sentiant declarabo. Tertio ad argumenta pro falsis opinionibus adducta respondebo.

Quātum ad primum inuenio angelicum doctorem sanctum Thomam aquinatem cōpatriotam nostrum in principio libri de Physico auditu voluisse ens mobile & non corpus mobile contra Albertum merito cognomine magnum appellatū esse totius philosophiæ naturalis subiectū, quod sic arguit. oē mobile esse corpus probatur in isto lib. nulla autem scīa probat suum subiectum, & ideo statim in principio libri de cęlo, qui sequitur ad iustū, incipit à notificatione corporis, hæc ipse formaliter. Post ipsum inuenio Egidium romanum, qui in principio libri Physic. duabus rōnibus improbat opinionem S. Thomæ. Quarum prima est, quia tunc naturalis scīa esset subalterna Metaphysicæ. consequens falsum, cum sint tres habitus speculatiui primi nō subalternati. 6. Meta. habitus. s. Metaphysicus, Mathematicus & Tex.c. 2.
nālis. consequētia probat̄, quia illa scīa subalternatur alteri, cuius subiectum includit subiectū alterius, cum conditione accn̄tali, quæ non fluit ex principijs illius subiecti ꝓprijs cui additur, vt perspectiua subalternatur geometrie, eo ꝙ linea visuale quę est subiectum perspectiue addit supra lineam de qua considerat geometer conditionem accidentalem, quæ non fluit ex proprijs principijs ipsius lineæ. s. visualitatem. Nunc autem ens est subiectum Metaphysicæ, & ens mobile includit ens cum conditione accidentali, quę non oritur ex proprijs principijs entis s̄m ꝙ ens. s. mobilitatem. ergo &c. Item

si ens mobile esse subiectum in scientia naturali, tunc naturalis esset pars Metaphysicæ. consequens falsum, cum sint diuersæ partes principales philosophiæ, vt supra dictum est ex sñia philosophi in.6. Metaphysicæ, & ꝓbatur consequentia, quia ad ipsam Meta. non solum pertinet considerare ipsum ens, sed primas partes entis, nunc aũt ipsum ens mobile est vna de primis partibus entis, ens.n. non contrahiť ad suas partes per drĩas, ex.3. Metaphysicæ, quia esset genus, sed per diuersos modos essendi, nunc aũt mobile est quidam modus essendi ipsius entis. Confirmať hæc ratio sic, de ente per accñs, quod sic se habet q̃ eius vnio non habet causam perse, nulla scĩa prima considerat, colligitur hæc ꝓpõ.6. Metaphysicæ, sed ens mobile est tale, non.n. fluit motus ex principijs entis, q̃re &c. Soleo ego sic contra illam opinionem arguere q̃rendo quid per ens intelligatur, cum dr̃ ens mobile, aut tertius conceptus à substantia & accñte, & hoc non, cum secundum scm̃ Thomam talis non deť aut accñs, & hoc non, non.n. accñs mobile est hic subiectum, supponit ergo pro substãtia, quod etiã ex alio declaratur, cum.n. aliquis terminus plura sign̄ans vnum per prius alterum per posterius absolute ꝓfertur supponit pro digniori, erit ergo sensus q̃ substãtia mobilis est subiectũ, sed nõ nisi corporea, quia solũ talis mobilis est. ergo corpus mobile est hic subm̃, cuius oppositum ipse probat contra p̃ceptorem suum Albertum Magnũ, & si illa opinio sustentabilis sit, vt infra tangam, vbi rõne contra eum adductas soluam, non.n. opinandum est tm̃ doctorẽ in tanto quæsito defecisse, qui vt dicit Ioannes de Gãduno.1. Phy. putatur melior expositor inter latinos, vnde per excellentiam dr̃ expositor, sicut Auer. Cõm. de eodem Egidius Ro.1. Phy. anteq̃ incipiat tãgere rationes supradictas sic inquit. Ad hoc aũt dici potest magnos fuisse huius opĩonis q̃ in naturali philosophia esse subiectum ens mobile & non corpus mobile. nos aũt, non vt eorum intellectum reprobemus, ad quem non attingimus &c. vide ibi. Quia tñ cum Auer. non sentit intendo etiam põnem Auer. substinere declarãdo in quo conuenit & in quo discrepat ab alijs. Post hos inuenio quosdã sequentes doctorem subtilem Ioãnem canonicum, & Antoniũ Andream, qui voluerunt nec ens mobile nec corpus mobile posse esse totius philosophiæ subiectum, pro cuius ꝓbatione supponunt q̃ in subiecto est duo considerare, vnum materiale, quod vocant substratũ, & aliud formale. nam linea visualis est subiectum perspectiue, linea est materiale, visuale est foŕale non.n. considerat de linea ẽm omnem rõnem eius, sed tm̃ secundum illam quæ est visualitas, si ergo ens mobile vel corpus mobile esset subiectum, ens vel corpus esset materiale & mobilitas formale. Sed contra, nã ens non põt esse materiale subiecti, quia statim sequereť q̃ naturalis philosophia subalternaretur Metaphysicæ. consequentia superius est declarata in opinione Egidij, q̃ corpus non possit esse materiale. ꝓbatur. nam mobilitas est passio adequata subiecto scĩę naturalis, vt manifestũ est, sed non adequatur corpori mobili, nam multa sunt per se mobilia, quæ non sunt corpora, vt angeli qui n̄aliter sunt mobiles, sunt.n. in potentia passiua ad vbi. patet, quia pñt vbi recipere, quod non hñt, cum non sint vbique, hoc.n. soli deo cõpetit, ergo sunt per se mobiles. cõsequentia patet. nam motus localis perse ad vbi terminatur. Ioãnes Scotus.2. sñiarum distin.2.q.9. sic arguit, & est quasi idem. Oẽ receptiuum formarũ alicuius generis quod non est ex se determinatũ ad aliq̃ vnam illarum formarum. nec est illimitatũ ad illas põt moueri siue mutari ab vna illarum formarũ ad aliam. Ista propõ patet perse, quia subiectum includit p̃dicatum, sed angelus est receptiuus alicuius vbi diffinitiue, licet non circunscriptiue, sicut patet prius in prima q̃one de locutione angeli, nec est illimitatus ad oĩa vbi, quia non est immensus, ergo potest continue mutari ab vno vbi ad aliud. Hæc ipse. Probato q̃ nec ens nec corpus põt esse materiale in subiecto scĩæ naturalis. probať q̃ mobilitas non possit esse formalis talis subiecti, & tangã meliores rõnes eorum quas ex doctore subtili primo sñiarum, quæstione de subiecto. accepi, licet nõ ita foŕaliter ipse eas adducat.

Tex.c.2.

Tex.c.10

Tex.t.c.20 &.21.

Primo sic, perfectior cognitio possibilis haberi de subiecto alicuius scĩæ traditur in illa scientia in qua illud est subiectũ, & hoc per rõnem eius formalẽ & ꝓpriam, illa propositio quo ad primã partem est manifesta, nulla .n. sciẽtia tradit ita perfectam notitiam de subiecto, sicut illa in qua est subm̃, quia si aliqua alia traderet etiã illud subiectum esset subiectum illius quo ad scdam etiam patet, quia ratio formalis est quæ perfectissime cognoscere facit.7. Met. tunc.n. perfectissime cognosciť vnumquodq̃, cum hr̃ suum q̃ quid est, sed perfectissima cognitio nõ potest esse per aliquod accñs, neq̃ per cõius, neq̃ per aliquod respectiuum. v.g. & est exẽplum Scoti. q. allegata homo põt cognosci in eo q̃ substantia, & sic in cõmuni in eo q̃ pulcherrimum aĩalium, & sic in respectu in eo q̃ mansuetũ natura, & sic in ordine ad passionem, in eo q̃ animal rõnale, & sic quidditatiue perfectior cognitio est vltima, vt manifeste patet, cognitio.n. in cõi est confusa & imperfecta, cognitio respectus p̃supponit cognitionem absoluti. cognitio accidentis p̃supponit cognitionem subiecti. ergo nullũ istorum est ratio formalis subiectiuá. Scdo sic, prius potest perfecte cognosci non cognito priori, cum ab eo non dependeat nec in esse nec in cognosci, sed subiectũ est prius passione, ergo põt perfecte cognosci non cognita passione, sed nihil potest perfecte cognosci sine sua rõne formali, vt dictũ est in argumento immediate p̃cedenti, ergo nulla passio est ratio foŕalis alicuius subiecti. Tertio. mobilitas põt demonstrari in scientia naturali, ergo non est ratio foŕalis subiecti scientię naturalis. cõsequentia nota. & añs probatur, sic arguẽdo. Omne hñs in se naturam est mobile, omne corpus naturale habet in se naturam. ergo omne tale est mobile. Propter istas & similes rõnes posuerunt isti, q̃ nec ens mobile nec corpus mobile est in naturali philosophia subiectũ, sed Ioannes canonicus posuit substantiam finitam naturale, & Antonius Andreas, q̃ substantia naturalis inquantum naturalis est subiectũ in scientia naturali, voco autem inquit ipse naturalitatem ꝓpriam quidditatem seu formalitatẽ substantiæ quę appropriat ipsam substantiam, vt sit subiectum motus & aliarum passionum. Sed contra istam opinionem arguitur. primo sic. nam philosophus.6. Phy. probat omne mobile esse corpus, ergo &c. Item tunc angeli quo ad eorum quidditates considerarentur in philosophia naturali, cũ de omni per se mobili consideret, & sic non differret à Metaphy. consequens falsum & contra Ari. in.6. Meta. qui ponit tres habitus speculatiuos distinctos, naturalẽ .s. mathematicum, & diuinum. Ad illa respondet Ioannes canonicus, & similiter Antonius Andreas concendendo Aris. male dixisse & insufficienter ipsam philosophiam tradidisse, philosophus.n. tanq̃ sacrilegus insufficienter & erroneæ traddidit nobis philosophiam naturalẽ, vt Anto. inquit. Sed miror de istis, q̃ cum tam pauca reuerentia contra philosophorum principem loquantur, neq̃ vnq̃ inueni Albertum magnũ, sanctum Tho. aut doctorem subtilem talia contra Aris. dixisse. Vnde beatus Hieronymus de eo loquens scribens ad Eustochium de vita monachorũ ait. Absq̃ dubitatione prodigium fuit grandeq̃ miraculum in tota natura, cui vt pergit pene vr̃ infusum quicquid naturaliter capax est genus humanum, cui concordat Auer.3. de Anima, dicens, ipse fuit regula in natura & exemplar, quod natura inuenit ad ostendendum vltimam perfectionem possibilẽ in materijs. Oporteret.n. concedere philosophum in tota naturali philosophia errasse, qui.n. errat in principio errat

Tex.c.4.

Tex.c.39 & 40.

Tex.c.1.

Cõm.14

pio errat in oibus sequentibus principium.n.esse omnia sequentia in potentia, vt supra dixi. Argumentum eorum quo probāt angelos esse naturaliter mobiles in positione Auer.soluetur. Non decet nos qui naturaliter loqui intendimus contra eos arguere, contra.n.negantes principia non debet artifex spēlitatis arguere, nisi concedant aliquid in illa scientia, ex quo possit negatum con
Tex.c. 8. cludi, vt patet.1.Phy.non.n.est geometre cōtra antifontem arguere, qui principia geometrie negauit, tñ quia ipsi vnum concedunt ex quo possumus eos ad manifestum incōueniens deducere, exquo negatio per eos concludi pōt, ideo arguo contra eos. Dicunt.n.ad vnū quęsitū quo quærebatur ab eis vnde esset successio in motu
Tex.c.4. angelorum, ꝙ talis successio est ex parte termini motus. Sed contra istud arguitur sic, nam vbi indiuisibile est intensiue & duratiue, licet extensiue sit diuisibile extensione subiecti, & hic est ꝙ mobile in alio & alio, & habet aliud & aliud vbi totaliter distinctum à priori, si.n.pro duobus instantibus haberet idem vbi, quiesceret mobile & non moueretur. Et dato ꝙ vbi esset diuisibile intensiue talis successio non esset, nisi merito graduū.non pñt simul introduci, sed vnus ante alium, sed contra.tāte velocitatis debet esse talis motus, cum quanta velocitate potest talis ordo seruari, sed cū infinita velocitate potest talis ordo seruari, quia vbi agens assimilet sibi passum infinitum velociter mouebit passum illud ante finē temporis, in quo ipsum assimilabit.ergo infinitę velocitatis erit talis motus, vbi tñ est successio ex parte graduum. quilibet ergo angelus infinitæ velociter moueretur &c. consequēs falsum, cum nulla sit dabilis infinita velocitas quæ per certum tps duret, cum per illam acquireretur spatium infinitū si esset velociter motus locale &c. Plura possem hic tangere argumēta & difficilia, sed nimium à proposito digrederer, quæ reseruo ad qōnem ve vnitate intellectus &c. Contra illud quod isti ponunt ꝙ naturalitas sit ratio formalis & non mobilitas.arguitur sic & est argumentum cōe tam contra istos ꝗ contra Paulum heremitam & Gaetanum de thienis qui ponunt mobilitatē non esse rationem formalem, sed naturale vel sensibile, vnde dixit Paulus heremita in qōnibus sup prologo Phy. ꝙ corpus naturale & non mobile est subiectum. Gaetanus in recollectis super lib.Phy. ꝙ substantia sensibile. Arguo igitur contra eos querendo ab eis quid intelligunt per naturale vel sensibile, aut.n.accipiunt naturale pro eo quod significat, & tūc includit in se motum,
Tex.c.39 & 40. natura.n.non imponitur rei absolute, sed imponitur rei vt est principiū motus, & ita est nomen respectiuum & non absolutum, significat.n.subiectum, vt est principiū
Tex.c.1. motus, sicut hoc nomen anima imponitur substantiæ secundū ꝙ regit corpora & refertur ad illa, vt vult Auic. 6.naturalium cap.primo. vbi sic inquit, hoc.n.nomen anima non est ei inditū ex sua substantia, sed ex hoc ꝙ regit corpora, & ad illa refertur, & idcirco recipitur corpus in sui diffinitione, sicut recipitur opus in diffōne opificis, hic ipse formaliter, hoc idem habetur ab Auer.7.
Côm. 5. Meta.vbi sic inquit, in physico auditu. Aliter perscrutatus est de principijs corporis naturalis ab isto, illic.n.perscrutatus fuit de principijs corporis ſm ꝙ est naturale.i. secundum ꝙ quiescit aut mouetur &c. de sensibili patet in prologo Physi.vbi inquit, quia subiectum istius artis non sunt nisi res sensibiles & exponit quid intelligat per res sensibiles quas dicit subiectum, dicēs. Subiectum dico.i.exponō secundum ꝙ transmutatur ex se.i.corpus mobile.s.quod habet de se principium motus & ꝗetis.
Côm.14 quid clarius, & sic mobilitas pertinebit ad rōnem formalem, quod ipsi negant. Si naturale accipiant pro eo quod denominat, tunc sumitur pro substantia sicut & natura, constat aūt nullam substantiā esse subiectum formale, cum subiectum secundum rōnem formalē sit primo notum, vt ipsi concedunt enumerādo conditiones requisitas ad subiectum, & etiam Auer.1.Phy.contra
Auic. Est.n.ratio formalis subiectiua & propria prima ratio cognoscendi, & propria ratio considerandi secundum quam illa scientia in considerando distinguitur ab alijs, vt patet.1.Poste.illa parte, scientia est vnius gñis subiecti.s.formaliter considerati vt oēs exponunt. Distinguuntur.n.scientiæ penes subiecta formaliter considerata & non penes res consideratas, vt expsse ponit Ari.& Cômen.2.Phy. Dicit.n.ibidem philosophus ꝙ vterꝗ tam philosophicus ꝗ Mathematicus de philosophica linea intendit, sed differunt in modo considerandi vide cōmentum, sed nulla substantia est primo nō in scientia naturali, omnis.n.substantia aut materia aut forma aut cōpositum, nulla autē talis est primo nota, cum per modum possit à posteriori probari qui notissimus est in tali scientia, accidentia.n.magnam partem conferūt ad cognoscendum ꝙ quid est.1.de Anima &c. si dicant ꝙ propter naturalitatem circūloquimur rationem formalem nobis ignotā, istud implicat contardictionem, ꝙ.s. sit ratio formalis & ignota, cum ipsa (vt dixit) sit primo cognita in scientia &c. Côm 83 Tex.c.16 Tex.c.11

Quantum ad secundum dico intētionem Aris.& sui Cômē. Auer. cordubensis fuisse ꝙ corpus mobile est subiectū in scientia naturali quibus in parte cōsentit Aui. primo sue sufficiētiæ cap.2. qui dixit corpus mobile vel sensibile esse in ea subiectū, pro eodem.n.accipit mobile & sensibile, inquit.n.ipse ꝙ subiectū est corpus sensibile ſm ꝙ subiacet mutationi. Albertus Magnus etiam & Egidius romanus in expōne libri Physi. Aris. eis in parte consentiunt, dico etiam in parte, quia non eodem modo accipiunt materiale subiecti, licet in formali conueniant, intelligunt.n.hi viri per corpus cōpositum ex materia & forma substātiali, sed Côm.non, nam ſm ipsum cœlum est corpus mobile, non tamen est compositum ex materia & forma, vt in multis locis ponit, primo.s. Phy.1.Cœli.8.Meta.& in libello de substātia orbis per totum, intelligit ergo ipse per corpus substantiam subiectam trine dimensioni, vnde si Côm.dicit aliqñ res sensibiles esse subiectū in scientia naturali, vt in ꝓlogo Phy. aut naturā, vt.2.Phy.aut ens mobile, vt 4.Meta.vbi inquit sic. Et similiter sciētiæ naturales considerāt de quadā parte entis.s.de ente mobili &c. per omnia ista intelligit Côm. substantiam mobilem.i.subiectā trine dimensioni, hoc dictū declaratur, primo auctoritate Auer.12. Met.vbi sic inquit: Si igitur aliquis dixerit, quod dictū est in logica, ꝙ nulla facultas habet ꝓbare sua principia, sed subiectum scientiæ naturalis est corpus mobile, hæc illæ formaliter. Scdo arguitur rōne sic, illud est subiectum in aliqua scīa, cui competunt oēs conditiones requisite ad ipsum, & loquor de subiecto attributionis, vnde non curo hic de subiecto distinguere, cū illa distinctio sit prius nota, sed corpus mobile est tale, ergo, cōsequentia nota cum maiori. Circa maiorē sic procedam, primo recitabo pōnes illorum, qui insufficienter assignauerunt cōditiones subiecti. Secundo declarabo quæ & quot sint illæ conditiones ad subiectum requisite, quo declarato ꝓbabitur minor. De primo inqt Scotus primo snīarum, qōne de subiecto, ꝙ ratio subiecti primi est continere virtualiter & primo oēs veritates illius habitus, hoc sic ꝓbat. primo sic, subiectum continet propōnes immediatas, quia subiectū primarum ꝓpōnum continet pdicatum, & ita euidentiam totius propōnis, propōnes autē immediate continent conclusiones.ergo subm ꝓpōnum immediatarum continet oēs veritates illius habitus, hęc ipse foraliter. Sed salua reuerētia tāti doctoris non vr̄ verum quod assumit, ꝙ subiectū.s.pro pōnum immediatarū continet pdicatum. nā pdicatum aliqñ est diffinitio subiecti, subm aūt non continet in virtute principia, sed potiꝰ ecōtra, nullū.n.prius virtualiter cōtinetur in suo posteriori, sed bene ecōuerso. Item subiectū Côm.63 &.79. Côm.20 94.95. Côm.12 Côm. 3. Côm. 1. Côm. 5.

biectum Metaphysicæ, quod est ens quo virtute continet omnes conclusiones Metaphysicæ, dupliciter.n.vt ipse in pluribus locis ponit, aliquid cõtinet aliud virtualiter, aut quia potest ꝑducere illud in esse reali aut in esse cognito.ens igitur continebit secundo modo, quia producit in esse cognito oẽs conclusiones Metaphysicæ, sed hoc non videtur verum.nam conceptus eius exquo est imperfectus, & maxime communis, nunꝗ ducet in cognitionem distinctam aliquorum, nisi per propria principia limitetur. Item insufficienter assignat conditiones subiecti, cum longe plures requirantur, vt infra statim patebit. Et propter istam rationem sequentes ipsum Ioannes canonicus, & Antonius Andreas addiderunt alias conditiones dicentes, sex cõditiones esse requisitas ad subiectum. prima est ꝙ habeat conceptum quidditatiuum. secũda non inclusum in aliquo priori ad illam scientiam pertinentem. tertia primo notum. quarta secundum rationem eius formalem propriam & absolutam. quinta virtualiter primo continentem omnes veritates illius habitus. sexta adequatum illi scientiæ in qua est subiectum. Paulus vero heremita in primo de generatione dixit quatuor conditiones sufficere.s. esse nòtissimum in scientia, cõissimum non transcendens metas illius scientiæ, & verificabile de omnibus in scientia consideratis. Hic vir extollit multum quaternarium numerum, & gauisus fuit multum in eo, cum tamen deus ternario numero gaudeat, vt primo cęli colligitur, vbi inquit philosophus. Quemadmodum.n.aiunt Pythagori-
Tex.c. 2. ci totũ, & omnia tribus determinata sunt à Paulo post. propter quod à natura accipientes tanꝗ leges illius, & ad sanctificationes deorum vtuntur numero hoc.s.ternario, nec primi nec ipse bene assignant conditiones subiecti, cum plures requirantur, vt infra videbitur. Conditio etiam secũda Anto. Andreæ coincidit cum quinta. Idem.n.est nõ esse inclusum in aliquo priori ad illam scientiam pertinẽtem & virtualiter continere, vt ex probationibus harum conditionum, quas ipse tangit clarissime patet, vide Antonium Andreæ in suo de principijs naturæ in quæstione de subiecto. Dico ergo, ꝙ conditiones requisite ad subiectum sunt octo. Prima, ꝙ sit ens reale, vel saltem habens fundamentum in re, quia quod non est non contingit scire.1.Posteriorum, & de fictis non potest esse scientia, vt de chimera & huiusmodi &c. Secunda, ꝙ sit vnum vnitate analogie saltem, patet illa, ex primo Posteriorum parte illa. sciẽtia est vnius generis subiecti. s.analogi &c. Tertia, quòd sit vniuersale, immo vniuersalissimum seu cõissimum in scientia consideratum pręḍicabile de omnibus in recto vel obliquo. patet illa conditio, cum loquamur in proposito de subiecto totali & nõ partiali. Quarta, ꝙ sit adequatum in scientia, sic quòd metas illius non transcendat, nulli enim dubium est ens in qualibet scientia considerari, nõ tamen est subiectum in scientia particulari, quia licet sit cõissimum consideratum in qualibet scientia, non tamen est adequatum alicui scientiæ speciali, neqꝫ est cõissimum inter appropriata scientiæ speciali, debet ergo subiectum esse communissimum non absolute, sed communissimum inter appropriata, vnde illa conditio est modificatio tertiæ. Quinta, ꝙ sit primo notum quantum ad eius rationem formalem & propriam. patet illa conditio. nam cum subiectum in scientia sit primo notum. nam est primo & maxime præcognitum. præcognoscitur.n.de eo quid, & quia primo Posteriorum, quod etiam patet ex Auer.1.Phy. contra Auic.2.Phy.
Tex.c. 3. cõmen.22.&.12.Meta.cõm.5.aut igitur est primo notum secundum esse materiale, aut secundum esse formale, non primo. nam substantiam subiectam trine dimensioni esse potest probari per motum, vt supra dixi. ergo erit primo notum secundum esse formale. ratio ergo formalis subiectiua est primo nota in scientia, & per consequens ratio cognoscẽdi omnia in illa scientia per quam scientia in considerando ab omnibus alijs scientijs distinguitur, quod.n.est primum & maxime tale in genere aliquo est causa omnibus alijs quòd sit tale, vt.10.Met. habetur. Sexta, ꝙ habeat partes. patet ex.1.Posterio- Tex.c.14
rum, vt supra. scientia est vnius generis &c. Septima, ꝙ habeat passiones de ipso probabiles. patet ista, quia de subiecto habetur scientia perfecta, vt gratia exempli de corpore mobili. scientia autem est habitus conclusionis in qua passio de subiecto prædicatur, & primo Poste. apparet. Octaua & vltima est, ꝙ subiectum habeat principia & non solum partem subiecti, vt cõiter exponitur. patet illa conditio ex rõne philosophi in principio quarti Meta. vbi probans ens esse subiectum sic arguit, vt.S. Tex.c.1.
Thomas optime exponit. illud est subiectũ in tali scientia, cuius principia & causas querimus, sed non querimus causas, & principia entis inquantum ens. ergo ens inquantum ens est subiectum, ex qua ratione clare colligitur quòd subiectum debet habere principio, & non solum partes subiectiuæ. Ex quo vlterius concluditur ꝙ ens cõmune deo & creature Metaphysicę subiectum esse non potest, quia tale principium non habet. Si.n. communius habet principium & minus commune, & sic deus haberet principium quod falsissimum est, sed ens finitum per se & reale, quod Arist. diuidit in.x.genera est subiectum eius. nam tales causas & principia quęrimus. vnde potest sic argui querendo quid intelligat Arist. per ly ens, in minori cum dicit. Sed querimus principia entis inquãtum ens, aut ens commune, & hoc non, vt statim supra est argutum. aut ens creatum, & habetur intentum. vnde responsio Anto. Andreę in quęstione de subiecto Metaphysicæ nulla est. dicit.n. quòd ens commune potest dupliciter considerari. vno modo vt habet esse & reseruatur in suis inferioribus. Alio modo vt habet esse in se & simplex. Secundo modo nõ habet principia, sed bene primo modo. Sed contra. nam ens vt reseruatur in principiatis est ipsa principiata, & sic nihil aliud est dicere sumi ens prout reseruatur &c.ꝗ dicere ꝙ sumitur ens pro ente speciali & principiato, & quòd sic intelligat, patet ex suo modo loquendi. nam inquit sic. nam bene ens habet principia, vt reseruatur in inferioribus. nam plura sunt entia quibus competit habere principium & esse principiata, ex hoc sic arguitur, illud est subiectum &c. sed querimus principia entis inquãtum ens.s.entis principiati, ergo ens principiatum erit subiectum & non ens commune, & hoc est quod fundatissimus doctor Egidius romanus dixit. primo Posteriorum in illa parte textus, & si stent, vbi vult philosophus quòd non contingit scire posteriora prioribus ignotis, vide tex. quod ens resoluitur in primum ens, loquitur enim ipse de ente creato vel finito, quod descendit in.10. genera & non de ente communi creato & increato, vt credidit Paulus heremita ipsum intellexisse, & ideo argumenta quæ ipse forma contra Egidium nihil valent. procedunt.n.ex falso intellectu, quia illius.s. entis finiti per te, quia.10. genera querimus & principia &c. Hæc similiter est intentio sancti Thomæ, vt patet ex ratione adducta, quam & sic format ad mẽtem Arist. Auer. tamen non vteretur tali modo loquendi, ens creatum ens finitum, cum apud eum nulla infinitas in entibus reperiatur nec intensiua nec extensiua, vt in pluribus locis expræsse ponit, nihil similiter ponit esse creatum, sed appellaret illud ens prædicamẽtale compositum ex actu & potentia. Sed contra hoc sunt omnes rationes Anto. Andreę primo Meta.q. de subiecto. quibus probat quòd ens commune deo & creature est subiectum, quæ faciliter soluerentur, eas tamen hic non soluo, quia non intendo hic loqui de subiecto Metaphysicæ, hoc.n. quod est adductum de eo incidentaliter est dictum, & vt detur alijs occasio ad scribendum contra

dicta

dicta quæ contra oẽs modernos sunt, & tũc libẽtissime
ad obiecta respõdebo. Ex his patet minor rationis pro
bãtis corpus mobile est subiectũ. nã ei omnes octo cõ-
ditiones dicte cõpetunt, vt patet discurrẽti per oẽs. Sed
diceret forte aliquis ꝙ ei non competit quia conditio,
cum motus non sit ratio formalis propter rationes ad
ductas. Sed arguitur sic, illa est ratio formalis subie-
ctiua subiecti alicuius sciẽtię, quę est prima ratio cogno
scendi in illa scientia, & per q̃ scientia illa in consideran-
do distinguitur ab alijs sciẽtijs sed mobilitas ẽ huiusmo-
Cõm.8. di in sciã naturali, ergo, &c. probaẽ minor quo ad pri
Tex.c.71 mã partẽ per Auer. primo phy. vbi inquit, ꝙ motũ esse
est per se notũ in ista sciẽtia & principiũ cognitionis ĩ ea,
& quo ad secundam patet, ex secundo physi. quæ non
mota mouẽt non sunt amplius philosophice cõsidera-
tionis. Itẽ naturalis diffinit ꝑ materiã sensibilẽ. i. per sub
Cõm.19. iectum qđ habet habitudinẽ ad motũ, vt clare patet ex
Auer. secundo physi. dicente cũ diffiniuimus carnem &
Tex.c.19 os & alia naturalia statim apparebit materia in diffini-
tione eorum, &c. hic expresse dicit Aris. in textu vbi in
quit. Fiet aũt vtiq; manifestum siquis tentauerit dicere,
terminos. i. diffinitiones. impar. n. & par rectũ & curuũ
adhuc aũt linea & figura sine motu, caro autem, & os,
Tex.c.2 & homo non adhuc sine motu. Itẽ Sexto meta. vbi &
sic dicit. Omnia igitur naturalia similiter summo dñr,
vt nasus oculus facies nullũ horum sine motu est, &c.
Tex.c.16 Itẽ primo de anima. Nõ est igitur naturalis cõsideratio
absq; motu, & quicquid considerat quidditatiue habi-
tudinem habet ad motũ. motus ergo vel mobilitas est
eius propria ratio, qua in considerãdo ab alijs distingui
tur & sic est minor sufficienter probata, &c. Sed con
tra istam opinionem arguitur primo sic, de ente per ac
Tex.c.4 cidens, non est scientia. 6. Meta. sed ens mobile est ens,
per accidens, ergo, &c. Respondeo ꝙ de ente per ac-
cidens, cuius vnio non habet causam per se non est sciẽ-
tia, sed si illud habeat ꝑ se causam de eo potest esse scien
tia sicut est in proposito. Secundo nullum aggrega-
tum ex subiecto & passione est subiectum alicuius sciẽ,
quia de subiecto scientię probatur passio & non de ag-
gregato ex subiecto & passione, sed corpus mobile est
huiusmodi. ergo, &c. Respondeo ꝙ subiectum est
duplex, materiale. s. & formale, sicut. n. supra diximus. in
subiecto est duo cõsiderare, materiale. s. & formale, ma-
ior habet veritatẽ de subiecto materiali, & primo in sciẽ
tia considerato, sed si de formali vel de aggregato ex
materiali & formali loquitur ipsa est falsa. tale. n. subie-
ctum formaliter consideratum põt esse aggregatum ex
subiecto & passione, dummodo illa passio sit ratio for
malis, & sic illud argumentum, qđ Gaetanus de thienis
reputat insolubile, facillime solutũ est vnde inquit ipsæ
in fine suæ quæstionis de subiecto philosophia Ad ar-
gumenta vero alia pro vltima positione faciẽtia respon
deat qui scit respondere. vltima positio quæ est sua su-
pra improbata est. Secũdo arguitur cõtra quintã con-
ditionẽ ad subiectũ requisitã, probando ꝙ subiectũ in
scientia esse põt demonstrari. nã animam esse demõstra-
uit Aui. 6. naturalium ex suis operationibus. sunt. n. a-
ctus anime notiores potentijs & substantia eius. Item
cum motus sit notior substantia, subiecta trine dimen-
sioni, poterit illã a posteriori demonstrare, hoc argumẽ
tum sæpissime in circulis nostris patauij tactum fuit, ad
qđ nunquàm audiui responsionẽ. Ad qđ ex dictis re-
spondeo faciliter ꝙ materiale subiecti aut subiectũ ma-
terialiter consideratũ bene potest demonstrari sed non
formaliter consideratum, vnde illã substantiam quæ est
anima esse bene potest demonstrari, sed non vt ipsa est
subiectum formaliter consideratũ, quia vt sic includit,
motum vel principium motus, quo nihil est notius in
scintia naturali, hoc. n. nomẽ anima vt supradixi aucto
ritate Aui. imponitur ei prout regit corpora, & vt est
principium omnium operationũ existentium in corpo
re animato. vide superius, & similiter dicatur de cor-
pore mobili vel subiecta mobili, &c. Quarto genus
entium abstractorum est subiectum in metaphisica, vt
vult Auer. primo physi. & tñ demonstratur in meta- Com.83
phisica vel potest demonstrari, quia per omnem con-
ditionem, effectus potest demonstrari de causa, quia
est, q̃ impossibile est esse in effectu, nisi causa sit, sed mul
te sunt passiones considerate in metaphysica, quas im-
possibile est inesse nisi ab aliqua causa prima talium en-
tium, ergo ex talibus passionibus in methaphysica põt
demonstrari aliquam esse causam primam istorum en-
tium. Minor probatur, quia multitudo entium, depen
dentia, contingentia, cõpositio, & huiusmodi quæ sunt
passiones methaphysice ostẽdunt aliquod esse simplex
actu independens oĩno necesse esse, & multo etiam per
festius ostendetur prima causa esse ex passionibus cau-
satorum consideratis in methaphysica q̃ ex passionibus
naturalibus, vbi ostenditur primum mouens esse, perfe
ctior. n. cognitio & immediatior de primo ente est co-
gnoscere ipsum vt primum ens vel vt necesse esse, q̃ co-
gnoscere ipsum vt primum mouens. Ad illud argu-
mentus rñdetur ꝙ scotiçantes Achillem contra Auer.
putant, dicendo ꝙ Auer. per subiectum cum dixit con
tra Aui. genus entium, & intellexit principaliorem par
tem subiecti & non subiectum contentiuũ, & adequa- Cõm.1
tum, de quo in. 3. meta. inquit ꝙ ens inquantum ens
est vtriusq; sciẽtiæ tam disputatiue q̃ metaphysice sub-
iectum, vnde non possum non admerari de doctore
subtili, quòd opinetur Cõmentatorem intelligere tale
genus entium separatorum esse subiectum inquit attri-
butionis, vnde primo sententiarũ. q. de subiecto inquit
ad Cõmentatorem primo phy. dico ꝙ Aui. cui contra
dicit Commentator bene dicit. & Cõmentator male,
quia si sic, esset inquit Scotus, vt ipse Commentator di
cit, physica esset prior simpliciter metaphysica, in qua
ratione supponit ꝙ tale genus entium sit subiectum ade
quatum, vt patet expressius ex Anto. Andrea hanc ra
tionem declarante primo meta. q. de subiecto, de quo
non minor ꝙ talia loquatur contra tm̃ Philosophum,
quia absurdiora dixit de magistro suo Arist. istud ergo
genus entium separatorum esse est principalissimum in
ter omnia considerata a metaphysico, & ideo illud non
probatur in metaphysica. Nam. n. subiectum nec prin-
cipalior pars subiecti, probatur in scientia, aut probari
potest sicut nec Arist. in lib. de anima, probat animam
esse, aut animam intellectiuam, & hoc expresse colligi-
tur ab Auer. secundo de anima vide ipsum. Ad ra-
tionem Scoti probantem ꝙ metaphysicus põt proba- Com.27
re, &c. Respondetur ꝙ nulla talium conditionum
probat sufficienter primum principium esse nisi eis mo
tus annectatur, & hoc est qđ dixit Cõmẽta. 8. phy. nul Com.3.
la est via ad probandum primum motorẽ nisi via mo-
tus æterni, vnde via qua processit Aui. fuit via tenuis
de quo etiam primo physi. Auic. peccauit peccato ma Com.83
nifesto, certior. n. sermonnm vsus est in hoc ordine, ser-
monum probabilium non pertransit, & secundo phy.
via autem qua processit Aui. in probãdo primum prin
cipium est via loquentium, & sermo eius semper in-
uenitur medius inter peripatheticos & loquentes, nun- Com.22
quid autem Aui. 8. suæ meta. vbi istam rationem per-
tractat vtatur in ea probabili aliquo, & qualiter peccet
illa ratio, pulchrum est & subtilissimum videre sed esset
prolixius nimis, requirit. n. vnam quæstionem per se.
Rationes autem Anto. Andreę probantes quòd tale ge
nus, &c. non sit subiectum, non oportet soluere, cum
solum concludant, quòd non sit subiectum, adequa-
tum, quòd Commentator concedit. Plura alia argu-
menta posset tangere, sed quia omnia alia iudicio meo
sunt facilia & a pueris solubilia, ideo ea dimitto.

Quantum

Quantum ad tertium. respondeo ad rationes contra illam opinionem adductas: Ad primam sancti doctoris dico negãdo minorem conceditur tñ qđ in sexto phy. probatur, ꝙ omne mobile per se est corpus, sed hoc non est probare corpus mobile, esse q̄m corpus mobile esse est per se manifestum ad sensum, ista.n.corpus mobile est, non dubitatur, sed bene ista omne mobile est corpus. nam apud aliquos aliqua sunt mobilia quæ nõ sunt corpora, vt angeli, vt dixi supra de mente Scoti, iõ
Tex.c.11 dicit Philosophus primo physi. subijciantur autem nobis omnia aut quędã moueri, &c. Ad rationes Scoti. Respondeo. ad primam dicitur distinguendo de ratione formali, aliquando.n. accipitur ratio formalis pro ratione quidditatiua, aliquando pro ratione subiectiua si primo modo intelligit, dicitur concedendo totum ad quod argumentum deducit.s.ꝙ nulla passio est ratio, quidditatiua. Similiter dicitur ad secundus concedendo ꝙ passio est ratio formalis.i.quidditatiua. Sed cõtra. nam ratio formalis subiectiua subiecti, vt gratia exẽpli subiecti scientiæ naturalis est inclusa in quolibet per se considerato in scientia naturali, cum ipsa, vt supra tangitur, sit ratio considerandi omnia, ergo nihil poterit in scientia naturali quidditatiue cognosci, ea non cognita, sed possunt res naturales quidditatiue cognosci non cognito motu, cum ab omni motu abstrahant quidditatiue considerate non ergo erit motu vel mobilitatis ratio formalis subiectiua. Hoc est vltimum posse eorum qui illam opinionem destruere conantur. Respondeo ꝙ aliquid includi in aliquo dupliciter cõtingit, formaliter.s.& fundamentaliter, & tũc dico ꝙ in qualibet re materiali quidditatiue considerata in scientia naturali ad quam spectat quidditates rerum, naturalium in particulari considerare (vt patet ex Commento secundo primi physi.) includitur motus fundamentaliter, licet non formaliter, nec est necesse rationem formalem, subiectiuã in quoliqet formaliter includi, vnde dicitur vniuersalis ratio cõsiderandi, quia ab omnibus illis sciẽtiæ scibilibus saltem fundamentaliter inclusa, & hoc est quod voluit Arist. & Commentator in textu & cõm. suppra adductis, ꝙ naturalis diffinit per materiam sensibilem.i.per illud quod habet habitudinem ad motum omne.n.tale est fundamentaliter mobile, &c. Rationes Egidij contra sanctum Thomam facile soluuntur.

Ad primam dicitur, quòd non sufficit vt scientia aliqua alteri subalternetur ꝙ addat conditionem accidentalem, sed vlterius requiritur quòd medium sub medio contineatur, vt vult Albertus magnus primo meta. ita ꝙ principia subalternatę probentur in scientia subalternante, constat autem ꝙ principia philosophię sunt per se nota, vt motum esse, & pluralitatem entium esse, & ideo à nullo probari possunt ideo tres sunt habitus primi non subalternati.s.mathematicus metaphysicus &
Tex.c.2 diuinus. Quinto meta. Et ex hoc soluitur ratio tertia scotiçantium dicendo ꝙ mobilitas non demonstratur de corpore, cum sit per se nota de eo. Et ad argumentũ eorum cum arguunt, omne habens, &c. dico ꝙ talis ratio non est demonstratio, sed quædam argumentatio ex necessarijs procedens, non tñ ex notioribus, sed aut ex ignotioribus aut eque notis naturale.n.si formaliter consideretur includit motum. Ad aliam rationẽ Egidij respondetur negando consequentiam, & cum dicitur ad eandem scientiam, &c. Dico ꝙ si sit pars prima entis quæ non contrahit ens ad determinatum genus scibile, tunc formate de illo debet considerare metaphysicus, sed si sit pars entis contrahens ipsum ens ad determinatum genus scibile, & habens modum abstractionis distinctum ab alijs, tunc nõ oportet ꝙ pertineat ad metaphysicum, sic autem in proposito. nam mobile contrahit ipsum ens ad genus determinatum.s.ad naturale, & habet modũ abstractionis distinstinctum ab abstractione mathematica & metaphysica, ideo non oportet scientiã naturalem esse partẽ metaphysice, &c.

Ad rationem Scoti probãtem ꝙ angeli sunt naturaliter mobiles. Respondetur negando minorem, ꝙ.s.ipsi sint receptiui alicuius vbi nam ipsi sunt subiecte omnino simplices, non composite ex actu & potentia, nec ex essentia, neque in eis potest aliquod accidens recipi, sunt.n.penitus ab omni compositione relegati, vt clare ab Auer.12.metaphysice in pluribus commentis apertissime colligitur, licet secundum fidem & veritatem sit aliter dicendum, vt sacri theologi secundo scientiarum declarant. Et sic cum auxilio dei eiusq; genetricis virginis Marię totiusq; curiæ cœlestis triumphantis, completa est ista quæstio.12. februarij.1480. per me Nicoletum Verniam theatinum in florentissimo gymnasio Patauino ordinarie philosophia legentem.

INCIPIVNT QVAESTIONES DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE.

SECVNDVM ALBERTVM DE SAXONIA.

QVAESTIO PRIMA.

PRIMO circa generationem, & corruptionem. Secundo circa augmentationem. Tertio circa alterationem. Quarto circa mixtionem.

Primo quæritur vtrum possibile sit aliquid simpliciter generari vel corrumpi simpliciter. Arguitur primo ꝙ non. Quia non est possibile aliquid generari, ergo quęstio falsa. consequentia tenet antecedens probatur. Nam nullum ens qđ est possibile est generari. omne ens est ens quod est. ergo nullum ens est possibile generari, præmissæ sunt veræ, & discursus est bonus, quia in cælarent, ergo conclusio vera, & sic sequitur ꝙ non est possibile aliquid generari. Secundo. ad idem arguo & suppono, quòd ex nihilo nihil potest fieri, tunc arguitur sic, sicut se habet generatio ſm quid ad non ens ſm quid, ita generatio simpliciter se habet ad non ens simpliciter, sed sic est quòd generatio ſm quid fit ex non ente ſm quid, ergo si generatio simpliciter esset possibilis, ipsa fieret ex non ente simpliciter. Tertio ad idem arguitur sic, nullius accidentis est generatio simpliciter, sed ſm quid, sed omne quod generatur in materia est accidens, ergo nullius quod generatur in materia est generatio simpliciter, maior nota. minor probatur. Nam omne qđ generatur, in materia potest adesse & abesse materiæ, præter materiæ corruptionem, ergo omne quod generatur in materia, vř esse accidens materiæ. Quarto, quamuis forte sit possibile aliquid simpliciter generari, hoc non est nobis euidens aliquid, simpliciter generari quare non est à nobis concedendum, consequentia nota. quia qđ non est nobis euidens, sed dubium non est à nobis concedendum, antecedens probatur. Nam hoc non potest esse aliter nobis euidens, q̃ per experientiam, verbi gratia, vt quia percipimus modo a, esse & prius non percepimus a, esse, sed propter hoc non possumus arguere quòd a, sit genitum, quia prius bene poterat esse, quis

nõ appartierit esse, ergo videtur quòd per hoc non posset conuinci aliquid generari de nouo.

Oppositum vult Aristo. in isto libro, & in pluribus aliis.

Tex.c.10 In ista quæstione primo videndum est de quæsito. Secundo videndum est de illo quod tangitur in quarto argumento videlicet vtrum sit nobis euidẽs aliquid generari de nouo.

Quantum ad primum sciendum est, ꝙ aliqui antiqui opinantur nihil de nouo generari sic ꝙ modo esset, & prius non fuisset, sed bene concedebant aliquid sic generari, ꝙ modo esse tale vel tm̃, & prius non fuit tale vel tm̃ vel aliquid huiusmodi, ita ꝙ breuiter negabant generationem simpliciter sed bene concedebant generationem ſm quid. vnde imaginantur materiam esse totam subiectiuã naturalium & ſm ꝙ aliqua portio materiæ taliter vel taliter figuratur, & taliter vel taliter se habet, dicebant ipsam esse vel fieri hominem æquum vel aliquod huiusmodi. Et dicebant recte de materia rerum naturalium, sicut solemus dicere de materia rerum artificialium, vnde credunt, ꝙ sicut per artem potest aliqua disponi, ꝙ omnino apparet aliter q̃ prius apparebat, quòd multo potius hoc potest fieri de materia rerum naturalium, & sicut ars facit hoc non superaddẽdo aliquam rem nouam materiæ, sic etiam natura vnde ita imaginantur naturam hoc facere sine superadditione alicuius rei nouæ ipsi materiæ, & ipsi negabant istas homo incipit esse capra incipit esse, immo si homo modo esset de nouo prius fuisset, quamuis forte prius, non fuisset homo. Dixerunt. n. hominem non esse aliud q̃ materiam, quæ fuit ab æterno. Similiter dixerunt de capra, &c. concesserunt tamen bene istas, materia incipit esse homo & equus, &c. recte sicut solemus dicere de rebus artificialibus. Vlterius dixerunt isti omnia esse vnum ens continuum. Vnde imaginantur totam massam materiæ primæ esse continuã, quæ tñ ſm diuersas eius partes est diuersimode signata & formata sine superadditione alicuius rei nouæ. Et sic dixerunt vnam portionem illius masse esse hominem, aliam capram, aliam ignem, & sic vltra vnde sicut nos videmus bene ꝙ aliquis paries est continuus, non obstante ꝙ in vna parte est depictus equus, & in alia homo, & in alia bos, & sic vltra ita dixerunt totam massam materię primæ esse continuam, non obstante ꝙ secundum vnam eius partem, &c. Et sic dixerunt antiqui qui posuerũt solum principium materiale rerum naturalium. Alia fuit opinio antiquorum, & hoc illorum qui posuerunt plura principia materialia rerum naturalium, ꝙ generatio non esset nisi segregatio etherogeneorum, & congregatio homogeneorum. Et per oppositum. corruptio esset segregatio homogeneorum, & congregatio etherogeneorum. Vnde imaginabantur quodlibet esse in quolibet, & hoc intelligebatur secundum speciem. Non. n. fuerunt ita fatui, ꝙ posuissent quodlibet esse in quolibet ſm numerum. Vnde non concessissent ꝙ ego essem in te vel econuerso, sed imaginabãtur ꝙ in aqua esset sanguis caro, & sic de aliis. Sed tñ caro eexistens, in aqua diuisa esset secundum particulas ita paruas, ꝙ ibi non appareret, & similiter sanguis, & sic de aliis quę ibi ponebant existere. Sed ꝙ partes aque non sunt sic diuise scdm particulas paruas. vnde dicebant, quòd ideo hoc apparet, & denominatur aqua. Vlterius imaginabantur quòd cum particule ipsius carnis quæ sunt in aqua congregantur adinuicem, & segregantur, ab aliis partibus alterius speciei, quòd tunc est generatio carnis ex aqua, & tunc est corruptio aque, seu segregatio partium aque abinuicem, & commixtio ab aliis alterius speciei, & principia actiua huius congregationis & segregationis posuerunt litem & amicitiam. Isti etiam non posuerunt aliquid generari simpliciter, eo modo quo Arist. & nos ponimus aliquid generari simpliciter. Contra istas op. non bene potest demonstratiue argui tñ aliqualiter potest contra eas persuaderi. Vnde si prima opinio esset vera sequitur quòd nunq̃ de aliquo mutatur responsio per nomina substantialia ad aliquam quęstionem factam de ipso, sed hoc est falsum. Nam de aliquo dicimus aliquando quòd ipsum est homo & si postea de eo quæreremus quid esset, diceremus quòd esset cadauer. consequentia declaratur nam propter hoc solum, quia materia aliter & aliter se habet sine superadditione alicuius formæ substantialis de nouo, non sunt mutandæ prędicationes essentiales, de nouo de pronomine demonstrante illud, quæ quidem prædicationes fiunt per nomina substantialia.

Contra secundam op. arguitur sic. Nam non est verisimile quòd tantus ignis quantus potest ex illo ligno generari, iam sit in illo ligno diuisus per minutas particulas. Si enim sic esset, tunc sentiretur, &c. Contra istam opinionem diutius est arguendum. primo phy.

Istis op. visis, & etiam probatis. Videndum est de op. Arist. circa generationem vnde sciendum est quòd Arist. imaginabatur duplicem generationem. s. simplipliciter dictam, & secundum quid. Simpliciter dictam vocat, qñ de aliquo verum est dicere quòd ipsum est ens, & prius non fuit ens, absque additione alicuius ad illum terminum ens verbi gratia, vt cum sor. generatur simpliciter verum est dicere, sortes modo est ens, & sor. prius non fuit ens. Conformiter de corruptione simpliciter vt cum dicitur veræ sor. modo non est ens, & sor. prius fuit ens. tunc. n. est corruptio sor. simpliciter. Generationem vero secundum quid vocat, per quam fit quòd de aliquo verificatur hoc nomen ens cum aliquo addito de quo prius nõ verificabatur cum illo addito hoc nomen ens verbi gratia, vt cum sor. est factus dicimus. sor. est modo ens album, & sor. non fuit prius ens album. Ecce qualiter ly ens non rñdetur simplicıter hoc est sine addito, sed cum addito, videlicet addendo ly album, & similiter si diceretur sor. est modo ens bicubitum, & prius non erat ens bicubitum, esset generatio secundum quid. Vlterius imaginatur Arist. ꝙ in generatione simpliciter, oportet aliquam rem nouã acquiri superadditam inexistentem ipsi materiæ, quã rem vocat formam substantialem. Et sic in acquisitione talis rei mutantur prædicationes essentiales. Et ideo tanq̃ à signo posteriori argueretur, quòd tunc est generatio vel corruptio simpliciter, quãdo mutantur prędicationes essentiales, seu prædicationes per nomina substantialia. Illas enim solum voco in proposito substantiales. Sed tunc generatio ſm quid, est qñ mutantur prædicationes, & nominatur per nomina de pñto quantitatis, & tunc est augmentatio vel diminutio, qñ autem mutantur prædicationes denominate per nomina de prædicamento qualitatis, tunc est alteratio propriissime dicta. & percipue per nomina de tertia specie qualitatis, qñ autem mutantur prædicationes per nomina de prædicamento vbi tunc est motus localis, & hoc intendebat Arist. quinto physi. cum dixit ad tertia prædicamenta esse motum proprie dictum, seu motum proprie dictum, per se distinguitur contra generationem & corruptionem simpliciter esse in tribus prædicamentis. s. qualitate, quantitate. & vbi. Sed dices tu. tu cum aliquod fit scannum. ibi est generatio secundum quid, & tñ ibi fit mutatio prędicationis quidditatiue, vnde postquam lignum factum est scannum. Si quærimus quid est hoc demonstrato scanno, respondemus conuenienter scannum, & tñ sic prius non potuissemus respondisse conuenienter, ergo hic est mutatio prædicationis quidditatiue absq; hoc quòd facta sit generatio simpliciter, ergo ex mutatione talis prædicationis nõ possumus sufficiẽter arguere, vt videtur scannum

num generari simpliciter. Breuiter respōdetur: quòd cum quæritur quid est hoc, male respondemus scannum. Nam hic terminus, scannum est de quarta specie qualitatis, & non prędicatur in quid de subiecta, sed in quale, & sic responderi debet ad quæstionem de quali, & non ad quæstionem factam per quid. Adhuc diceres tu, si hoc esse generatio simpliciter quod tu dixisti, sequitur quòd albedini conueniret generatio simpliciter, quod est falsum. Ex quo est accidens, solius autem subiecte est generatio simpliciter. consequentia probatur. Nam aliquando de albedine verum est dicere. quòd albedo est ens, & albedo prius non erat ens. Ecce qualiter ly ens prædicatur hic sine addito. Respondetur negando ꝙ ly ens veræ prædicetur de albedine,
Tex.c.1. sine addito. Vnde negatur ista, albedo est ens, sed concedo istam, albedo est ens alteri inherens, & sic est intentio Arist. septimo meta.d. Accidentia non sunt entia, sed entis.i. de terminis accidētalibus nō verificatur hoc nomen ens sine addito, sed bene cum addito. Sed si arguitur albedo est ens alteri inherēs. ergo albedo est ens. negatur consequentia quia arguitur à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Adhuc diceres bene concedis istam, albedo est. ergo etiam debes concedere istā. albedo est ens. consequentia nihil valet. Nam de multis bene verificatur. hoc verbum est secundo adiacens: de quibus tñ negatur hoc participiū ens. vnde quāuis exercitus est tñ exercitus non est ens. Sed bene cōcedo quòd de quocunque verificatur hoc verbum est, de illo bene verificatur hoc nomen ens sine addito, vel hoc nomen entia sine addito, vel hoc nomen ens cum addito, vel hoc noc nomen entia cum addito. vnde sor. est ens, exercitus est entia, albedo n. non est ens, sed bene est ens alteri inherens. Similiter duæ albedines non sunt entia, sed bene sunt entia inherentia recte sicut ista. ista imago non est rex, sed bene est regis imago, ita accidēs non est ens. sed dispositio entis. Ex hoc patet ꝙ albedini non conuenit generatio vel corruptio simpliciter.

Istis visis respondeo ad q. ponendo primas conclusiones. ꝙ posibile est aliquid generari simpliciter, probatur. nam aliquando aliquid generatur simpliciter, ergo hoc est posibile: antecedens probatur. Nam aliqñ de aliquo de nouo dicimus ꝙ ipsum est ens, & ꝙ prius non erat ens, sed hoc est generari simpliciter ſm dicta. ergo, &c. Cōsimili modo posset argui de corruptione simpliciter. Secundo. nam aliquando fiunt mutationes prædicationem per nomina substantialia de aliquo, ergo, &c. consequentia tenet. Nam tunc arguimus fieri, & esse generationem vel corruptionem simpliciter. antecedens patet. Nam aliquando de aliquo dicimus quod est homo, & aliquando ꝙ est cadauer.

Secunda cōclusio est talis. Posibile est aliquid generari secundum quid patet. Nam aliquando de aliquo de nouo verificatur hoc nomen ens cum aliquo addito de quo prius nō verificabatur de eodem sicut declaratum est, sed tunc est generatio ſm quid, ergo, &c.

Secundo ad idem. nam aliquando fiunt mutationes prædicationum denominatiuarum de aliquo sicut clarum est de se, sed tunc dicimus esse generationem ſcđm quid, sicut dictum est. ergo, &c. consimili modo dicitur de corruptione.

Quantum ad secundum arti. dico quòd duplex est euidentia quædā est euidentia summa, secundū quàm nullus potest falli, & certe tali euidentia non est mihi euidens, quòd tu sis homo vel asinus, vel creator vel creatura. Nam aliqua potētia posset facere ꝙ tu esses vnum, & appareres esse aliud modo non est mihi euidens summę, an aliquę potentia hoc faciat. Alia est euidentia naturalis, quę est cum quibusdam verisimilibus magis ad vnam partem q̄ ad aliam, & talis euidentia debet sufficere naturali, & si alicui talis non sufficiat, non est habilis ad Philosophiam, & tali euidentia est mihi euidens, quòd tu es homo, & similiter quòd ignis est calidus, quamuis nullum istorum, sit mihi euidens euidentia summa.

Tunc sit prima cōclusio. Non est nobis euidens euidentia summa aliquid generari simpliciter, patet, quia illud antecedens, ex quo possumus hoc arguere non est nobis euidens euidentia summa. simili modo dicatur de generatione secundum quid. Secunda conclusio est ista. Aliquid generari simpliciter, vel secūdum quid bene est nobis euidens euidentia naturali patet: quia antecedens, puta mutatio prædicationum essentialium, vel accidentalium bene est nobis euidens euidentia naturali, ergo & consequens, cum consequentia fuerit nobis euidens consimili euidentia, sed sic est. ergo, &c.

Tertia conclusio quòd posibile sit aliquid generari simpliciter vel secundum quid. concedendum est à Philosopho naturali & nō dubitandum, probatur sic. Nā ad concedendum aliquam propositionem in philosophia naturali debet sufficere euidentia naturalis, & non debet ad hoc requiri euidentia summa.

Ad rationes. Ad primam breuiter dicendum est ꝙ conclusio non sequitur ex præmisis, propter hoc ꝙ subiectum conclusionis stat magis ample q̄ in præmisis. in præmisis. n. stat pro illo ꝙ est, in cōclusione vero pro illo quod est, vel potest esse. Ad secundā dico negando ista suppositionem ex nihilo, &c. nam eius contradictoria est vera, puta ex aliquo nihil fit. s. deo, verun tamen intelligendo prædictam suppositionem ad bonum intellectum, ad quem facit ad propositum admittatur videlicet ad istum intellectum, ꝙ nihil fit ex nihilo, seu quodlibet quod fit ex aliquo, & cum vlterius dicitur, sicut se habet generatio, &c. admittatur si per non ens simpliciter intelligas ens in actu, si vero per nō ens simpliciter intelligas ens in tota sui communitate, negatur ꝙ generatio simpliciter fiat ex non ente simpliciter. Ad tertiam dico ꝙ ista diffinitio accidētis quā ponit Porphyrius, intelligitur de terminis accidentalibus, vel aliter dicitur ꝙ intelligitur causando subiectū pro composito ex materia & forma, sed talis non est materia: Ad vltimam patet ex secundo argumento: Et sic terminatur ista quæstio.

QVAESTIO. II.

Værıtur secundo. Vtrum generatio sit alteratio: Et arguitur primo ꝙ sic. Idem est subiectū Tex.c.1
generationis & alterationis. s. materia. ergo generatio, & alteratio cōsequentia tenet. Nā per Arist. in principio huius libri ponētes vnum principiū materiale, habent dicere, ꝙ generatio sit alteratio. Secundo ad idem in transmutatione substantiali subiectum. s. materia habet se aliter quam prius se habuit, ergo est ibi alteratio. consequentia tenet, ex quid nominis alterationis antecedens patet de se. Tertio ad idem omnis motus successiuus, qui nec est ad quantitatem, nec ad vbi est alteratio per Philosophum quinto physi. sed generatio Tex.c.
& maxime generatio elementorum est huiusmodi. nā Tex.c.
generatio vnius elementi ex alio est successiua. Quarto arguitur sic motus ad substantiam est alteratio, sed generatio est motus ad substantiam tanq̄ ad finem, vt patet per Arist. primo huius, ergo, &c. Quinto arguitur sic acquisitio albedinis est generatio albedinis, & est alteratio, ergo generatio est alteratio. Sexto arguitur sic, grauitas & leuitas sunt formę elementorū Com.
per Commentatorē quarto cœli sed ad istas est generatio, cū ad formas elementorū sit generatio, sequitur ad idē esse generationem & alterationē & quia motus nō differt à termino ad quē, sequitur generationē esse alterationem. Ex quo sunt ad eundem terminum.

Oppositum

Oppositum vult Arist. primo huius.

Tex.c.10 In ista quæstione ponenda est vna conclusio. quæ cõclusio est responsalis ad quęsitum. Secundo ponendæ sunt differentiæ inter generationẽ & alterationem. Tertio videndum est de vna dubitatione videlicet, vtrum posibile sit transmutari de vna specie in aliam, sine generatione vel corruptione.

Quantum ad primũ oportet primo supponere quid nominis generationis, de quo dictum est in precedenti quęstione, & similiter oportet pręsupponere quid nominis alterationis, vnde alteratio dicitur per quam fit mutatio pręd icationum denominatiuarum per nomina de prædicamento qualitatis verbi gratia, si aliquid modo esset album & primo fuisset nigrum vel aliquo alio colore coloratum esset alteratio, facta. Secundo est notandum. quod large accipiendo alterationem omnis mutatio ad qualitatem dicitur alteratio sed proprie illa dicitur alteratio quæ est de vna qualitate contraria in aliam sicut quando aliquid mutatur de albedine in nigredinem vel de frigiditate in caliditatem. Tertio notandum quòd generatio secundum quid extẽdit se ad alterationem, & cũ hoc ad alia, puta ad augmentationem & ad motum localem, & sic quamuis omnis alteratio sit generatio secundum quid, non tñ omnis generatio secundum quid est alteratio. Quarto sciendũ est ꝙ de generatione substantiali solet distingui ꝙ capitur dupliciter. Vno modo capitur pro introductione formæ substantialis aliquando pro dispositione materię ad hoc vt de ea posit educi forma substantialis. primo modo veræ dicitur generatio, secundo modo dicitur alteratio.

Tunc sit conclusio responsalis ad quæstionem, quòd generatio substantialis capiendo generationem pro inductione formæ substãtialis non est alteratio probatur sic. nam per talem generationem aliquid incipit esse ens de nouo, sed per alterationem non incipit esse ens de nouo. ergo talis generatio est non alteratio consequentia tenet de se, antecedens patet ex quid nominis generationis & alterationis. Secundo ad idem arguitur sic. Omnis talis generatio est ad substantiam, & omnis talis alteratio est ad qualitatem. ergo talis generatio nõ est alteratio. consequentia tenet ex eo quòd mutationes ad distinctos terminos sunt distinctæ, antecedens patet, ex dictis. Sed diceres, immo per alterationem incipit esse ens de nouo, patet, quia qualitas, puta albedo vel caliditas. Respondetur quòd quamuis per alterationẽ, saltem aliquam bene de nouo incipiat aliquid esse, non tamen per eam de nouo incipit esse ens, albedo enim nõ est ens, vt prius dicebatur, quamuis bene sit ens alteri inhærens, recte sicut iste lapis nõ est rex Franciæ, sed bene est imago regis Franciæ.

Quantum ad secundum videndum est quæ sunt differentiæ inter generationẽ & alterationem seu inter generationem simpliciter, & aliquam generationem ẽm quid. s. alterationem. Vnde prima differentia est ex parte subiecti. subiectum enim generationis est ens in pura potentia quantum est de se, & non in actu, subiectum vero alterationis est ens in actu per se subsistens.

Sed diceres tu idem est subiectum generationis & termini alterationis, puta albedinis & nigredinis, sed subiectum talis termini est ipsa materia quæ est ens in pura potentia ergo etiam talis est subiectum alterationis.

Respondetur bene concedendo quòd est subiectum mediatum & albedinis & alterationis, sed est subiectũ immediatum generationis, sed subiectum immediatum albedinis & alterationis est ens in actu. Aliter potest dici ꝙ quamuis idem sit subiectum generationis & alterationis & hoc in inherendo non tñ est idem subiectũ denominationis. vnde subiectum denominationis generationis est ipsa materia, quæ est ens in pura potentia. materiam. n. dicimus generari, sed subiectum denominationis alterationis est compositum ex materia & forma, illud. n. dicimus alterari, & non ipsam materiam.

Ex hoc potest haberi secunda differentia inter generationem & alterationem videlicet quòd subiectum alterationis sit compositum ex materia, & forma dicimus. n. alterari aliquid sic ꝙ de ipso verificatur de nouo hoc nomen ens, cum aliquo addito de quo non prius verificabatur cum illo addito, sed quamuis subiectum generationis bene dicatur generari hoc est subijci generationi, tamen per generationem non fit ꝙ de materia verificatur ens sine addito, & prius non, exquo materia est æterna. Et ideo etiam quo ad substantiam patet. differentia inter generationẽ, & alterationem, & est tertia differentia ista ꝙ illud qđ est p generationẽ de nouo acquiritur est principalius ens quàm subiectum generationis patet hoc, quia in generatione acquiritur forma quæ est principalius ens q̃ sit materia, sed in alteratione est econuerso, nam in alteratione illud qđ subijcitur est substantia, & illud quod acquiritur est accidens modo substantia est principalius ens quàm sit accidẽs.

Ex quo sequitur quarta differentia inter generationem & alterationem videlicet ꝙ in generatione acquiritur ens simpliciter in alteratione vero ens ẽm quid, & & propter hoc per generationem vel corruptionẽ mutatur nomen substantiale, & diffinitio, per alterationem vero non. Quinta differentia est ꝙ in generatione nõ est succesio secundum intẽsionem & remissionem, sed in alteratione bene est. Et ratio huius est quia in generatione acquiritur substantia in alteratione autem qualitas modo substantia non suscipit magis nec minus, sed bene qualitas, veruntamen in generatione est bene successio secundum partes qualitatiuas. Sexta differẽtia est quòd in generatione illud quod generatur in aliquo tempore non sic generatur in eo ꝙ partes generate non condiuidantur partibus temporis mensurantis illam generationem, sed in alteratione bene potest fieri ꝙ partes illius quod alteratur non condiuidantur partibus illius temporis mensurantis illam alterationem, sed quælibet pars illius quod alteratur, alteratur in qualibet parte illius temporis verbi gratia, cum ignis generatur successiue in aliquo tempore ille ignis non potest geneari in aliquo tempore, nisi sic quòd vna pars illius ignis generatur in vna parte illius temporis, & alia in alia, sed sic non est de alteratione, immo aliquid potest alterari in aliquo tempore, sic ꝙ non prius alteratur secundũ vnã eius medietatem q̃ scdm aliam, sed secundum quamlibet eius partem alteratur in qualibet parte illius temporis, & hoc debet intelligi quo ad partes quantitatiuas subiecti, & non quo ad partes graduales qualitatis. Et ratio huius est, quia cum substantia non habeat partes graduales, ergo non potest simpliciter successiue generari gradualiter, sed qualitas secundum q̃ sit alteratio, habet partes graduales, posibile est. n. subiectum secundum, quãlibet eius partẽ simul alterari secundũ partes eius quãtitatiuas successiue ratione partium gradualiũ ipsius qualitatis. Septima differentia est. quòd omnẽ generationem præcedit aliqua alteratio disponens ad illam generationem, & non econuerso. Et causa huius est, quia imposibile est duo indiuidua diuersarum specierum habere omnia accidentia similia vel eodem modo cum generatio sit transmutatio de specie in speciem sequitur ꝙ oportet ante generationem fieri transmutationem in accidentibus, & talis mutatio est alteratio.

Octaua differentia est, quia semper generatio vnius est corruptio alterius, sed sic non est in alteratione, & causa primi est, quia materia naturaliter non potest stare sine forma, & cum non possunt esse plures forma in materia, quarum dicimus esse generationem. Secundum patet, quia in alteratione medij quòd sit luminosum

sum postquam fuit tetenebrosum est acquisitio luminis sine corruptione cuiuscunque partis prius existentis in medio.

Quantum ad tertium videndum est si absque generatione vel corruptione vna species pōt mutari in aliā. Et videtur ꝙ sic, quia per alchimiam plumbum mutatur in argentum, & hoc sine corruptione plumbi. probatur, quia postea ex illo argento iterum per alchimiā potest fieri plumbum, quòd non esset, vt videtur, si plūbum fuisset corruptum. & tn̄ plumbum & argentum sunt diuersarum specierum. Secundo vinum aliqn̄ mutatur in acetum, & visum est ꝙ aliqn̄ econuerso acetum mutatur in vinum, quod non fuisset, si in prima mutatione vinum fuisset corruptum, vinum.n. non vr̄ posse generari ex aceto, sed ex racemis. Tertio ad idē nam per incantationes homines aliquando mutatur in porcum vel in aliam speciem, & iterum fiunt homines. vnde audiui ab vno, qui dixit se vidisse vnam feminam fuisse mutatam in suem & nouem porculos, & iterum postea mutata est in hominem. modo illa mutatio, nō videtur facta cum corruptione. nam aliter contingeret idem corruptum regenerari. Iuxta ista debet notari quod triplex potest imaginari mutatio vera vel mutatio alia solum apparens, vltra hoc mutatio vera circa substantiam potest imaginari triplex, prima generatio & corruptio. Secunda creatio & augmentatio. Tertia transubstantio, sicut panis transmutatur in corpus christi. ibi.n. non dicitur creatio, nec augmentatio, nec generatio vel corruptio. sed transubstantio, prima mutatio circa substantiam est naturalis. aliæ autem duæ sunt supernaturales, sunt etiam miraculose, &c.

Tunc sit prima conclusio, quòd omnis transmutatio naturalis vera de specie in speciem ipsius substantiæ est vera generatio vel corruptio, & probatur, quia in omni tali mutatione mutatur nomen & diffinitio, & per consequens per vna cōditionem generationis & corruptionis ibi est vera generatio vel corruptio. Secunda conclusio transmutatio apparens circa substantiā, q̄uis non existens de vna specie in aliam est possibilis absque generatione vel corruptione, patet, quia bene visum est ꝙ aliquis homo apparuit mortuus per tres dies & postea viuus. modo ibi nulla fuit corruptio ex eo quòd ibi mansit eadem anima, & eadem materia, & tamen ibi apparuit fuisse factam mutationem de vna specie in aliam.s. de homine in cadauer. Et sic etiam forte faciunt alchimiste, qui faciunt per mutationem accidentium, plumbi in accidētia argenti plumbum apparere argentum, & tamen creditur ꝙ ibi facta fuerit facta mutatio vera de plumbo in argētum, sed si ita esset ꝙ per artem corū mutarent naturam quòd ex plumbo veræ fieret argentum, tunc iterum.s. ex illo argento facerent plūbum non facerent illud idem quòd præexistebat, sed simile, & sic non oportet idem corruptum redire.

Ex istis potest patere ad obiectiones. Ad primam patet ex iam dictis. Sd secundam dico ꝙ forte vinū & acetum non differunt specie. Ad aliam potest dici quòd si aliquando fuit hoc quòd vna femina appareret, &c. hoc non, fuit per mutationem veram substātię, sed per transfigurationem virtutis fortis alicuius herbe vel alicuius alterius, virtutes enim multarum rerum sunt valde mirabiles & diuersę.

Tex.c.2 Ad rationes. Ad primam dico ꝙ quando Arist. primo huius dixit, ponentes vnum principium materiale &c. intellexit quòd ponentes vnum principium materiale omnium transubstantionum, &c. hoc esse ens in actu non potuerunt saluare differentiam inter generationem & alterationem, si tamen principium materiale omnium transmutationum ponitur esse ens in potentia, & hoc ponitur esse subiectum immediatum aliquarum trāsmutationum & medietatum aliarum bene potest saluari differentia inter generationem, & alterationem. Ad secundam dico ꝙ quamuis in generatione substantiali materia se habeat aliter q̄ prius, tn̄ non pp hoc ipsa dr̄ alterari, propter hoc ꝙ hoc nomen alterari appropriatū est illis quę hn̄t se aliter non per formā substantialē per formas accidentales. Ad tertiā conceditur de motu sucessiuo, cui⁹ succesio attēditur ex parte partiū gradualium & non quantitatiuarum. Ad quartā illa bene probat ꝙ accipiēdo generationem pro alteratione præcedente introductionem formæ substantialis generatio est bene alteratio. Ad quintam concedo ꝙ acquisitio alterationis est generatio ſm quid sed nō simpliciter. Ad vltimam rationem, qn̄ dr̄ ꝙ grauitas & leuitas sunt formæ substantiales elementorum, negatur & qn̄ dicitur per Cōment. dico ꝙ Cōmentator voluit per hoc dicere ꝙ essent formæ accidentales consequentes qualitates elementorum, Vel aliter potest dici ꝙ qa formis elementorum nō sunt nomina posita circumloquebatur eas p nomina prædicta. Et sic finitur ista qō.

QVAESTIO. III.

Quæritur vtrum si generatio esset impossibilis: alteratio esset impossibilis. Et arguitur primo ꝙ non. nā generatio & alteratio sunt mutationes distincte, sicut dicebatur, in alia quęstione, ergo possibile est vnam esse sine alia, nec ad positionē vnius sequit̄ positio alterius, nec ad destructionē vnius destructio alterius. Secūdo possibile est aliqd alterari, ꝙ tn̄ impossibile est generari, ergo falsum est dicere ꝙ si generatio vnius sit impossibilis ꝙ alteratio ei⁹ sit impossibilis consequentia tenet an̄s probatur. nā te possibile est alterari. tu.n. calidus potes fieri frigidus, & tn̄ te impossibile est generari. ꝙ.n. semel genitum est amplius generari non pōt. Tertio arguitur sic sicut se habet esse vel non esse ad esse & non esse, sic se habet posse esse vel nō posse esse ad posse esse & nō posse esse, sed modo ita est quod aliqn̄ generatio est & alteretio non est, & econuerso, ergo etiam generatio potest non esse alteratione, existente, quare falsum est si generatio sit impossibilis ꝙ alteratio sit impossibilis. Quarto arguitur sic. si qō esset vera. hoc esset ex eo alteratio ordinatur in generationē tanq̄ in finē ex eo ꝙ si finis sit impossibilis, ordinata in finē sunt impossibilia. modo hoc est falsum. nam quodlibet ens maxime appetit se permanere, & omnes suas actiones dirigit in hoc permaneat, & tn̄ ipsum semper manere est impossibile, nō obstante ꝙ actiones quę ordinant in illum finem sint possibiles. Ita in proposito videtur quòd q̄uis ordinaretur in generationem tanq̄ in finem, non tn̄ propter hoc oportet alterationem esse impossibilem si generatio sit impossibilis. Com.[illegible] Quinto arguitur sic, nullius partis cœli generatio est possibilis. & tn̄ alicuius partis cęli alteratio est possibilis, ergo qō falsa consequentia patet, & prima pars an̄tis nota est per Arist. primo cęli. Tex.c.[illegible] Secunda pars an̄tis probatur. nā aliqn̄ aliqua pars cęli est magis lucida, & aliqn̄ minus. Simili modo argueretur de alteratione animę intellectiue, cuius alteratio est possibilis, quia alteratur de ignorantia in scientiam, & tamen eius generatio est impossibilis.

Sexto arguitur sic, exquo ista consequentia non est formalis generatio est impossilis, ergo alteratio est impossibilis, & si tenet hoc, oportet esse per aliquem locum quæritur ergo vnde locus. Tex.c.[illegible]

Oppositum vult Arist. primo huius vnde dicit. si impossibile esset elementa generari ex seinuicem impossibile esset eorum alteratio abinuicem.

Breuiter ista quæstio pōt solui dupliciter. Vno modo ad hominē. Alio modo ſm veritatem vnde faciliter secundum dicta Empedoclis saluaretur. Empedocles enim ponit quòd quodlibet elementum determinaret sibi

sibi certas qualitates, quæ non possent remitti ipso elemento manente vnde ponit ꝙ aqua manens aqua non posset calefieri, ergo ſm eum si generatio vnius elementi ex alio esset impossibilis, tunc alteratio eorum abinuicem esset impossibilis, & sic faciliter quæstio esset expedita. Sed v dendo quid sit dicendum ſm veritatem, ponā primo aliquas distinctiones. Secundo quia necessarium & impossibile opponuntur, videndũ est qũo generationem esse sit necessarium. Tertio videndum est de quæsito.

Quantum ad primũ sit prima distinctio ista ꝙ impossibile dr̃ aliqñ de significabili incomplexe. Alio modo de significabili cõplexe. vt cũ dicimus. chimera est impossibilis, & simili modo aliqñ de significabili cõplexe vt cum dicimus, deum esse est necessariũ. Secũdo notandum est. ꝙ si ista aliqñ dñr de complexo sicut oratione, hoc est equiuoce. vnde orationes non dñr impossibiles nec necessarie, nisi sicut vrina dr̃ sana vel ęgra qa est signum sanitatis vel ægritudinis. Secunda distinctio est ꝙ adhuc impossibile dr̃ dupliciter. Vno modo quo ad oẽs differẽtias tẽporis, & isto modo dicimus ꝙ deum non esse est impossibile. nam tã quo ad pręsens q̃ quo ad præteritum q̃ quo ad futurum est impossibile. Simili modo aliquid dr̃ necessarium ſm omne tempus sicut deum esse est necessarium ſm omne tempus. Secundo modo dr̃ impossibile nõ quo ad oẽ tempus, sed quo ad aliquod, & sic accipitur impossibile cũ dicitur, ꝙ propositio falsa de præterito est impossibilis. Et sic similiter dicimus ꝙ me bibisse est necessarium, & sic simili modo accipitur necessarium cum dicimus propositionem veram de præterito esse necessarium, & ſm istã acceptionem de ly impossibile & necessarij bene concedimus ꝙ impossibile erit aliqñ necessarium, & ꝙ necessarium fuit aliqñ impossibile verbi gratia, quamuis modo sit impossibile me fuisse Romę, tñ si vadam Romę & redeam me fuisse Romæ erit necessarium, similiter q̃uis me bibisse modo sit necessarium, tñ antequam bibi, me bibisse fuit impossibile, quia fuit vnum falsum de præterito. Tertia distinctio est ista. impossibile aliquando dr̃ quod implicat cõtradictionem, & isto modo dicimus ꝙ sor. esse & sor. non esse in a, instanti est impossibile. simili modo dr̃ deũ non esse est impossibile, quodlibet. n. istorũ implicat contradictionem. Alio modo capitur impossibile qđ non dr̃ impossibile, quia implicat contradictionem, sed quia non est possibile ſm cursum naturalem, & isto modo dicimus ꝙ cœlum nõ moueri est impossibile. nam hoc non est possibile ſm cursum naturæ consuetum, simili modo dicimus necessarium dupliciter. Vno modo opponitur impossibili qđ implicat contradictionem, & sic dicimus deum esse est necessarium. Alio modo dr̃ necessarium prout repugnat impossibili prout capitur impossibile ſm cursum naturæ consuetum, & isto modo dicimus ꝙ cœlum moueri est necessarium.

Quantum ad secundum sit prima conclusio generationẽ esse, non tñ continue sed intercise est necessarium prout necessariũ contradicit impossibili ꝙ implicat cõtradictionem patet, quia generationẽ non esse nõ implicat contradictionem. Seecunda conclusio generationẽ esse, non tñ continue sed intercise est necessariũ prout necessarium opponitur impossibili, prout aliqđ dr̃ impossibile ſm cursum naturæ, patet quia nullã generationẽ esse est impossibile ſm cursum naturæ: ergo generationẽ esse modo prædicto est necessariũ añs patet. nã impossibile est materiã sub vna forma manere ꝑpetue ꝑꝑ variã multiplicẽ alterationẽ quæ fit in istis inferioribus ꝑꝑ continuum motũ cœli & multiplicem influentiam à corporibus supercęlestibus in ista inferiora.

Quantum ad tertiũ videlicet de quæsito sciẽdum est ꝙ quamuis Arist. bene concedat quodlibet elementũ determinare sibi certas qualitates sibi conuenientes, sicut ignis caliditatem & siccitatem, aer caliditatem, & humiditatem, tamen nõ negauisset quin elementis manentibus eorum qualitates remitti possent. Cuius oppositum dixit Empedocles. Vlterius Aristot. dixisset talem alterationem in quolibet non fieri gratis immo in aliquem finem videlicet, in istum quod ex vno elemento posset aliud generari, ita quòd secundum. Aristo. talis alteratio ordinatur in generationem tanquam in finem. Et hic sit vna suppositio. Secunda suppositio est quòd ordo naturalis est necessarius secundum speciem, ita quòd non potest impediri in toto, licet bene in parte, sicut illum hominem non generari est possibile & illum, & etiam illum, sed non est possibile simul de quolibet.

Tunc sit conclusio responsalis a quæsitum. ꝙ si generatio est impossibilis, alteratio est impossibilis. probatur sic. nam per primam suppositionem alteratio, ordinatur in generationem tanquam in finem. ergo in virtutę secundæ suppositionis, si generatio est possibilis, alteratio est possibilis. ergo destructionem consequentis. si nulla generatio est possibilis, nulla alteratio est possibilis. Breuiter ista cõsequentia tenet per hoc ꝙ impossibile est naturã omnino frustrari in eius actione. Si ergo non esset possibile fieri generationem. & nõ esset possibile fieri alterationem ſm cursum naturę nunquam. n. natura ageret alterationẽ. nisi aliquando fieret generatio propter quam tanquam propter finem alteratio agitur à natura. Et ex hoc potest patere per quem locum tenebit hæc consequentia, generatio est impossibilis. ergo alteratio est impossibilis, tenet. n. per locnm à causa finali ad suum effectum per istam maximam. si finis est impossibilis effectus est impossibilis in virtute illius. deus & natura nihil agit frustra, hoc est secundum cursum naturæ. non enim in toto actiones naturales frustantur suis finibus. Sed. d. tu. exquo sicut dicis alteratio ordinatur in generationem tanquam in finem. ponatur ergo quòd aliquid per immaginanationem sit vna frigiditas ab omni subiecto separata, & applicetur sibi vnum calidum excedens ſm illam caliditatem illam frigiditatem. tunc quæritur vtrũ fiet actio in illam frigiditatẽ, & vr̃ ꝙ non. nam non est possibile ꝙ fiat ibi aliqua generatio, nec assimilatio passi ad agens. cum ergo actio alteratiua ordinetur in generationem, videtur ꝙ ibi fieret aliqua actio. vnde si calidum ageret in istam frigiditatem ad corruptionem illius frigiditatis nulla sequæretur generatio nec assimilatio. Breuiter dico quòd non aget in illam frigiditatem, & primo posset secundum hoc assignari ratio iam facta. Secundo ex alio. nam naturalia in suis actionibus non intendunt principaliter corruptionem, sed principaliter generationem, sed non posset fieri alicuius generatio nisi fieret alterius corruptio. ergo oportet agentia naturalia corrumpere. si volunt generationem facere. modo in casu prædicto, cum nulla posset fieri generatio, sequitur ibi nullam fieri corruptionem frigiditatis. Tertio ex alio quia ibi non esset aliquod subiectum, ex quo illa frigiditas ponitur separata a subiecto quod est receptiuũ talis actionis ipsius caliditatis. finaliter ergo dico ꝙ in illa frigiditate non fieret actio. Primo.c.32

Ad rationes. Ad primam dico, quod non obstante quòd generatio & alteratio sunt mutationes distinctę, tamen quia alteratio ordinatur in generationem. videtur quòd si generatio est impossibilis, alteratio est impossibilis. verum est tamen quòd illa consequentia non est formalis, sed tenet supposito ordine naturæ. Ad secundam dico, ꝙ quamuis sit possibile esse alicuius alterationem cuius nõ est possibile esse generationem, tñ possibile est esse generationẽ alicuius, alterius. ergo aleratio nõ ordinatur in generationem illius

lius qđ alteratur, sed in generationem alicuius alterius ex illo. Ad tertiam dico, ꝙ quamuis possibile sit esse alterationē q̄ non imediate sequitur generatio, tñ nō est possibile esse aliquā alterationem, q̄ non tunc vel alias sequatur. generatio. Ad quartam. qñ dr̄ alteratio ordinatur, &c. concedo, & qñ dicitur sepæ finis est impossibilis, & ordinata in finem sunt possibilia, dico ꝙ nunq̄ simpliciter finis est impossibilis, qñ ordinata in finem sunt possibilia, & qñ dicitur de permanentia. dico ꝙ simpliciter talis finis non est impossibilis, q̄uis.n.entia naturalia non possint semper manere ſm indiuiduū, tñ possunt manere secūdum speciem, & sic licet frustrarentur in eorum actionibus in parte, non tamen in toto. Ad quintam dico, ꝙ quæstio intelligitur, de alteratione quę est inter qualitates actiuas, & passiuas, quæ de per se ordinantur in generationem, sed modo talis alteratio non est in aliqua parte cœli. Consimili modo dicatur de alteratione animę intellectiuę. Ad sextam quādo dicitur. vnde locus. dictum est superius in quæstione, & cætera.

QVAESTIO. IIII.

QVæritur Vtrum generatio vnius sit corruptio alterius. Et arguitur primo quòd non. nam si sic. tunc generatio esse corruptio, sed hoc est falsum. falsitas patet, quia generatio & corruptio sunt mutationes oppositæ, & per consequens vna non est alia. Secundo arguitur sic. corruptio est forma, quæ corrumpitur, & generatio forma quę generatur. modo vna illarum formarum non est alia, ergo, &c. Tertio si sic. sequitur ꝙ semper esset ęqualis multitudo suppositorum, sed hoc non est necessarium, licet Pithagoras hoc ponebat. consequentia tenet ex eo, quia cum corrumpitur aliud generatur. Quarto alicuius generatio est plurium corruptio. ergo non semper generatio vnius est corruptio alterius, immo plurium antecedens patet de generatione mxiti ex elementis, vbi quatuor corrumpuntur. s. elementa, & vnum solum generatur. s. mixtum. Quinto arguitur sic in nutritione & præcipue in nutritione hominis aliquid corrumpitur pura alimentum, & tñ nihil ibi generatur. non.n. potest dici ꝙ ibi generatur aliqua forma noua vel aliqua pars formæ, ex eo ꝙ anima intellectiua prius præexistebat, & etiam quia anima intellectiua est indiuisibilis. Sexto arguitur sic. nam qñ animal corrumpitur non videtur ꝙ vna forma generetur. nam aliter idem à quolibet plurium agentium potest generari ex eo quòd animal à quolibet plurium agentium potest corrumpi. idē enim est corrumpens formam præexistentem & generans sequentem. cum ergo animal indifferenter à pluribus agentibus potest corrumpi, tunc si post eius corruptionem generetur vna alia forma, illa forma à pluribus agentibus indifferenter posset generari, quod tamē est falsum, sicut postea videbitur. Septimo arguitur sic. nam quando generatur homo, tunc ibi est generatio alicuius, & tñ videtur ꝙ non propter hoc sit ibi corruptio alterius ex eo quòd forma præexistens, sicut forma embrionis disponebat ad generationem hominis. ergo videtur quòd ipsa possit manere cum forma hominis, & per consequens non corrumpitur in aduentu formę hominis. Octauo arguitur sic. nam in separatione. animæ intellectiue à corpore est generatio alicuius formæ, in materia in qua prius erat anima, & non corrumpitur post eius separationem à corpore. Nono arguitur sic. in generatione luminis in medio nihil corrumpitur, & similiter in generatione scientiæ in aīa. ergo non cuiuslibet generatio est alicuius corruptio. Decimo arguitur sic. nam cum ex elementis fit mixtum, tunc generatur ibi sapores, & odores, & consimiles qualitates absq; corruptione aliquarum qualitatum aliarum eis oppositarum, ex eo quòd nullæ sunt tales qualitates in elementis. purum enim elementum caret odore & sapore & colore, &c.

In oppositum est Aris. primo huius. nā per hoc probat Arist. perpetuitatem generationis.

Breuiter ista quæstio pōt habere duplicē intellectū, & ſm vtrunq; respondendū est ad ipsam. Primus intellectus est vtrū ista propositio sit vera generatio vnius est corruptio alterius. i. ꝙ illud idem qđ est generatio est corruptio. Secundus intellectus est talis, an generationem vnius sequatur vel pręcedat corruptio alterius. Primo ergo respondendum est ad quæstionem ſm primum sensum. Secundo ſm secundum.

Quantum ad primum sit prima conclusio ista. ꝙ si generatio & corruptio sumātur pro subiecto illius, qđ de nouo capit esse postquam non fuit vel non esse postquam fuit, generatio est corruptio. probatur, quia sic idem. puta meteria est generatio & corruptio, quæ est eadem in genito quæ fuit in corrupto, & secundum hoc conceditur ꝙ continue & perpetue sine intercisione generatio est, & similiter corruptio est. patet hoc quia continue perpetue & sine intercisione materia est. sed tñ cum hoc concedendum esset ꝙ quamuis generatio perpetue est sine intercisione nō tñ generatio est perpetue generatio sine intercisione. nam aliquando materia non est generatio. aliquando enim quiescit per tēpus sub aliqua forma. Secunda conclusio est ista. ꝙ si generatio capitur pro forma vel pro composito qđ generatur, & corruptio pro forma vel composito qđ corrumpitur, generatio non est corruptio, probatur. nam compositum quod generatur non est compositū quod corrumpitur, nec forma quæ corrumpitur.

Quantum ad secundum intellectum potest poni ista conclusio ꝙ intelligendo quæstionem indefinitę generatio vnius est corruptio alterius. patet, nam videmus ꝙ cum generatur aqua ex igne, vel econuerso. corruptionem vnius concomitatur generatio alterius.

Sed intelligendo quæstionem ſm prędictum sensum vniuersaliter. tunc est maior difficultas videlicet, vtrū semper generatio vnius sit corruptio alterius. Et sic ad videndnm de hoc. primò ponam aliquas distinctiones. Secundo conclusiones de generatione, & corruptione accidentium. Tertio de generatione & corruptione substantiarum.

Quantum ad primum sit prima diuisio ista. ꝙ quædam est generatio alicuius qualitatis non habentis contrarium, sicut est generatio luminis in medio, & generatio scientiæ in aīa, quædam autem est generatio alicuius qualitatis habentis contrariū, sicut generatio caliditatis vel albedinis. Secunda diuisio est ista. quædā sunt accidentia à quibus vel eorum contrarijs materia nunquam denudatur, sicut sunt caliditas, & frigiditas, humiditas, & siccitas, grauitas, & leuitas, videlicet si materia stet sub forma mixti, siue sub forma elementi, nunq̄ denudatur ab aliquibus istarū qualitatum. Alia sunt accidentia à quibus aliqñ, & ēt ab eorū contrarijs denudantur, sicut sunt iste qualitates odor, sapor, &c. videlicet. cum materia stat sub forma elementi, primo est denudata à colore quolibet, ab odore quocunque & sapore quocunq;. Tertia diuisio est ista. quędā est generatio vel corruptio simpliciter substantię, sicut elementi, alia mixte vt hominis. Quarta diuisio generatio substantiæ mixte quædam est substantiæ inanimate sicut ligni vel lapidis, & quædam animate, & hoc est vel animā intellectiua vel sensitiua.

Quantum ad secundū sit prima conclusio. non oportet ꝙ generatio qualitatis nō habētis cōtrarium sit corruptio alterius, nec oportet corruptionē eius esse generationē alterius patet hoc de generatione & corruptione

ne luminis, & similiter de generatione & corruptione scientiæ de aīa. Secunda cōclusio in generatione accidentiū, à quibus vel eorū contrarijs materia pōt denudari, nō oportet ꝙ sp generatio vnius sit corruptio alterius, patet hoc. nā ex elementis fit mixtū, & generatur sapor absq; corruptione alicuius saporis sibi contrarij, & similiter odor & color, & similiter cum mixtū corrumpitur in elementa, corrumpuntur huiusmodi qualitates absq; generatione qualitatum sibi contrariarum. Tertia conclusio. in generatione qualitatū habentiū contrarium, à quibus materia non potest denudari sic est ꝙ semper generatio vnius est corruptio alterius, patet hoc. nam materia, nec sub forma elementi, nec sub forma mixti pōt stare sine huiusmodi qualitatibus. ergo semper oportet ꝙ aliqua talium qualitatum sit in materia, & cū non possint esse simul in materia propter contrarietatem eorum, oportet ꝙ cum vna generatur alia corrumpatur, & econuerso.

Quantum ad tertium sit prima conclusio ista generatio mixti ex elementis, si elementa non ponantur manere in mixto, est nō corruptio vnius, sed plurium, patet, quia est corruptio pluriū elementorū. Secūda conclusio generatio mixti ex elementis, si elementa ponantur manere in mixto, & cum hoc ponātur ꝙ formę elemētorū substantiales nec intendantur, nec remittātur, est sine aliqua corruptione substātiali, q̄uis bene aliqui gradus qualitatum elementorum corrumpantur patet ex quo elementa ponuntur manere, & formę substantiales eorum ponuntur nec intensibiles nec remissibiles.

Tertia conclusio est ista generatio mixti ex elemētis si elementa ponuntur manere in mixto, & cum hoc formæ substantiales eorum ponuntur intēdi & remitti est cum quadam corruptione substantiali. puta formarum substantialium elementorum, non tñ totali, sed ſm aliquos gradus, patet ex quo formę substantiales elementorum ponuntur intendi & remitti. Pro quarto conclusione sit prima suppositio, ꝙ materia nunq̄ potest esse sine forma substantiali. Secūda suppositio. materia non pōt simul habere nisi vnam formam substantialē.

Tunc sit quarta conclusio ista, ꝙ qñ vna forma substantialis corrumpitur alia generatur, & ecōuerso. probatur sic. nam aut forma generatur in materia in qua prȩexistebat formā, aut generatur in materia in qua nō præexistebat forma, si dicitur primū. Contra per secundam suppositionem, materia non pōt simul habere plures formas substantiales, oportet ergo ꝙ forma præexistens corrumpatur, & sic generatio vnius formę est corruptio alterius. si vero dr̄ secundum, hoc est contra primam suppositionem. Sciendum est tñ ꝙ talē conclusionē ponit Philosophus, sed tñ credendū est ꝙ aliqua forma pōt generari absq; corruptione alterius formæ. vnde ſm illos qui in homine nō ponunt nisi aīam intellectiuam, in separatione à materia generatur noua forma in materia, absq; corruptione formæ præcedentis. similiter in nutritione hominis corrumpitur forma alimenti absq; noua generatione alicuius formę substantialis. nam forma alimenti corrupta aīa intellectiua incipit informare illam materiā absq; hoc ꝙ ipsa de nouo generetur. Et ideo qui volunt stare in prædicta conclusione cum Philosopho ponunt in homine præter aīam intellectiuam vnam formam substātialem eductam de potentia materię, & dicunt non esse impossibile in eadē materia esse plures formas substantiales, quarum vna educta de potentia materiæ & alia non. modo dicit, & verū est, ꝙ anima intellectiua non sit educta de potētia materiæ: Et ideo ſm hoc ꝙ diuersi diuersimode opinarentur oportet modificare quartam conclusionē sicut, patet inspicere volenti.

Tex.c.17

Ad rationes. Ad primā & scdam patet ex dictis. Ad tertiam dico, ꝙ adhuc non oportet ꝙ sit equalis multitudo suppositorū. nam aliqñ generatio vnius est corruptio plurium. Ad quartam & quintam patet ex dictis. Ad sextā dico, ꝙ prout postea videbitur non est inconueniens idem à pluribus agētibus non influentibus in effectum indifferēter posse generari, q̄uis hoc bene sit incōueniens in influentibus in effectū. Ad alias rationes patet ex superius dictis quid sit dicendū.

QVAESTIO. V.

Quæritur. Vtrū in generatione simpliciter fiat resolutio vsq; ad materiam primam. Et arguitur primo ꝙ non. nam si sic. sequitur ꝙ ex semine hominis non potius deberet generari homo q̄ asinus vel aliquod aliud indiuiduū alterius speciei ab homine, sed hoc est falsum, & consequētia probatur. nā est quo in genito nihil remaneret præter materiam primā quæ fuit in corrupto, sequitur ꝙ omnes dispositiones & qualitates existentes in semine hominis disponentes generationem hominis corrumperetur in materia anteq̄ generaretur forma hominis, sed tñ qñ tales dispositiones materiæ sunt corrupte materia est omnino indifferens ad quācunque formam generandā, ergo non potius ex illa materia generabitur homo q̄ asinus vel bos.

Secundo arguitur sic. aliqua forma substantialis manet in genito quæ prius erat in corrupto. ergo in generatione simpliciter non fit resolutio vsq; in materiā primam. consequentia tenet. añs probatur. nam forma corporeitatis manet eadem. probatur. nam si non sequitur ꝙ non maneret idem corpus. hoc est falsum, quia manet eadem materia quæ est vnum corpus. est. n. longa lata & profunda. Tertio arguitur sic eadem est forma ossis mortui quę fuit ossis viui. ergo in generatione & corruptione simpliciter non fit resolutio vsq; ad materiam primam. consequentia tenet. nam ibi manet idē nomen substantiale & eadem diffinitio, ibi etiam manet eadē forma substantialis, sed sic est in osse viuo & mortuo. ergo, &c. maior est nota. minor probatur. quia os mortuū ita dicitur os. sicut os viuum. similiter ita conuenit sibi diffinitio ossis, sicut ossi viuo. Quarto arguitur sic in generatione & corruptione simpliciter manet eadem qualitas & eadem figura. ergo quæstio falsa. antecedēs probatur. nam videmus ꝙ in boue mortuo manet eadem quantitas, & similiter figura quæ fuit in boue viuo. Si. n. aliquis bos viuus est bicubitus, ipso interfecto adhuc obtinet illam quantitatem. Quinto arguitur auctoritate Cōmen. di quòd dimensiones materię sunt æternę in materia. Sexto arguitur sic in genito manet eadem qualitas quæ fuit in corrupto. ergo quæstio falsa. consequentia tenet. antecedens patet de qualitate symbola. si. n. ex aqua fit aer manet eadem humiditas in genito quæ fuit in corrupto. Et similiter si aliquis bos interficiatur ipso interfecto statim post manet aliqua caliditas, sed non videtur quòd sit de nouo ibi genita, quia non apparet quis illam caliditatem generasset ibi.

Oppositum dicit Arist. primo huius dicens, generationem simpliciter esse trāsmutationem huius totius in hoc toto nullo sensibili remanente. Tex.c.23

Pro resolutione materiæ primæ notādum est quòd per resolutionem in materiā primam intelligitur an in generatione & corruptione simpliciter aliquid aliud q̄ materia prima manet in genito quod prius fuit in corrupto. Resolutio ergo in materiam primam nihil aliud est præter materiam primam manere in genito quæ prius fuit in corrupto. Et ad hoc quòd fiat talis resolutio videtur auctoritas Arist. allegata si nullum sensibile maneat in genito quòd prius fuit in corrupto videtur ꝙ sit facta huiusmodi resolutio. Vlterius sciendum est ꝙ huiusmodi resolutionem possum⁹ imagina- Tex.c.23

ri dupliciter. Vno modo quantum ex parte formæ ſubſtantialis, ſic videlicet ꝙ nulla forma ſubſtãtialis maneat in genito quæ prius fuit in corrupto. Alio modo quãtum eſt ex parte formarũ accidentalium ſic. videlicet ꝙ nulla forma accidẽtalis maneat in genito quę prius fuit in corrupto . modo in iſta quæſtione videndum eſt de huiuſmodi reſolutione quantum ex parte formę ſubſtantialis, & in ſequenti quæſtione videbitur de huiuſmodi reſolutione quantũ eſt ex parte formę accidẽtalis.

Quantum ad primum ſciendum eſt ꝙ aliqui imaginantur in eodẽ ſuppoſito plures formas ſubſtantiales, vnam quam ponunt manere perpetue in materia.ſ.formam corporeitatis , per quam materia eſt corpus , & aliam formã ſubſtantialem per q̃ tale indiuiduum ponitur in tali ſpẽ vel in tali,& iſti quantum eſt ex parte formæ ſubſtantialis negant reſolutionẽ vſq; in materia primam in generatione vel corruptione ſimpliciter . vnde dicunt ꝙ cum bos interficitur,tunc forma ſubſtantialis per q̃ fuit bos corrũpitur,ſed adhuc manet forma corporeitatis per q̃ fuit corpus. Alij imaginãtur formas ſubſtantiales elementorũ manere in mixto,& iſti ẽt habent negare quantũ eſt ex parte formæ ſubſtantialis vel formarum in generatione ſimpliciter & corruptione fieri reſolutionẽ vſq; in materiam primam , vnde cũ bos interficitur concedũt eadem formas ſubſtãtiales elementorũ manere in boue interfecto quę erãt in boue viuo.

Contra iſtos pono talem concluſionẽ. ꝙ in nullo indiuiduo ſunt plures formæ ſubſtantiales totales educte de potentia materiæ . probatur . nã ſicut impoſsibiles eandem ceram ſimul habere diuerſas figuras totales,ita impoſsibile eſt materiam ſimul habere diuerſas formas ſubſtãtiales.vnde exquo quamlibet formã ſubſtantialẽ diſtinctum ab alia ſequitur figura diſtincta ſi in vna materia eſſent plures formæ ſubſtantiales totales, tunc talis materia haberet ſimul plures figurationes totales, quarum quælibet eſſet mere extenſa ſi ergo hoc eſt impoſſibile de materia, ſequitur hoc eſſe impoſsibile de quolibet indiuiduo. Secundo arguitur ſic nã dato oppoſito quæſtionis,tale indiuiduũ eſſet in diuerſis ſpẽbus . ſi .n.aliqđ indiuiduũ habere plures formas ſubſtantiales illæ nõ poſſent eſſe eiuſdẽ ſpẽi.nã aliter vnũ indiuiduũ, alicuius ſpeciei eſſe duo indiuidua illius ſpẽi ſi aũt poneretur diſtinctum ſpẽ per quamlibet illarum formarum illud indiuiduum reponeretur ſub alia ſpẽ diſtincta , ſequitur ꝙ tale indiuiduum eſſet diuerſarum ſpecierũ qđ fuit probandum. Tertio arguitur ſic nã ſi eſſet . aliqua talis forma quæ perpetue maneret in materia , ſicut aliqui imaginauerunt,ſequitur ꝙ materia nullã aliam formam reciperet.nã ſicut dicit Cõmen. ſuper primo phyſic. materia habens vnã formã non recipit aliam . Etiã ſi poneretur vna forma in materia quæ remaneret in receptione alterius,illa ita reciperetur à forma præexiſtẽte & manente ſicut à materia,ſed hoc non, pp hoc ꝙ ſicut materiæ repugnat informare ita formæ repugnat recipere.vnde Cõmenta.in de ſubſtantia orbis actui repugnat recipere . Sed contra iſtam concluſionẽ diceres, in eodem indiuiduo ſunt plures formæ accidentales, ſicut in eodem.ſ.lacte eſt albedo & dulcedo, quare etiam in eodem non poſſunt eſſe plures formæ ſubſtantiales: Secundo ad idem . nam in boue eſt forma ſubſtantialis oculi, & ſimiliter forma ſubſtantialis oſsis, ſimiliter forma ſubſtantialis carnis , modo iſte formæ ſubſtantiales ſunt ſpecifice diſtincte ex , eo quòd oculus & caro differunt ſpecie. Tertio arguitur ſic . nam in eodem homine.ſ.in ſor. eſt ſimul anima intellectiua & ſenſitiua, quæ ſunt formæ, ſubſtantiales diſtincte ſpecie.

Ad iſta dico ad primum, ꝙ licet aliquod indiuiduũ poſsit habere diuerſa eſſe accidentalia, tñ non põt eſſe diuerſa eſſe ſubſtantialia . Ideo in eodẽ indiuiduo põt eſſe plures formæ accidentales ſaltem totales , ſed non ſubſtantiales . Ad ſecundum dico & breuiter, ꝙ non eſt inconueniens quòd in eodem ſint plures formæ ſubſtãtiales partiales diſtincte ſpecie exiſtentes partes integrales vnius formę totalis,per quam aliquod indiuiduum eſt alicuius ſpeciei pro tunc . vnde dico quòd forma totalis ipſius bouis eſt compoſita ex partibus integralib⁹ diuerſarum rationum . vnde ſicut bos eſt vnum corpus etherogeneũ , ita forma totalis ipſius bouis eſt vna forma etherogenea . Vnde vlterius dico (cuius oppoſitum alij dicunt) quod ſi illa pars formæ bouis quæ eſt in pede eſſet in oculo , ipſa ita modicum viueret ſicut modo, nec iſta ſunt contra concluſionem.nam concluſio dabatur de formis ſubſtantialibus totalibus.

Ad tertiam dico,quod illa non eſt cõtra concluſionem.nam concluſio dabatur de formis ſubſtantialibus eductis de potentia materiæ . vtrum autem in homine anima intellectiua & ſenſitiua ſint formæ diſtincte, de hoc non curo ad præſens. nam hoc pertinet ad librum de anima. Secunda concluſio eſt iſta, quantum eſt ex parte forme ſubſtantialis in generatione ſimpliciter fit reſolutio vſq; ad materiam primam, patet: nam forma ſubſtantialis præexiſtens non poteſt manere cum forma quæ generatur. Aliter.n.in eodem indiuiduo eſſent ſimul plures formæ ſubſtantiales, quod eſt falſum.ſ. contra primam concluſionem , ergo adueniente forma quæ generatur forma præexiſtens corrumpitur, ſic quòd primum inſtans eſſe formæ generate , eſt primum non eſſe formæ corrupte . modo hoc eſt fieri reſolutionem vſque in materiam primam quantum eſt ex parte formæ ſubſtantialis. Ex iſta concluſione, ſequitur ꝙ nihil quod eſt de ſubiecta generari fuit de ſubiecta corrupti niſi materia. Secundo, ſequitur illam manere eandem in genito & corrupto . Tertio.ſequitur illam de ſe nullam habere diuiſionem , & diſcontinuationem in ſuis partibus . vnde omnem diſtinctionẽ quam habet ſecundum ſuas partes eſt ex parte formarum ſubſtantialium . Quarto ſequitur quòd omnia quæ ſunt infra concauum orbis lune , quantum eſt ex parte materiæ ſunt vnum continuum , vnde ſi omnes formæ accidentales & ſubſtantiales annihilarentur, materia non annihilata , maneret vna maſſa continua protenſa ad concauitatem orbis lune , quę tunc ſm diuerſas eius partes diuerſis formis eſſet depicta, ſicut vna ſuperficies continua parietis diuerſis imaginibus depicta.

Ad rationes . Ad primam negatur conſequentia. vnde q̃uis in generatione hominis ex ſemine oĩa pręexiſtentia corrumpantur præter materiam, tñ quia nõ per tempus materia maneret ſine illis ante generationẽ formę hominis, ſequitur potius ex illa generari hominẽ ꝙ aſinum. Ad ſcđam patet ex cõcluſionibus. Ad tertiam ſimiliter patet ex dictis. Ad quartam de qualitate negatur. Ad quintam ſimiliter. Ad ſextam etiã patebit in alia quæſtione .

QVAESTIO. VI.

QVæritur Vtrum maneat aliqua qualitas in generato quæ fuit prius in corrupto . Et arguitur primo quòd ſic: nã ſi non, ſequitur ꝙ in habentibus ſymbolum non eſſet facilior tranſitus, ſed hoc eſt falſum . conſequentia tenet, quia omnes qualitates, præexiſtentes corrumperentur . Secundo arguitur ſic quia ſi non, ſequitur quòd frigiditas generaret caliditatem, ſed hoc eſt falſum, nã ponatur ꝙ frigiditas corrumpat aliquod animal , tunc ſi in cadauere eſt aliquis nouus calor qui non prius erat in corpore viuo, ille non videtur eſſe genitus niſi ab illa frigiditate . Tertio . nam in corruptione hominis non videtur à quo generetur illa figura & imago quæ eſt in cadauer, niſi tũc dicatur ꝙ eadem figura & imago quæ eſt in cadauere fuit

fuit in homine, & per consequens videtur aliquam qualitatem manere in genito, quæ prius erat in corrupto.

Quarto sic omne quod generatur, generatur ex cõtrario tanquam ex termino si habeat contrarium, propter quod dr̃ ꝙ album non fit nisi ex nigro modo si in cadauere fieret noua caliditas, illa non fieret ex contrario, sed hoc est falsum. supposito ꝙ illud ex quo generatur cadauer prius fuisset calidum. Quinto. nam nisi aliqua qualitas quæ prius fuit in corrupto maneret in genito, sequeretur quod aliquod accidens generaretur sine altaratione successiua, sed hoc est falsum, & cõsequentia patet, nam si aliquis homo generatur, tunc si caliditas eius non præexistebat in materateria, sed de nouo generatur cum ipso. sequitur quòd illa caliditas generaretur subito sicut homo. Sexto arguitur sic. nã in interfectione bouis corrumpitur caliditas & generantur omnia noua in cadauere, sed hoc videtur est frustra. nam agens corrumpens bouem frustra caliditatem illam corrumperet ex quo statim aliam consimilem in cadauere generaret. Septimo arguitur sic. nam quęritur cum ex aqua generatur aer quid corrumpit humiditatem aque, & probatur ꝙ non aer, quia secundum nullam eius qualitatem contrariatur humiditati aque. vnde humiditas est qualitas symbola aeri, & aque.

Octauo. nam videmus quòd si aliquis homo habeat aliquam cicatricem, quod eadem cicatrix manet in cadauere, cum homo fuerit corruptus, sed cicatrix est qualitas, est enim de quarta specie, qualitatis, ergo aliqua eadem qualitas, quæ erat in genito manet in corrupto.

In oppositum arguitur. nam si aliqua qualitas, &c.
Tex.c.23 sequitur ꝙ diffinitio generationis, quam ponit Arist. primo huius, non esset bona videlicet generatio est trãsmutatio huius totius in hoc totum nullo sensibili remanente, modo si aliqua qualitas eadem maneret in genito quæ prius fuit in corrupto, tũc aliquod sensibile maneret in genito, quòd prius fuit in corrupto, cuius oppositum dicit prædicta diffinitio. Secundo si aliqua qualitas maneret eadem in genito quæ prius fuit in corrupto, sequitur ꝙ subiectum generationis simpliciter, esset ens in actu. esset.n. ens in actu per illam qualitatem consequens est contra Arist. Tertio. sicut se habet accidens ad substãtiam, ita se habet compositum accidẽtale ad compositũ substantiale, sed ita est ꝙ q̃libet accidens præsupponit, ergo etiã quodlibet compositũ accidentale præsupponit compositũ substantiale. modo tñ sic non esset si aliqua qualitas eadem in materia maneret in genito & corrupto. nam tunc compositum actu tale.s. compositum ex materia & forma & tali qualitate non præsupponeret compositum substantiale, ex eo ꝙ sicut in alia quæstione dicebatur, in generotione simpliciter, quantũ est ex parte formæ substãtialis fit resolutio vsque in materiam primam. Quarto arguitur sic, si maneret aliqua qualitas eadẽ in genito quæ fuit in corrupto, sequ tur ꝙ accidens migraret de subiecto in subiectum, qđ est falsum consequentia patet. nam accidens quod prius fuisset in corrupto modo esset in genito. v.g. si maneret eadem caliditas cadauere quæ fuit in boue, ex quo genitum est illud cadauer. Quinto. sequitur ꝙ corruptibile posset perpetuari, sed hoc est falsum, & consequentia probat̃, vt si ex aere generaretur aqua, iterum maneret eadem humiditas, deinde iterũ ex aqua generaretur aer & seruaretur idẽ circulus perpetuæ, & tñ est corruptibilis, quia põt corrumpi. Sexto. si ex igne fieret aer, cum caliditas aeris sit remissior, & si aliqua pars caliditatis ignis manet eadem in aere quæ fuit in igne, tunc oportet ꝙ aliquis gradus caliditatis ignis corrumpatur, & cũ nõ sit maior ratio de vno q̃ de alio videtur ꝙ qua ratione corrumpitur vnus gradus, eadẽ ratione corrumpatur alius, ergo videtur ꝙ tota caliditas ignis corrumpitur, & oĩno noua caliditas in aere generatur, & per consequens nõ manebit aliqua eadẽ qualitas in genito, quæ prius erat in corrupto: postq̃ nõ manet qualitas symbola de qua magis videtur. Septimo nã calor qui est in cadauere est putrefactiuus. calor aũt qui fuit in viuo præseruabat à putrefactione, ergo non sunt idem calor qui est in mortuo, & qui fuit in viuo, & per consequens sic vr̃ esse de omnibus alijs qualitatibus. & per consequens ꝙ nulla qualitas maneat eadẽ in genito quę fuit in corrupto. Octauo arguitur sic. nam si qualitates aliquę manerent eędem in genito quę fuerunt in corrupto, tunc etiam formæ substantiales elementorum quas illæ qualitates consequuntur deberent manere eædem in generato, quæ fuerunt in corrupto, sed hoc est contra dicta præcedentis quæstionis. nam si sic. tunc non fieret resolutio vsq; in materiam primam, quantum est ex parte formarum substantialium in generatione, & corruptione simpliciter.

In ista quæstione sunt duę opiniones. quarum quælibet põt probabiliter sustineri, vnde vna est ꝙ eadem qualitas maneat in genito quæ fuit in corrupto, vt cum ex boue fit cadauer manet eadẽ caliditas in carne mortua quæ fuit in carne viua, similiter cum ex aqua fit aer manet eadem humiditas. Et ista opinio haberet pro se primas. 8. rationes, & s̃m istã opinionem deberet dici ꝙ quãuis in generatione simpliciter fiat resolutio vsq; in materiam primam, quantum est ex parte formarum substantialium tamen quantum est ex parte formarum accidentalium.

Et secundum istam opinionẽ p̃nt poni aliquę conclusiones. quarũ prima est ꝙ omnes qualitates manent eædem sub eisdem gradibus in genito quæ fuit in corrupto sicut in osse corrupto manet eadem albedo sub eisdem gradibus prius sicut ante. Secunda cõclusio est ista, aliquę bene manet, sed non sub eisdẽ gradibus, sicut qualitates primæ. cum.n. ex igne fit aer bene manet eadẽ caliditas quæ fuit in igne, sed nõ remanet sub eisdẽ gradibus. i. ita intensa. Tertia conclusio. illę qualitates & solũ illæ quæ imediate post generationẽ apparent sensui, similes illis quę apparebant ante in corrupto manẽt eædẽ. frustra.n. generarẽtur alię. Ista opinio habet soluere rationes 8. secũdo loco positas. Secũda opinio est ꝙ impossibile est idem accidens esse in genito quæ pri⁹ erat in corrupto, & s̃m istam opinionem deberet concedi in generatione simpliciter fieri resolutionem vsque in materiam primam tam ex parte formarum substantialium q̃ accidentalium. Et ista opinio habet pro se rationes secundo loco positas, sed haberet soluere. 8. rationes positas in principio.

Tenendo autem primã opinionẽ soluamus rationes secundo loco positas. Ad primam qñ dr̃ generatio est transmutatio huius totius in hoc totum nullo sensibili remanente, concedo vt substantia per se subsistente. totum.n. compositũ per se subsistens prout ly totũ tenetur cathegorice, & nõ syncathegorice corrũpit̃ in aliud totum, puta in aliud ꝙ de nouo generatur, cum hoc tñ stat bene manet eadem qualitas sensibilis in genito quę prius erat in corrupto. Sed. d. tu ergo videtur ꝙ ibi maneat aliqđ subiectũ sensibile, quia materia cum illa qualitate sensibili. Dico ꝙ hoc bene verũ est, sed hoc nõ est subiectum p se subsistẽs hoc aliquid in actu. de quo Tex c.23
subiecto intellexit Arist. cũ dixit generationẽ esse transmutationẽ huius totius in hoc totũ, nullo sensibili remanẽte vt subiecto eodẽ. Ad sc̃dam qñ dr̃. sequitur. ꝙ subiectum generationis esset ens in actu. dico ꝙ hoc nõ est impossibile ꝙ sit ens in actu per formã accidẽtalẽ bene tñ est impossibile ꝙ sit ens in actu per formam substantialẽ. Ad tertiam pro eius solutione notandũ est, ꝙ cõpositũ substantiale vocatur compositũ ex materia & forma, compositũ autem accidentalem vocatur cõ-

positum ex materia & forma & accidente. Vlterius cõpositum accidentale est duplex, quoddam est compositum ex materia & accidente, quoddam autem est cõpositum ex materia, & forma & accidente. Exemplũ primi sicut caliditas & materia prima. ita.n.faciunt cõpositum accidentale primo modo dictum. Exemplum secundi. sicut homo albus. Et tunc ad rationem dico ꝙ sicut quodlibet accidens præsupponit subiectum, ita quodlibet compositum accidentale secundo modo dictum præsupponit compositum substantiale, sed tamẽ hoc non oportet de composito accidentali primo modo dicto. Ad quartam quando dr̃, sequitur ꝙ accidens, &c. pro solutione illius est sciendum, ꝙ duplex dicitur esse subiectum accidentis, quoddam inherentię & quoddam denominationis, modo dicendum est ſm istam opinionem ꝙ cuiuslibet accidentis, alicuius compositi ex materia, materia prima est subiectum quo ad inherentiã quamuis compositum sit eius subiectũ quo ad denominationem, vnde quia compositum est nobis notius quam materia, denominamus ab ipso accidente quamuis materia sit illud in quo veræ est illud accidens vnde dicimus hominem esse calidum & non eius materiam. Ex hoc patet ad rationem, ꝙ non oportet ponere migrationem accidentis de subiecto in subiectum, quamuis bene successiuæ plura substantia denominet.

Ad quintam dico, ꝙ propter ordinem naturæ, & motũ cœli nõ est aliqua portio materiæ quin successiue oporteat eã esse sub aliqua forma alicuius speciei, & sic negãda est talis circulatio perpetua de qua dictum erat in augmento. Ad sextã dico, ꝙ immo est ratio, quare vnus grad⁹ caliditatis prius corrumpitur q̃ alius. nã gradus vltimo genitus prius corrumpitur propter hoc ꝙ habet esse minus fixum & minus radicatum in subiecto. Ad septimam dico, ꝙ idem calor potest esse præseruatiuus a putrefactione, & postea putrefactiuus, & hoc est propter aliam & aliam formam substantialem, quę mediante ipso agit tanquam mediante instrumento. Ad vltimam dico non propter hoc manere formas substãtiales in mixto & easdem in genito, quæ pri⁹ erant in corrupto. nam qualitates mixtorum, sicut sunt caliditas frigiditas, &c. non sunt qualitates elementorũ quamuis sint eis similes. De quibus postea diffusius videbitur.

Tenendo autem secundam opinionem soluamus rationes positas in principio quæstionis. Ad primam dico, quòd in habentibus symbolum non facilior transitus, propter hoc quòd qualitates pauciores corrumpantur, sed propter hoc quòd ibi sunt pauciores contrarietates. Ad secundam dico quòd frigiditas corrũpit hoc animal & remittendo eius caliditatem cõtinue generat nouam & nouam caliditatem, modo concedẽdum est quòd frigiditas remittendo, caliditatem bene potest generare caliditatem, sed non est concedendum, quòd frigiditas possit generare caliditatẽ de nouo per intensionem caliditatis. nam solummodo calidum isto modo est productiuum caliditatis. Ad tertiam dico quòd ipsa nihil probat, quia figura non est res distinta à re figurata seu à re extensa. Ad quartam notandũ est quòd omne quòd habet contrarium generatur ex contrario sibi tanquam ex termino, vnde aliquãdo potest generari, & non ex contrario cum generatur ad generationem subiecti, veruntamen cum generatur in aliquo subiecto præsupposito, tunc generatur ex sibi contrario. Ad quintam dico, quòd non est inconueniẽs accidens generari subito ad generationem subiecti, quãuis hoc bene esse inconueniens ad generationem in aliquo subiecto preexistente. Ad sextam dico, quòd non frustra accidens præexistens corrumpitur, & accidens nouum sibi simile generatur. hoc enim fit propter hoc quòd accidens non potest transire de subiecto in subiectum. Ad septimam quando dicitur, ꝙ qñ ex aqua generatur aer, quid est quod corrumpit humiditatem aque, dico ꝙ hoc est aer, & quando dicitur, tñ sibi non contrariatur, &c. Respondetur quòd quamuis hoc sit veruntamen quia corrumpit frigiditatẽ aque cui contrariatur, corrumpit etiam humiditatem aque quæ consequitur frigiditatem aque. Ad vltimam cũ dicitur de cicatrice. respondetur sicut respondebatur de figura, &c. Et sic terminatur ista quæstio.

QVAESTIO VII.

Q Veritur Vtrum dato aliquo generabili ipsum a plurium agentium quolibet possit generari, verbi gratia, dato a, generabili quòd cras producetur a, b, agente vtrum ab alio quàm a, b, agente possit generari vel produci. Et arguitur primo ꝙ quæstio sit vera. nam capiatur vnum ouum, ex quo debeat generari pullus, & ponatur sub vna gallina & generetur, tunc non est verisimile quin idem pullus in numero genitus fuisset ex illo ouo si fuisset positum sub alia gallina, quare à plurium gallinarum qualibet idem pullus generandus poterat generari. Secundo arguitur sic. nam capiatur aliquod lignum & ponatur ad ignẽ, ita quòd ex eo generetur ignis tunc non est verisimile quin idem ignis fuisset generatus ex illo ligno si fuisset positum in alium ignem. Tertio arguitur sic. nam si aliquis calefaciat manum suam prope aliquem ignem, sic quòd in manu sua generetur aliqua caliditas, nõ videtur quin eadem caliditas fuisset genita in manu sua, si calefecisset manum suam prope aliquem alium ignẽ ita intensum, ꝙ non esset nisi idẽ effectus, vtputa caliditas à plurium agentiũ quolibet posse produci. Quarto arguitur sic. si sor. interficeret aliquem bouẽ generaretur cadauer, & tũc pla. potuisset interficere eundem, & plato idem cadauer generasset, ergo, &c. Quinto arguitur sic sor. generat in intellectu meo intentionem eandem communem quam generaret plato, ex eo quòd talis intentio communis est repræsentatiua amborum, ex quo est intentio communis omnium hominum, ergo idem effectus, sicut est intentio communis in anima, a pluriũ agentium quolibet sic sunt obiecta potest produci.

Sexto arguitur sic. sensatio à plurium agentium quolibet indifferenter potest conseruari, ergo etiam à pluriũ agentium quolibet potest generari, consequentia tenet ex eo quòd nullus effectus potest ab aliquo conseruari in esse, nisi etiam ab eo poterat produci, antecedens probatur. nam si alicui proponeretur vnum ouum, & imperceptibiliter sibi amoueretur. & vnum aliud apponeretur omnino sibi simile, in loco eius conseruatur eadem sensatio in sensu. Similiter continue est idem lumẽ in medio, quamuis flamma candele à qua conseruatur illud lumen continue sit alia & alia, ergo videtur ꝙ idẽ effectus productus ab vno potest conseruari ab alio, & per consequens etiam poterat produci ab eo. Septimo arguitur sic. a distinctis agentibus in specie possunt produci effectus distincti solum numero. ergo etiã videtur quod ab agentibus distinctis solũ numero possit produci idem effectus in numero, assumptum patet nam ab aliquo igne potest produci aliquis ignis qui est eiusdem speciei cum igne producto à radijs solaribus reflexis super aliquo speculo concauo. Octauo arguitur sic agentia sunt causæ extrinsece, & cum effectus nõ dependeat à causis extrinsecis, nec per consequens capit ab eis aliquam distinctionem, & si sic. tunc a, plurium agentium quolibet idem effectus potest produci.

Nono arguitur sic. eiusdem effectus indifferenter possunt esse plures fines & non vnus. vnde bene potest aliquis ire ad forum non solum propter emere panem, verumetiã pp emere oua & huiusmodi. Decimo arguitur

tur sic, omnes causæ agentes præter primam sunt instrumentales, modo causæ agentes instrumentales non influunt aliquid in effectum, sicut patet de cultello inscindendo panem, & de securi in diuidendo ligna, modo à plurium agētium quolibet non influētium in effectum idem effectus potest produci. ergo &c.

In oppositum arguitur sic. secundum aliam & aliam influentiam in effectum fit alius & alius effectus. cum ergo à plurium agentium quolibet sit alia & alia influentia in numero, sequitur q, non à quolibet plurium agentium idem effectus numero possit generari, & hoc propter aliam & aliam influentiam numero.

In ista quæstione. Primo ponam aliquas distinctiones. Secundo conclusiones.

Quantum ad primum sit prima distinctio ista, q, causarum quædam dicuntur intrinsece, & quædam extrinsece, intrinsece sunt sicut materia & forma, extrinsece sunt efficiens & finis. Secunda distinctio. Agentium quædam influunt, & quędam non. Tertia distinctio. Agentium non influentium, quædam sunt mere instrumentalia, sicut est cultellus vel securis, & quędam dicuntur occasionalia, sicut agens consilians, agens applicans actiua passiuis, sicut est medicus vel aliquis ponens lignum ad ignem ad hoc vt comburatur. Quarta distinctio. Agentium influētium quoddam est quod nullo modo dicitur instrumentale, sed dicitur agens primū sicut prima causa. alia autem omnia agentia dicuntur quodammodo instrumentalia respectu primæ, quāuis non omnia dicantur, nec sint mere instrumentalia, sed influentia aliquid in eorum effectus.

Quantum ad secundum ponam primo conclusiones de causis intrinsecis. Secundo de causis extrinsecis. sicut sunt agentia. Tunc sit prima conclusio. ad variationem materiæ sequitur variatio effectus. Ex ista conclusione, sequitur q, non fuisti, nec potuisses fuisse genitus ex alio semine q̄ ex illo exquo tu fuisti genitus. & probatur sic. nam exquo materia est pars effectus, & cum effectus non sit aliud q̄ suę partes, sequitur q, si materia est alia q, effectus est alius, quare ad variationem materiæ sequitur variatio effectus. Secūdo. sequitur quòd non potes fuisse genitus ab alio patre, nec conceptus ab alia matre q̄ à tua, quia si ab alia fuisses conceptus vel genitus, tu non fuisses genitus ex illo semine quo modo es genitus, & per consequens non esses ille qui modo es.

Tertio sequitur q, non potuisses fuisse genitus in alio instanti q̄ in illo in quo generatus fuisti. patet, quia non fuisset eadē materia, cum continue partes materiæ fluāt & refluant propter continuam eius alterationem prouenientem à corporibus supercœlestibus quæ sunt in continuo motu. Secunda conclusio. non est possibile q, eadem forma generanda à plurium materierum potentia educatur. nam dato opposito conclusionis, sequitur q, possibile esset eandem formam informare vnam materiam Parisius & aliam Romę. Tertia conclusio. eadem forma generanda à plurium materierum potentia non potest educi. probatur. nam si sic. sit igitur a, forma generanda quę indifferenter a, b, c, materijs possit educi, & educatur primo a, b, materia, tunc ex quo a, forma ex b, materia est educta, & nulla facta fuit mutatio in c, materia. videtur q, adhuc ex c, materia a, forma possit educi, & cum iam forma a, sit educta de b, materia, sequitur q, postq̄ a, forma sit genita, possibile est adhuc eam generari, quod est inconueniens, postq̄. n. aliquid semel genitum est, amplius generari non potest, ista ratio tamen non est demonstratiua. Secundo arguitur sic. si a, forma potest indifferenter ex b, & c, materijs generari, tunc simus in illo instanti in quo potest generari ex b, materia, & potest generari ex c, materia, & per consequens pro eodem instanti aliqua forma potest generari Parisius & Romæ, quia Parisius ex b, materia, & Romæ ex c, materia. Tertio arguitur sic. sicut impossibile est q, eadem figura sit figura plurium cerarum &c. sicut figura vnius cere non potuisset fuisse figura alterius cere, ita impossibile est q, eadem forma sit forma plurium materierum, & similiter forma quæ est forma illius materiæ non posset fuisse forma alterius, qa sicut se habet figura ad ceram, ita materia ad formam.

Quantum ad secundum sit prima conclusio. à plurium agentium quolibet indifferenter non influentium in effectum idem effectus generandus potest generari. probatur sic. nam ab agentibus non influentibus effectus nō capitur de intrinseco, nec aliquid quod sit pars suæ substantiæ, & per consequens nec distinctiones. ergo à plurium talium quolibet potest produci. Secunda conclusio. à plurium agentium quolibet influētium aliquid in effectum non potest idem effectus producendus produci. probatur sic. nam à talibus effectus capit aliquid de intrinseco & parte suę substantiæ, & per consequens distinctionem, & per consequens à plurium talium quolibet nō potest idem effectus numero ꝓduci.

Ad rationes. Ad primā dico, q, si gallina est agens influens aliquid in pullum producendum, ex eodem ouo non fuisset genitus idem pullus numero, quamuis bene in specie sub alia gallina ab illa sub qua ponitur. si vero in generatione pulli gallina non est agens influēs, tunc esset concedendum q, idem pullus fuisset genitus ex eodem ouo posito sub alia gallina. Ad secundum dico, q, si aliquod lignum poneretur ad ignem generaretur ex eo ignis, & si fuisset positus in alium ignem nō fuisset ex eo genitus idem ignis numero, sed bene consimilis. Ad tertiam simili modo rñdetur. Ad quartam dico, q, non est contra prędicta propter hoc q, sor. & plato non sunt agentia influentia aliquid in cadauer quod generatur ex interfectione bouis. Ad quintam dico, q, non est eadem intentio communis cāta in intellectu meo à sor. obiecto quæ fuisset causata à Platone, sed est bene consimilis, & propter hoc ipsa est repræsentatiua vtriusq, quamuis non sit eadem causata ab vtroque. Ad sextum negatur, q, idem effectus numero possit conseruari à plurium agentium quolibet. Et qn̄ dicitur de mutatione imperceptibili, dico q, non maneret eadē sensatio, sed fieret alia etiam imperceptibiliter. Vlterius quando dicitur de flamma, dico q, continue est aliud & aliud lumen in medio, sicut continue est alia & alia flamma. Ad septimam dico, q, quamuis à pluribus agentibus distinctis specie possit idem effectus specie generari, negatur tamen q, à distinctis numero, secundum hoc influentibus potest idem effectus numero generari, sicut etiam quāuis plura accidentia distincta specie possint esse in eodem, sicut albedo & dulcedo in lacte, non tamen distincta solum numero. vnde communiter dicitur q, accidentia solum numero differentia non possunt esse simul in eodem. Ad octauam dico, q, quamuis agentia dicantur causę extrinsece, & q, non introducunt positionem effectus, tamen aliqua influūt aliquid de intrinseco in effectum. Ad nonam negatur consequentia, propter hoc q, fines non influunt aliquid in effectum. aliqua autem agentia influunt aliquid in effectum. Ad vltimam dico, q, quāuis omnes causæ præter primam dicantur instrumentales & hoc in comparatione ad primam, non tamen omnes sunt ita mere instrumentales quin aliqua earum influat aliquid in effectum. Et sic terminatur ista quæstio.

QVAESTIO. VIII.

QVæritur Vtrum dato aliquo generabili ipsum in plurium instantium quolibet indifferenter potest generari. v. g. posito q, a, sit vnum generabile & generetur in b, instanti. vtrum in alio instanti q̄ in b,

in b, a, potuisset generari. Et arguitur primo ꝙ quæstio sit vera. nam omne generabile contingenter generabitur, quod non esset vt videtur, nisi in plurium instātium quolibet indifferenter posset generari. Secundo. nam si quæstio esset falsa, tunc vel essent infinita instantia in quibus nihil posset generari, vel essent infinita generabilia quæ nunq̄ generarentur, sed vtrunq; istorum est falsum. probatur consequentia. nam capiatur aliquod instans, & sit a, vel pro illo est aliquid generabile vel nihil. si nihil, consimili modo arguam de infinitis alijs instantibus, si aliquid generatio illius potest impediri pro illo instanti. ergo si quæstio esset vera, tunc illud nunq̄ generabitur, & simili modo arguitur de instantibus alijs generabilibus. Tertio arguitur sic, à plurium instantium quolibet idem corruptibile potest corrumpi. ergo etiam videtur ꝙ in plurium instantium quolibet idem effectus posit generari videtur. n. simile esse de hoc quo ad generationem & corruptionem, maior patet, quia dato aliquo boue interficiendo indifferēter potest interfici hodie & cras. Quarto arguitur sic, ex eodem boue generatur idem cadauer. cum ergo in plurium instantium quolibet idem bos potest corrumpi, sequitur ꝙ in plurium instantium quolibet idem cadauer posit generari. vnde si aliquis bos hodie interficeretur non ex eo generaretur aliud cadauer quā si heri fuisset interfectus.

Quinto arguitur sic, nisi quæstio esset vera, sequitur ꝙ generatio non posset differri, & ita si tu non fuisses genitus in illo instanti in quo fuisti, nunq̄ postea fuisses genitus. consequentia tenet, postq̄ in plurium instantium quolibet idem generabile non potest generari. Sexto arguitur sic, nisi quæstio esset vera, sequitur ꝙ iam hæc esset posibilis, sor. generabitur, & si in instanti in quo est generabilis non generabitur, illo instanti elapso hæc erit imposibilis, sor. generabitur, & sic propositio posibilis erit imposibilis, nullam facta in re mutatione. Septimo arguitur sic. si quæstio esset falsa, tunc in tempore b, desinerent posse generari infiniti ignes. probatur. nam sit ꝙ in tempore a, b, in isto ligno non generetur ignis, & tamē omnino verum erat dicere ꝙ in illo ligno poterat generari ignis in tempore a, b. Et cum infinitæ sint partes proportionabiles a, & b, tēporis in quarum qualibet poterat generari aliquis ignis in isto ligno, & si ille ignis qui potuit generari in ipso in prima parte proportionabili temporis non potuit generari in ipso in secunda, nec illæ in secunda potuit generari in tertia, & sic vltra, sequitur ꝙ a, b, tempore elapso infiniti ignes secundum infinitas partes proportionabiles a, b, temporis desinunt vel desierunt posse generari in illo ligno.

In oppositum arguitur. nam si quæstio esset vera, sequitur ꝙ corruptum posset iterum generari, sed hoc est falsum. consequentia probatur. nam sit ita ꝙ a, generetur in b, & in c, instantibus, & generetur in b, & corrumpatur ante c, instans, tūc cum propter hoc non debeat tolli posibilitas generationis eius in c, instanti, vt videtur, videtur ꝙ adhuc in c, instanti posit generari, & etiam postquam semel corruptum est, iterum potest generari.

In ista quæstione Primo ponam duas conclusiones præambulas. Deinde ponam conclusionem responsalem ad quæsitum.

Quantum ad primum sit prima suppositio, quòd imposibile est tempus præteritum redire, immo secūdum aliquos implicat contradictionem. Et similiter dato aliquo tempore, imposibile est ipsum prius fuisse q̄ fuerit, & similiter dato aliquo tempore imposibile est ipsum prius fore q̄ erit. Secunda suppositio motus significat tempus. patet hoc ex eo ꝙ motus est acquisitio vel deperditio alicuius in tempore. Ex quo sequitur ꝙ motus in b, tempore significat b, tempus.

Tunc sit prima conclusio. dato aliquo motu facto in aliquo tempore imposibile est ipsum fuisse futurum in alio tempore. probatur. nam si a, motum fuit in b, tempore, tunc arguitur sic a, motum est c, mobile, moueri in b, tempore. patet hoc ex secunda suppositione, sed imposibile est c, mobile moueri in b, tempore prius fuisse, vel postea fore, ex quo imposibile est per primam suppositionem b, tempus prius fuisse vel fore. ergo imposibile est a, motum prius fuisse vel postea fore. Secundo arguitur sic, imposibile est motum cere qui modo est seu reuolutionem hodiernam prius fuisse. ergo consimili modo sic est de quolibet alio motu. cōsequentia tenet ex eo ꝙ motus istorum inferiorum dependet à motu cœli tanq̄ à causa principali, sed sic dictum est in alia quæstione, ad variationem causæ principalis sequitur variatio effectus. Ex ista conclusione. sequitur ꝙ si sor. mouetur nunc aliquo motu, ꝙ si expectasset fuisset motus alio motu. Secunda cōclusio. mutationum distinctarum numero, sunt distincti termini numero ad quos sunt illæ mutationes, qui quidem termini producuntur in esse per huiusmodi mutationes, patet hoc ex eo ꝙ distinctio mutationum & mobilis specifica attenditur penes distinctiones naturalem & specificam terminorum ad quos. Et notanter dico in conclusione, qui quidem termini producuntur in esse per tales mutationes ad innuendum non esse imposibile distinctas mutationes numero esse ad eundem terminum ad quem numero, cum talis terminus ad quem non producatur in esse per tales mutationes. v. g. sicut est de mutationibus localibus. distincti. n. motus locales possunt esse ad eundem terminum ad quem. patet hoc. nam pluries vadimus ad nostram dominam, vt ad terminum ad quem illorum motuum, qui quidem terminus ad quem non producitur in esse per huiusmodi mutationes &c.

Quantum ad secundum sit tertia conclusio responsalis. dato aliquo generabili imposibile est ipsum in plurium instantium quolibet generari, vel dato aliquo genito ipsum in plurium instantium quolibet est imposibile fuisse generatum. probatur. nam si sor. sit ꝓductus a, productione in b, tempore, tunc arguitur sic, imposibile est a, productionem fuisse in alio tempore vel instanti q̄ in b, per primam conclusionem, sed imposibile est fuisse sor. productum alia productione q̄ a, productione per secundam conclusionem. ergo imposibile est seu fuisset. sor. prius produci q̄ in b, tempore vel instāti. Secundo arguitur sic. Et suppono quòd influentia cœli quæ est in b, tempore, imposibile est eandem numero prius fuisse vel postea fore, quamuis forte bene consimilis. Tunc secundum præcedentem cōclusionem secundum mutationem agentis & influentiæ est mutatio effectus, ergo tempore elapso nunquā fuisset postea posibile sor. generari, nec ante genitum fuisse, quamuis bene consimilis sorti posset vel potuisset generari. Tertio arguitur sic. causæ concurrentes ad productionem sor. in b, tempore, nunq̄ eædem numero sic se habent, nec vnq̄ postea eædem numero se habebunt, sicut nūc se habent in b, tēpore. ergo secundum dicta in alia quæstione imposibile fuisset sor. ante b, tempus fuisse productum vel post b, tempus producendum. Ex istis sequitur generationem alicuius non posse differri. vnde si tu in illo instanti in quo fuisti genitus non fuisses genitus, nunquam postea in æternum fuisses genitus. Secundo sequitur ꝙ quodlibet generabile necessario generabitur nisi per liberum arbitrium impediatur, per quod quidem liberum arbitrium generatio non potest differri, sed bene potest auferri.

Ad rationes. Ad primam dico, quòd generabile non propter hoc dicitur contingenter generabile, quia in plurium instantiū quolibet posit generari, sed ideo, quia in illo instanti in quo potest generari posibile est quòd non generetur, & quòd omnino generatio pro illo

illo instanti per liberum arbitrium impediatur. Ad secundam concedo, q infinita sunt generabilia quæ forte nunq generabuntur, quia forte eorum generatio per liberum arbitrium impedietur &c. bene tn̄ concedo infinita esse instātia vel fuisse in quibus non potuit aliquid generari, in quibus forte influentia erat inepta ad generationem. vnde dicunt astrologi q aliquando est talis influentia, quòd pro tunc non potest generari homo, & aliqn̄ alia, propter quam non potest generari bos, & sic de alijs. Ad tertiam dico non esse simile de generatione & corruptione, vnde bene idem in plurium instantium quolibet potest corrumpi, non tamen generari, hoc ideo est, quia corrumpēs non influit in corruptum sed in generatum. vnde si aliquis bos hodie interficeretur esset aliud cadauer numero, quàm si heri fuisset corruptus, quāuis idem bos potuisset fuisse heri corruptus sicut modo. Ad quartam patet ex iam dictis. Ad quintam concedo illud quod per eam probatur. Ad sextam cōcedo quòd aliqua propositio est modo possibilis, & postea impossibilis nulla mutatione facta in re significata per illam propositionem, quia forte nulla res significatur per illam propositionem, facta tn̄ mutatione in alia re, & sic est in proposito, quia facta est mutatio motus cœli localis. Ad vltimam concedo illud quod ipsa probat. Et sic terminatur ista quæstio.

QVAESTIO. IX.

Quæritur Vtrum augmentatio sit generatio. Et arguitur primo q sic. nam augmentatio est alicuius corruptio. ergo etiam est alicuius generatio. consequentia tenet, quia corruptio vnius est generatio alterius. antecedens patet, quia augmentatio est corruptio alimenti. Secundo arguitur sic. diminutio est corruptio. ergo augmentatio est generatio. consequentia tenet, sed antecedens probatur, quia diminutio est cum deperditione alicuius quæ non fit nisi aliquo recedente, sicut dicit Aristo. ergo videtur q sit alicuius corruptio, puta illius quod recedit & deperditur. Tertio arguitur sic. augmentatio est motus ad substantiam. patet hoc. nam per augmentationem aliqua pars substātię ante acquiritur, sed omnis motus acquisitus, sicut est augmentatio qui est ad substātiam est generatio. ergo &c. Quarto arguitur sic. nam videmus q ligna ponuntur ad ignem & est augmentatio ignis. ligna corrumpuntur & ignis generatur. ergo augmentatio est generatio. Quinto arguitur sic. si non, hoc videretur esse ex eo quòd agmentatio esset motus ad quātitatem & non ad substantiam, sed hoc est falsum. nam rarefactio qui est motus distinctus ab augmentatione est motus ad quantitatem. ergo non augmentatio. consequentia tenet ex eo quòd motus distincti sunt ad distinctos terminos. Sexto arguitur sic. nam intensio alicuius qualitatis secundum gradus dicitur augmentatio illius qualitatis, & illa eadem est generatio graduum illius qualitatis. ergo augmentatio est generatio.

Tex.c.31 In oppositum est Arist. primo huius, & etiam tertio
Tex.c.6. & .5. Physi. vbi distinguit augmentationem contra ge-
Tex.c.7. nerationem, quod non faceret si augmentatio esset ge-
& 18. neratio.

In ista quæstione primo ponam distinctiones de hoc nomine augmentatio, & descriptionem de ly augmentatio hic intenta, & quasdam conditiones eius. Secundo ponam conclusiones de differentia augmentationis hic intente ad alias mutationes &c.

Quantum ad primum sciendum est, quòd hoc nomen augmentatio multipliciter accipitur. Accipitur. n. augmentatio pro intensione alicuius qualitatis, & diminutio pro remissione eiusdem. Et isto modo accipimus cum dicimus aliq caliditatem esse augmentatam & aliquam infirmitatem esse augmentatam. Secundo modo accipitur pro augmentatione quæ fit secundū quantitatem discretā. Et isto modo accipitur cum dicitur. 3. Physi. secundum diuisionem continui in infinitum augetur numerus in infinitum. Tex.c.68 Tertio modo accipitur pro augmentatione secundum quantitatem continuā, & hoc dupliciter. vno modo absq aliqua re noua adueniente, & sic vocatur rarefactio. alio modo pro aliqua re noua adueniente. Et hoc dupliciter. Vno modo pro aliqua re noua adueniente simili præexistenti, & isto modo dicimus quòd fluuius augetur fluuio adueniente. Alio modo accipitur pro acquisitione noua aduenięte dissimili rei præexistenti, & hoc dupliciter, vno modo per solā iuxtapositionem, & isto modo dicimus quòd lignis aduenientibus igni, ignis augetur, alio modo pro aliqua re adueniente per intusspositionem, & per conuersionem eius in substantiam corpoream cui aduenit per virtutem & actionem animæ mediante calore naturali. De omnibus his modis augmentationis non intēditur hic, sed de augmentatione vltimo modo dicta, quæ sic describitur. Augmento est conuersio dissimilis in substantiam illi cui aduenit per actionem animæ mediante calore naturali. Augeri autem est aliquid idem primo transmutari de minori ad maius q̄ ipsum prius erat.

Ex ista distinctione sequuntur quædam conditiones augmētationis. Prima est q augmēto fit aliquo extrinseco adueniēte. patet ex descriptione de ly augeri. nā augeri est transmutari de minori ad maius, vel hoc est p solam rarefactionem, vel per aduētum alicuius ab extrinseco, non potest dici primum. nam tunc multa post augmentationem essent rariora q̄ ante, sed hoc est falsum. vnde videmus quòd corpus viri est magis densum q̄ corpus pueri. Secunda conditio est, quòd illud quod augetur maneat idē ante & post. patet per diffinitionem augeri. nam augeri dicitur cum aliquid primo est minus & postea fit maius. modo cum ly ipsum sit relatiuū identitatis, sequitur quòd si non maneat idem ante, & post, quod falsum esset dicere quòd ipsum esset minus & posta maius. Ex hoc sequitur quòd cibus adueniens non augetur, sed illud cui aduenit. Ex quo patet solutio illius quæstionis, quā aliqui formāt circa istum librum. videlicet. quid sit illud quod augetur. vnde statim diceretur quòd corpus cui aduenit cibus est manens idem, & post & ante. Tertia conditio est, quòd quælibet pars aucti est aucta. patet ex descriptione de ly augeri. nam ibi ponebatur primo modo ex quo illud dicitur primo motū, cuius quælibet pars est mota. illud etiam dicitur primo augeri, cuius quælibet pars augeť. Ad huc sunt aliæ tres conditiones augmentationis. s. quæ sunt negatiue. Quarum prima est q in augmentatione non oportet dare vacuum in corpore quod augetur. Secunda conditio negatiua est, quòd nec oportet ibi fieri penetrationem dimēsionum. Tertia conditio negatiua est, quòd oportet illud adueniens non sit incorruptum. Ex istis conditionibus augmentationis inferuntur aliæ. Quarum prima est ista quòd adueniens. s. cibus in principio sit dissimile illi cui aduenit. patet, q̄a si in principio esset simile fieret solum continuatio aduenientis cum illo cui aduenit, sed hoc non. nam tunc non quælibet pars aucti augetur. Secunda conditio est, q in fine sit simile. patet, quia aliter ex ipso & præexistente non fieret vnum. Tertia conditio est, quòd ibi sit alteratio, & etiam generatio aliqualis. nam exquo adueniens in principio, est dissimile illi cui aduenit, & in fine sit simile, & per consequens non est sine aliqua alteratione & generatione, sequitur quod dictum est. Quarta conditio est, quòd ibi sit nutritio. nam aliter non per singulas partes illud adueniens distribueretur in corpore auguendo. Quinta conditio, q oportet de illo quod augetur quòd sit animatum. patet, quia solum animatum

tum nutritur nutritione proprie dicta, qualis requiritur ad augmentationem proprie dictam, de qua est pręsens sermo. Sexta conditio est, quòd oportet in augmentatione plus acquiratur q̃ fuerit deperditum. nam aliter corpus cui adueniret cibus non fieret maius, & sic non esset augmẽtatio. Septima &c. requiritur ad augmentationem ꝙ ibi sit motus localis ipsius cibi aduenientis quòd deportetur per singula membra corporis quod augetur. Octaua conditio, ꝙ requiritur ꝙ illud quod augetur postquam auctum est occupet maiorem locum q̃ prius, propter hoc ꝙ factum est maius.

Quantum ad secundum sciẽdum est, ꝙ sicut aliquid dicimus moueri per accidens dupliciter. vno modo ratione accidentis. alio modo ratione partis, ita dicimus aliquid generari secundum quid dupliciter. vno modo dicimus accidens generari secundum quid, alio modo dicimus generationẽ alicuius partis inexistentis toti esse generationem secundum quid. Iuxta hoc dico quòd quandocunq; est corruptio simpliciter est generatio secundum quid. v. g. sicut contingit in nutritione, ibi. n. est corruptio cibi simpliciter & generatio nutrimenti secundum quid, quia generatio alicuius. s. ipsius carnis.

Secundo, dico ꝙ aliq̃n bene econuerso corruptio secundum quid est generatio simpliciter, vt cum in resolutione ex aliqua parte hominis quæ corrumpitur generatur aliquod paruum animal, sicut pediculus. ibi. n. est generatio simpliciter ipsius animalis & corruptio secundum quid ipsius hominis vel ipsius corporis corruptio. exquo fit talis resolutio. Tertio dico, ꝙ aliquando generatio secundum quid est corruptio secundum quid. verbi gra. vt quando ex parte ipsius cibi, fit pars ipsius carnis.

Tunc sit prima conclusio. in augmentatione bene est corruptio secundum quid. patet, quia ibi est generatio partis ipsius aucti. Secunda conclusio. in augmentatione bene est corruptio simpliciter. patet, quia ibi est corruptio cibi, cuius corruptio dicitur corruptio simpliciter, exquo cibus est vnum ens seorsum existens. Tertia conclusio. augmentatio non est generatio simpliciter. patet, quia in augmẽtatio manet idem subiectũ in actu ante & post sicut prius dicebatur, sicut autem non est in generatione simpliciter dicta, exquo generatio simpliciter dicta est trãsmutatio huius totius in hoc toto nullo sensibili remanente &c. Quarta conclusio. augmentatio non est mixtio. patet, quia in mixtione vtraq; mixtibilia corrumpuntur, vel vnum mixtũ conuertitur in naturam alterius, sed ambo mutantur in materiam tertij. s. mixti. in augmentatione autem cibus adueniens mutatur in naturã præexistentis. Quinta conclusio. augmẽtatio differt ab alteratione. patet, quia per augmentationem acquiritur noua extensio, per alterationem autem non semper, nisi aliquando consecutiue. Sexta conclusio. augmentatio etiam differt à motu locali. patet, qa in motu locali, nullo modo oportet esse generationem vel corruptionem alicuius simpliciter, aliqualem tñ oportet esse in augmẽtatione. Septima conclusio. augmentatio etiam differt à rarefactione. patet, quia rarefactio potest fieri nullo extrinseco adueniente, augmentatio vero non. Octaua conclusio. augmentatio etiam differt à nutritione. patet. nam in aliquibus, sicut in senibus est nutritio, & tamen non est augmentatio. Nona conclusio est, ꝙ tñ omnes huiusmodi mutationes requiruntur ad augmentationem. vnde ibi requiritur generatio aliqualis. similiter motus localis quo cibus deportatur per singula membra, similiter requiritur ibi mixtio & nutritio. Vltima conclusio est augmentatio est motus ad quantitatem. patet, ex eo quòd per augmentationem fit ꝙ permutatur responsio de aucto per nomina de prædicamento quantitatis.

Ad rationes. Ad primam dico, ꝙ illa bene probat ꝙ ibi est generatio secundum quid prout de aliquo verificatur generari secũdum quid ratione suę partis. Consimili modo respondetur ad secundam. Ad tertiam quando dicitur augmentatio est motus ad substantiam verum est, sed non ad substantiam per se subsistentem, & propter hoc non dicitur generatio simpliciter, sed bene generatio aliqualis. Ad quartam dico, quòd augmentatio ignis ex appositione lignorum non dicitur augmentatio proprie dicta, exquo augmentatio proprie dicta non conuenit nisi animatis, sicut dictum est. Et sic de tali augmentatione ignis non est ad propositũ. Ad quintam dico, quòd rarefactio bene est motus ad quantitatem, sed tamen est nullo extrinseco adueniente. Ad sextam dico, quòd intentio qualitatis secundum genus non dicitur augmentatio proprie dicta, de qua est sermo in proposito. Et sic de tali augmentatione qualitatis non est ad propositum.

QVAESTIO. X.

QVæritur Vtrum in augmẽtatione illud quod augetur maneat idem ante & post. Et argitur primo quòd non. nam sit sor. qui sit auctus, tũc post augmẽtationem est alia multitudo partium ipsius sor. q̃ ante erat, exquo aliquæ partes non pręexistentes de nouo adueniunt. ergo est aliud totum. consequentia tenet. ex eo quòd totum non est aliud q̃ multitudo omnium suarum partium, & econuerso. sicut dictum est. 1. Phy sic. si ergo post augmentationem est aliud totum q̃ erat ante, sequitur in augmentatione non manere idem totum ante & post. Secundo arguitur sic. sit a, præexistens & b, adueniens per augmentationem, tunc clarum est quòd a, & b, est aliud ab a, sed totum quod est post augmẽtationem est a, & b, & quod erat ante erat a, solum. ergo post augmentationem est aliud totum à toto, quod præexistebat, licet illud quod præexistebat factum fuit pars totius quod est compositum ex præexistente & adueniente. Tertio arguitur sic, nec partes materiales manent eædem ante & post nec formales. ergo non manet idem totum ante augmentationem & post. consequẽtia tenet ex eo quòd ad variationem tam partium materialium q̃ formalium sequitur variatio effectus. antecedẽs patet de partibus materialibus. nam secundum Arist. illæ fluunt & refluunt, & non manent eædem. aliquæ. n. recedunt per resolutionem earum factam in fumos vel in aliquid huiusmodi mediate calore naturali, aliquæ etiam de nouo adueniunt per assimilationem cibi aduenientis, quod in principio est dissimile, & postea in virtutis animæ mediate calore naturali factum est simile, tunc vltra, si partes materiales non manet eædem, & cum forma non possit migrare de subiecto in subiectum, sequitur etiam partes formales non manere easdem ante & post augmentationem. Quarto arguitur sic. si quæstio esset vera: consimili ratione deberet manere idem ignis ante & post in augmentatione ipsius ignis, sed hoc est falsum, & falsitas patet ex eo quòd in generatione ipsius ignis est generatio & corruptio simpliciter, & per consequens non manet idem ante & post. est. n. ibi corruptio simpliciter combustibilium & generatio simpliciter ipsius ignis. consequentia patet, qa non videtur aliter debere esse de augmentatione ignis q̃ de augmentatione aliorum. Quinto arguitur sic, si quæstio esset vera, sequitur quòd aliquid posset manere idem propter hoc solum quòd aliquid eius maneret, sed hoc est falsum. consequẽtia tenet, nam si in augmentatione dicimus idem esse prius quòd ante, hoc non est ex alio, nisi quia aliquid præexistentis adhuc est quod ante erat, sed falsitas consequentis probatur. nam si sic, sequeretur quòd aliquod totum diceretur idem alteri, & tamen nulla pars vnius esset vel fuisset pars alterius, Cõm. 17

sed hoc

sed hoc est falsum, & consequentia tenet. nam sit aliqua nauis, cuius in vno anno vnum latus de nouo reparetur, & in secundo anno fundus de nouo reparetur, & in tertio anno secundum latus de nouo reparetur, tūc sic. Ista prima reparatione facta adhuc dicitur eadem nauis, quæ ante erat. consimili ratione facta secunda adhuc dicitur eadem nauis. similiter facta tertia adhuc dicitur eadē, sed tertia reparatione facta nihil est in illa naui quod erat ante aliquam illarum reparationum, & tamen dicitur eadem nauis quæ erat ante aliquam illarum reparationum. ergo sequitur probandum ꝙ illa nauis post illas tres reparationes dicitur eadem nauis quæ erat ante aliquam illarum reparationum. si quæstio esset vera. patet hoc. nam vocetur illa nauis ante reparationem a, & prima reparatione facta vocetur b, & secunda facta vocetur c, & tertia facta vocetur d, tunc arguitur sic d, dicitur eadem c, & c, dicitur eadem b, & b, dicitur eadē a, ergo à primo ad vltimum d, dicitur esse eadem a.

Similiter ad idem sequitur ꝙ sequana simili modo deberet dici idem qui erat iam sunt cētum anni, sed hoc est falsum, & consequentia posset deduci, sicut de priori argumento, sed falsitas apparet, quia illæ sequana qui erat ante centum annos erat aqua quę diu est corrupta, & sequana qui nūc est, est aq̄ quæ postea est genita &c.

In oppositum est Arist. Et probatur rationibus. nam nisi quæstio esset vera, sequitur ꝙ augmentatio non esset motus, cuius oppositum dictum est. 3. Physi. & primo huius. probatur consequētia. nam ad hoc ꝙ aliqua transmutatio dicatur motus, requiritur ꝙ subiectum talis transmutationis sit ens in actu per formam substantialem quæ est eius pars manens idem sub vtroq; termino transmutationis, sicut patet per Aristo. hic in primo. nam per hoc differunt generatio, & corruptio ab alijs transmutationibus, quia earum subiectum non est tale, sed est ens in pura potentia, cum ergo illud quod augetur sit subiectum augmentationis, si non maneret idem, sequitur quod dictum est. Tertio arguitur sic. sequitur ꝙ hic terminus sor. non esset terminus discretus sed cōmunis, patet hoc. nam sine noua impositione & vnica eius impositione significaret plura q̄ successiue. significaret. n. sor. ante augmentationem, & significaret post augmentationem vnum annum postq; non maneret idem post qui fuit ante, & iterum sequitur ꝙ nullum nostrum esset natus de muliere. probatur consequentia. ex quo non essemus idem modo qui eramus ante nostras augmentationes. Quarto arguitur sic. similiter sequitur ꝙ non fuisset idem Christus suspensus pro nobis in cruce, & qui erat natus de pura Virgine. consequentia tenet, sicut aliæ consequentiæ.

Tex.c.6. Tex.c.23 Tex.c.33 Tex.c.4.

In ista quæstione primo tangam vnum modum, per quem potest saluari veritas quæstionis, & secundum quem possunt solui aliqua argumenta tangentia istam materiam. Secundo ponam vnum alium modum dicendi ad quæstionem.

Quantum ad primum possumus imaginari ꝙ, sicut supernaturaliter vna res numero est plures res numero .s. pater filius & Spiritussanctus. Ita naturaliter vna res numero potest esse successiue plures res numero, quāuis non simul. Et secundum hoc posito ꝙ sor. sit auctus & præexistens sit a, & adueniens sit b, dico ꝙ est idem sor. post sicut erat ante, quāuis sor. ante erat solum a, & modo idem sor. est a, & b, & recte, sicut sanctus Petrus in terra erat anima & corpus, & idem Petrus modo est anima solum aliter. n. falsæ diceremus sanctus Petrus est in cœlo. Sed si diceretur, sit totum corpus sor. præter digitum a, & residuum sit b, & cras digitus sor. sit abscisus, tunc arguitur sic, sor. erit cras sor. est a, & b, ergo a, & b, erunt cras, quod tn̄ est falsum, ex quo b, est abscisum & forte corruptum. Rn̄detur secundum prædictum modum, ꝙ in casu posito a, & b, erunt cras, sed tamen a, & b, non erunt cras a, & b, sed erunt a, solū.

Secundo posset argui. ponatur. n. ꝙ modo sor. sit auctus, & ꝙ præexistens fuit heri a, & de nouo adueniens sit b, tunc arguitur sic, sor. fuit heri, sor. est a, & b, ergo a, & b, fuerunt heri. Concedo conclusionem, sed tamen a, & b, non fuerunt heri a, & b, fuerunt heri a solum. Sed d, tu si a, & b, fuerunt heri a, sequitur ꝙ si hæc propositio heri fuisset formata fuisset vera a, & b, sunt a, sed hoc est falsum, propter hoc ꝙ heri b, nō erat.

Respondetur negando consequentiam. nam non sequitur, album fuit heri nigrū. ergo hęc fuit heri vera album est nigrū, immo antecedens est verum, & consequens falsum. Adhuc arguitur posito sicut ponebatur ꝙ b, digitus sit cras abscisus & residuum. s. a, remaneat, tunc arguitur sic a, nunc non est sor. sed a, cras erit sor. ergo a, cras incipit esse sor. Concedo conclusionē. Et si vlterius arguatur a, cras incipit esse sor. sed a, est aliquid. ergo cras aliquid incipiet esse sor. conceditur conclusio. Et si vlterius arguatur. ergo aliq̄d incipit esse. neganda est consequentia. vnde sicut aliquid potest incipere esse album absq; hoc ꝙ aliquid mundi incipiat esse, ita dico ꝙ aliquid bene incipit esse sor. absq; hoc quòd aliquid incipiat esse. vnde posito quòd esset vnū scutum cuius vna medietas esset alba, & alia nigra, & medietas nigra condensaretur absq; hoc quòd medietas alba condensetur, tūc illud scutum incipiet esse albū, absq; hoc quòd albedo vel aliquid aliud incipiat esse, quòd aūt illud scutum incipiat esse albū, patet secundum communem modū loquendi vocando illud albū, cuius maior pars per se & quælibet est alba, & secundū istum modū loquēdi deberet dici quòd hoc nomen sor. non esset mere absolutū, nec mere connotatiuū, sicut est hoc nomen album, sed medio modo se habens inter nomina mere absoluta & nomina mere cōnotatiua. Adhuc diceres, si verū est dicere quòd a, modo non est sor. & quòd a, cras erit sor. sequitur quòd a, cras corrūpetur propter hoc quòd mutat nomen & diffinitionem. modo. n. non est sor. & cras erit sor. ecce mutationem nominis. Simili modo non est animal rationale, & cras erit animal rationale ad mutationem diffinitionis. Respondetur concedendo bene si mutatur nomen specificum substantiale, modo sic non est in proposito.

Quantum ad secundum sciendum est quòd quæstio intelligitur de identitate numerali. videlicet, an maneat idem numero, & non de identitate specifica, & tota difficultas stat in equiuocatione idētitatis numeralis. Vnde sciendum est quòd aliquid dicitur manere idem numero tripliciter. Vno modo cuius omnes partes eius manent, nec aliquam partem de nouo acquirunt, & illud dicitur manere idem numero totaliter. Et sic dicimus quòd cœlum est idem numero quod ipsum erat citra cētum annos. Secundo modo aliquid dicitur manere idem numero, cuius principalior pars manet eadē, & hoc est manere idē partialiter. Et isto modo dicimus sor. esse eundem numero qui est magnus qui erat cum fuit paruus, propter hoc quòd principalior pars eius, puta anima intellectiua manet eadem. Tertio modo aliquid dicitur manere idem numero, propter continuam successionem partiū similium sibiinuicem succedentium, propter quam continuitatem successionis manet consimilis figura & dispositio, & sic dicimus sequanam esse eundem numero modo, qui erat ante. 100. annos. nam continue propter continuam successionem partium similium manet cōsimilis figura & dispositio.

Et sciendum est quòd omnes isti tres modi identitatis numeralis sufficiunt ad hoc quòd aliquis terminus dicatur discretus.

Tunc sit prima conclusio. In augmentatione proprie dicta, de qua est præsens sermo, non manet idem numero primo modo ante & post. patet hoc ex eo quòd augmentatio

gmentatio fit aliquo adueniente. Secunda conclusio, in augmentatione hominis bene manet idem numero secundo modo. patet hoc, quia principalior pars manet .s. anima, propter cuius mansionem bene possumus dicere hominem manere eundem. Et illum modũ loquendi seruamus cum dicimus, idem Petrus est in cœlo qui erat in terra, & hoc secundum partem principaliorem, puta animam, sed forte sic non est de alijs animatis. nam in equo magis principalior & maior pars non fuit cum esset paruus, immo forte nihil quod est in equo magno prius erat in equo paruo. Sed in augmentatione huius & consimilium posset dici idem manere numero tertio modo, ita ꝙ propter continuam successionem partium similiũ conseruatur similis figura & dispositio, ita sicut argutum est in alia quæstione, propter hoc dicimus equum magnum esse eundem numero qui erat cum fuit paruus, & hoc loquẽdo de identitate tertio modo. Ad rationes. patet ex iam dictis.

QVAESTIO XI.

Quæritur Vtrum eius quod augetur quælibet pars augeatur. Et arguitur primo ꝙ non. nam alicuius quod augetur aliqua pars diminuitur. non ergo quælibet pars augetur. consequentia tenet. antecedens probatur, per hoc ꝙ aliquãdo visum est quòd cum augebatur digitus vel brachium propter aliquam infirmitatem diminuebaẽ. Secundo arguitur sic, non cuiuslibet quod nutritur quælibet pars nutritur. ergo non cuiuslibet quod augetur quælibet pars augeẽ. consequentia tenet ex eo ꝙ augmentatio presupponit nutritionem. antecedẽs patet. nam nutritio fit propter restaurationem deperditi, sed nõ quælibet pars illius quod nutritur aliquid deperdit, aliter. n. nihil remaneret quod ante erat. Tertio arguitur sic, augmentatio fit aliquo extrinseco adueniente, modo si quælibet pars illius quod augetur augeatur, oportet ꝙ cuilibet eius parti aliquid adueniat, & tunc cum non cuilibet eius parti possit aliquid de nouo aduenire, nisi vna separaretur ab alia per aduenìens subingrediens, & cum sint infinitæ partes, illud quod augetur, oportet ꝙ in augmentatione in infinitas partes diuidatur, & idem oporteret de cibo aduenïẽte, aliter. n. non posset distribui pro infinitis partibus illius quod augetur. si autem diceretur quãlibet partem illius quod augetur augeri absq; huiusmodi diuisione, tunc oporteret ponere penetrationem corporum, propter hoc ꝙ vnum corpus non potest recipi in alio nisi per diuisionem, nisi tunc concedatur penetratio corporum, quod est contra Arist. 4. Phy. Quarto arguitur sic, pro qua ratione supponitur ꝙ sit dare minimã carnem, tunc sic. si quęlibet pars illius quod augetur augeatur, sequitur ꝙ quælibet minima caro illius quod augetur augeatur, vel ergo per carnem minorem vel tantam vel maiorem. si dicitur per minorem, hoc non videtur verum, quia non datùr caro minor, si dicitur quòd per tantam vel maiorem, sequitur ꝙ omne quod augetur sit duplum ad se vel maius, ex quo cuilibet carni minime additur tantum quantum ipsa est vel maius.

Tex. c. 8. & 45.

In oppositum est Aristo. in hoc primo.

Tex c. 32

In ista quęstione Primo ponam suppositiones pro videndo modum augmẽtationis. Secundo conclusiones. Tertio dubia & eorum solutiones.

Quantum ad primum sit prima suppositio, ꝙ nullũ corpus potest subintrare nisi per diuisionem vel receptionem eius in poros corporis in quos fit subingressio aliter. n. non posset euitari quin esset penetratio corporũ & plura corpora essent in eodem loco adequate, quod est contra Aristo. 4. Phy. Similiter si posset fieri talis subingressio corporum sine poris & sine diuisione, tunc viuens nõ indigeret talibus poris, quod est falsum. nam videmus quòd per omnia membra viuentis reperiuntur huiusmodi pori & foramina, quę natura non dedisset viuenti nisi ipsis indigeret. consequentia tenet ex eo: nam tunc nutrimentum posset subingredi sine poris in corpus. Similiter si vnũ corpus posset subintrare aliud sine poris vel sine diuisione, tunc etiam econuerso posset exire sine diuisione & poris, quod non est naturaliter bene imaginabile posse fieri. Secunda suppositio, corpus porosum habet aliquas partes non porosas. patet, quia aliter totum illud corpus esset vnus porus. Et ex alio. nã omnis poris clauditur aliquo, & illud quod clauditur est continuum & corporeum. aliter. n. non faceret porum. Et ex alio etiam, quia vel aliqui pori carnis vel ossis sunt immediati, sic quòd inter illos poros non est alius porus, aut nulli sunt ita immediati, si dicitur primum vel ergo inter illos poros mediat porus vel sola superficies, si dicitur ꝙ sit corpus, tunc cum in eo non sit porus. aliter. n. illi pori non essent immediati per priuationem pori medij, quod est contra hypothesim, & per consequens illud corpus non est porosum. Non potest dici ꝙ sola superficies. nam sicut alibi visum est non sunt ponenda talia indiuisibilia secundum aliquam vel aliquas dimensiones, sicut sunt superficies, linea &c. si autem dicitur ꝙ inter quoslibet duos poros corporis vel ossis sunt alij pori medij, & cum quilibet porus non sit in infinitum modice quantitatis, oportet quodlibet corpus porosum esse in infinitũ magnum, quia in quolibet corpore poroso essent infiniti pori, quorum quilibet non est in infinitum modice quantitatis.

Quantum ad secundum sit prima cõclusio. non vbicunq; in corpore quod augetur est aliquid de cibo subueniente, patet hoc, quia in illa parte quę est inter poros & est non porosa, nihil recipitur de cibo subueniente, patet. nam nihil reciperetur in illa parte non porosa per diuisionem illius partis non porose vel in poris eius, sed nullum illorum potest dici. ergo &c. maior nota per primam suppositionem, minor patet. non per diuisionem. nam si sic. sequitur augmentationem non posse fieri nisi per diuisionem partium corporis augendi, quod est falsum, nec potest dici secundum, quia illa pars posita est non porosa. Secunda conclusio. augmentatio fit per iuxtapositionem partibus præexistentibus, & per receptionem ipsius in poris. probatur, quia in augmentatione fit diuisio & distributio ipsius nutrimenti, cum ipsa non fuerit in infinitum ipsa fit in partes finitas in numero, & quia non possunt illę partes subintrare corpus nisi per poros, vt dictum est, sequitur ꝙ recipitur in poris & iuxtaponitur corporibus terminantibus poros, quæ quidem corpora ponuntur non porosa, & dicuntur partes præexistentes. Tertia conclusio. non solum augmentatio proprie dicta fit per talem iuxtapositionem, sed etiam per alterationem & per conuersionem illius recepti in substantiam similem præexistẽti, & per actionem illius caloris naturalis in illud adueniens in virtute ipsius animæ. Ista opinio ponit quòd fiat per iuxtapositionem, & cum hoc requiratur alteratio & aliqualis generatio. Postq;. n. illud sic receptum in poris sufficienter est alteratum forma eius substantialis corrumpitur, & de materia eius manente forma substantialis educitur, quæ est similis formæ substantiali præexistenti, & ratione talis similitudinis formarum in specie materia quæ fuit alimenti continuatur materiæ ipsius præexistentis, & fit vnum continuum ex præexistente, & illo quod de nouo generatur, & illud tunc iterum per actionem caloris extenditur, & fit porosum, in quibus poris iterum potest recipi alimẽtum, & quãdiu talia sic possunt extendi, sic quòd non impediat nimia durities propter terrestreitatem ibi relictã, & resolutionem subtiliorum potest fieri augmentatio, sicut in viuente. quando autem membra fiunt multum dura propter resolutionem subtilis

c.

subtilis & terrestris relictam quòd non possunt sic extendi, non amplius fit augmentatio, quamuis bene nutritio.

Quantum ad tertium dubitatur. nam si in corpore quod augetur ponerentur tales pori, vel illi essent pleni vel vacui, non vacui, quia hoc esset contra Arist. quarto Physico. si pleni adhuc videtur fieri penetratio corporum in augmentatione. Secundo. nam videtur quòd omnes partes ipsius corporis quod augetur sint eiusdem rationis, quare videtur quòd non magis aliquæ sint porosæ quàm aliæ. Tertio. nam si ponerentur aliquæ partes non porose, sequitur quòd illæ non augentur, ex eo quòd in ipsis non posset fieri receptio ipsius alimenti. Quarto. nam ex receptione ipsius alimenti in poris non videtur sequi augmentatio, sed bene condensatio &c.

Ad ista respondetur ad primum dico, quòd tales pori non sunt pleni corporibus grosis, sed subtilibus quæ de facili cedunt, sicut est aer vel spiritus, & ex hoc quòd huiusmodi corpora faciliter cedunt, non oportet sic fieri penetrationem, sed cum huiusmodi pori sunt repleti alimento, aliud in eis non recipitur nisi alimento corrupto, & iterum fit per calorem rarefactio, & fiunt noui pori, in quibus iterum potest fieri tunc similis receptio. Ad secundum, quando dicitur omnes partes &c. negatur quòd omnes partes sunt eiusdem rationis. vna enim est densa, & alia porosa. vnde statim pari ratione. si omnes essent eiusdem rationis, tunc qua ratione exhalaret vna pars & alia. Ad tertiam respondetur, quòd aliquid dicitur augmentari dupliciter. vno modo secundum quòd intra se recipit aliquid, & sic solum partes porose augerentur, alio modo minus proprie illo modo quòd aliquid est ei adiunctum quòd factum est vnum cum ipso per continuationem, & illo modo partes non porose bene augerentur. cuiuslibet ergo quod augetur nisi sit impedimentum & inaturalis dispositio alicuius eius partis, quælibet pars augetur, vel per alicuius suppositionem, vel per alicuius iuxtapositionem cum toto, cuius est pars propter partem illam quæ est in medio partis non porose, quia quamuis ibi non sit aliquid iuxtapositum immediate, tamen toti cuius est pars aliquid est iuxtapositum. Et ex hoc patet responsio ad quæsitum. Ad quartam dico, quòd bene verum esset nisi postea extenderentur & fierent noui pori eo modo quo dictum est. Ad rationes principales, patet quid sit dicendum per superius dicta.

QVAESTIO. XII.

Quæritur Vtrum augmentatio fiat secundum partes formales, & non materiales. Et arguitur primo quòd non. nam exquo forma non potest esse sine materia, nec potest protendi, vltra materiam in qua est, sequitur si forma augetur quòd oportet etiam materiam augeri, & per consequens si augmentatio, fit secundum partes formales. videtur fieri secundum partes materiales. Secundo arguitur sic. non solum forma augetur, sed totum compositum, sed hoc non esset nisi ita bene augeretur secundum materiam sicut secundum formam. Tertio arguitur sic, ex quo augmentatio, præsupponit nutritionem solum hoc augetur quod nutritur, secundum partes materiales nutritur, & non formales. ergo &c. antecedens probatur. nam nutritio est deperditi restauratio. cum ergo secundum partes materiales fiat deperditio, exquo partes materiales fluunt & refluunt, & non secundum partes formales, exquo illæ remanent videtur nutritionem solum fieri secundum partes materiales, & non formales.

In oppositum est Aristote. d. augmentationem fieri secundum speciem. Et exponitur, idest secundum partes formales & non secundum partes secundum materiam hoc est secundum partes materiales. Tex. c. 3

In ista quæstione ponam opiniones quid Aristote. intelligat per partes secundum speciem, & per partes secundum materiam, quæ omnes opiniones iudicio meo possent sustineri. Vnde aliqui dicunt quòd per partes secundum speciem debent intelligi partes etherogeneæ, & partes secundum materiam partes homogeneæ. Vnde sciendum quòd partes etherogeneæ dicuntur, quarum partes non suscipiunt prædicationem totius. verbi gratia. sicut sunt manus, digitus, caput, oculus &c. non enim quælibet pars manus est manus. similiter est de digito. Partes vero homogeneæ dicuntur illæ, quarum partes suscipiunt prædicationem totius, sicut est caro, os, aqua &c. quælibet pars carnis est caro. similiter quælibet pars ossis est os. Modo isti dicunt vlterius quòd augmentatio fit secundum partes formales seu etherogeneas, & non secundum partes materiales seu homogeneas. Non intelligendo, quòd nullæ partes etherogeneæ augeantur. nam tunc nullæ partes etherogeneæ augentur. dicit enim Aristote. partes etherogeneas augeri, quia partes homogeneæ augentur. Sed ad istum intellectum augmentatio dicitur esse secundum partes formales seu etherogeneas, & non secundum partes materiales seu homogeneas, quia eius quod augetur quælibet pars formalis seu etherogenea augetur, sed non quælibet pars materialis seu homogenea, propter hoc quòd aliqua talis de nouo aduenit vel recedit per resolutionem. vnde cum homo augetur nisi sit propter indispositionem alicuius eius partis, etherogeneæ quælibet eius pars etherogenea augetur, scilicet tam oculus quàm caput, tam manus quàm digitus, tam pes quàm brachium, tam tibia quàm genitalia, & sic de alijs, sed cum hoc stat quòd aliquæ partes materiales recedunt, nec de nouo adueniunt, quamuis aliquæ partes materiales augeantur. aliter enim nunquam formales augerentur. nunquam enim manus vel digitus augetur nisi caro, & os augeatur. Et tunc credo quòd ista opinio valde faciliter posset sustineri, quamuis aliqui nolentes ipsam intelligere improbent per hoc quòd Aristote. dicit partes etherogeneas non augeari nisi partes homogeneæ augeantur. Breuiter illud non est contra prædictam opinionem, quia ista opinio non vult quòd augmentatio nullo modo fiat secundum partes materiales seu homogeneas, sed vult quòd in augmentatione non quælibet pars homogenea augeatur, sed quælibet pars etherogenea propter hoc quòd partes homogeneæ aliquæ recedunt, & aliquæ adueniunt. modo illud quod aduenit vel recedit non augetur, sed quia partes etherogeneæ, nec adueniunt, nec recedunt secundum materiam. ideo augmentatio attribuitur ei quod augetur secundum partes formales, hoc est etherogeneas, & non secundum partes materiales seu homogeneas. Alia est opinio, quòd per partes formales intelliguntur partes quæ seorsum existentes essent sensibiles, & per partes materiales intelligantur, partes quæ quamuis inexistentes toti sentiuntur, cum alijs tamen si essent seorsum posite non sentirentur. modo dicit ista opinio quòd in augmentatione quælibet pars quæ seorsum posita esset sensibiles augetur. nulla enim talis secundum se totam aduenit simul de nouo vel recedit, & sic talibus partibus debetur augmentatio, ex quo quælibet talis cum aliqua adueniente fit maior, sed in augmentatione non quælibet pars quæ si esset seorsum esset insensibilis augetur, pro- Tex. c. 55

pter hoc quòd aliqua talis secundum se totam de nouo aduenit vel recedit. modo illud quod recedit vel aduenit non augetur, non tamen vult dicere ista opinio quòd nulla pars insensibilis augeatur, sed bene vult dicere quòd non quælibet augetur, cum hoc tamen stat quòd multæ aliæ insensibiles augeantur. partes enim sensibiles non augerentur nisi partes insensibiles augerentur. ista opinio bene est vicina primæ. Tertia opinio est, quòd per partes formales intelligit partes porosas, & tunc vlterius dicit ista opinio quòd augmentatio proprie fit secundum partes formales hoc est porosas: nam augmentatio proprie fit per intus positionem. modo solum partes porose possunt aliquid intra se recipere, sed augmentatio non fit secundum partes materiales hoc est non porosas, quia illæ non possunt aliquid intra se recipere, sed tamen secundum illas improprie bene fit augmentatio. s. per iuxtapositionem, sicut heri dicebatur. Quarta opinio est, quòd sicut quę animato attribuuntur secundum identitatem specificam, & non secundum identitatem numeralem, ita partibus secundum speciem hoc est secundum identitatem specificam, & non partibus secundum materiam hoc est identitatem numeralem. vnde ista opinio vult quòd auctum non est idem numero cum præexistēte, sed idem in specie, ita etiam pars aucta non est eadē numero cum præexistente, sed bene in specie. modo dicit ista opinio augmentationem fieri per partes secundum speciem, & non per partes secundum materiam, hoc est esse auctum attribuimus partibus quæ sunt eædem partibus præexistentibus secundum speciem, & non partibus quæ sunt eædem præexistentibus secundum naturam. Quinta opinio est Cōmen. quòd augmentatio, inest animato secundum partes formales hoc est ratione animæ, cuius est nutrire & augere, & conuertere alimentum in substantiam aliti mediate calore naturali, & non secundum partes materiales, hoc est non ratione materiæ, cum materia nihil actiue faciat ad augmentationem, ex quo est passibilitatis infinitæ, sicut dictum est. primo Physico.

Tex.c.82 Præter istas quinta opiniones potest adhuc computari alius modus de augmentatione, & similiter alius modus dicendi de partibus materialibus & formalibus ita quòd simpliciter per partes formales intelligamus, formam vel partem formæ, & per partes materiales partes materiæ. Et posset sic imaginari quòd cum alimentum recipitur in poros, & iuxtaponitur partibus non porosis, in quibus est forma animati, forma alimenti successiue non gradualiter, sed quantitatiue deperditur, & sicut successiue depditur, & materia eius successiue forma expoliatur, ipsa materia ingreditur successiue partem nō porosam, & sicut successiue ingreditur partem non porosam, ita illa forma successiue est in pluri materia, & sicut successiue fit in pluri materia, ita successiue illa pars porosa extenditur, & fit maior, & talis extensio & maioratio inest ibi ratione suæ formæ. vnde si nuda materia nudam materiam ingreditur, non fieret talis extensio, & qa talis extensio principaliter debetur formę, vel saltem ex parte eius & non rōne materiæ. ideo est ꝙ dicimus augmentationem fieri ſm partes formales, & non materiales. Et secundum istum modū dicendi oportet concedere extensionem plurium materierum. Sed dicet aliquis. quomodo potest hoc esse quòd vna materia quæ est vnum corpus extensum, ita aliud corpus subingrediatur, cum tamen non potentias hoc fieri per diuisionem, nec per poros, & videtur ꝙ hoc sit contra dicta in alia quæstione. dicebatur, enim ꝙ vnum corpus non posset subingredi aliud nisi per diuisionem vel per poros. Secundo. nam tunc sequitur ꝙ vna forma simul informaret duas materias. videlicet. materiam præexistentem, & materiam subingredientem.

Ad primum dico verum esse ꝙ corporum: quorum nullum non informat aliud, nec ambo informant tertium, nec ambo informantur ab vno tertio, nec possunt informari simul non possunt se penetrare, nec subingredi sine diuisione vel sine poris, nihilominus si ambo informāt vnum tertium. sicut albedo & dulcedo in lacte, vel vnum informat aliud sicut forma materiam, tunc possunt se mutuo penetrare. similiter si ambo possunt informari ab vno tertio, tunc possunt se subingredi, sicut duæ materiæ, quæ postea erunt vna per subingressum vnius ad aliam. Ad secundum dico, quòd ex hoc illa forma non informat duas materias, sed bene informat plus de materia. Vnde non est admittēdum quòd hic signetur materia a, præexistens & ibi materia subingrediens. nam tunc non se mutuo penetrant, nec est admittendum quòd vna sit a, & alia sit b, ex quo sunt omnino vna materia postquam vna forma informatur. Et vlterius imaginandum est ꝙ sicut vter plus extenditur quia plus aduenienre vino ita forma manens eadem omnino extenditur plus & plus in pluri & in pluri materia. Et ita dici posset ꝙ illud quod augetur manet idem ante & post. s. forma. Ad rationes factas in principio patet quid sit dicendum ex dictis.

QVAESTIO. XIII.

Quæritur Vtrum augmentatio sit motus continuus. Et arguitur primo quòd non, per differentiam. quam ponit Aristote. inter augmentationem & nutritionem vnde videtur velle nutritionem durare continueper totam vitam animati. augmentationem vero vsquē ad aliquod tempus, & adhuc per illud tempus animatum aliquando augetur aliquando stat. ergo videtur quòd augmentatio fiat discontinue vsque, ad illud tempus in quo animatum non amplius augetur, sed bene nutritur. Secundo arguitur auctoritate Auer. octauo Physico: vbi arguit sic. Si augmētatio esset motus continuus. sit ergo quòd aliquod animatum augeatur acquirendo quantitatem digitalem in vno anno, tunc si talis augmentatio est continua, tunc cuilibet parti anni correspondet vna pars illius quantitatis digitalis, quòd ipse dicit non esse credibile. Tertio arguitur sic. diminutio non est motus continuus. ergo nec augmentatio. consequentia tenet à simili antecedēs patet. nam non videtur quòd continue fiat resolutio, & deperditio aliquarum partium ipsius animati. nam si fieret talis, illa fieret per actionem caloris naturalis, sed hoc non. nam in nutritione fit generatio carnis & aliarum partium animati per actionem caloris naturalis. ergo nō fit corruptio, nec resolutio talium partium mediante actione caloris naturalis. aliter enim idem. s. calor naturalis eiusdem, scilicet carnis esset genitum & corruptum. primo enim generaret, & postea idem genitum corrumperet. Quarto arguitur sic, omnis motus debet esse inter contraria ex eo quòd motus est transitus de contrario in contrarium, sed ita est quòd augmentatio non est inter contraria. est enim inter paruum & magnum, sed paruum & magnum non sunt contraria, sed relatiue oblata. ergo augmentatio non est motus, & per consequens non est motus continuus. consequentia tenet à superiori ad inferius negatiue.

Quinto arguitur sic. augmētatio est cum plus conuertitur in substantiam animati quàm fuerit deperditum, sed talis conuersio non est motus, & per consequens, nec motus continuus propter hoc quòd talis conuersio est eductio formæ substantialis de materia alimenti, sed talis eductio est generatio. generatio autem non est motus ex eo quòd generatio non fit successiue sicut motus.

In oppositum arguitur. nam augmentatio est motus ad

ad quantitatem, per Arist. 5. Physicorum, & si sic. ergo est motus, & vltra. ergo augmẽtatio est continua ex eo ꝙ motus est de numero continuorum.

Tex. c. 18 In ista quaestione videndum est de nutritione quomodo fiat & de causis eius. Secundo. videndum est vtrum nutritio animati duret vsq; ad finem vitae. Tertio. videndum est de quaesito.

Quantum ad primum dico. primo quòd calor naturalis continue agit in humidum radicale per hoc quòd nisi fieret sumptio alimenti extrinseci ab ipso animato, ipsum sensibiliter diminueretur. modo talis diminutio & debilitatio animati non videtur esse ex alio, nisi propter deperditionem aliquarum particularum ipsius animati, quarum restauratio fit per sumptionem alimenti. modo talis deperditio non videtur esse ex alio, & similiter debilitatio ipsius animati nisi per actionem ipsius caloris naturalis in humidum radicale. sic igitur patet de fine nutritionis, qui est restauratio deperditi mediante actione caloris naturalis. Secundo. dico quòd efficiens nutritionis est idem calor naturalis. nam idem calor alimentum assumptum exiccando & agendo in ipsum conuertit in carnem, & ipso conuerso in carnem vlterius ipsum exiccando resoluit intantum quòd corrumpitur & deperditur. Et sic idem respectu eiusdem est generatiuum & corruptiuum, secundum aliam, & aliam tamen dispositionem materiae, nec hoc est inconueniens, & per hoc soluta est tertia ratio. Notandum tamen quòd calor naturalis non est agens principale, sed est agens instrumentale. principale autem est ipsa anima. Ex isto patet quomodo fit nutritio. nam nutritio fit isto modo quòd alimentum primo sumitur à stomacho, & ibi mediante calore naturali, cuius est segregare etherogenea & congregare homogenea, purum separatur ab impuro, & impurum mittitur extra perforamen, sed purum manens mittitur ad epar, & ibi fit vlterior purificatio mediante calore naturali, & tunc illud impurum mittitur ad vesicam, & fit ex hoc vrina, & tunc vlterius purum manens mittitur per vnam magnam venam ad cor, & tunc ibi fit vlterior segregatio, & purificatio puri ab impuro, & dicitur quòd illud impurum mittitur pro generatione vnguium, & de puro remanente cor retinet sibi portionem suam pro suo nutrimento quod conuertitur in substantiam cordis pro restauratione deperditi, & residuum remittitur per vnam paruam venam de corde ad epar, à quo multae venae vadunt ramificate hincinde ad singulas partes corporis, per quas illud purum distribuitur, & remittitur per singulas partes ipsius corporis, tunc prouenit ibi calor talium partium mediante quo alterat illud aduenìens, tandem quòd forma substantialis illius corrumpitur, & cum illa corrumpitur de eius materia educitur de nouo vna forma, quae cum forma animati praeexistente fit vnum continuum, & hoc si illud quod generatur de nouo est maius quàm illud quod deperditur, non solum est nutritio, sed etiam augmentatio. si vero non est maius, sed tantum vel minus, tũc est solum facta nutritio, sic igitur habetur quomodo fiat nutritio, & similiter augmentatio, & quid sit finis nutritionis, & similiter agens nutriens & augẽs.

De fine vero augmentationis dico quòd finis eius est vt animatum fiat tantum, vt debite possit exercere operationes sibi debitas, quas non posset exercere si maneret ita paruum, sicut erat in principio cum generabatur.

Quantum ad secundum sciendum est quòd nutritio potest capi dupliciter. vno modo pro alteratione nutrimenti. alio modo. pro conuersione alimenti illius in substantiam animati. Tunc sit prima conclusio talis, non per totum tempus vitae ipsius animati est nutritio, accipiendo nutritionem pro conuersione alimenti. patet hic, quia aliquando bene prope ante mortem calor naturalis intantum debilitatur quòd non sufficit obtinere super alimentum intantum quòd possit ipsum conuertere in substantiam animati. Secunda conclusio. animatum non posset diu manere sine eius nutritione, & inde est ꝙ talis nutritio est necessaria animato, supposito quòd diu debeat viuere, patet. nam aliter non fieret restauratio deperditi, & fieret debilitatio nimia animati. Tertia conclusio est ista. possibile est, & forte quòd ita est, quòd nutritio est continua per totam vitam, sumendo nutritionem pro alteratione, & hoc in animalibus habentibus magnum calorem, & multum sanguinem. patet. nam quandiu talia viuunt habet calorem naturalem & obtinentias supra alimentum intantum quòd sufficit pro alteratione, quãuis non pro conuersione, ex eo quòd talia animalia non viuunt sine notabili calore, sed animalium ad quorum viuere non requiritur tantus calor, sicut sunt rane & huiusmodi. potest dici quòd non per totam vitam durat eorum nutritio, siue nutritio accipiatur, pro alteratione seu pro conuersione. Quarta conclusio. hoc tamen non est demonstratum. posset enim dici ꝙ modicum ante mortem calor intantum debilitatur quòd nullo modo obtinet super alimentum intantum ꝙ sufficiat ipsum alterare vel conuertere.

Quantum ad tertium sit prima conclusio. omnis augmentatio est continua. patet, quia omnis augmentatio est motus qui fit successiue. omnis autem motus talis est continuus. ergo &c. Secunda conclusio. possibile est quòd aliquid augentur per longum tempus, & quòd fiat augmentatio non proprie vna, sed aggregatiua ex pluribus, patet. nam aliquando videmus de animatis quòd per aliquod tempus augentur, & tunc per aliquod tempus stant, & iterum augentur. Tertia conclusio. nunquam est status, sed continue ipsum viuens augetur vel diminuitur, & nunquam in eodem statu permanet. patet, quia calor naturalis nunquam manet in eodem statu, quin sit aliquando fortior, & aliquando debilior, & hoc propter intensionem, vel remissionem sui, vel caloris extranei in animatis, qui calor extraneus non posset manere in eodem statu nisi calidum quiesceret &c. Si calor naturalis sit iam eque potens ad conuertendum sicut ad resoluendum, sequitur quòd immediate post hoc erit fortior ad vnum quã ad aliud, & hoc supposito quòd continue fit resolutio vel conuersio &c. propter hoc quòd continue per actionem cęli in ista inferiora fit alteratio, & variatio istorum inferiorum intantum quòd nunquam in eodem statu permanent. Sed. d. tu. augmentatio tamen durat vsq; ad aliquod tempus postquam non fit vlterior augmentatio. Respondetur quòd bene verum est ꝙ fit vsq; ad aliquod determinatum tempus, postquam non fit vlterius augmentatio sensibilis, sed insensibiliter fit maior augmentatio quàm diminutio, sed postea quamuis alternatis vicibus fiat augmentatio & diminutio, non tamen fit sensibiliter maior augmentatio quàm diminutio, & propter hoc dicimus augmentationem stare, nutritionem vero non. nam per lõgum tempus ante mortem non fit sensibiliter maior augmentatio quàm diminutio, nec tanta, sed bene fit tanta restauratio deperditi vel maior restauratio deperditi quanta est deperditio.

Ad rationes. Ad primam patet ex dictis quid sit respondẽdum. Ad secundã dico ꝙ immo bene est credibile ꝙ aliquid possit continue acquirere quantitatem digibilem, & ꝙ cuilibet parti temporis mensurãtis illam acquisitionem correspondeat vna pars illius quantitatis. nam in cœlo quod facit vnam reuolutionem in vna die naturali, est aliquo modo pars propinqua polo quae cõtinue mouetur, & describit aliquod spatium per vnam horam, & reuolutionem eius ita paruam ꝙ si re-

ctificaretur non eſſet tante longitudinis, ſicut eſt vnum piſum. ergo bene eſt credibile ꝙ aliqua quantitas digibilis poſſit continue acquiri in vno anno, & cuilibet parti illius anni correſponderet vna pars illius quantitatis digibilis. Ad tertiam patet ex dictis. Ad quartam quando dicitur. motus eſt inter contraria, dico ꝙ ibi accipitur contrarietas large non ſolum pro illis quæ ſunt actiua & paſſiua adinuicem, ſed etiam pro illis quæ non poſſunt eidem reſpectu eiuſdem ſimul ineſſe, ſed bene ſucceſsiue. Et ſic accipiendo contrarietatem. videlicet. ita extenſe, bene concedo ꝙ magnum & paruum poſſunt dici contraria quamuis non dicantur contraria actiua & paſſiua adinuicem. Ad vltimam dico quòd nutritio poteſt accipi pro alteratione vel pro conuerſione. Et per hoc ſoluitur argumentum.

QVAESTIO. XIIII.

Quæritur vtrum omnis actio & paſsio fiat per contactũ. Et arguitur primo ꝙ non. nam deus & intelligentiæ agunt in iſta inferiora, & tamen nihil tangunt, ex eo quòd tactus proprie eſt magnitudini, deus autem & intentione non ſunt magnitudines.

Secundo arguitur ſic. nam viſibile agit in viſum abſque hoc ꝙ tangat viſum. ergo non oportet ꝙ omne ꝙ agit in aliud tangat ipſum. Tertio arguitur ſic. nam cęlum agit in iſta inferiora, puta in terrã & mixta abſqꝫ hoc ꝙ tangat ea, quia valde diſtat ab eis. Quarto. anima agit in corpus mouendo ipſum, & ſimiliter grauitas in lapidem mouendo ipſum deorſum, & ſimiliter aqua calefacta agit in ſeipſam reducendo ſe ad frigiditatem priſtinam, & tamen nec anima tangit corpus, nec grauitas tangit lapidem, nec aqua calefacta tangit ſeipſam, ex eo ꝙ ad hoc ꝙ aliqua tangant ſe, requiritur ꝙ vnum illorum habeat ſitum extra aliud. modo ſic non eſt de ipſis. ergo &c. Quinto. magnes agit in ferrum attrahendo ipſum abſqꝫ hoc ꝙ tangat ipſum. ergo &c.

Sexto. agens agit in interiora paſsi, cum tamen non tãgat. ergo &c. Septimo arguitur ſic. ſi in omni actione oporteret agens tangere paſſum, ſequitur ꝙ nullum agens ageret ad aliquam diſtantiam, ſed hoc eſt falſum, & conſequentia tenet de ſe. Octauo ſi. q. eſſet vera, ſequitur ꝙ nulla poſſent agere & pati adinuicem, ſed hoc eſt falſum, & conſequentia tenet, ex eo ꝙ Ariſt. in. 2. de Anima dicit, ſemper inter talia eſſe medium.

Te.c.113 In oppoſitum eſt Ariſt. primo huius. vbi videtur di
Tex.c.43 cere ꝙ ad hoc ꝙ aliqua agant & patiantur adinuicem, requiritur quòd ſe tangant.

In iſta quæſtione. Primo ponam aliquas diſtinctiones. Secundo concluſiones.

Quantum ad primum ſit prima diſtinctio iſta. quòd agens poteſt dici mediatum paſſo tripliciter, Vno modo quia virtus illius agẽtis non attingit ad illud paſſum, ſed ad aliud, cuius virtus attingit ad paſſum. Secundo modo poteſt dici mediatum, quia virtus eius non attingit ad paſſum, ſed tñ eius actio determinatur per agens particulare. Tertio modo quia agens non tangit ad paſſum, ſed virtus eius. Exemplum primi. ſicut ſi a, agens non ſufficeret agere ad c, paſſum, ſed bene ad b, intermedium quòd in virtute ipſius a, vlterius ageret vſque ad c. Exemplum ſecundi. ſicut deus reſpectu iſtorum inferiorum. Exemplum tertij. ſicut agens reſpectu paſsi ꝙ non tangit corporaliter, ſed ſua virtute ſolum. Secunda diſtinctio. agentium quoddam eſt agens incorporale ſicut deus, & quoddam eſt agens corporale, & tale eſt duplex. nam quoddam agit actione ſpirituali. ſicut eſt corpus luminoſum ꝙ agit lumen in medio, & ſimiliter viſibile reſpectu viſus, quoddam autem agit actione materiali ſiue deſeruiente ad corruptionem vel ad alterationem illius in ꝙ agit tale agens, ſicut eſt calidum reſpectu frigidi, & econuerſo. Tertia diſtinctio. tactus aliquando ſumitur improprie, aliquando vero proprie. improprie illa poſſunt ſe tangere, quorũ vnum eſt vbi eſt aliud ſaltem diffinitiue, licet non deſcriptiue. Et iſto modo poſſumus dicere intelligẽtiam tangere orbem. Sed tactus proprie acceptus adhuc dicitur multipliciter. nam quidam eſt qui dicitur ratione magnitudinum ſolum, & iſte vocatur tactus mathematicus. Alius autem eſt qui non attenditur ſolum ex parte magnitudinum. verum etiam ex parte actionis & paſsionis, & iſte vocatur tactus naturalis. Ad tactũ mathematicum requiruntur tria. primum eſt vtrunqꝫ tangentium eſſe quantum, & propter hoc non dicimus intelligentiam tangere orbem tali tactu, quia intelligentia non eſt magnitudo. Secundo requiritur quòd illorum quæ ſe tangunt vtrunqꝫ habeat ſitum & locũ extra aliud, & propter hoc accidens & ſubiectum non dicimus ſe tangere nec materiam & formam, ex eo quòd vnum illorum non eſt extra aliud. Tertio requiritur quòd vltima illorum ſint ſimul, & propter hoc illa inter quæ eſt aliquod medium non dicimus ſe tangere, quia vltima illorum non ſunt ſimul. ſimiliter propter hoc duas medietates continui non dicimus ſe tangere, quia vltima illorum non ſunt ſimul, ſed ſunt vnum. Ad tactum vero naturalem requiruntur iſta tertia, & cum hoc ꝙ tangens admittat illud quod tangit & agat in ipſum.

Quantum ad ſecundum ſit prima concluſio talis. de agentibus corporalibus, non oportet quòd tangãt illa in quæ agunt, licet forte aliquo tactu mathematico & improprie dicto. patet hęc, quia deus & intenſione ſunt agentia in orbes, & in iſta inferiora, & non tangunt iſta inferiora, licet bene dicantur tangere orbes metaphorice & improprie. Exquo quæ debent tangere proprie, oportet quòd vtrunqꝫ illorum ſit magnitudo. Secunda concluſio. omne agẽs corporale in agendo actionem ſuam agit circa ſe ſuam actionem orbiculariter niſi ſit impedimentum. patet hoc de viſibili ꝙ exiſtens in medio multorum hominum, à quolibet illorum poteſt videri quòd non eſſet niſi ageret actionem ſuam circa ſe prædicto modo. patet hoc etiam de igne, quia ſi aliquis ignis eſſet in medio multorum hominum circumcirca illum ſedentium quilibet illorũ calefaceret ſe, quod non eſſet niſi concluſio eſſet vera. Et notanter dixi niſi ſit impedimentum. nam quandoqꝫ agit propter difformitatem medij, & aliquando aliter ex eo quòd maior eſt inclinatio agendi verſus vnam partem quàm aliam. vnde ignis magis inclinatus eſt ad agendum ſupra quàm ad latus, etiam aliquando eſt impedimentum propter figuram ipſius agentis. videlicet. quòd non eſt ſphærice figuræ ſed quadrate vel alicuius alterius. Tertia concluſio. quodlibet agens requirit medium in quod agat. patet hic. nam per præcedentem concluſionem agens agit virtutem ſuam prope. modo ſi prope agẽs eſſet tactum non eſſet aliquid in quod poſſet recipi virtus ipſius agẽtis, & per conſequens non ageret prope ſe. ergo ſi debet agere prope, requirit medium. Pro iſta concluſione
eſt hoc quòd dicit Cõmenta. 2. de Anima quòd ſi eſſet T.&c.[illegible]
vacuum inter viſibile & viſum non fieret viſio propter defectum receptiuum ſpeciei viſibilis. Quarta concluſio eſt, quòd agens agendo in diſtans agit aliquid in intermedium. patet, quia ſi agens poſſet agere in diſtans ab eo abſqꝫ hoc ꝙ ageret aliquid prius in intermedium, ſequitur quòd non requiritur medium ad actionem ipſius agentis, quod eſt contra præcedentem concluſionem. conſequẽtia nota eſt. Quinta concluſio. q̃dlibet agens corporale in agẽdo tangit aliquod paſſum in q̃d agit. probatur. nam per tertiam concluſionem in agẽdo requirit medium quod tangit ipſum agens, & per quartam concluſionẽ non poteſt agere in aliquod diſtãs niſi agat per illud intermedium. ergo quodlibet tale agens tangit

tagit aliquod passum.s.mediū sibi contiguum, in quod oportet ipsum agere si debet agere indistans. Sexta conclusio. si loquimur de tactu proprie dicto nullum agens corporale tangit quodlibet in quod agit. probatur, quia agit in aliquod distans ab ipso exquo quodlibet agit per aliquam distantiam, ꝙ autem distat ab ipso non tangit ipsum. ergo &c. Vltima conclusio. quodlibet agens corporale tangit passum in quod agit corporaliter vel sua virtute. patet, quia nisi ad minus virtus agentis protenderetur vsq; ad ipsum passum cum adiutorio alicuius intermedij vel sine tali adiutorio non ageret in illud. Sed dicet aliquis contra istam conclusionem in qua dicitur ꝙ nihil agit in distans nisi agat in intermedium. arguitur sic. nam videmus quòd ignis agit prius intensiorem gradum caloris in ferrum distans q̄ agat in aerem intermedium. Secundo videmus quòd magnes agit in ferrum distans ab ipso attrahēdo ipsum absq; hoc ꝙ agat in aerem intermedium ipsum attrahēdo. Ad ista respondeo, & dico ꝙ ipsa non sunt contra conclusionem. nam conclusio non dixit ꝙ agens cū agit in aliquod passum distās, agat in illud idem vel omnino sibi simile intermedium, sed dicit ꝙ non ageret in distās nisi ageret aliquid in intermedium. Et dico quòd cum ignis calefacit ferrum distans, agit virtutem suam in aerem intermedium, sed tamē propter aliam & aliam dispositionem passi virtus actiua in ferrum est eductiua intensiorem calorem in ferrum quàm virtus actiua in aerem intermedium. vnde posset esse ꝙ nulla caliditas ageret in intermedium, & tamen caliditas ageret in extremum. vnde si ad imaginationem vna massa cere esset inter ignem & ferrum, adhuc forte ferrum calefaceret absq; hoc quòd in illa massa cere produceretur aliqua caliditas. vnde imaginor ꝙ ab igne vel ab aliquo agente multiplicatur vna qualitas insensibilis quæ ab aliquo indifferenter est receptibilis, & per quod illud recipiens est aliter & aliter dispositum, secūdum hoc illa qualitas producit in illo passo alium & alium effectum materialem, seu aliam & aliam qualitatem sensibilem intensiorem vel remissiorem. Ad secundam consimiliter respondetur.

Ad rationes. Ad primam secundam, & tertiam dico, ꝙ illæ bene probant ꝙ illa agentia non tangunt corporaliter quodlibet in quod agunt, cum hoc tamen stat quòd tangunt quodlibet in quod agunt eorum virtutes prout dicit alia conclusio. Ad quartam dico, ꝙ quæstio intelligitur de actione & passione, quod est ab extrinseco. modo instantiæ posite in quarta ratione vadunt de actione & passione quæ est ab intrinseco.

Ad quintam, & sextam dico, similiter ꝙ bene probant non quodlibet agens tangere corporaliter quodlibet passum in quod agit, & hoc est verum, cum hoc tamen stat conclusio, nec rationes probant contrarium quin quodlibet agēs tangat vel corporaliter vel sua virtute. Ad septimam, & octauam dico, ꝙ probant similiter ꝙ non est necesse quodlibet agēs tangere quodlibet passum in quod agit corporaliter, sed tamen sic vel sua virtute &c. &c.5

QVAESTIO. XV.

Quæritur Vtrum simile possit agere in sibi simile. Et arguitur primo ꝙ sic. nam simile potest suum simile fortificare. ergo potest agere in ipsum. consequentia tenet, ex eo ꝙ fortificare est agere, & antecedens patet. nam cum similia apponuntur sibiinuicem quodlibet eorum ex hoc fortificatur in sua actione sicut patet de duobus calidis vel de duobus frigidis. Secūdo magis calidum agit in minus calidum. ergo quæstio vera. antecedēs patet. nam magis calidum agit in minus calidum tandiu ꝙ fuerit sibi assimilatum. consequentia tenet, ex eo ꝙ magis calidum & minus calidum sunt similia, ex eo ꝙ habēt qualitates eiusdem speciei. Tertio. in organo tactus sunt qualitates tangibiles. s. caliditas frigiditas &c. ergo organum tactus est simile calido & frigido, & tamen quodlibet eorum agit in ipsum. ergo simile potest agere in sibi simile. Quarto. actio & passio vel est ratione similitudinis vel dissimilitudinis. si primum habetur propositum. si secūdum hoc non, quia tunc talia agerent in alium. ex quo sunt multū dissimilia, quod est contra Arist. in litera. Quinto arguitur sic. idem agit in seipsum. ergo videtur quæstio vera, consequentia tenet. antecedens patet. de anima quæ mouendo corpus mouet seipsam, & similiter patet de forma grauis quæ mouendo graue deorsum mouet seipsam & similiter patet de aqua calefacta quę agendo in seipsam reducit se ad frigiditatem pristinam. Sexto arguitur sic. minus potest agere in maius. ergo plus videtur quòd equale potest agere in equale, si enim illud de quo minus videtur inesse &c. antecedens patet in reactione, vbi minus agit in maius. Septimo arguitur sic, quanto actio fit magis similis agenti, tanto actio fit velocior, & tanto resistentia fit minor. si ergo similitudo mouet ad velocitatem actionis videtur simile posse agere in sibi simile. Octauo arguitur sic. in hyeme aer congelat aquam, & per consequens inducit maiorem gradum frigiditatis quàm aqua habeat, exquo nunquā aer in hyeme est ita frigidus sicut aqua congelata, tunc vltra inducit maiorem gradum frigiditatis quàm ipsemet habet. ergo inducto tanto gradu quantum habet vlterius agit in omnino sibi simile. Nono arguitur sic, ferrum fit calidius ab igne quàm sit ipse ignis. ergo cum ignis induxit in ferrum tantum gradum caliditatis quantum ipsemet habet vlterius agit in omnino sibi simile. Decimo arguitur sic. nam cum ignis agit in aliquod passum primo assimilat sibi partem propinquiorem q̄ remotiorem, sed propinquiori assimilata sufficienter non posset in remotiorem agere nisi agat in propinquiorem, & cum illamet sit omnino sibi similis, sequitur ꝙ simile agat in omnino sibi simile. Vndecimo. nam capiatur aliquis ignis qui possit in aliquod passum agere caliditatem in summo, & sit illę ignis a, & passum sit c, & apponatur a, igni b, ignis sibi equalis, & sit aggregatum ex his duobus d, tunc quæritur vtrum d, agat intensiorem caliditatem in c, q̄ egisset a, solum vel præcise equalem, non potest dici ꝙ præcise equalē. nam si essent duo corpora lucentia in aliquo medio equalia, ambo simul producerent lumen intensius q̄ vnum eorum solum. ergo etiam d, aggregatum ex a, & b, ignibus, intensiorem producet caliditatem in c, q̄ faciet b, solum vel a, solum. si ergo dicatur ꝙ ꝓducat intēsiorem caliditatem q̄ a, vel b, solum, exquo d, non est nisi ignis summus. Et cum a, per casum poterat ex c, generare ignem summum, sequitur ꝙ d, agit intensiorē gradum caliditatis q̄ ipsemet habeat. & per consequens inducto tanto gradu quātum ipsemet habet vlterius agit in sibi simile. Duodecimo arguitur sic, actio vel fit ratione similitudinis, & habetur propositum, vel ratione dissimilitudinis, & hoc non, quia tunc sequitur ꝙ magnes ita attraheret vnum bacculum sicut ferrum. exquo illæ bacculus est sibi similis sicut ferrum.

In oppositum est Arist. primo huius: vbi vult ꝙ omnia similia, nec agant, nec patiantur adinuicem. Tex.c.58 &.50. Notandum est ꝙ ista quæstio debet intelligi de similitudine quæ est qualitatiua secundum quam fit actio & passio. vnde si essent duo alba, quorū vnum esset calidum & aliud frigidum, ita bene agerent adinuicem non obstante ꝙ sint similia secundum qualitates quæ non sunt actiue actione disponente ad corruptionem, sed quia talia essent adinuicem dissimilia secundum qualitates actiuas actione disponente ad corruptionem.

In ista quæstione. Primo ponam aliquas distinctiones. Secundo conclusiones.

Quantum ad primum sit prima distinctio. aliquid dicimus pati dupliciter. Vnomodo tanquam subiectum. Aliomodo tanquam terminus à quo illius actionis. primum dicitur pati subiectiue. Secundum autem terminatiue. v. g. in calefactione aque dicimus aquam pati tanquam subiectum, & frigiditatem pati tanquam terminus. Secunda distinctio est, quod de actione & passione & de agente & passo possumus loqui in principio in fine & in medio actionis & passionis. Tertia distinctio. in alteratione passi ab agente sunt tertia. videlicet. subiectum, terminus à quo, & terminus ad quem, sicut in calefactione aque, aqua est sicut subiectum & frigiditas eius sicut terminus à quo, & caliditas inducta sicut terminus ad quem. Quarta distinctio. aliqua dicuntur similia omnino & proprissime, sicut illa quæ sunt similia in qualitate & in gradu qualitatis. v. g. sicut essent duo summæ calida, quæ tamen dicuntur similia, non tamen omnino, sicut sunt illa quæ sunt similia in qualitate, non tamen in gradu, sicut si vnum esset calidum vt duo, aliud vt tria, illa dicuntur similia in qualitate, non tamen in gradu illius qualitatis, sicut si vnum haberet præcise tot gradus qualitatis quot aliud eiusdem qualitatis, illa dicerentur similia in qualitate & in gradu, sicut si ambo haberent gradum caliditatis, sicut duo vel gradum caliditatis in summo.

Quantum ad secundum sit prima conclusio talis. in actione terminus à quo aliqualiter resistit agenti. patet, quia aliter illa actio non esset motus successiuus. Ex ista conclusione sequitur quòd passum est dissimile agenti. s. quod patitur tanquam terminus à quo patet, quia quod alicui resistit est aliqualiter sibi dissimile. Secunda conclusio est, quod terminus ad quem habet aliquam conuenientiam cum agente. patet, quia fit ab agente, sed omne quod fit, fit à sibi simili. ergo &c. Tertia conclusio est, quòd agens & patiens sunt in principio dissimilia, & in fine aliqualiter similia, nec oportet quod in fine sint omnino similia nec dissimilia, sed sufficit quod in principio sint aliqualiter dissimilia in qualitate vel in gradu secundum quem fit actio. vnde aliquando propter distantiam agens non potest omnino assimilare sibi passum, quamuis bene in qualitate. Sed d[illegible] tu, quando agens sic agendo in passum propter distantiam non potest sibi passum omnino assimilare, stat ne tunc illud agens tandiu quod non agit in illud passum vel non? Dico quod sic. Sed diceres tamen adhuc illud passum est sibi dissimile. concedo & quare ergo illud agens non tandiu agit in illud passum quòd ipsum sibi assimilet. Dico quòd non potest in illa distantia, quamuis bene posset in distantia propinquiori. consequentia probatur. nam etiam naturalia finaliter dirigunt actiones suas in assimilando sibi passa, sicut patet inductiue de singulis. Quarta conclusio. agens & patiens sunt similia in genere, sed sunt dissimilia in specie. patet, quia sunt contraria, contraria autem sunt quæ sub eodem genere posita sunt &c. Et notandum est quod hoc intelligendum est secundum prædicamenta non substantialia, sed accidentalia, seu secundum denominationes accidentium secundum quòd dicuntur agere & pati adinuicem. vnde si ignis calidus agit in hominem frigidum hoc est quòd agens, & patiens bene sunt in eodem genere secundum prædicamenta accidentalia, non tamen sunt in ita propinquo eodem genere secundum prædicamenta substantialia. Et etiam notandum est quod cum dicitur ipsa esse dissimilia in specie, & dissimilia in genere, hoc oportet intelligere vniuoce, vel equiuoce. vnde aliqua sunt similia in genere, & hoc vniuoce vt calidum agit in frigidum, aliqua autem sunt similia in genere equiuoce, sicut quando sol agit in ista inferiora ipsa calefaciendo, tunc in fine agens & patiens dicuntur similia in specie, & in principio similia in genere, sed dissimilia in specie, & hoc equiuoce ad secundum intellectum, quod in fine passum est tale in actu, quale erat agens in virtute faciendo ipsum esse tale. Finaliter ergo ad hoc quod agens agat in passum requiritur quòd in principio agens & patiens sint aliqualiter dissimilia. s. in qualitate vel gradu, & in fine sint omnino vel aliqualiter similia.

Ad rationes. Ad primam dico, quòd simile fortificat suum simile non quòd agat aliquid in ipsum, sed quòd ex illis duobus resultat vnum, quod plus potest quàm illa duo diuisim possent. Ad secundam dico, quòd illa bene probat quòd simile agit in sibi simile, quod est sibi simile in qualitate, non tamen in gradu. vnde si essent similia in gradu non agerent in seinuicem. non enim esset ratio, quare vnum plus ageret quàm aliud, & cum agens naturale non agat, nisi propter assimilare sibi passum in gradu. si ergo iam esset assimilatum in gradu ad quid ageret? Ad tertiam dico, quòd qualitates tangibiles similes in gradu quolibet ipsius tactus non agunt in tactum, nec tactus sentiret quamcunque, sed qualitates quæ debent agere in organum tactus, oportet quòd sint dissimiles in gradu quolibet ipsius tactus, & illas tactus bene percipit cum sibi debite approximantur. Ad quartam dico, quòd actio & passio non est ratione omnimode similitudinis, sed est ratione similitudinis in genere & dissimilitudinis in specie in principio & similitudinis in specie in fine. Ex hoc patet ad argumentum. Ad quintam potest negari consequentia. & potest dici quòd actio qua forma grauis mouet seipsam deorsum est ratione dissimilitudinis, nam graue existens in aliquo dissimile sibi cum est deorsum. Et similiter dicatur de anima quæ mouet corpus. De aqua vero calefacta, dico quòd illa reductio ad frigiditatem pristinam fit ratione dissimilitudinis. nam illa fit per frigiditatem virtualem quæ est dissimilis caliditati accidentali extincti in aqua calefacta. Ad sextam quæ tangit de reactione videbitur in quæstione sequenti. Ad septimam negatur consequentia. maior & minor similitudo facit ad actionem velociorem, & velociorem. ergo simile agit in sibi simile. nam cum continue actio fit velocior donec passum factum est omnino sibi simile agenti, tunc desinit illa actio recte, sicut cum mobile graue descendit continue velocius, & velocius in medio difformi donec est in medio cœli, & tunc quiescit, ita in proposito. Ad octauam dico, quod hoc non solum facit aer, sed ad hoc concurrunt constellationes & influentiæ superiores. Ad nonam dico, quod ferrum calefactum non est calidius igne, sed quòd sentiatur calidius igne, hoc est propter comparationem eius materiæ, & propter raritatem materiæ ignis. Ad decimam dico, quòd cum ignis assimilat sibi partem propinquiorem, tunc vna cum illa agit in remotiorem absque hoc quòd vlterius principale agens agat in partem sibi assimilatam, quamuis forte mediante illa bene agat aliquam partem vsque ad partem passi nondum sibi assimilatam, quæ quidem qualitas in partem sibi assimilatam nihil operatur, sed bene in partem nondum sibi perfecte assimilatam. Pro ista ratione imaginandum est quod species qualitatum contrariarum non agunt nisi reflectantur. vnde nisi sic reflecterentur illæ species, non fieret actio inter qualitates contrarias, tales autem species, non reflecterentur nisi ab illo, quod est aliquo modo contrarium illi à quo tales species multiplicantur, & ideo cum agens assimilauerit sibi partem propinquam passi licet, agens adhuc multiplicet suas species per illam partem, Tamen agens non amplius agit in ipsam pro tanto, quia species ab ipso multiplicate per illam partem sic ei assimilatam non reflectuntur ab ea, cum illa non sit amplius agenti contraria, & tamen sine tali reflexione specierum non fit talis actio, vt dictum est. Ad vndecimam dico quòd. d. non agit in interiorem gradum quam egisset a, solum,

lum, sed bene citius. Et quando dr̃ de corporibus lucidis. Dico ꝙ aliud est de illis agẽtibus quæ non possunt sibi assimilare passa, sicut sunt luminosa, & aliter de illis quæ possunt sicut sunt illa quæ agunt mediãtibus qualitatibus primis vnde illa agentia quę non sufficiunt sibi assimilare passa duo bene producunt intensiorem effectum q̃ vnum eorum solum, sicut duo luminosa, sed in casu quo possunt sibi passa assimilare, non ambo producunt intensiorem effectum q̃ vnum eorum solum.

Ad vltimam dico, quod actio nõ fit solum propter dissimilitudinem, sed propter debitam dissimilitudinẽ cum debita dispositione passi.

QVAESTIO. XVI.

Quæritur Vtrum omne agens in agendo repatiatur. Et arguitur primo ꝙ non. nam cœlũ agit in ista inferiora, & tñ non repatitur ab eis ex eo, ꝙ cœlum est impassibile, ergo, &c. Secundo arguitur sic. medicus sua arte agit in corpus ipsum sanando absq; hoc quòd repatiatur ab eodem, ergo non omne quod agit in aliquod repatitur ab eo in qđ agit.

Tertio arguitur sic sensibile agit in sensum, sicut color in visum, & similiter intellectuale in intellectum absque hoc quòd sensus reagat in sensibile, & similiter intellectus in intellectuale, ergo quęstio falsa. Quarto arguitur sic. nam sor. potest verberare Platonem absque hoc quòd reuerberetur, ergo, &c. totum est certum de se. Quinto in materiam primam fit actio, & tamen cũ materia prima nullius sit accidentis ipsa non reagit, & per consequens non in omni actione fit reactio. Sexto arguitur sic in augmentatione illud quod augmẽtat non reagit. ergo in alteratione non oportet quòd illud quod alterat realteretur. consequentia videtur tenere à simili. antecedens patet. nam in augmentatione cibus, adueniens augmentat & non augmẽtatur. Septimo arguitur sic in motu locali illud quod mouet nõ remouetur. ergo non in omni actione agens repatitur, consequentia tenet de se, ex quo motus localis est quædam actio, & antecedens similiter. nam primus motor mouet absq; hoc quòd remoueatur. Octauo arguitur sic. nam possibile est ꝙ aliquando actio ipsius agentis protendatur, remotius quàm possit actio ipsius passi, & quando sic est, tunc agens & patiens possunt sic situari, quòd agens non repatitur verbi gratia sit vnum calidũ cuius, actio possit protendi ad distantiam trium pedũ, & sit vnum frigidum, cuius actio nõ potest protendi nisi ad distantiam vnius pedis, situentur. ergo ista sic, ꝙ distent abinuicem per duos pedes, tunc calidum agit in frigidum, ex quo actio eius potest protendi vsq; ad ipsum, sed frigidum non aget in calidum, ex eo quòd actio ipsius frigidi nõ potest protendi. vsque ad calidũ.

Nono arguitur sic, sequitur quod idem esset nobili⁹ & ignobilius respectu eiusdem. esset. n. nobilius eo in quod ageret, & esset ignobilius eodem, quia ab eo repatitur. Vltimo arguitur sic sequitur, quod idem esset in actu & in potentia respectu eiusdem, sed hoc est, falsum, & consequentia tenet, quia esset in actu respectu eius in quod ageret, & esset in potentia respectu eiusdẽ quia reparatur ab eodem, ergo, &c.


In oppsitum est Arist. vbi dicit, quòd agens in agen-
Tex. c. 87 do repatitur, & cum in scientijs demonstratiuis propositiones indefinitæ debeant equiualere vniuersalibus, videtur quòd voluerit dicere quòd omne agens in agendo repatitur. Notandum est quòd hoc debet intelligi de actione quæ est inter contraria, quæ quidem actio est corruptiua alicuius contrarij illius in quod agit vel disponentis ad corruptionem alicuius talis. Et per hoc respondetur primæ, secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ, sextæ, & septimæ, rationes.

In ista quæstione. Primo ponam vnicam conclusionem. Secundo mouebo dubia contra eam: Tertio tangam sex modos saluandi reactionem, quorum vltimũ approbabo tanquam veriorem. Quarto soluam illa dubia mota contra conclusionem.

Quantum ad primum pono talem cõclusionem, ꝙ reactio passi in agens est possibilis. probatur. primo experientijs. Secundo rationibus. Primo sic. nam videmus ꝙ cum ferrũ ignitũ proijcitur in aquã frigidã agit in aquã ipsam calefaciẽdo, & econuerso. aqua agit in ferrũ ipsum frigefaciendo, & eius caliditatẽ remittendo, ecce reactionem. Secundo. nam experimur ꝙ lapis frigidus acceptus ad manum calidam aliqualiter calefit à manu & manus frigefit à lapide, quod nõ esset nisi mutuo in seinuicem agerent. Tertio arguitur sic. nam cibus receptus in corpore alterat corpus, & econuerso alteratur à corpore, quòd iterum non esset nisi reactio esset possibilis. quarto arguitur sic. nam videmus quòd aqua, calida & aqua frigida si simul infunditur in vnũ vas fit aqua tepida, quod non esset nisi caliditas aque calidæ remitteret frigiditatem aque frigidæ, & econuerso remitteretur ab eadem, cum ergo sic mutuo se reducant ad quoddam medium temperamentũ videtur ꝙ fiat actio mutua aquarum adinuicem.

Nunc probatur ratione. nam si reactio nõ esset possibilis, sequitur quòd ex duobus elementis per eorum actionem & passionem adinuicem non posset tertium generari, sed hoc est falsum, & consequentia patet. nam capiantur duo elementa contraria, sicut ignis & aqua, & approximentur adinuicem, vel ergo vnum istorum ageret aliquid in reliquum absque hoc quòd repatiatur ab eo, vel repatietur ab eo, si dicitur secundum, habetur propositum, si vero dicitur primum, tunc illud elementum ꝙ agit conuertet reliquum in suam naturam, & sic fit & bene generatio vnius elemẽti ex reliquo, sed non generatio alicuius elementi tertij distincti specie ab vtroq;. Secundo arguitur sic. nam nisi reactio esset, possibilis, sequitur quòd perfecta mixtio non esset possibilis, quòd Arist. reputat falsum probatur consequẽtia. nam exquo non fieret reactio per actionem elementi agentis fieret conuersio passi in agens, modo talis cõuersio non est mixtio, sed generatio vnius elementi ex alio: vnde ad perfectam mixtionem requiritur ꝙ mixtibilia mutuo se reducant ad vnum temperamentum, medium, quòd non posset fieri sine reactione seu sine actione mutua.

Quantum ad secundum articulum dubitatur. nam si quęstio esset vera. sequitur quòd à proportione minoris inæqualitatis fieret actio, sed hoc est falsum. nam in omni actione oportet potentiam agentis seu mouentis excedere potentiam rei motę. hoc. n. sumitur ab Arist. & Cõmenta. & tanquam pro principio. probatur consequentia. nam capiatur aliquod agens, cuius proportio sit vt quatuor, & applicetur alicui passo quòd sit sicut duo, tunc si illud passum reagit in illud agens, tũc minus agit in maius, & per consequens actio fit à proportione minoris inæqualitatis. Secundo. sequitur ꝙ equale posset agere inequale, & per consequens simile in sibi simile, quod est contra dicta in alia quæstione probatur consequentia. capitis duobus contrarijs equalibus adinuicem applicatis. Tertio sequitur quòd idẽ simul calefaceret & frigefaceret, sed hoc est impossibile quia impossibile est idẽ moueri motibus cõtrarijs. probatur consequentia. nam capiatur aliquod agens ꝙ sit a, cuius pars propinquior passo sit c, & sit passum b, tunc si a, repatiatur a, b, hoc est secundum partem c, propinquiorem b, passo. Sit ergo a, calidum, & b. frigidum, tunc quamcito b, remitteret caliditatem ipsius c, partis tamcito c, pars esset dissimilis in gradu residuo agentis sed quamcito erit sibi dissimilis, tamcito residuũ



a, quod

a, quod eſt coniunctum ipſi c, calefaceret c. Et ita ſimul c, pars a, agentis frigeſit & caleſit, quod erat probandum. Quarto ſi reactio eſſet poſsibilis, ſequitur quòd nunquam agẽs poſſet ſibi aſsimilare paſſum, ſed hoc eſt falſum, & falſitas patet nam ſæpe ignis agens in aquam ipſam ſibi aſsimilat faciendo ex ea ignem. Et probatur conſequentia nam ſit a, vnum calidum in ſummo, & ſit b, vnum frigidum, & tunc ſi a, agendo in b, repatiatur a, b, ſequitur quòd ſtatim a, deſinit eſſe in ſummo, & cum nihil agat vltra gradum proprium. ſequitur ꝙ amplius a, non agit in b, gradum ſummum caliditatis, & per conſequens a, ſummum non poteſt ſibi aſsimilare b, &c. Et idem arguitur de quocunq; alio ſignificato in aliquo certo gradu alicuius certe qualitatis. Quinto ſequitur quòd dato aliquo paſſo ipſum ad quantamcunq; diſtantiam poſſet agere. modo hoc eſt falſum, vt patet de ſe, probatur conſequentia. nam ſit aliquod paſſum frigidum ſicut duo, & ſit b. Et applicetur ſibi aliquod calidum, ſicut quatuor in aliqua diſtantia, puta pedali, tunc b, reagit in a, exquo a, agit in b, & ſi in omni actione ſit reactio ſit ergo vnũ aliud calidum quod per duplam diſtantiam poſſet, agere ad diſtantiam per quam poſſet agere a, & ſit c, & applicetur b, paſſo per duplam diſtantiam ad diſtantiam inter a, & b, tunc c, agit in b, & ſibi ſemper ſit reactio, econuerſo b, reagit in d, & ſic per intenſionem agentis continue maiorem & maiorem, & remotionem eius à paſſo continue maiorem & maiorem probabitur paſſum aliquo datum, per quantamcunque diſtantiam poſſet agere, ſi ſemper in omni actione fiat reactio. Sexto arguitur ſic. ſit aliquod agens vniformæ per totum applicatum alicui paſſo, tunc clarum eſt quòd illud paſſum poteſt reagere in totum agens ſincathegorice, ita quod reagat in quamlibet partem ipſius agentis, ergo ſi reagit, hoc eſt in aliquam partem ipſius agentis ſolũ, ſed probo quòd non. nam ex quo illud agens ponitur vniformę per totum, nõ eſt maior ratio, quare plus reagit in vnam partem quam in aliam.

Quantum ad tertium ſciendum eſt ꝙ aliqui dixerũt reactionem bene eſſe poſsibilem, & cõceſſerũt minus poſſe agere in maius in motu alterationis. Et dixerunt eſſe poſsibile in alteratione motum fieri à proportione, minoris inequalitatis, quamuis hoc bene ſit impoſsibile in motu locali, & propter hoc in motu locali dixerunt non poſſe fieri reactionem. Sed breuiter hoc nõ valet. nam Ariſt. & Cõmenta. ſtatuerunt pro principio quòd in omni motu locali, & etiam alterationis potentiam motoris excedere potentiam rei mote, ergo nõ poteſt dici quòd in motu alterationis actio proueniat à proportione minoris inequalitatis. Secundo. nam ſi ſic. tunc non videtur penes quid tanquã penes cauſam deberet attendi velocitas & tarditas in motu alterationis. exquo non haberent attendi penes proportionem minoris inequalitatis agentis ad paſſum, ſicut in alijs motibus. Tertia. ſequitur quod eſſent duę alteratio-
A nes eiuſdem ſpeciei, & tamen vna earum abſque proportione excederet aliam in velocitate, quæ quidem alterationes velociores vel tardiores ſunt. conſequens eſt falſum, & falſitas patet ex eo, quia duo infinita eiuſdem ſpeciei, non ſunt taliter adinuicem comparabilia. conſequentia probatur. nam capiantur duo agentia, a, & b, & duo paſſa, c, & d, & habeant c. ad a, proportionem inequelitatis, & d, & b, proportionẽ equalitatis, tunc per aduerſarium c, reagit in a, aliqua certa velocitate. Et ſimiliter d, in b, ſed probo ꝙ huiuſmodi velocitates abſq; proportione aliqua habeant ſe ad adinicem. nam taliter ſe habent adinuicem, qualiter ſe habent proportiones quas conſequuntur. vna eſt proportio equalitatis, ſcilicet quam conſequitur velocitas alterationis d, in b, & alia eſt proportio minoris inequalitatis. ſ. quam conſequitur velocitas alterationis c, in a, ſed modo proportio equalitatis & proportio minoris inequalitatis nullam habent proportionem adinuicẽ. vna. n. non eſt alteri maior minor, nec equalis. Sed forte iſti dicerent quòd minus non agit in maius, ſed bene reagit intenſibiliter, reagere non eſſet agere. Sed breuiter hoc non valet. nam ſequitur, reagit ergo agit. ergo ſi capiantur duo contraria æqualia vtrunque eorum aget in reliquum, ſed non eſt ratio, quare vnum eorum agit, & alterum reagit, quam econuerſo. ergo non valet dicere reactionem poſſe fieri à proportione minoris inequalitas vel à proportione equalitatis & non actionem. Secunda opinio eſt quòd cum agens, applicatur paſſo, exquo aliqua pars ipſius agentis eſt debilior, quàm ſit ipſum paſſum, illa repatitur à paſſo, & hoc eſt adhuc à proportione maioris inequalitatis ita quòd iſta opinio vult ꝙ agens bene repatitur à paſſo, non ſecundum totum ſincathegorice, ſed ſecundum aliquam eius partem, ſuper quam paſſum habet proportionem maioris inequalitatis. Sed breuiter hoc non valet. nam in mixtione & in generatione, qua generatur ex duobus elementi elementum tertium diſtinctum ab eis ſpecie totũ agit in totum, & totum reagit in totum ſincathegorice & non ſolum in vnam eius partem, ergo iſta opinio nõ valet conſequentia tenet. antecedens patet. nam aliter non fiet perfecta mixtio, nec ex duobus elementis poſſet tertium generari ſicut prius arguebatur. Secundo arguitur ſic, quia actio & velocitas eſt ſm totam virtutem agẽtis & totã virtutẽ paſsi. ergo vr̃ ꝙ totum agat in totũ & repatiatur exquo actio, & velocitas attẽditur penes proportionẽ agentis ad partem paſsi vel ad partẽ agentis. Tertio, ſequitur quòd ſemper eſſet reactio quando agens & paſſum adinuicem eſſent approximata, & hoc eſt falſum, vt apparebit cum ponentur tria impedimenta reactionis. conſequentia probatur, quia exquo quantumcunque agens, & paſſum ſint approximata ſemper paſſum ſuper aliquam partem agentis obtinet, deberet fieri actio paſsi in illam partem, & per conſequens ſemper reactio, ſi opinio eſſet vera.

6 A B 6

3 C D 6

Tertia opinio eſt. ꝙ in omni actione agens repatitur ſed hoc non eſt à paſſo, ſed à circunſtante propinquo, quod eſt aer, vel remoto, quod eſt cœlum. Et iſti negãt reactionem, quamuis concedant in omni actione agẽs pati. Sed iſta opinio non valet. nam ad ſenſum apparet quòd cum ignis proijcitur ad aquam eandem aquã calefacit quę ipſum extinguit. Secundo cœlum ita influit paſſo ſicut agenti, ergo quantum eſt ex parte cœli, ita paſſum patitur ſicut agens ergo non propter hanc paſsionem quæ eſt, actio, vel à circunſtante propinquo debet dici agens cepati in agendo. Quarta opinio dicit quod agens in agendo repatitur. i. fatigatur. aliter nõ concedit repaſsionem. vnde ſi repati capiatur pro fatigari bene concedit, & ita exponit dictum Ariſt. concedit quòd omne agens in agendo repatitur. i. fatigatur.

Sed contra. omnis fatigatio eſt per vnam actionem, & paſsionem, ergo non qñ aliquis fatigatur repatitur. Secundo. nã in actione contrariorũ videmus vtrũq; eorum remitti, & hoc non eſſet niſi quodlibet eorum veræ diminueretur & remitteretur. Quinta opinio imaginatur ꝙ nulla qualitas actiua eſt in aliquo ſubiecto ſiue qualitate paſsiua & ideo natura ſic ordinauit ꝙ caliditas quæ eſt qualitas magis actiua quam ſit frigiditas, ſtet cũ ſiccitate quæ eſt minoris actiuitas quàm ſit humiditas quæ ſtat cum frigiditate. Et ſic iſta opinio imaginatur quod cum ignis applicatur aque ignis agit in aquam per eius caliditatem, & econuerſo aqua agit

in

in ignem secundum eius humiditatem, & adhuc est vtrobique proportio maioris inequalitatis, caliditas.n. ipsius ignis excedit frigiditatem ipsius aque, & humiditas ipsius aque excedit siccitatem ipsius ignis. Sed ista opinio adhuc non sufficit. nam si sic, sequitur ꝙ inter elementa habentia symbolum, sicut sunt ignis & terra, non fieret reactio, consequentia tenet, ex eo quòd vtrunque eorum est siccum, ergo solum ibi secundum duas qualitates fit actio & passio.s.per frigiditatem & caliditatem, & sic sequitur quòd si fiat ibi reactio quòd minus agit in mai⁹, nisi aliter dicatur ꝙ adhuc dictū sit.

Secundo. sequitur quòd non quandiu duraret actio esset reactio, immo valde cito desineret reactio. probatur consequentia, quià si ignis agit in aquam actio caliditatis in frigiditatem velocior q̄ actio humiditatis in siccitatem. ergo cum corruptione humiditatis, sequitur corruptio frigiditatis. sequitur statim quòd humiditas erit debilior siccitate, & sic nō vlterius fit reactio.

Tertio sequitur ꝙ qn̄ caliditas, & frigiditas essent æquales, & similiter humiditas & siccitas non fieret reactio. consequentia tenet ſm istam opinio sed falsitas cōsequentis probatur adhuc alique illarum qualitatū sunt maiores actiuitatis & minoris resistentiæ, ergo secundū hoc adhuc posset fieri actio & reactio. Sexta opinio est quam reputo esse veriorem. Pro qua supponitur primo quòd sicut non est idem scribere & loqui, q̄uis bene sit idem scribens & loquens, ita non est idem agere & pati. similiter posse agere & posse resistere, quamuis bene sit idem agens & patiens, potens agere & potens, resistere. Secūda suppositio est.ꝙ alique qualitates sunt magne actiuitatis & modice resistentie, sicut est caliditas. Aliquæ autem bene sunt aliqualiter magne actiuitatis & maioris resistentię q̄ sit caliditas sicut est frigiditas, ambe.n.dicūtur magne actiuitatis in comparatione q̄ sit humiditas & siccitas & modice resistentię in comparatione quam sint illæ, sed simpliciter comparādo caliditas est maioris actiuitatis q̄ sit frigiditas, & est minoris resistentiæ quā sit actiuitas frigiditatis. similiter frigiditas est minoris resistentię q̄ sit actiuitas caliditatis. Secundum hoc ergo potest dici quòd in approximatione calidi ad frigidum fit actio & reactio. vnde caliditas agit in frigiditatem, quia caliditas est magis actiua quam frigiditas sit resistitiua, & econuerso frigiditas agit in caliditatem. quia caliditas minus est resistitiua q̄ frigiditas sit actiua, quia vtrobique est actio à proportione maioris inequalitatis, vnde in tali actione & reactione non debet dici ꝙ actio proueniat à caliditate ad frigiditate, vel econuerso, sed debet dici quòd actio caliditatis in frigiditatem attenditur penes posse agere frigiditatis ad posse resistere caliditatis, quæ est proportio maioris inequalitatis, ita breuiter ꝙ actio non debet attendi penes proportionem huius ad illud, sed bene penes posse vnius ad posse resistere alterius. Sic ergo pōt saluari reactio ita ꝙ in omni actione, intelligendo de actione quæ fit cum contrarietate fit reactio, amotis tn̄ tribus impedimentis. Vnde in tribus casibus non fit reactio. Quorum primus est si resistentia ipsius agentis esset maior q̄ actiuitas ipsius passi. Ex hoc sequitur ꝙ cum ignis agit in aquam, tunc antequam aqua sit omnino assimilata igni desinit reactio aque ī ignē vnde actiuitas ipsius aque tādiu remittitur intm̄ ꝙ est maior q̄ sit resistētia ipsius ignis. vnde resistētia ignis nō est indiuisibilis, sed coexistit in latitudine intēsionis, & propter hoc ante corruptionem aque, actiuitas aque fit remissior q̄ residua ignis, & tunc desinit reactio, quamuis adhuc velocior fiat actio ignis in aquam, ad hoc ꝙ aqua fiat perfecte assimilata igni. Secundus casus est in quo non fit reactio qn̄ aliquod agens tantum distās est à passo quòd agens potest protendere virtutem, & actionem suam vsq₃ ad passum, sed passum non econuerso potest protendere virtutem, & actionem suam vsque ad agens, & tunc etiam non fit reactio. Ex hoc soluitur sexta ratio posita ante oppositum, & cum hoc quintum dubium contra quęstionem. Tertius casus est si aliquod agens iuuaretur tm̄ ab aliquo extrinseco quòd eius resistentia cum illo adiutorio recompensaretur actiuitati ipsius passi. Tunc iterum non fieret actio.

Quantum ad quartum articulum restat soluere dubia contra conclusionem. Ad primum patet per iā dicta. Ad secundum qn̄ dr̄, sequitur, &c. negatur consequentia. Ad probationem, qn̄ dicitur exquo c, pars est similis residuo a, agentis quod est sibi simile residuum non aget in ipsam aliquam caliditatem, sed ipsum passum immediate post approximationis aget in ipsam frigiditatem, & cum facilius est continere motū incipere, sequitur ꝙ tempus labetur antequam residuū agat in c, partem caliditatis. Ex quo sequitur ꝙ non simul frigesit & calesit; prius.n. frigesit à passo, & tunc non calesit, & postea calesit à residuo, & tunc non frigesit à passo, vel posset dici ꝙ immediate post instans approximationis frigesit & calesit, & tn̄ negaretur. ergo simul calesit & frigesit, quia quāuis immediate post hoc frigesiat & calesiat, tn̄ immediatius post hoc frigesiet q̄ calesiet. Et si arguitur ergo prius frigesit q̄ calesit negatur consequentia, ex eo quòd arguitur à termino stante confuse tm̄ ad eundem stantem determinate.

Ad tertium dico negando ꝙ simul idem medium, calefiat & frigefiat. vnde cum calidum & frigidum approximantur adinuicem, tunc calidum calefacit illud medium vsq₃ ad aliquam partem, & frigidum frigefacit illud vsque ad aliam, tunc ille partes mediĳ agunt & patiuntur adinuicem reducendo se ad aliquod temperamentum medium in virtute agentis calidi remittit frigidum in frigiditatem, in virtute agentis frigidi remittit calidum in caliditatem. Ad quartam qn̄ dr̄. sequitur, &c. negatur consequentia. pro quo imaginandū est ꝙ actio ipsius agētis principalis est velocior q̄ sit reactio, & sic antequam fiat assimilatio passi desinit reactio, & tunc agens principale reducit ad se gradum pristinum, sicut aqua calefacta calefaciente amoto reducit se ad frigiditatem pristinam. Ex ista imaginatione patet faciliter qualiter non obstante reactione adhuc calidum in summo potest assimilare passum postquam reactio non durat per totum tempus actionis. Ad quintam patet ex dictis. Ad sextam dico, ꝙ quāuis agēs sit vnifomę, tn̄ adhuc potest fieri reactio in vnam partē & non in aliam, puta in illam quę est propinquior agenti, & non in aliam quæ est remotior.

Ad rationes dico quòd primæ sex ex dictis superius sunt solute. Ad septimam dico ꝙ dissimile est in motu locali & in alteratione, quia in motu locali motum est tante residue quante est motor potentiæ, propter hoc ibi non fit reactio, sic autem non est in motu alterationis, ergo, &c. Ad Octauam patet ex dictis.

Ad nonā & decimam dico ꝙ caliditas quo ad posse agere est nobilior frigiditate, & est in actu, sed quo ad posse resistere respectu actiuitatis frigiditatis est in potentia & ignobilior, &c. non secundū idem est nobilior & ignobilior in actu, & in potentia, exquo est respectu posse agere, & posse resistere, si cut prius dictum est.

QVAESTIO. XVII.

Quæritur. Vtrum indiuisibile possit alterari. Et arguitur primo quòd sic. nam intellectus est indiuisibilis, & tn̄ potest alterari. ergo, &c. Secundo arguitur sic indiuisibile si esset posset moueri localiter. ergo etiam indiuisibile si esset posset alterari. consequentia tenet, quia non minus videtur posse alterari q̄ posse moueri localiter, antecedens patet. nam indiui-

indiuisibile si esset, esset in aliquo continuo localiter mobili, sed illo moto indiuisibile moueretur, ex quo motis nobis mouentur omnia quæ in nobis sunt. similiter moto vno alio mouentur omnia quę in illo sunt. Tertio superficies est quoddam indiu sibile. est. n. indiuisibilis secundum profunditatē, sed illa potest alterari ergo, &c, consequentia tenet, ex eo quòd ipsa existens alba potest fieri nigra. Quarto indiuisibile potest esse quale qualitate secundum quam fit alteratio. ergo superficies potest alterari. consequentia tenet. antecedens probatur. nam cum aliquod densum videtur, videtur solum superficies & non aliquę partes in profundo, cum nihil videatur nisi sit lucidum vel coloratum, sequitur. ergo superficiem esse lucidam vel coloratum, & per consequens ipsam esse qualem modo prædicto. Quinto. nisi punctus esset qualis & alterabilis, sed quòd nihil esset vniformiter quale. probatur consequentia, ex eo q̃ vniformiter quale, sicut vniformiter calidum dr̃ cuius quilibet punctus est calidus cum alio modo non esset, aliquod tale, si punctus non esset qualis, nec alterabilis.

Sexto. nam sicut dicunt perspectui in aliquo puncto speculi concaui congregantur radij solares reflexi a speculo concauo, qui quidem radij sic congregati sufficiūt ad incendendum siue igniendum, aliquod ignibile. quare videtur quòd radij in illo puncto congregati illuminent & calefaciant illum punctū, & per consequēs sequitur talem punctum esse alterabilem, non obstante quòd sit indiuisibilis.

Tex.c.64 In oppositum est Arist. tertio textu huius primi, & & cap. tertio eiusdem vbi, in vna ratione arguens contra antiquos reputat indiuisibile alterari esse vnum incōueniens sequens ad dicta eorum.

In ista quæstione intendo probare tertia. Primo q̃ indiuisibile non est quale finitæ. Secundo q̃ nec infinitæ. Tertio quòd non potest alterari.

Et ante omnia ista. primo præmittam aliquas distinctiones. Quarum prima sit ista, q̃ dupliciter dicitur indiuisibile, quoddam non habens positionem in continuo, sicut est intellectiua vel anima intellectiua vel aliquid tale. quoddam est habens positionem in cōtinuo sicut punctus vel linea vel superficies. de indiuisibili secundo modo intelligitur hic, & non de indiuisibili primo modo. Secunda distinctio est. q̃ indiuisibile secundo modo dicitur tripliciter, quoddam est tam ſm longitudinem q̃ latitudinem, & profunditatem ſm q̃ est punctus, & quoddam est indiuisibile secundum latitudinem & profunditatem, diuisibile tn̄ ſm longitudinem, sicut est linea, & quoddam est indiuisibile ſm profunditatem solum, sicut est superficies. Secundo notandum, q̃ quamuis in veritate non sint talia indiuisibilia, sicut mathematici imaginantur esse, propter hoc eis conuenit pro suis considerationibus, & ideo quæstio intelligatur ac si in veritate essent talia indiuisibilia actu. vtrum possent alterari. Tertia distinctio est. q̃ quædam potest dici alteratio spiritualis qua alteratione intensius alteratur de ignorātia in sciām & de tali alteratione nō intenditur hic quædā vero est alteratio corporalis, sicut est calefaciēdo & frigefaciendo corrolario & illuminatio, & de tali hic intenditur.

Istis distinctionibus positis accedo ad primū, & primo pono aliquas conclusiones præambulas. Quarum prima est ista, caliditas existens in aqueo toto vniformiter calido dupla est ad. caliditatem existētem in eius mediate probatur. nam dato aliquo vniformiter, calido caliditas totius continet caliditatem medietatis, & cum hoc totum, ergo erit dupla ad ipsam. antecedēs patet de se. consequentia tenet per diffinitionem dupli. nam duplum ad aliud dicitur, quod continet ipsum & tantum. Sed. d. aliquis si hoc esset verum. sequitur q̃ illud non esset calidum vniformæ, consequentia probatur. nam calidū vniformæ dicitur cuius quælibet pars est ita calida sicut totum. modo si caliditas totius esset dupla ad caliditatem medietatis, videtur q̃ totum esset in duplo calidius. Ad hoc respondetur negando cōsequentiam, & cum dicebatur, calidum vniformæ dicitur cuius quælibet pars est eque calida cum toto. cōcedo, & qn̄ dr̄. si caliditas totius est dupla ad caliditatem medietatis, sequitur q̃ totum est in duplo calidius negatur consequentia. Et ratio huius est, quia caliditas totius est extensa per duplum subiectum ad subiectum per quod extensa est caliditas medietatis. Et sic illæ caliditates equaliter denomināt sua subiecta, ita q̃ medietas dicitur esse ita calida per suam caliditatem sicut totū per suam, non obstante quòd caliditas totius est dupla ad caliditatem medietatis, vnde non sequitur. totū nō est in duplo calidius sua medietate. ergo caliditas totius non est dupla ad caliditatem medietatis. vnde potest esse dupla in extensione, non obstante q̃ non sit dupla in intensione. capto. n. aliquo toto sicut vno quadrato medietas illius est ita lata sicut totum, cum hoc tn̄ stat q̃ totum est duplum ad suam medietatem, & sicut dictum est de caliditate, ita conformiter dicatur de alijs qualitatibus corporalibus. Secunda conclusio, si caliditas quæ est in toto esset totaliter in eius medietate, medietas denominaretur in duplo calidior q̃ ante, & si esset in eius tertia, ita denominaretur in triplo calidior & si in eius quarta in quadruplo, &c. ſm partes proportionales. probatur sic, quia si caliditas quæ est in toto esset tota in eius medietate, ipsa haberet subiectum equali extensione dupla caliditate ad caliditatem quam prius habuit per præcedentem conclusionem. ergo esset in duplo calidior. consequentia tenet, ex eo q̃ quādo aliquod subiectum manens sub equali extensione, habet qualitatem duplam, sicut caliditatem ad illam q̃ prius habuit. denominātur in duplo calidius, & si triplam in triplo, & sic vltra. Ex ista conclusione. sequitur q̃ si aliqua caliditas esset in puncto, illæ punctus denominaretur infinite calidus. patet hoc, quia si illa caliditas esset in aliquo subiecto quāto illud dicitur infinitæ calidum, & per conclusionem si eadem caliditas esset in subiecto duplo, illud subiectum diceretur in duplo calidius, & si in triplo in triplo calidius, & sic vltra.

Secundo sequitur q̃ quamuis punctus dicitur infinite calidus, tn̄ illa caliditas esset eadem caliditas quę ante erat in subiecto finitæ calido, ita quòd eadem est caliditas qua subiectum extensum & diuisibile denominatur finite calidum, & qua punctus indiuisibilis vel superficies vel linea denominaretur infinitæ calidus vel calida. Tertia conclusio est, quòd nulla qualitas est in infinitum modica seu in infintum remissa. probatur. nam sicut est in quantitate ita est in qualitate quo ad remissionem, sed nulla quantitas est in infinitū parua, ergo etiam nulla est qualitas in infinitum remissa, & similiter si nulla est quantitas in infinitum magna, ita etiam nulla est qualitas in infinitum intensa. Secundo, quia si esset aliqua qualitas in infinitum remissa, illa non esset calefactiua, nec actiua, & per consequens non esset caliditas, & per consequens nec qualitas, ita nec illa qualitas, puta caliditas diceretur qualitas nec caliditas.

Tertio. nam sicut non est dare substantiam infinite modice perfectionis, ita nec etiam est dare aliquam qualitatem in infinitum remissam seu in infinitum modice intensionis. Quarta conclusio si aliquid potest agere ad aliquam distantiam circa se, medietas illius seorsum sumpta non potest agere ad tantam, patet hoc de igne. vnde ignis subduplus non obstante quod sit ita intensus, sicut ignis duplus, non tn̄ agit ad tantam distantiā ad quantam bene agit ignis duplus. Secundo. nam dato opposito conclusionis. sequitur q̃ vnum paruū coloratum posset multiplicare speciem suam seorsum

tet

acceptam, sicut vnum magnum, sed hoc est falsum patet falsitas, quia tunc ita remote posset videri sicut vnū magnum, cuius oppositum experimur. Ex ista conclusione, sequitur ꝙ dato ꝙ punctus vel aliquod indiuisibile esset quale ad nullam ageret distantiam, ex quo secundum ꝙ subiectū minoratur agit ad minorem distantiam q̃ prius. Quinta conclusio est ꝙ nullum indiuisibile, sicut punctus est qualis, nec potest esse qualis probatur, quia vel hoc esset qualitate in infinitum remissā, vel qualitate finitæ intensa & remissa, sed nullum istorum potest dici. non. n. apparet vltimum, quia tunc aliquod diceretur quale, quod nullam haberet qualitatem, ex eo quòd omnis qualitas vel est in infinitum, intensa vel in infinitum remissa, vel finita seu finitæ intensa aliquo certo gradu, non potest dici primum nec secundum, ex eo quòd per tertiam conclusionem, nulla est qualitas in infinitum intensa vel in infinitum remissa, nec potest dici tertium, ex eo quòd sicut probatum est qualitate finita indiuisibile denominatur infinitæ quale, sicut caliditate finita punctus denominatur infinitæ calidus, ergo breuiter concludatur quòd punctus vel nullum indiuisibile potest dici finitæ qualis, puta finitæ calidus vel finitę frigidus. Secundo si posset esse finitæ calidus vel finitæ frigidus, tunc posset agere ad aliquam distantiam, sed hoc est falsum, prout patet ex quarta conclusione. consequentia tenet, quia omne calidum vel frigidum ad aliquam distantiam potest agere.

Tertio. sequitur ꝙ si punctus esset calidus, aliquod esset calidum, quod nihil posset calefacere patet, ex quo punctus ad nullam distantiam potest agere. Sed. d. aliquis, quamuis punctus calidus non potest calefacere corpus, tñ posset calefacere vnum alium pūctum. Sed probatur quòd non, quia vel illę punctus esset sibi inuicem immediatus vel mediatus, si est sibi mediatus, tunc non potest ipsum calefacere, ex eo quòd punctus ad nullam distantiam, potest agere. Si vero dicatur qđ est sibi immediatus hoc nō potest esse, ex eo ꝙ punctus non potest puncto esse immediatus, sicut probatum est
Tex.c.2 per Arist. sexto physicorum.

Quantum ad secūdum sit prima conclusio. qualitas sufficienter intensa & minus extensa ad minorem agit distantiam q̃ magis extensa. patet nam capiatur aliqđ corpus luminosum, quod remittatur in quantitate, nō tñ in luce, quo facto patet. ipsum agere ad minorem distantiam q̃ prius, egit, quamuis bene intensius lumen agat prope se quam prius egit: Ex isto sequitur istam consequentiam non valere, virtutes sunt equales. ergo ad equalem distantiam possunt agere hoc. n. non sufficit sed requiritur ꝙ sint equales tam in intēsione quàm in extensione. Sed. d. aliquis, cum eadem qualitas in eodem subiecto est intensior q̃ q̄n erat in subiecto maiori, ex eo quòd virtus vnita est fortior seipsa dispersa. ergo videtur ꝙ ipsa existens in subiecto minori ad minorem distantiam potest agere q̃ ipsa existens in subiecto maiori. Respondetur negando consequentiā, videlicet ꝙ remotius debeat ageret in subiecto minori q̃ in maiori, sed argumentū bene probat ꝙ intēsius agit prope se q̃ prius egit. Secunda conclusio est. ꝙ per diminutionem subiecti super diminutionē qualitatis pōt. denominari ad talem quantitatē ꝙ aliq̄n actio illius agentis est precise ad subduplam distantiā ad q̃ erat prius, & aliq̄n ad subtriplam, & sic vltra. patet de luminoso si diminueretur in extensione & non in luce. vnde si ignis in infinitum diminueretur in quantitate, & proportionabiliter augeretur in caliditate in infinitum, ad minorem distantiam posset agere quam ante, & in infinitum minus subiectum posset alterare q̃ ante, & hoc est, quia extensius facit ad remotius & ad distantiam maiorem agit. Tertia conclusio. indiuisibile si esset non posset esse infinitæ quale, patet, quia si sic, sequitur quòd esset aliquod infinitæ calidum, quod ad nullam distantiam posset agere patet de puncto, si poneretur infinitæ calidus: probatur consequentia, quia punctus si poneretur infinitæ calidus, hæc esset vel caliditas in infinitum intensa vel in infinitum remissa, & hoc non, quia nulla talis est, vel caliditate finita, & cum illa per iam dicta in subiecto minori agat per minorem distantiam, sequitur quòd existens in puncto ad nullam distantiam ageret, & sic aliquid existens infinitæ calidum ad nullam ageret, distantiam. Secundo. si punctus vel aliquod aliud indiuisibile posset esse infinitę qualis, puta calidus vel frigidus, & hoc per caliditatem finitam, quia non posset esse talis per caliditatem infinitam, cum nulla talis sit sicut prius dictum est sequitur ꝙ vnum infinitū, posset esse maius alio, sed hoc est falsum, prout alibi visum est. probatur consequentia, quia in vno puncto esset caliditas sicut duo, & in alio sicut tria, secus diceretur calor primo, & tñ vnumquodque diceretur infinitæ calidum, & sicut punctus non potest esse calidus nec frigidus, ita etiam nec leuis vel grauis. vnde si aliquis punctus esset grauis in concauo orbis lunę subito deberet descendere, & sic mutuo localis fieret subito. antecedens apparet. primo, quia esset infinitæ grauis. Secundo, quia nihil resisteret sibi ex eo non caperet sub se medium alicuius latitudinis sibi resistentis.

Quantum ad tertium dico pro quęstione ꝙ indiuisibile si esset non posset alterari, patet, ex eo ꝙ non posset esse qualis nec finitæ nec infinitæ prout ostensum est ergo, &c. Secundo si posset alterari, tunc posset agere per aliquam distantiam, cuius falsitas patet ex dictis. Et si posset alterari, tunc posset calefieri & frigefieri, & vltra cum caliditatem sequatur rarefactio, & frigiditatem condensatio, sequitur quòd puncta seu indiuisibilia possent rarefieri & condensari, maiorari, & minorari, quod non est bene imaginabile.

Ad rationes. Ad primam, patet quia de tali indiuisibili non intenditur in proposito. Ad secundam dico, ꝙ si essent indiuisibilia non possent moueri localiter per se, sed bene per accidens, nec ex hoc sequitur ipsa posse alterari si essent. Ad tertiam dico, ꝙ superficies alteratur de albedine in nigredinem, hoc est subiectum secundum partes eius exteriores sic alteratur.

Ad quartā dico, ꝙ nihil est ita densum quin aliquę eius partes videantur in profundo, propter hoc quòd potest capi aliqua pars ita tenuis versus oculum ꝙ ipsa est transparens. Ad quintam dico & ad sextam similiter quòd per puncta intelligitur aliquę parue partibile corporis quæ seorsum positæ sunt insensibiles ad sensum, tamen non simpliciter indiuisibiles, & sic terminatur ista quęstio.

QVAESTIO. XVIII.

QVæritur Vtrum formæ substantiales elementorum possunt intendi & remitti. Et arguitur primo quòd sic, quia formæ substantiales elemētorum sunt contrariæ, sed contraria sunt intensibilia & remissibilia, ergo, &c. Secundo formæ substantiales elementorum generantur & corrumpuntur successiue, ergo videtur quòd intendantur & remittantur cō sequentia tenet, ex eo quòd causa successionis generationis & corruptionis videtur esse intensio & remissio in gradibus. antecedens patet. nam ex ignę successiue & per partem ante partem generatur aqua vel aer, & per consequens forma substantialis aque vel aeris.

Tertio propria passio elementi, puta ignis vel aque intensibilis vel remissibilis. ergo & forma substantialis. consequentia patet de se. antecedens patet. nam aliquando plus calefit aliquando minus vel aliq̄n plus humectat aliq̄n minus. modo calefacere frigefacere humectare

ctare

ctare exiccare videntur esse proprie passione elementorum distribuendo singula singulis. Quarta. si quæstio esset falsa. sequitur quod impossibile esset esse aliqd simplex elementum simul calidum & frigidum. modo hoc est falsum, ex eo ꝙ hoc repugnat puro elemento, sicut patet secundo huius. probatur consequentia, quia
Tex.c.16 cum aqua est calefacta vel forma eius substantialis est remissa, sicut eius frigiditas, vel non si. dicatur quòd sic habetur propositum. si dicitur quòd nõ adhuc est vna aqua, & cum aque primo insit frigiditas sequitur quòd aqua est frigida, & cum est calida, sequitur propositum videlicet quòd purum elemẽtum simul sit calidum, & frigidum. Quinto. sequitur ꝙ graue simplex posset promoueri in vacuo successiue, sed hoc est falsum, & probatur consequentia. nam capiatur vna terra pura quæ sit sursum existente vacuo & applicetur sibi aliquod calefaciens & remittens eius grauitatem & inducens leuitatem, tunc si forma eius substantialis est remissa quęstio est vera. si autem non tunc adhuc est elementũ simplex, & cum iam habeat aliquid de grauitate, sequitur quòd ipsum descendet per vacuum successiue, propter hoc quòd iam habet resistentiam intrinsecam. Sexto
Com.22 &.25. Cõmenta. dicit quarto cœli, quòd generans tm̃ dat de loco quantum de grauitate, sed quia dat grauitatem, successiue secundum magis & minus, sequitur etiam ꝙ dat formam substantialem secundum magis & minus successiue. Septimo ex elemẽtis fit mixtum, ergo formę substantiales elementorum sunt intensibiles, & remissibiles. antecedens supponitur tanquam verum. consequentia probatur, ex eo quod existentia non miscentur adinuicem nisi vtrunq; eorum remittatur, sed elementa nõ remittuntur substantialiter, nisi formę eorũ substantiales remittantur, ergo, &c. Octauo arguitur
Cõm.67 auctoritate Commen. Tertio cœli. vbi dicit & repræhendit Auicen. qui dicit oppositum, quamuis tamen alibi dicat oppositum.

In oppositum arguitur, quia formæ substantiales elementorum sunt substantiæ, substantiæ autem non remittuntur nec intenduntur cum nulla substantia suscipiat magis & minus per Arist. in prędicamentis.

In ista quęstione breuiter recitabo vnam opinionem cum suis motiuis. Secundo ponam opinionem illi contrariam quam credo esse veram. Tertio soluam motiua opinionis oppositæ cum rationibus principalibus.

Quantum ad primum sciendum ꝙ duplices distinguuntur formæ, quędam dicuntur formæ substantiales, sicut sunt formæ quæ dant esse simpliciter, & quædam sunt formæ accidentales, sicut sunt illæ quæ dant esse accidentale. Secunda distinctio. formarum substantialium quædam dicuntur formę mixtorum, sicut est forma asini, & quædam dicuntur formæ substantiales elementorum, sicut est forma ignis vel aque.

Tunc aliqui opinantur ꝙ formæ substantiales elemẽtorum medio modo se habeant inter formas mixtorũ, substantiales & formas accidentales. vnde dixerunt formas substantiales elementorum conuenire cum formis substantialibus mixtorum in hoc quòd dant esse simpliciter. sicut formæ substantiales mixtorum, & conueniunt cum formis accidentalibus in hoc, quia sicut formæ accidentales sunt intensibiles & remissibiles, ita & formæ substantiales elementorum, ita & ẽm istam opi. ad quæstionem poneretur ista conclusio ꝙ formæ substantiales elementorum sunt intẽsibiles & remissibiles.

Et illi de ista opinione probant hoc sic. primo statuẽtes pro fundamento sibi elementa formaliter manere in mixto. Secundo elementa non posse se compati scd̃m eorum esse completum & perfectum. Ex his duabus suppositionibus arguunt, elementa quę sunt in mixto vel formæ eorum substantiales sunt remisse, vel non. si sic habetur propositum. si non, sequitur elementa manere simul secundum eorum esse perfectum & completum, quod est contra secundam suppositionem, consequentia tenet, quia q̃diu formæ substantiales elementorum manent non remissa ipsa elementa manent ẽm eorum esse completum & perfectum. Secundo arguitur sic. elemẽta remittuntur & intenduntur secundum eorum qualitates, quę sunt caliditas frigiditas, &c. quarum formæ substãtiales sunt causæ. ergo etiam ipsæ formę substantiales remittũtur & intenduntur. consequentia videtur tenere, ex eo ꝙ intensione & remissione in effectu debent argui intensio, & remissio in causa.

Tertio cum frigiditas aque est remissa vel forma substantialis aque est remissa vel non. si sic habetur propositum si non cum omnes gradus frigiditatis sint euisdẽ rationis, sequitur quod ad remissionem vnius gradus forma substantialis non remittitur nec deperditur. similiter ꝙ nec ad remissionem alterius gradus ipsa depertur, & per consequens omnibus gradibus frigiditatis corruptis adhuc vr̃ posse remanere forma substantialis aque, sed hoc est inconueniens, quia aqua non posset esse sine frigiditate, & proportionabiliter arguit̃ de igne ꝙ posset esse sine caliditate, &c. Quarta arguitur sic si ad remissionem, qualitatis non remitteretur forma substantialis, & cum in alteratione ipsius aque ab igne, non sub quacunq; frigiditatis, potest remanere forma substantialis aque, & cum sub aliqua frigiditate possit manere, vel ergo est dare intensissimam frigiditatem, sub qua potest manere, vel intensissimam sub qua non vel remississimam sub qua potest manere, vel remississimam sub qua non potest manere, sed nullum istorum, potest dici. ergo, &c. primo non potest dici primum, quia tunc sub illa posset manere, & sub nulla intensiori. modo hoc est falsum. nam exquo frigiditas primo inest aque, sequitur ꝙ si aqua potest stare sub frigiditate aliqualiter intensa, quòd etiam potest stare sub frigiditate intensiori. si autem dicatur quòd sit dare intensissimam sub qua non potest stare propter materiam eius remissiorem, sequitur quòd frigiditas sub qua potest introduci forma ignis sit immediata toti latitudini frigiditatis, sub qua potest manere forma substantialis aque, quod reputo inconueniens, nec potest dici quòd sit dare remississimam frigiditatem sub qua potest stare. nam exquo non est dare vltimum instãs rei permanentis in esse, sequitur quod sub quacunq; frigiditate non potest stare aqua, quòd sub remissiori potest stare, nec potest dici quartum, quia subquacunque frigiditate non potest stare aqua propter eius frigiditatis remissionem nec sub remissiore illa potest stare, exquo frigiditas primo inest aque. Quinto sequitur quòd aliquid esset leue simplex, quod non esset leue simpliciter. consequentia tenet, quia cum leuitas ipsius ignis remittitur absq; remissione eius formæ substantialis, adhuc ignis maneret leue simplex, non tñ maneret leue simpliciter.

Quantum ad secundum est alia opi. isti cõtraria quę est vera, quòd formæ substantiales elementorum non sunt intensibiles nec remissibiles sed bene formę eorum accidentales sicut caliditas frigiditas, &c. Et ẽm istam opinionem imaginandũ est quòd cum ex aqua debeat generari ignis, tamen frigiditas aque remittitur, & non forma substantialis, & in tali remissione frigiditatis tandem deuenitur ad vnam frigiditatem, quæ est ita remissa, quòd amplius formas substantialis aque non potest manere, & sic pro tunc forma substantialis aque desinit esse per remotionem de præsenti & positionem de prętерito. Et tunc forma substantialis ignis incipit esse in illa materia per positionem de præsenti, & remotionem de præterito, ita quòd primum instans non esse formæ substantialis aque est primum instãs esse formæ substantialis ignis succedentis formam substantialem aque corruptã in eadem materia, & pro eodẽ instanti frigi-

corruptam in eadem materia, & pro eodem instanti frigiditas remanens in illa materia est intensissima frigiditas, sub qua forma substantialis aque non poterat remanere. nam sub illa non poterat, & sub quacunque intensiori poterat, & sic inter omnes frigiditates vlterius eundo versus non gradum frigiditatis sub quibus forma substantialis aque non potest, manere illa frigiditas est intensissima, & sic concedendum est esse verum quod aduersarij reputant falsum, quòd frigiditas sub qua poterat generari forma substantialis ignis est immediata frigiditati sub qua potest manere forma substantialis aque. Ex quo solutum est quartum motiuū, opinionis contrarie, &c. Pro ista opinio. ponam aliquas rationes. Quarum prima sit ista, non est necessarium in intensione, & remissione qualitatum formas, substantiales elementorū intendi & remitti, ergo formæ substantiales elementorum non debent poni intensibiles & remissibiles. consequentia tenet per illos de opinione contraria, credunt.n. qualitates elementorum nō posset intendi & remitti absq; intensione & remissione formarum substantialium, añs patet ſm modum imaginandi iam positum. Secundo si ad remissionem caliditatis aeris forma substātialis aeris remittitur, & proportionabiliter gradus formæ substantialis aque vel terræ introducuntur, sequitur ꝙ in hyeme. cum aer sit valde notabiliter remissus in caliditate, & notabiliter intensus in frigiditate, notabiliter forma substantialis aeris deberet esse remissa & forma substantialis aque vel terrę ītroducta, & sic magis in hyeme apparet esse aqua vel terra q̄ aer, ex quo magis est frigidus q̄ calidus, & proportionabiliter, cum sic forma substantialis eius remittitur, & alia forma introducitur. similiter videmus terram notabiliter calefieri, & adhuc manere ſm eandem substantiam, quòd non esset si ad remissionē suæ frigiditatis forma eius substantialis remitteretur. Tertio, si essent intensibiles, &c. sequitur ꝙ vnus ignis esset magis ignis quàm alius, & aliquando vna vice esset magis ignis q̄ alia vice, secundum ꝙ forma eius substātialis aliqn̄ esse intensior & aliqn̄ remissior, vnde sicut sor. aliquando est magis calidus & aliquando minus, propter hoc quòd eius caliditas aliqn̄ est intensior, & aliqn̄ remissior, ita etiam ignis per suam formam substantialem per quam est ignis, aliqn̄ esset magis ignis, & aliqn̄ minus, si illa forma esset intensibilis, & remissibilis, sed consequens est falsum, ex eo ꝙ termini de prędicamento substantiæ, de quorum numero est hoc terminus ignis, vel hoc terminus aqua nō sunt verisimiles de aliquo aliqn̄ cum hoc aduertēdo magis, & minus

Quarto. sequitur ꝙ alteratio elementorum adinuicem non posset fieri sine generatione, & corruptione substantiali. patet hoc, ex eo ꝙ caliditas ignis non posset remitti nisi pars formæ substantialis, corrumperetur, & pars alterius formæ substantialis generaretur.

Quantum ad Tertium restat soluere motiua opinionis contrarie. Ad primum, quia pro illo supponitur elementa manere formaliter in mixto, expectandum est de hoc vsque ad quęstionem sequentem immediate. Ad secundum qn̄ dicitur ꝙ qualitates intendūtur, ergo & formę, negatur consequentia, & qn̄ dicitur intensio & remissio in effectu arguunt intensionem, & remissionem in causa, dico ꝙ non in qualibet causa. vnde similiter bene probaretur ꝙ prima causa esset intensibilis, & remissibilis. vnde aliqn̄ accidit intensio, & remissio propter meliorem vel peiorem dispositionem subiecti, vel propter aliquid huiusmodi, absq; hoc ꝙ aliqua subiecta intendatur vel remittatur. Ad tertium dico, q̄uis oēs gradus qualitatis sint eiusdem rationis substantialis, non tñ eiusdem rationis accidētalis, & talis diuersitas bene facit, quia sub aliquibus gradibus pōt manere forma substantialis, & sub aliquibus non. vnde omnes sunt eiusdem rationis essentialis, quia omnes sunt qualitates, sed non sunt eiusdem rationis accidentalis, quia quidam sunt intensi & quidam remissi, & si illa ratio valeret, consimili modo posset probari de forma mixti, quòd esset intensibilis & remissibilis sicut probatum est de forma substantiali elementi, ex quo forma mixti sub aliqua qualitate potest manere & sub aliqua nō sicut & forma elementi. Ad quartū dico, ꝙ solutum est. Ad quintum concedo, ꝙ possibile est aliquid esse leue simplex & non simpliciter, si ly simplex est determinatio substātię, sed ly simpliciter est determinatio accidentis.

Ad rationes principales. Ad primam dico, ꝙ bene qualitates elementorum ſm quas formę elementorū agunt sunt contrarię, & sic illæ bene sunt intensibiles & remissibiles, sed non formæ substantiales elemētorum substantie.n. nihil est contrarium, nec suscipit magis, & minus. Ad secundam dico, ꝙ generatio formarum elementorū bene est successiua, prout successio attenditur penes productionem gradus post gradū. vnde forma substantialis elementi bene est diuisibilis in partes, quantitatiuas, sed non in partes graduales. Ad tertiā negatur antecedēs. ad probationem dr̄ ꝙ calefacere & frigefacere non sunt proprie passiones, quia dicunt actū sed frigefactum, & calefactum est, quia dicunt aptitudinem, sed istæ nec intenduntur nec remittuntur. Ad quartam dico quòd non est impossibile quòd aliquid substantialiter mixtum tñ qualitatiue habeāt duas qualitates contrarias, quarum vnam determinat de natura propria, & alia inest sibi violenter. Ad quintam dico, negando antecedens vlterius dico, quòd elementum dr̄ simpliciter vel substantialiter vel qualitatiue simul sicut esse ignis calidus in summo, vel simplex substantialiter & mixtum qualitatiue, sicut esset ignis remissus in caliditate, tunc dico & bene concedo ꝙ aliquod simplex substantialiter, mixtum tamen qualitatiue posset moueri in vacuo successiue. Si autem esset simplex tam substantialiter q̄ qualitatiue forte non posset moueri successiue in vacuo, de quo dictum est 4. physic. & Tex.c.71
per hoc patet quid sit dicēdum ad quintam rationem.

Ad sextam qn̄ dicitur generans tm̄ dat, &c. rn̄detur ꝙ generans bene tantum dat de forma quo ad partes eius quantitatiuas, non tñ quo ad partes eius graduales cum non habeat tales. Ad septimam dico, ꝙ illa bene arguit remissionem in qualitatibus elementorum non tamen in formis eorum, substantialibus. Ad Commentatorem dico, negando eum cum ipsemet dicat alibi oppositum.

QVAESTIO. XIX.

QVæritur Vtrum elementa maneant in mixto formaliter. Et arguitur primo ꝙ sic auctoritate Arist.d. Neq; corrūpuntur ambo neque alterum saluatur.n. virtus eorum, ideo hic quidē derelinquitur. Secundo.nā per Arist. mixtio est mixtibiliū alteratorum vnio. modo si in generatione mixti ex elementis elementa corrūperentur & non manerent, tunc deberet dici. mixtio est mixtibilium corporum vnio, & non deberet dici alteratorum. Tertio. nam sicut in ista syllaba ab. formaliter manet ista litera a, & similiter formaliter ista litera b, quamuis vtriusque sonus remittatur, ita videtur in mixto qd̓ vtrumq; mixtibilium maneat quamuis remissum.

Tex.c.19 Tex.c.84 Tex.c.83

In oppositum est Aristot. simpliciter enim dicit alterum non misceri ambo, propter hoc quòd vtrunque eorum saluatur, & manet, ac si velit dicere ad hoc quòd aliquid alteretur, requiritur quòd vtrunque eorum saluetur nec maneat, & sic sequitur elementa non manere, nec saluari in mixto. Secūdo si maneret,

neret, sequitur ꝙ plures formæ essent in eadem materia sed hoc est falsum, sicut alibi visum est. probatur consequentia, quia in eadem materia maneret forma ignis cū forma mixti de nouo genita.

In ista quæstione. Primo recitabo opiniones aliquas de ista materia cum improbationibus earum. Secundo respondebo ad quæsitum. Tertio mouebo dubia contra illam opinionem & soluam ipsa.

Quantum ad primum sciendum est, ꝙ aliqui dixerunt in generatione mixti formas elementorū manere absq; generatione noua formę mixti superaddita. vnde imaginabantur ꝙ in mixto non essent nisi formæ substantiales elementorum, & ſm ꝙ illę aliā & aliā haberēt proportionem adinuicē, ſm hoc mixtū esset alterius & alterius speciei. Alij aūt posuerunt formas substātiales elementorū manere in mixto, & ipsis pro generatione mixti superaddūt nouam formā, puta formam mixti. Et isti fuerunt bipartiti. nā quidā eorū posuerunt formas substantiales elementorum manere in mixto non refractas, sed bene qualitates elementorum, & de istorū numero fuit Aui. Alij aūt posuerunt elemēta manere in mixto formaliter tā ſm formas eorū substantiales q̃ accidētales remissas, & de istorū numero fuit Cōm. qui
Cōm. 67 hoc ponit. 3. cęli, reprehendens Aui. po^tem^ formas substantiales elementorū esse intensibiles & remissibiles.

Contra ista tres opiniones, pono istas tertia cōclusiones. quarū prima est, ꝙ in mixto oportet ponere formā distinctā à formis mixtorum. Secunda conclusio, ꝙ formæ substantiales elementorū, non ſm earū esse intensum manent in mixto. Tertia cōclusio. formæ substātiales elemētorū non manēt in mixto ſm earū esse remissum. prima conclusio est cōtra primā opinionē. Secunda contra opinionē Aui. Tertia cōtra opinio. Cōmen. prima cōclusio probatur sic qa nisi in mixto poneretur alia forma q̃ forma elemēti faciēs regulans & figurās ꝙ non oīa grauia descenderēt in mixto & leuia ascenderēt, sequitur ꝙ in mixto in nutritione oīa grauia descenderēt, & oīa leuia ascēderent, sed hoc est falsum. nā si sic. sequitur ꝙ in mixto. vt in hoīe vel in equo totū q̄d esset inferius deberet esse os, & totū q̄d esset superius deberet esse spūs & calor & totū quod esset in medio deberet esse caro, sed hoc est falsum. sicut patet de se. consequentia tenet, quia ex magis graui generantur ossa, ex magis leuibus spiritus & caro, & ex medio modo se habentibus caro & sanguis. ergo breuiter ī mixto oportet ponere vnā formā reagentē prędicta alia à forma elemēti. Secūdo si cōclusio esset falsa, sequitur ꝙ ferrū & lapis ignitus magis essent similia in substantia q̃ ferrū ignitum & ferrū frigidum, sed hoc est falsum, & cōsequētia tenet ex eo ꝙ qualitates elemētorū maiorē virtutē hn̄t adinuicē in ferro ignito, & lapide ignito q̃ haberent in ferro ignito & ferro frigido. Tertio arguitur sic. sequitur ꝙ alteratio esset generatio, q̄d est contra prius dicta probatur cōsequentia. nā postq̃ ſm aliā & aliā proportionē elementorū adinuicē fieret mixtū alterius & alterius speciei, per solā alterationē elemētorū adinuicē mutaretur nomen specificum. modo sicut prius dicebatur cum fit mutuo noīs spēi, tunc est generatio substātialis.

Secūda cōclusio probatur. nā si formæ elemētorum manerēt in mixto ſm earū esse intēsum & perfectum, sequit̄ ꝙ in mixto forma ignis staret sub maiori dēsitate & sub maiori grauitate sine eius corruptione q̃ stet forma aque, sed hoc est falsum, & cōsequētia patet. nā taliter staret in lapide marmoreo, sed falsitas consequentis probatur. nam si sic. sequitur ꝙ nunq̃ aqua ex igne posset generari, & hoc est falsum, & consequētia probatur ex eo ꝙ nunq̃ aqua posset trahere ignē ad dispositiones ita ei conuenientes quin sub dispositionibus subiecti inconuenientibus posset stare. nunq̄. n. aqua traheret ignem ad tantam densitatem & grauitatē, sub q̃ta stat in lapide marmoreo, & si sic. nunq̄ aqua ex igne generabit aquā. Secundo ad idē arguitur sic. si formę substantiales elementorū manerēt in mixto ſm earum esse perfectum, sequitur ꝙ q̄dlibet elementorū si maneret in mixto esset ibi violente. cōsequentia patet ex eo ꝙ violentum est igni stare sub caliditate remissa, & similiter violentū est aque stare sub frigiditate remissa. patet hoc ex eo ꝙ q̃diu aqua stat sub frigiditate remissa. si non prohibeatur reducit se ad frigiditatē pristinam. modo non est verisimile & ita diu elementa manerent in mixto violenter. Tertio formæ substātiales elementorū, perfecte sunt incompossibiles & determinant sibi qualitates contrarias incōpossibiles, ideo si ponantur ſm earum esse perfectum manere in mixto. hoc op orteret esse per iuxtapositionem elementorū, ex eo ꝙ illæ formę non pn̄t se compati in eadem materia, & tunc oporteret formam mixti esse expansam per formas elementorum sic iuxta seinuicem positorū, & sic oportet in eadē particula ponere formam elementi ſm esse perfectum, & vnam particulam formæ mixti, & sic idem esset elementū & mixtum, q̄d est inconueniēs, ex coꝫ ꝙ ipsa differunt specie, & non solum esset mixtum qualitatiue, immo esset mixtū substantialiter in quo est forma mixti vel pars eius. Quarto non videtur verisimile ꝙ in lapide qui iacet in profundo maris sit pur^9^ ignis substantialiter & nō corrumpatur valde cito. Tertia conclusio. probatur. nam dato opposito conclusionis formæ substantiales elemētorum essent intensibiles, & remissibiles, q̄d est contra prius dicta. Secundo. sequitur ꝙ sicut ex caliditate & frigiditate resultat vna qualitas media, & similiter ex humiditate & siccitate, quòd ita etiam ex forma substantiali ignis, & ex forma substantiali aque per earum remissionem adinuicem resultaret vna forma substantialis media, & similiter ex forma substantiali aeris & terrę vna alia media distincta specie à prima, & si sic tunc quodlibet mixtum esset diuersarum specierum quod est inconueniens consequentia tenet ex eo ꝙ per totam suam materiam essent extēse duæ formæ substantiales distincte specie adhuc non subordinate.

Quantum ad secundū sit prima conclusio, ꝙ elementa non manent in mixto ſm earum formas substātiales.

Secunda cōclusio. ꝙ nec ſm earum formas accidentales seu qualitates quæ sunt caliditas frigiditas, &c.

Tertia conclusio. ꝙ in generatio mixti generantur duę qualitates, quarū vna est media inter qualitates actiuas. s. caliditatem & frigiditatem, & alia est media inter qualitates passiuas. s. humiditatē & siccitatem, quæ quidem media inter qualitates actiuas frigidius in mixto in quo est calefacit, & calidius frigefacit, & similiter media inter passiuas humidius exiccat, & siccius humectat, & per hoc tales qualitates medie differunt à primis qualitatibus elementorum. nam qualitates elementorū q̃uis sint remisse, sicut si caliditas ignis esset remissa, nō propter hoc frigefaceret, qualiter facit qualitas actiua ipsius mixti. Prima conclusio probatur. nā elementa non manent in mixto ſm formas substantiales eorū intensas nec remissas, sicut probatū est ergo nullo modo.

Secundo si manerent, sequitur ꝙ in omni generatione simpliciter fieret resolutio vsq; ad materiam primā, & hoc est falsum, & probatur cōsequentia, pro tāto ꝙ formę substantiales elementorū manent cum forma mixti post generationem quæ præfuit in materia ante generationem. falsitas consequentis patet. nā tunc subiectum generationis esset ens in actu. s. cōpositum ex materia & forma elementi, & per consequens generatio esset alteratio, q̄d est cōtra dicta. Secūda cōclusio pbat̄. nā si qualitates elementorū manerēt & nō forme substātiales ipsorum, sequitur ꝙ accn̄s migraret de subō in subiectū, sed hoc est falsū, & cōsequētia vr̄ tenere ex eo quòd

ꝙ illud accñs ꝙ prius fuisset in elemẽto tanq̃ in subiecto postea esset in mixto. Tertia cõclusio probatur. nam mixtũ dicimus esse calidũ & frigidũ, humidũ & siccum & cũ hoc nõ sit per qualitates elementorũ, vt patet ex scđa cõclusione, cũ illę qualitates sint contrariæ, & cõtraria non pñt esse simul in eodem subiecto, vr̃ ꝙ hoc sit per qualitates medias inter actiuas & passiuas, modo quo dicebatur in positione conclusionis.

Quantum ad tertiũ dubitatur. si elemẽta non manerent in mixto, sequitur ꝙ mixtũ esset eque simplex sicut elementũ, sed hoc est falsum, sed cõsequẽtia tenet. nã in mixto non essent plus q̃ materia prima, & forma, sicut est in elemento simplici, & hoc si elementa nõ manent in mixto. Secundo. nã si nõ manerent, sequitur ꝙ formæ mixtorum non reciperentur in materijs mediantibus formis elementorum. aliter. n. elementa non Tex.c.88 magis viderentur esse principia mixtorum q̃ ecõuerso.

Tertio. nã Aris, hoc in primo dicit, guttã aque nõ misceri amphore vini, pp̃ hoc ꝙ aqua corũpitur. ac si velit Tex.c.4. dicere mixtibilia in mixtione nõ debere corrumpi, sed manere. Quarto. nã quinto Meta. dr̃, ꝙ elemẽtum est ex quo fit aliquid cũ insit. modo hoc esset falsum, vt vr̃ Tex.c.7 si elementa nõ manerent in mixto. Quinto. nã dr̃ primo cęli, ꝙ mixtũ mouetur ad motũ elemẽti prędominantis. modo hoc est falsum, nisi elemẽta vel aliquid eorum maneret in mixto. Sexto. nã si non manerẽt sed corrumperentur, vel ergo omnia corrũperentur & hoc non, quia tũc mixtũ esset mixtũ ex non entibus, & sic non vr̃ vnde corrũperetur elementũ prędominans, vel aliqua corũpuntur & aliqua nõ, & hoc non, quia nõ esset mixto, sed alligatio & generatio vnius elementi ex pluribus vel pluriũ ex pluribus. Septimo arguitur experientijs. nã videmus ꝙ in ligno viridi posito ad ignẽ, in extremo eius sic extra ignem exit humor, quod non esset nisi illæ præfuisset in mixto. similiter videmus qđ ex rosis quæ sunt quędam mixta sublimatur aqua quę vocatur rosea. similiter si cum ferro percutitur lapis exit ignis, quod non vr̃ debere fieri nisi illæ ignis præfuisset in aliquo illorum corporum vel in ambobus.

Ad ista dubia. Ad primam dico, ꝙ elementũ est aliquid simplex sicut mixtũ simplicitate quæ opponitur cõpositioni ex materia & forma substãtiali mixtũ. n. nõ habet plus quo ad compositionẽ eius substantialẽ q̃ suã materiã & suam formã, sicut nec elementũ, sed tñ compositione accidẽtali ipsum mixtũ, quolibet elemẽto est compositius, ad istũ intellectum ꝙ mixtum habet qualitates quæ pñt calefacere vel frigefacere, humectare & exiccare. nullũ aũt elemẽtum habet qualitates quę hęc omnia possint facere. vnde mixtum dr̃ mixtum primo ex eo ꝙ non habet aliquam qualitatẽ primã in summo sicut tñ habet qđlibet elementũ. Secundo. quia mixtũ habet qualitates medias, sic ꝙ si fieret ab illis versus q̃litates primas in summo, hæc esset contra naturã ipsius mixti, & econuerso, mixtum si posset reduceret se ad qualitates medias pristinas. sic autem non est de elemento vnde si elementũ habet qualitatem maximã non appetit manere sub illa, nec appetit se reducere ad illam, sed magis ab illa ad qualitatem suã, sicut patet de aqua tepida. Et per hoc possumus cognoscere qñ aliqđ qualitatiuum qualitate media est mixtum substãtialiter vel simplex. vnde si videamus illud manere sub illa qualitate media quolibet extrinseco vel iuuante amoto. Illud dr̃ mixtum substantialiter, sed si non videamus ipsum manere sub illa qualitate media, sed ipsum tendere ad aliquã qualitatem summam, sicut patet de aqua calefacta, dicimus hoc non esse mixtũ substantialiter, q̃uis bene accidentaliter. Tertio mixtũ cognoscitur esse mixtũ substantialiter per hoc ꝙ habet istas duas qualitates sensibiles, quæ sunt color, odor, sapor, & huiusmodi, quas non habet purum elementum, & ideo aquã quæ est magis insipida dicimus esse propinquiorem puro elemento aque q̃ quę est magis sapida, & pp̃ hoc aqua salsa sicut est aqua maris, minus est propinqua elemento puro aque q̃ sit aqua habens minus de sapore aliquo, & de hoc videbitur in secundo. Ad ſm dubium dico ꝙ quia Cõmen. ponit elemẽta manere in mixto ipse dixit formas elementorũ recipi in suis materijs medietatibus formis elementorum, & ideo Cõmẽ. quo ad hoc potest negari. nihilominus possumus exponere formas mixtorum recipi in suis materijs mediantibus formis elementorum. i. mediantibus quibusdam dispositionibus derelictis in materia prima ex actione & passione elementorũ adinuicem. Et qñ etiam dr̃ nõ magis elementa deberent, &c. negatur hoc, ideo quia ad cuiuscunq; mixti generationẽ oportet vel oportuit mediate vel immediate concurrere elementa. hoc aũt non oportet ad generationẽ elemẽti. Et dico mediate vel immediate, pp̃ hoc ꝙ aliqñ ex mixto generatur mixtum sed tñ quia aliqñ deuenitur retrocedẽdo ad aliqđ mixtum, qđ generabitur ex elementis, dixi ꝙ qđlibet mixtum generatur ex elementis mediate vel immediate, sed quia bene est aliqđ elementum ꝙ nunq̃ generabatur, ex mixto. nec mediate, nec immediate, sed ex vno alio elemento, ideo debemus magis dicere elemẽta esse principia mixtorum q̃ econuerso. Tertium qñ dr̃, gutta aque, &c. dico ꝙ per hoc Arist. noluit ꝙ in mixtione oportet mixtibilia manere, sed bene voluit ꝙ cum vnũ mixtibilium corrumpitur & reliquum manet, tunc nõ est mixtio perfecta, sed est generatio & allegatio, sed cũ mixtibilia omnia corrumpuntur, tunc est mixtio perfectu, qualiter non est in mixtione gutte aque cũ amphora vini. Ad quartũ dico, ꝙ Arist. 5. meta. per ele Tex.c.4 mentum intelligit materiam primam, & sic illa auctoritas non est contra nos. Ad quintum qñ dr̃ mixtũ mouetur ad motum elementi prędominantis intelligitur sic, ꝙ mixtum mouetur ſm dispositionẽ derelictã in ipso ab elemento prędominante in mixtione. Ad sextum dico, ꝙ omnia corrumpũtur, & qñ dr̃ aliquid esset mixtum ex non entibus. negatur consequentia q̃a ex quo mixtum est terminus ampliatiuus alterius termini, ad supponẽdum pro eo qđ est vel fuit, sicut est hic terminus generandum, ideo hæc est concedẽda aliquid est mixtum ex non entibus quæ sunt vel fuerunt, sicut hæc conceditur homo est genitus ex semine, non qđ est, sed quod fuit. Vlterius qñ dr̃ non videtur vnde corrumpatur elementum prædominans, dico ꝙ si elementum prædominans tm̃ prædominetur alijs tribus ꝙ illa tria non possint ipsum corrumpere, non fit mixtio, sed tunc illud elemẽtum transmutat illa tria in suam naturam. si vero illud elementum non tm̃ sit prędominãs quin ipsum per omniũ aliorum elementorum actionẽ & reactionem adinuicem cum alijs corũpatur, tunc fit mixtio & generatio mixti & non elementi. Ad septimam de experiẽtijs dico ad primam ꝙ illæ humor qui exit à ligno, & similiter qui trahitur à rosa non est aqua pura quæ sit elementũ, sed habet se proportionaliter in his, sicut sanguis in corpore animalis. ꝙ autem talis humor non sit elementum patet. ex eo, quia habet colorẽ humorem & saporem, quod non cõuenit puro elẽmento aque. Ad aliã qñ dr̃ de ferro, &c. dico ꝙ illę ignis non præfuit in his corporibus percussis adinuicem, sed à lapide separantur quædam parue partibile quæ per, motum & confricationem igniuntur.

Ad rationes principales. Ad primã rñdetur ꝙ per hoc Aris. intellexit ꝙ nec corrũpantur ambo nec alterũ eorum in vnũ alterum elementũ, sed bene in mixtũ qđ ex ipsis corruptis generatur de nouo, & sic bene dixit Arist. ipsa manere in mixto in potentia, non tñ in actu Tex.c.84 hoc est materiam eorum manere quæ est quædã potentia & non eorum formas quę sunt quidam actus. Et di

xit.saluatur.n.virtus eorũ, hoc est quædã dispositiones eorũ derelictæ in materia ex actione & passione eorum adinuicem, & ideo hoc derelinquitur supple quo ad dispotiones & eorũ materias, & non ꝗm eorũ formas substantiales. Ad scdam dico, ꝙ mixtio bene est primo alteratorum, postea tñ corporum vnio. vnde ad hoc ꝙ materiæ elementorũ vniantur & continuentur adinuicem per formam mixti, oportet ꝙ primo elemẽta alterent seinuicẽ, deinde corrumpant se & generetur forma mixti. Ad tertiã dico, ꝙ bene est simile quo ad hoc ꝙ sicut in ista syllaba ab quælibet istarũ literarum a, & b, dimittit sonum suũ perfectum, ita in mixtione q̃libet mixtibilium remittitur ꝗm eius qualitatem q̃ sibi determinat sed est dissimile in hoc, quia in ista syllaba ab. manent tam hæc litera a, q̃ hæc litera b, sic aũt non est de mixtibilibus respectu mixti. Et sic terminatur ista qõ.

QVAESTO. XX.

Quæritur Vtrum mixtio sit possibilis. Et arguitur primo ꝙ non. nã si sic, aut ipsa fieret per iuxtapositionem mixtibilium, aut per penetrationẽ sed nullo modo põt fieri, ergo, &c. primo nõ per iuxtapositionem. nã si sic, non quęlibet pars mixti esset mixta, nec ẽt per penetrationem. nã tunc plura corpora essent in eodẽ loco primo q̃d est contra Arist. 4. physic.

Secundo si quæstio esset vera: vel ergo mixtio fieret mixtibilibus remanẽtibus in mixto vel ipsis corruptis, non primũ, quia hoc esset contra præcedentẽ quæstionem, nec ꝗm, quia tunc mixtum esset mixtũ ex non entibus. Tertio. formæ mixtorum generantur subito. formæ autem elementorum corrumpuntur successiue. ergo mixtum non generatur ex elementis, ꝙ tñ fieret si mixtio esset possibilis. Quarto. si mixtio esset possibilis vel hoc esset naturaliter vel violenter, nõ naturaliter, quia tunc in mixto mixtibilia leuia deberent ascendere & grauia descendere, q̃d tñ non fit, nec violenter ex eo quòd mixtum est res naturalis. Quinto si mixtio esset possibilis cum ad mixtionem requiratur diuisio mixtibilium, vel ergo aliqua pars maneret indiuisa, vel non. si sic. tunc est iuxtapositio. si non tuuc quodlibet mixtibilium diuidetur tm̃ quantum potest diuidi, & est diuisum quantum poterat diuidi.

In oppositum est Aristo: & oppositum apparet ad sensum. vnde videm⁹ de vino & aqua & pluribus alijs quòd possunt vniri adinuicem.

In ista quęstione. Primo ponàm distinctiones. Secũdo respondebo ad quæstionem. Tertio mouebo quædam problemata circa istam materiam & soluam.

Quantum ad primum sciendum ꝙ mixtio vno modo capitur pro iuxtapositione plũrium retinẽtium formam & figuram ipsorum. Et illo modo capitur cum dicitur ordeum misceri tritico. Alio modo capitur pro iuxtapositione partium aliquarũ valde paruarum sensibilium, tñ sicut fit in mixtione lanarum. Tertio modo pro iuxtapositione partium insensibilium sicut fit in cõtritione plurium specierum in mortario. Quarto dicitur mixtio proprie dicta ad quam requiritur quòd quælibet pars mixti sit mixta tam sensibilis q̃ insensibilis. Secunda distinctio est, ꝙ mixtum tali mixtione, quoddam dicitur mixtum homogeneum, cuius quælibet pars est similiter mixta sicut alia, aliud dr̃ mixtum, etherogeneum, cuius quælibet pars est mixta non tñ similiter est mixta sicut alia. Et intelligitur illud de partibus integralibus & non essentialibus, sicut sunt materia & forma. Tertia distinctio est, ꝙ aliquid dr̃ mixtum per modum termini ad quem, aliquid aũt per modum termini a quo. Exemplum primi, sicut mixtum quod generatur ex elementis. Exemplum secundi sicut sunt quatuor elementa.

Quantum ad secundum pono istam conclusionem, ꝙ mixtio proprijssime dicta est possibilis, patet, quia aliter mixtum non haberet vnam formam cotinuuam, nisi quælibet pars mixti esset mixta, siue sensibilis, siue insensibilis.

Quantum ad tertium pro declaratione istius mediæ moueo aliqua problemata. Quorũ primũ est, qualiter fiat mixtio. Ad hoc respõdetur ꝙ fit isto modo ꝙ mixta diuisa in paruas particulas agunt & reagunt adinuicem tandiu ꝙ omnium illarum particularũ formæ substntiales elementales corrũpuntur, & tunc de totali massa composita ex istis particulis educitur forma substantialis mixti, per cuius eductionẽ illę materiæ fiunt continue, quę prius erãt contigue cũ stabant sub formis elementalibus. Ex isto sequitur ꝙ ad mixtionem vel ad generationem mixti non sufficit sola iuxtapositio partium, sed etiam requiritur continuatio. Secũdo quia nõ fit in infinitum talis diuisio mixtibilis, sed stabit ad partes minutas. Tertio. sequitur ꝙ omnis mixtio est genetio, sed non cõuertitur. patet hoc, quia mixtio connotat ꝙ multa corrũpantur & fiant vnũ ex his modo q̃cunque est hoc, est generatio & non sp qñ generatio est fit hoc. nam aliqñ est generatio, & tñ non corrumpuntur mixta ꝗm vtrum, sicut fit qñ ex mixto generatur mixtum. Secundũ dub. est hoc si mixtio posset fieri sine diuisione talium miscibilium adinuicem. Respontur ꝙ sic. quia qñ fit diuisio ad partes paruas, tunc illæ partes paruæ minuuntur sine earum diuisione. similiter si a, iuxtaponatur b, integerimũ possibile est ꝙ ex actione & reactione eorum adinuicẽ ambo corrũpantur, & generetur vnũ medium temperatũ. Tertium dub. est si simile posit misceri simili. Rñdetur ꝙ nõ, quia ad oẽm mixtionẽ proprie dictã requiritur actio & passio mixtibilium adinuicem. modo simile nõ agit in sibi simile, prout dictum est. Secundo, quia in mixtione proprie, dicta, oportet ꝙ vtrumq; mixtibilium corrũpatur ab alio, sed modo simile non corrũpitur à suo simili & per cõsequens non pñt misceri adinuicem. Sed dictu contra. nã aqua bene miscetur aque quę sunt similia. Respondetur ꝙ non. vnde cũ aqua funditur ad aquã bene ibi fit solum diuisio, & nunq̃ iuxtapositio particularũ, & quia illæ particule sunt eiusdẽ naturæ ibi fit continuatio illarum particularum & nullius corruptio pp quam continuationem creditur à simplicibus ꝙ ibi sit mixtio proprie dicta, q̃uis non sit in rei veritate. Quartum dubium est de illa diuisione cũ vtrumq; mixtibiliũ sit homogeneum, ꝙ si diuisio cadat in vno puncto ꝙ ita bene pari ratione cadat in alio, & sic in infinitum vt fieri diuisio. Respondetur ꝙ naturaliter loquẽdo est impossibilie ꝙ vbiq; sit equalis mixtio, & possibilitas ad diuidendum tam ex parte diuidentis q diuisi, quia i infinitum modica variatio sufficit, & ideo per actionẽ cœli vel ratione alicuius alterius est difformitas vnde licet b, sit homogeneum, tñ impossibile est ꝙ per tempus maneat vniformæ in aliqua sui qualitate. Quintum dubium est. si mixta debeant esse eque potentia, vel vnum tantum debeat denominari. Respondetur ꝙ impossibile est ꝙ diu essent eque potentia pp actionem cœli. Secundo dico, ꝙ si alterum dominetur intantum ꝙ non possit fieri tanta reactio in ipsum ꝙ ipsum cum alijs corrumpatur, tũc nõ fit mixtio, sed illud conuertit alia in suã naturã. Tertio dico, ꝙ nõ sufficit qualiscũq; reactio, sed requiritur q̃d tanta mixta simul corrũpantur, & ideo dicit Arist. debere cõicare in materia, & esse adequata potentijs, non ꝙ sint totaliter equalia, sed sic quòd alterum non tantum dominetur quin alia per actionem earum in ipsum, sufficiant ipsum corrumpepere siuml cum ipsa corrumpuntur. Sextum dubium est. vtrum simplex possit misceri alteri simplici, seu an solum ex dobus, elementis possit generari mixtum.

mixtum. Respondeo dicendo quòd non, qđ probo sic. nã illa elementa vel hñt symbolũ vel nõ. si primum tũc per actionem illorũ adinuicem vnum trãsmutabit aliud in suam naturam, & sic non fiet generatio mixti, sed generatio vnius elementi ex alio si dr̃ scđm, tunc ex actione ipsorum adinuicẽ generatur vnũ elementũ tertiũ distinctũ ab eis & non mixtũ, prout valde bene probat Aris. secundo huius. Septimũ dubiũ est, qualiter, Tex. c. 25 & 48. elemẽta veniunt ad mixtionẽ. Rñdetur ꝙ aliqñ vnũ mixtũ generatur ex alio mixto, & tunc ad generationẽ talis mixti non oportet ꝙ denuo concurrant elemẽta, & non oportet ibi venire ascendendo vel descendendo de suis sphęris seu locis eorum naturalibus, sed aliqñ generantur ibi per actionem cœli, vel per alterationem & motũ vel aliquid huiusmodi. verũ est tñ ꝙ ẽt aliqñ ad mixtionem elementa veniunt vel aliquod eorũ de suo loco naturali. Octauum dubiũ est. si mixtum mixto posset misceri. Rñdeo ꝙ sic. vnde aliqñ per diuisionem duorum mixtorum contrariorum adinuicem & iuxtapositiorem particularum eorum põt fieri alteratio illarum particularum adinuicem tandiu ꝙ illa mixta corrumpuntur, & ex eis tertiũ generatur. Nonũ dubium est, pp quid aliqua sunt faciliter miscibilia, & aliqua non. Respondeo ꝙ aliqua pñt esse faciliter miscibilia, quia ambo sunt parua. Secundo, quia sunt faciliter diuisa. nam tunc per eorum diuisionem paruum põt applicari paruo, & tũc faciliter miscetur. Tertio qñ sunt bene passiua, & ideo pp causam oppositã stãnum non faciliter miscetur plumbo. Vlterius dico ꝙ cãæ oppositæ faciunt difficilitatem, & si nimis intense faciunt difficilitatem, immo impossibilitatẽ. Ex isto patet, quare aliqua non pñt misceri. Decimum dubium est. si simplex posset misceri cum mixto. Rñdetur cæteris paribus ꝙ non quia simplex vnus dominatur, cum habeat vnam qualitatem in summo, & ideo mixtum in suam naturam transmutaret, sed tñ posset esse mixtum ita magnum, & ita intense reagere ꝙ fieret mixtio, & corruptio mutua. Et ideo si simplex esset equale vel maius mixto, non posset sibi misceri, sed posset esse ita paruum ꝙ bene. Vndecimum dub. est. si mixtum augeri põt ex simplici. Respõdeo ꝙ sic. nã si aqua esset ita parua, & vinũ esset ita multũ ꝙ fieret ibi cõuersio aque in vino per actionem vini in aquam fieret augmentatio ipsius vini, sed non augmentatio propriissime dicta quę pręsupponit nutritionem. Duodecimum dubiũ est, propter quid mixtum aĩatum non augetur, nec nutritur à simplici sicut mixtum inanimatum. Rñdeo ꝙ hoc est, ideo quia virtus animæ non sufficit alterare & digerere quodcunq; difficille alterandum & digerendũ, & ideo oportet ꝙ cibus qui debet nutrire & augere habeat aliqualem similitudinem cũ augendo vel nutriendo, & ideo oportet ꝙ cibus non habeat aliquam qualitatem in summo de qualitatibus primis. Ex hoc vlterius sequitur ꝙ mixtum animatum, non põt nutriri ex puro elemento. Ex isto etiam redditur causa, quare aliqua faciliter nutriuntur & aliqua difficiliter. Tertiodecimum & vltimum dubium est, quæ sit causa ꝙ quælibet pars mixti sit mixta, cum ignis applicatus alicui mixto resoluat vnam partem in cineres, aliam in fumum, aliam in flammam, sicut cum ignis applicatur ligno. Et vnius alterius mixi quamlibet partem resoluit in flammam sicut cum applicatur oleo. Respõdetur quòd hoc est propter etherogeneitatẽ mixtionis illius ligni, & homogeneitatem mixtionis illius olei.

Ad rationes principales. Ad primam rñdeo & dico, ꝙ primo fit per iuxtapositionem, postea tñ per earũ corruptionẽ, & tunc per inductionẽ formę substantialis mixti quęlibet pars mixti est mixta. Ad scđam qñ dr̃ vel mixta manerent, &c. dictum est in alia quæstione.

Ad tertiam dico, ꝙ ita bene formæ mixtorum generantur successiue quo ad partes eorum quantitatiuas, & non quo ad partes eorum graduales, sicut corrumpuntur formæ elementorum. Ad quartã consimili modo rñdetur in alia quæstione. Ad quintã dico ꝙ, immo multe remanent indiui e, & qñ dr̃. ergo est solũ iuxtapositio. negatur consequentia, quia cum illæ partes miscibilium ponuntur, fit actio & alteratio earũ adinuicem tandiu ꝙ quęlibet eorum ponuntur corrũpit & generatur vna forma mixti per quam quælibet pars mixti est mixta. Et hic illius mixti quod dr̃ mixtum per modum termini ad quem.

QVAESTIO. XXI.

Quæritur Vtrum mixtio sit naturalis. Et intelligitur de mixtione de qua Arist. intellexit primo huius. s. de mixtione proprie dicta, cuius quælibet pars dicitur mixta. Et arguitur primo ꝙ non quia mixto elementorũ non põt esse sine congregatione ipsorum. congregatio autem elementorũ est violenta. patet quia ad hoc ꝙ elementa congregentur oportet ꝙ aliqua eorum quæ sunt grauia ascendant, vel ꝙ leuia descendant, vel ꝙ simul grauia ascendant, & leuia descendat. modo nullum illorum põt fieri sine violentia. Secundo quia siue talia maneant in mixto formaliter, siue ẽm eorum virtutes, vr̃ quòd elementa detineãtur in mixto violenter, propter hoc ꝙ virtutes elementorum reputantur esse simul, & est eis ita violentum sicut formis substantialibus elementorum. Tertio arguitur sic. quædam mixtio est artificiale. ergo non oĩs mixtio est naturalis, ex eo quòd artificiale, & naturale distinguitur, añs patet per alchimiam vbi aliqua metalla miscentur adinuicem. modo huiusmodi mixtio non est naturalis sed artificialis, quia per artẽ. Quarto quia mixtio est quædam generatio & corruptio ẽm prædicta, sed modo quædã est corruptio naturalis & quædã violenta, non ergo oĩs mixtio est naturalis. Quinto mixtio est corruptio mixtibilium, sed illa corruptio est mixtibus violenta ex eo ꝙ est contra naturalẽ, inclinationem ipsorum, pp hoc ꝙ quodlibet ens naturale diligit se permanere. ergo non omnis mixtio est naturalis.

Sexto arguitur sic. in mixtione est quędã diuisio cõtinui. modo similiter diuisio continui est violenta ex eo ꝙ continuum naturaliter prius erat cõtinuum. ergo vr̃ ꝙ mixtio non possit fieri sine violentia, quia non sine diuisione continui. Septimo arguitur sic. mixtio est quædam alteratio mixtibilium successiua, sed oĩs talis fit cum resistentia. ergo in oĩ mixtione est resistentia, & per consequens violentia & inclinatio ad oppositum.

Octauo arguitur sic. quædam sunt mixta, sicut sunt monstra quæ non intenduntur à natura. ergo vr̃ ꝙ mixtio pro generatione taliũ mixtorũ nõ sit naturalis.

In oppositũ patet ex dictis in aliis quæstionibus, &c. & etiam in oppositum vr̃ esse Aristo. primo huius. in quo determinat de mixtione, & quia non intendit hic determinare nisi de transmutationibus naturalibus, vr̃ quòd mixtio sit transmutatio naturalis, & cum in scientiis demonstratiuis indefinite capiantur pro vniuersalibus, videtur quòd omnis mixtio sit naturalis. a. t. c. 83.

In ista quęstione. Primo ponam aliquas distinctiones. Secundo conclusiones similes illis quæ dictæ sunt in præcedentibus.

Quantum ad primum sit prima distinctio, quòd vno modo dr̃ naturale quadam denominatione extrinseca. Et isto modo dicimus aliquam scientiam esse naturalem, puta illam quæ est de rebus naturalibus. Secundo modo capitur naturale prout distinguitur contra violentum, & isto modo dicimus descensum grauium esse naturalem, & ascensum ipsorum esse violentum. Tertio modo capitur prout distinguitur con-

tra supernaturalem, & isto dicimus generationem esse naturalem. creationem vero non sed supernaturalem. Quarto modo prout distinguitur contra animale. Et isto modo dicimus ꝙ quidā est appetitus naturalis, sicut est illæ qui fit sine cognitione, sicut est appetitus grauis quo appetit descendere, & alius est appetitus animalis, sicut illæ qui fit cum cognitione, & illæ vt sic non dicitur naturalis, sicut est appetitus quo animal appetit cibum cum mouetur ad ipsum. Quinto modo naturale prout distinguitur contra casuale & monstrosum. Et isto modo dicimus monstra quæ fiunt præter intentionem agentis particularis nō esse naturalia. Sexto modo capitur prout distinguitur contra artificiale, sicut capit Arist. circa principium secundi physicorum
Tex.c.1 adhuc naturale aliquando capitur pro conuenienti, & innaturale pro disconuenienti, & isto modo cibum aliquem vni dicimus esse naturalem. quia conuenientem & alteri dicimus esse innaturalem, quia disconuenientem. Alia distinctio est, quòd violentum vno modo dicitur quod est contra communem cursum naturæ. secundo modo, quia est pręter intentionem agentis vel intentionem passi, hoc est inclinationem naturalē, quę quidem inclinatio habet aliquando rationem agentis, sicut grauitas in descensu grauis. aliquando aūt ratione passi & resistentię, sicut cum graue proijcitur sursum.

Tertia distinctio est, ꝙ aliqn̄ aliquid dr̄ artificiale. vel voluntarium, vel violentum respectu agentium principalium, sicut dicimus quòd domus est res artificialis, vel ens non naturale, vel ꝙ motus seu proiectio lapidis sursum est violenta, vel voluntaria, alio modo aliquid dr̄ artificiale vel voluntarium vel violentū impropriȷ̄ssime respectu agentium applicatum, & isto modo dicimus segetes & blada esse artificialia, quia incipiuntur ab arte & complentur per naturam. Quarta distinctio est, quòd mixtio potest capi. vno modo pro alteratione præcedente corruptionem miscibilium & generationem formæ substantialis mixti, & tunc est alteratio successiua. alio modo potest capi pro corruptione miscibilium & generatione formæ substantialis mixti.

Quantum ad secundum sit prima conclusio, ꝙ capiendo voluntarium, siue violentum qđ est præter cōmunem cursum, naturę quædam est mixtio violenta, & hoc inchoatiue patet hoc de mixtione metallorum. mixtio.n. metallorum inchoatiue est ab arte, sed alteratio sequens illam est naturalis. Secunda conclusio. capiendo violente quod est contra naturalem inclinationem passi, & mixtionem pro generatione formæ mixti, nulla mixtio est violenta patet, quia talis mixtio est generatio, cuius subiectum est materia prima. cui materiæ primæ nihil est violentū, nec aliquid contra inclinationem ipsius naturalem. Tertia conclusio est, ꝙ si mixtio capiatur pro alteratione præcedente generationem formę mixti, & violētum capiatur pro illo qđ est contra naturalem inclinationem passi. dico ꝙ mixtio est violenta patet hoc, quia talis est cum resistitiua, passi ad agens, & talis mixtio seu alteratio, quamuis sit violenta & innaturalis ex parte passi, non tn̄ ex parte agentis. Sed.d. tu mixtio capiendo mixtionem pro generatione & introductione formę mixti ē terminus mixtionis, capiendo mixtionem pro alteratione præcedente, sicut clarum est de se. ergo si vna earum non est violenta, nec alia. Respondetur negando consequentiam, & ratio huius est, quia subiectum vnius est materia prima, cui nihil est innaturale, subiectū vero alterius est cōpositū ex materia & forma, & illi bene aliqd est innaturale & contra inclinationem eius naturalem. finaliter ergo capiendo mixtionem pro introductione formæ mixti, & violentum prout violentum dr̄ quod est contra naturalem inclinationem passi, nulla mixtio est violēta, sed quælibet est naturalis, q̄uis bene inchoatiue possit esse ab arte, & pro alteratione præuia possit esse violenta.

Ad rationes. Ad primam concedo mixtionem inchoatiue esse violentam, nihilominus sequi postea mixtionem naturalem. Ad secundam sicut dicebatur prius, nec formæ elementorū detinentur in mixto nec qualitates ipsorum, sed in mixto bene sunt qualitates mediæ. vna inter actiuas & alia inter passiuas quæ sunt mixtiones naturales & innaturales, sicut qualitates elementorum sunt elementis naturales. Ad tertiam dico, ꝙ mixtio metallorum bene inchoatiue est violenta & artificialis, nihilominus postea sequitur mixtio naturalis. Ad quartam, quintam, sextam, & septimam patet in expositione quæstionis. Ad octauam dico, ꝙ quamuis monstra fiant præter intentionem naturæ agentis particularis, non tamen naturæ agentis vniuersalis, quæ est prima causa. vnde respectu eius nihil dicitur casuale vel formatum, ex eo ꝙ omnia quæ fiunt ab ea, fiunt cūm præscientia, & non præter intentionem, & sic monstra adhuc possunt dici entia naturalia. Similiter mixtio præcedens generationem ipsorum debet dici naturalis vel innaturalis, sicut mixtio præcdens generationem mixtorum non monstruosorum.

ALBERTI DE SAXONIA, QVAEST. LIB. II.

QVAESTIO I.

CIRCA secundum librum. quęritur primo. Vtrum sint quatuor qualitates primæ, nec plures, nec pauciores. Et arguitur ꝙ solum sit vna, quia illud qđ per superabundantiam dicitur vni soli conuenit, sed primum dr̄ per superabundantiam cum sit superlatiui gradus, quare inter qualitates vr̄ esse solum vna prima. Secundo vr̄ ꝙ sint solū due, quia solum duæ actiue & solum duæ passiue, duę actiue. s. caliditas & frigiditas, duæ passiue. s. humiditas & siccitas, sed actiue sunt priores passiuis, & ergo, &c.

Tertio, quia si qualitates primæ essent quatuor, hæ essent iste, calidítas, frigiditas, humiditas & siccitas, sed hoc est falsum, quia lumen est vna qualitas prior ignis ergo, &c. Quarto sicut se habet motus localis ad motum alterationis quo ad prioritatem, & posterioritatē ita videtur se habere qualitates motiue localiter ad qualitates alteratiuas, sed ita est quòd motus localis est prior motu alterationis, est.n. causa motuum localium & aliorum, sicut patet de motu locali cœli, ergo videtur ꝙ qualitates motiue localiter quæ sunt grauitas & leuitas, sunt priores qualitatibus alteratiuis quæ sunt, caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas.

In oppositum est Arist. secundo huius, & similiter. 4. metheororū. vult.n. esse quatuor qualitates primas hic & ibi quę sunt, caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas, & non plures nec pauciores. Tex.c 6. &.8. Tex.c.1

In ista quæstione. Primo ponende sunt aliquę distinctiones de qualitatibus. Secundo ponende sunt conclusiones.

Quantum ad primum sciendum est, ꝙ duplices dicuntur qualitates, quędam sensibiles per se, sicut caliditas frigiditas, &c. & similiter odor, & sapor, & huiusmodi, quædam aūt dn̄r insensibiles. i. non sensibiles per se quamuis forte per accidens, sicut est influentia, cœli, sicut sunt quędam substantiales virtutes lapidum herbarum. Secunda distinctio qualitatum sensibiliū quædam non consequūtur actionem qualitatum contrariarum

trariarum actiuarum & passiuarum adinuicem, quædam vero has consequūtur. Exemplum primi. sicut est influentia cœli seu qualitates influxe nobis à superioribus. Exemplum secundi. sicut sunt virtutes & qualitates insensibiles lapidū præciosorum & herbarū. Tertia distinctio. qualitatum sensibilium, quędam sunt quę non gn̄antur ex actione quæ fit ratione contrarietatis proprie dicte, sed ex solo motu locali, sicut sunt iste q̄litates sensibiles. figura sonus & huiusmodi, aliæ sunt quę gn̄antur ex actione quæ fit ratione contrarietatis ꝓprie dicte, sicut sunt iste qualitates odor & sapor & huiusmodi. Quarta distõ. qualitatum sensibilium, quædā sunt actiue actione corruptiua, sicut sunt caliditas, frigiditas &c. q̄dam vero non sunt actiue actione corruptiua, sicut albedo, nigredo, color, sapor, & huiusmodi. Et notanter dico corruptiua, quia albedo, & nigredo bene sunt actiue in visum, sed hoc non est actione corruptiua & cum abiectione contrarij. Quinta distõ. qualitatum sensibilium, quædam sunt tangibiles, q̄dam sunt sensibiles alijs sensibus à tactu. Exēplum primi. sicut sunt iste caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, durities, mollities, raritas, densitas, grauitas, & leuitas, & aliæ reducibiles ad istas. Exemplū secundi. sicut sunt color, odor, sapor &c. Sexta distõ. qualitatum quæ consequuntur qualitates primas, quædam sunt quæ consequūtur eas simpliciter, sicut raritas, & densitas, grauitas, & leuitas, &c. vnde caliditatem consequitur raritas & leuitas simpliciter sine cōmixtione illius cum aliqua qualitate sibi contraria. Exemplum secundi. sicut color, odor, sapor &c. ista. n. non consequuntur qualitates primas simpliciter, sed commixtione earum adinuicem.

Istis distinctionibus positis. primo videndū est quæ qualitates. de numero harum conueniant elementis. Secundo quæ q̄litates sint actiue, & quæ non. Tertio quę sunt per se, & quæ non. Quantum ad primum sit prima conclusio. oēs qualitates tangibiles quæ consequuntur primas simpliciter absq; hoc ꝙ agant adinuicē competunt elementis, non tn̄ omnes simul, sed aliquibus aliquæ & alijs aliæ. patet hoc de raritate, & densitate, grauitate, leuitate. Et huius ratio est. nam postq̄ elementis insunt qualitates contrarie cōmixte adinuicem, tunc elementis insunt qualitates illæ quæ consequunť qualitates ipsorum sine commixtione illarū qualitatum adinuicem. Secunda conclusio. ꝙ elementis non insunt q̄litates quæ consequunť qualitates primas nõ simpliciter, sed cum cōmixtione qualitatū non primarum adinuicem. patet. nam postq̄ in vno elemento est commixtio qualitatū primarum contrariarū adinuicem &c. in nullo elemēto est aliqua q̄litas sequens huiusmodi cōmixtionem. Ex hoc sequiť ꝙ in nullo elemento si sit aliquod tale de quo intelliguntur qōnes proponende, & posite, reperitur odor, nec color, nec sapor. Vlterius sequitur ꝙ nulla aqua hn̄s odorem vel saporē est purum elementum. Ex hoc vlterius sequiť ꝙ aqua q̄to plus caret colore & sapore, tanto est propinquior puro elemento, & quātó magis habet de his, tāto est remotior.

x.c 6. 3. x.c.i Sed. d. aliquis contra. nam si hoc esset verum, sequiť ꝙ pura terra non posset videri q̄tumcunq; obijceretur oculo. consequentia tenet, quia non haberet colorē nec lucem, cum terra pura sit summe opaca, sed si deberet videri oporteret ꝙ hoc esset vel ratione caloris, vel ratione lucis. Scdo. nam dicit Arist. ꝙ aqua est alba. ergo videtur ꝙ elementis insit color. Tertio nisi elemētis inesset color, sequitur ꝙ color posset generari absq; hoc ꝙ gn̄aretur ex colore sibi contrario. consequentia probatur. nam sit aliqua materia sub forma elementi, tunc per Comē. in illa materia non est color, deinde sit sub forma mixti, tunc statim in illam materiā erit color & non erit gn̄atus ex colore sibi cōtrario postq̄ illum colorem nullus alius color immediate pręcessit. Quarto. ad idem videtur ꝙ color, sapor & huiusmodi non consequuntur cōmixtiones & proportiones q̄litatum primarum adinuicem. nam si sic. sequiť ꝙ quācito mutaretur talis proportio, tācito deberet mutari qualitas consequens eam, & sic q̄cito aliquod corpus, puta paries vel aliquod huiusmodi calefieret vel frigefieret deberet mutari eius color, hoc tamen est falsum. Et consequentia tenet, quia ita cito ꝙ paries calefit vel frigefit mutatur proportio qualitatum primarum.

Ad ista respondetur ad primum de terra cōcedo ꝙ non videtur. Ad secundum qn̄ Arist. dixit, ꝙ aqua est alba non intellexit de aqua pura, sed de vno mixto saltem qualitatiue quod tendit & est propinquū puro elemento aque. Ad tertium concedo ꝙ non est impossibile colorem gn̄ari & non ex colore sibi contrario qn̄ manet idem subiectum per se subsistens sub vtroq; termino transmutationis, sicut esset compsitū ex materia & forma, sicut fit in gn̄atione mixti ex elementis, q̄uis formæ hoc non esset possibile qn̄ maneret idem subiectum in actu seu compositū ex materia & forma sub vtroq; termino transmutationis. Ad quartū est primo sciendum ꝙ iste qualitates color, odor, sapor, & huiusmodi consequunť proportionem qualitatum primarum adinuicem naturalem ipsi mixto. Secundo sciendū est ꝙ huius ꝓportio naturalis non variať ad cuiuscunq; qualitatis extrinsece aduētum, immo aliqn̄ qualitas extrinseca adueniens est ita remissa ꝙ non sufficit variare talem proportionem naturalem. aliqn̄ autem est ita intensa ꝙ sufficit. Ex hoc ad argumentum dico ꝙ cum aliquod corpus mixtum frigefit vel calefit, ita intense ꝙ variatur proportio naturalis qualitatū primarum in illo mixto, tunc etiam variantur color, odor, sapor, illius mixti. vnde paries posset ita intense calefieri ꝙ mutaretur eius color, qn̄ vero qualitas adueniens est ita remissa ꝙ non sufficit &c. non variantur qualitates consequentes huiusmodi ꝓportionem, & huiusmodi mixtionem talium q̄litatum naturalem ipsius mixti. Tertia conclusio. in elemētis non inuenitur aliqua qualitas virtualis insensibilis, sicut est qualitas virtualis lapidis pręciosi. patet, quia tales qualitates virtuales consequunť commixtiones qualitatum primarū. modo talis commixtio non reperitur in elementis, ex hoc sequitur ꝙ elementa non conferunt ad medicinam nisi quantum est ex parte suarum qualitatum primarum quæ sunt caliditas frigiditas &c.

Quantum ad secundū sit prima conclusio. nulla qualitas est agens principale. probatur, quia si sic. tunc esset principale principium actiuū sui motus & quietis, vt patet per diffinitionem datam. 2. Phy. sed ꝙ non sit natura Tex.c.28 patet etiam ibidem, ex eo ꝙ omnis natura est substātia. nulla autem qualitas est substantia. Secunda conclusio. nulla qualitas præter tangibiles est actiua. Et intelligo de actione quæ fit cum contrarietate, & quæ est corruptiua. patet, quia album nigro iuxtapositū nigrum non dealbat, nec nigrum iuxtapositū albo album denigrat. Sed dicet aliquis contra. sapor, odor, non sunt qualitates tangibiles, & tamen aliqn̄ inficiunt aerem. ergo videtur esse actiue. Respondeo, ꝙ hoc non faciūt, nec odor, nec sapor, sed qualitates primę corporum habentium odorem & saporem. hęc conclusio debet intelligi de qualitatibus sensibilibus. Tertia cōclusio. quędam aliæ qualitates sensibiles sunt actiue. patet de lumine & de qualitatibus virtualibus herbarum & lapidum præciosorum. Quarta conclusio. qualitatum tangibilium solum quatuor sunt actiue. s. caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. Sed. d. aliquis, grauitas & leuitas sunt qualitates actiue, quia motiue localiter, & tamen sunt qualitates tangibiles. ergo &c. Respondetur ꝙ debet intelligi de actione alteratiua & nõ alia. vnde videmus ꝙ graue cum iuxtaponitur graui vel leui

non

non facit ipsum grauius, & si grauitas alterat, hoc non est nisi per accidens, sic ꝙ mouet corpus, quod quidem corpus motum ex motu calefit & leuefit &c.

Quãtum ad tertium dico, ꝙ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, quæ inter cæteras sunt actiue, quia sunt priores alijs causalitate. patet, quia sunt causæ aliarum. Secundo, quia actio semper fit ratione contactus, & sic qualitates actiue debent esse priores, sicut sensus tactus est prior alijs sensibus. Tertio dico, ꝙ solũ iste quatuor qualitates sunt priores alijs causalitate. patet, quia ex mixtione earum adinuicem & nullarum aliarum sequuntur aliæ qualitates. Quarto dico, ꝙ iste quatuor sunt priores alijs principiate. patet, quia secundum combinationem earum adinuicem capitur numerus elementorum quæ dicuntur corpora prima. Quinto dico, ꝙ illæ qualitates sunt priores alijs communitate. patet, quia reperiuntur tam in elementis q̃ in mixtis. Sexto dico, ꝙ sunt priores alijs simplicitate. patet, quia reperiuntur in corporibus simplicibus sine cammixtione qualitatum contrariarum adinuicem. Ex his patet ad quæsitum.

Ad rationes. Ad primam. si ly prima. exponatur negatiue possunt esse multe aliæ eque primæ in suo genere, sed non possunt esse plura prima si exponatur affirmatiue, & ex hoc glosatur auctoritas. s. quod per superabundantiam dicitur. Ad secundam dico, ꝙ omnes quatuor sunt actiue, quãuis caliditas, & frigiditas, sint magis actiue q̃ humiditas, & siccitas. Ad tertiam dico, ꝙ quæstio intelligitur de qualitatibus habentibus contrarium actiuis, actione quæ est ratione contrarietatis proprie dicte. Ad quartam dico, ꝙ non quilibet motus localis est primus motuũ, sed solum motus localis cœli, & ideo si grauitas & leuitas essent principia actiua talis motus, bene concederem ꝙ tunc deberent dici priores inter qualitates actiuas q̃ prædicte quatuor, sed quia non sunt principia actiua motus localis cœli, ex prioritate motus localis non potest argui prioritas grauitatis & leuitatis inter qualitates.

QVAESTIO. II.

Quæritur Vtrum quatuor qualitatum primarum quæ sunt caliditas, frigiditas &c. due sint actiue. s. caliditas & frigiditas, & due pasiue. s. humiditas & siccitas. Et arguitur primo ꝙ non, quia si sic, tunc illæ duę quæ dicuntur actiue. s. caliditas & frigiditas deberent agere in alias quæ sunt pasiue, sed hoc non ex eo ꝙ omnis actio fit ratione contrarietatis. modo talis caliditas & frigiditas non contrariatur humiditati & siccitatis. aliter enim plura essent vni contraria. ergo &c. Secundo, quia dictum est in alia quæstione, ꝙ iste quatuor qualitates dicuntur qualitates actiue. nõ ergo duæ earum solum sunt actiue & aliæ duæ pasiue.

Tertio. probatur ꝙ caliditas & frigiditas sunt qualitates pasiue. nam vna earũ minuitur & patitur ab alia postq̃ contrariantur, & hoc non esset nisi essent pasiue.

Quarto. probatur ꝙ humiditas & siccitas sunt qualitates actiue. nam sunt qualitates contrarie. cum ergo ratione cõtrarietatis fiat actio videtur ꝙ humiditas & siccitas sunt adinuicẽ actiue. Quinto. nam dicit Arist. 4.
Tex. c. 36 & . 40. Metheo. ꝙ siccum agit coagulationem, & hoc non esset nisi siccitas esset qualitas actiua. Sexto. nam humiditas & siccitas sunt quędam formæ. formę autem est agere. materiæ vero pati. ergo humiditas & siccitas dicuntur qualitates actiue, sicut caliditas & frigiditas.
Tex. c. 8. In oppositum est Aristot. in isto secundo, & quarto
Tex. c. 1. Metheororum.

In ista quæstione. Primo ponam distinctiones. Secundo conclusiones. Tertio mouebo vnum dubium.

Quantum ad primum sit prima distinctio. ꝙ pati dicitur dupliciter. vno modo subiectiue, & de illo nõ intelligitur quæstio. alio modo terminatiue, & sic capitur in proposito. Secunda distinctio. aliquid dicitur pati adhuc dupliciter. vno modo per se, & isto modo caliditas patitur à frigiditate, & econuerso. alio modo per accidens. s. ꝙ patitur, quia hoc est huic annexum, & isto modo humiditas patitur annexa caliditati cum caliditas patitur à frigiditate. Tertia distinctio. in proposito potest fieri triplex comparatio, vna calidi ad frigidum, vel econuerso. alia humidi ad siccum, vel econuerso. tertia calidi & frigidi ad humidũ & siccum, vel econuerso.

Quantum ad secundum loquẽdo de actione & passione terminatiue proprie accepta sit prima conclusio. ꝙ caliditas & frigiditas sunt actiua & pasiua adinuicẽ. Tex. c. 50
patet primo. ad experientiam. patet etiam ratione, quia sunt qualitates tangibiles & sunt contrarie & primę modo primo huius actio & pasio fit ratione cõtrarietatis.

Secunda conclusio. huimiditas & siccitas, sunt etiam actiue adinuicem & pasiue modo prædicto. patet ex eadem ratione. vnde qñ ignis agit in aquam ipsam corrumpendo, caliditas ignis corrumpit frigiditatem aque, sed non humiditatem, propter hoc ꝙ non est sibi contraria, sed illa humiditas corrumpitur à siccitate ipsius ignis. Sed. d. tu, fundatur aqua in ignem quæ sit calida, caliditas ignis corrũpetur, sed non à frigiditate, propter hoc ꝙ illa aqua non est frigida, sed est calida, per casum. ergo videtur ꝙ corrũpetur ab humiditate aque, quæ tñ non est sibi contria. ergo videtur similiter ꝙ humiditas aque corrũpitur à caliditate ignis non obstante ꝙ non sit ei contraria. Rñdetur ꝙ cum aqua calida funditur in ignem, tunc caliditas ignis non corrumpitur ab aqua immediate, sed per modum sequele & mediate, & hoc isto modo, quia caliditas ignis requirit subiectum rarum, sed cum aqua calida quæ est grauis funditur in ignem condensat ipsum, intantum quòd repugnat formæ ignis stare in materia ita densa, & sic ambo corrũpuntur ad corruptionem raritatis subiecti. Adhuc. d. aliquis, videtur quòd siccitas non sit qualitas actiua. nam siccum iuxtapositum alicui humido non exiccat ipsum, immo calidum magis videtur exiccare. ergo non est ponendũ quòd siccitas sit qualitas actiua siccitatis sibi similis, & corruptiua humiditatis. Ad illud dico, quòd immo siccum iuxtapositũ humido exiccat ipsum si est fortius, ista tamen actio est tarda & minus perceptibilis, & qñ dicitur. calidum exiccat, dico ꝙ hoc est per accidens, quia corrũpit frigiditatem cui attribuitur humiditas. Tertia conclusio est, quòd caliditas non agit in humiditatem, nec in siccitatem per se. patet, quia non est contraria. similiter frigiditas non agit in ipsam ex eadem ratione. vnde q̃a omnis actio de qua est præsens sermo solum fit ratione contrarietatis, sequitur quòd quæ non sunt contraria non agunt adinuicem.

Et confirmatur. nam caliditas & humiditas naturaliter se compatiuntur in eodem, puta in aere. similiter caliditas & siccitatis in eodem, sicut in igne. similiter frigiditas & humiditas in eodem, puta in aqua, similiter frigiditas & siccitas in eodem, puta in terra. Et hoc non esset si frigiditas & caliditas essent actiue in p̃dicta. Sed contra. d. aliquis. calor tñ solis multum videtur exiccare. Respondetur quòd hoc non est isto modo, quòd caliditas corrũpat humiditatem, sed isto modo, quia caliditas solis agens in ista inferiora & in corpora humida, sicut in lutum vel huiusmodi calefacit aliquas particulas illius corporis, quibus calefactis leuefiunt, & tunc partes leuiores & subtiliores ab illis corporibus eleuantur & recedunt, grossiores autem & magis terrẽstres derelinquuntur, quibus derelictis humido subtili exhalato residuum inuenitur siccũ, & isto modo calor solis exiccat, non quòd corrumpat humiditatem modo quo dictum est. Quarta conclusio est, quòd magis humiditas & siccitas debent dici pasiue q̃ alię duę, & econuerso aliæ

so aliæ duę magis debent dici actiue. patet hoc, quia humiditas & siccitas non sunt ita velocis actionis, nec sunt tantæ actiuitatis, sicut sunt caliditas & frigiditas. Secundo. ex eo q. humidum & siccum sunt disposita ad plures passiones, calidum autem & frigidum ad plures actiones. humidum autem faciliter terminatur termino alieno. siccum autē faciliter terminatur termino ꝓprio, modo terminari est pati. calidum autem congregat homogenea & disgregat etherogenea, quia propter caliditatem fornacis plumbum segregatur ab argento. patet, quia partibilę argenti segregate abinuicem congregantur adinuicem, & similiter partibile plumbi congregantur adinuicem, frigidum autem congregat tam etherogenea q̃ homogenea. congregare autem & segregare est agere, quia ergo humiditati & siccitati conueniunt plures passiones, caliditati autem & frigiditati plures actiones, illæ. s. humiditas & siccitas debent dici passiue, iste vero. s. caliditas & frigiditas magis actiue.

Quantum ad tertium dubitatur, vtrum qualitates existentes in eodem subiecto, sicut caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas agant in seinuicem sicut in mixto.

Pro cuius dubĳ responsione sit prima suppositio, q̃ vnumquodq; generabile & corruptibile hn̄t naturalē complexionem omnium suarum qualitatum & dispositionem naturalem, tam primarum q̃ aliarum siue sit mixtum, siue elementum. vnde naturalis cōplexio & dispositio ignis est quòd sit siccus, & in summo calidus. quælibet. n. alia est ei violenta. s. humiditas & frigiditas, & est extra eius naturalem dispōnem, & est ei infirmitas vnde ita elementa infirmantur & sanantur, sicut mixta. qñ. n. aqua est calefacta ipsa est infirma, quia posita est extra suam naturalem dispositionem. cum autem reuersa est ad frigiditatem pristinā est sanata. Secunda suppositio. talis dispositio naturalis in mixtis non est equaliter cuilibet, sed consistit in debita proportione earum, & in vno est vna proportio & in alio alia. Tertia suppositio est, quòd vnumquodq; naturale tendit reuerti ad dispōnem sibi naturalē cum fuerit extra ipsam quãtum est possibile. patet de aqua calefacta quę reducit seipsum ad frigiditatem priorem, & est simile de hoc & de virga recta quæ incuruatur, & econuerso. tendit ad rectitudinem. Quarta suppositio, quædam sunt homogenea, & quædam etherogenea. modo etherogeneitas est quædam dissimilitudo, & potest esse vel similitudo partium in figura, vel dissimilitudo partium in qualitate. vnde si esset aliqua aqua, cuius vna medietas esset calida & alia frigida, in illa aqua esset etherogeneitas partium in qualitate, sed non in figura. Sed si imago regis lapidea esset vniformiter per totum calida ibi esset etherogeneitas partium in figura, sed non in qualitate.

Tunc sit prima conclusio, nihil quod est in propria & naturali dispōne sua agit in seipsum primo. patet, qa omnis mutatio alicuius à sua naturali dispōne est sibi violenta, sed nulla talis est ab intrinseco, postq̃ est contra naturalem dispōnem illius, & hoc patet etiã ex alio, quia sicut virga recta non appetit incuruari, nec recedere ab eius rectitudine, ita similiter etiam naturalia, quando sunt in suis dispositionibus naturalibus appetũt manere in illis & non recedere ab illis. Secunda conclusio. quòd tale aliqñ agit in seipsum nō primo. i. vna pars in partem sibi propinquã. patet. nam possibile est quòd tale sit etherogeneum, & alia sit complexio vnius partis, & alia alterius, vna calidior, & alia frigidior, sicut patet de corpore humano in quo cor est calidũ, cerebrum frigidum, & in tali corpore vna pars bene agit in aliam.

Tertia conclusio responsiua est, quòd caliditas & humiditas in eodem subõ adequate non agunt adinuicem cum stant sic proportionate adinuicem quòd in tali cōplexione consistit complexio naturalis sibi in quo sunt patet, quia aliter illud subiectum ab intrinseco recederet à dispōne sibi naturali, & haberet in se principium intrinsecum sue mutationis, quod est falsum & contra dicta. falsitas maxime patet ex eo quòd quãcito ponitur extra dispōnem illam sibi naturalem redit seipso ad illã quantum est possibile. ergo quando erat sub ea non habuit principium intrinsecum reducendi se ab illa. Ex his sequitur primo & maxime ex conclusione penultima quòd mixta habent in seipsis principium suæ corruptionis. Item sequitur quòd elemēta non. Item sequitur quòd si non esset corrũpens extrinsecum, elementa manerent perpetuo. Item sequitur quòd non sequitur, illæ qualitates sunt inequales. ergo agũt in seinuicem. patet, quia optima dispositio consistit in inequalitate, sed tũc vna illarum qualitatum non agit in aliam, & hoc per formam substantialem ipsius mixti cui illa dispositio est naturalis & conueniēs. Item sequitur quòd mixta etherogenea minus in etherogeneitate partium in quantitate sunt magis duratiua, sicut lapides & huiusmodi. Item sequitur quòd mixta magis etherogenea etherogeneitate partiũ in qualitate sunt minus duratiua. patet hoc ex prædictis. Ad rationes. patet ex dictis quid sit respondendum.

QVAESTIO. III.

QVęritur. Vtrum elementa sint quatuor & non plura, nec pauciora. Et breuiter propter remouere aliqua dubia seu cauillationes logicales quæstio debet intelligi. Vtrum sint quatuor termini distincti signãtes omnia elementa, quorum nullus coincidat in signãdo idem elementum, & non plures, nec pauciores, non coincidentes cum aliquo istorum quatuor in signãdo idem elementum. Et simili modo debent intelligi tituli quæstionum, quibus quęritur de numero principiorum eorum naturalium vel de numero prædicabilium vel de numero pñtorum vel consimilium. Et arguitur primo quòd non sint nisi duo, quia elementum dicitur exquo fit aliquid cum insit, sed quia talia non sunt nisi duo principia materia & forma postq̃ vocata elementa non manent in mixto, prout prius dictum est. ergo &c. Secundo. solum sunt duæ differentiæ corporum simplicium. ergo videtur quòd solum sint duo elementa. consequentia tenet postq̃ elementa dicuntur corpora simplicia. antecedēs patet. nam solum sunt istæ duæ differētiæ graue & leue. nã omne corpus simplex est graue vel leue. Tertio. probatur quòd sint sex, quia quatuor sunt vocata elementa. s. aqua, terra, aer, ignis, & cum hoc vltra ꝓbatum est quòd sunt duo principia materia & forma. Quarto. tot sunt elementa quot sunt differentiæ corporum simplicium, sed illæ sunt sex. s. caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, grauitas, & leuitas. Quinto arguitur sic. tot sunt elementa quot sunt combinationes qualitatum primarum tangibilium, sed illæ sunt sex. s. caliditas cum siccitate. Secunda caliditas cum humiditate. Tertia frigiditas cum humiditate. Quarta frigiditas cum siccitate. Quinta caliditas cum frigiditate. Sexta humiditas cũ siccitate. Sexto. videtur quòd sint quinq;, quia quinq; sunt corpora simplicia. s. quatuor vocata elemēta & cęlum. cęlum. n. est quintum corpus simplex, vt patet per Arist. 1. Cęli. Tex. c. 22

Septimo arguitur sic. plures sunt orbes cœli & motores q̃ quatuor. ergo plura debent esse elementa q̃ quatuor. antecedens cōmuniter conceditur, sed consequentia tenet ex eo quòd quilibet planetarum de vno orbe dicitur esse de natura vnius elementi. Octauo. plures sunt literæ q̃ quatuor. ergo & plura elementa q̃ quatuor. consequentia tenet, quia literæ dicuntur elementa syllabarum. antecedens est notum de se.

In oppositum est Aris. in isto secundo vbi secundum combinationes quatuor primarũ qualitatum quæ sunt caliditas

caliditas frigiditas &c. principales ponit esse quatuor elementa specie distincta & non plura neq; pauciora, eo ꝙ tot cõbinationes quatuor primarum qualitatum sunt posśibiles, & non plures nec pauciores.

In ista quæstione. primo videndum est quid est elementum. Secundo. vnde sumatur numerus elementorum. Tertio. quot & qualiter sunt elementa.

Quantum ad primum sciendum est, ꝙ elementum dicitur ab hyle. vnde hyle est idem ꝙ prima materia. vnde verificator. Dicere quid sit hyle non est dictum puerile, & dicitur elementum quasi hylementum. Sed sic mutatur y. in e, causa melioris soni. vnde ex hoc patet ꝙ propriśsime materia prima solum dicitur elemẽtum sed vocata elementa quæ sunt ignis aqua &c. dicuntur elementa respectu mixtorum, non eo ꝙ qualitas ipsorum vel ipsa maneant in mixto, sed quia qualitates similes qualitatibus elementorum sunt in mixto, ad cuius generationem oportuit concurrere elementa vel vocata elemẽta mediate vel immediate. Aliter potest dici quasi elementatum, propter hoc ꝙ mixta eleuantur & formantur ex elementis modo quo dicebatur, vel potest dici elementum quasi alimentum, quia elemẽtis aluntur mixta, licet non immediate sed mediate. Potest ergo esse vna descriptio elementi, elementum est quod in resolutione corporum inuenitur vltimum, & in generatione ipsorum inuenitur primum. Et si ly corporum non restringatur, tunc hæc descriptio solum conuenit materię primæ, quia solum materia est quæ in generatione corporum simpliciter reperitur primum, & in resolutione eorum debet inueniri vltimum. Sed si ly corporum restringitur per ly mixtorum. hæc descriptio potest competere, tunc vocatis elementis. vnde in generatione corporum mixtorum ex elementis, elementa inueniuntur prima, & in resolutione vltima, & ideo sicut literæ dicuntur prima elementa dictionum, & syllabe secunda, ita corporum mixtorum generabilium, & corruptibilium primum elementum dicitur prima materia, sed secunda elementa sunt vocata elementa à vulgo, quæ ꝓpter hoc à vulgo vocantur elementa, quia vulgus non percipit materiam primam priorem, immo credit ista quatuor corpora simplicia esse prima elementa simpliciter. Alia potest esse descriptio elementi, elementum est in quod dissoluuntur corpora. dissolutio autem est triplex, quædam est in partes integrales. Et sic Democritus intellexit corpora resolui in elementa. i. in corpora athomalia. Alia aũt in partes essentiales coextensas &c. & sic dicimus resolutionem mixti esse in materiam, & formam tanq̃ in elementa. Tertia est in partes coextensas secundum similitudinem & virtutem, & talem dicimus esse in quatuor vocata elementa quæ non manent in mixto, tñ ex eis bene generatur mixtum, & econuerso. eo modo quo dictum est. Notandum est ꝙ partes essentiales sunt duplices, quædam dicuntur coextensę & non manent separate, & omnes generabilis & corruptibilis intrant essentiam, & sic materia & forma dicuntur partes essentiales, & iste in veritate sunt elementa, verius tamen materia, ex eo ꝙ ipsa præsupponitur generationi, & manet post corruptionem illius, cuius est materia, forma vero non. Aliæ dicunt̃ partes essentiales quæ possunt separate esse, & talia dicuntur elementa secunda, sicut sunt aer ignis &c. Tertio notandum est, ꝙ ista elementa secunda inter corpora actu existentia sunt maxime simplicia, & ex his constituitur mundus tanq̃ ex partibus integralibus vna cum cœlo, quod est etiam vnum corpus simplex quinta simplex essentia. Sed notandum est, ꝙ aliter elementa dicuntur simplicia & aliter quinta essentia. vnde quinta essentia dicitur simplex tam per priuationem compositionis ex materia & forma q̃ per priuationem compositionis ex contrarietate. vocata autem elementa non sunt ita simplicia. vnde quodlibet ipsorum est compositũ ex materia & forma, sed dicuntur simplicia per priuationem compositionis ex contrarietate. vnde in vno elementorũ sunt qualitates contrarie naturaliter. vnde si in aqua est caliditas, & frigiditas inest ei violente. Ex his patet quomodo intelligitur ꝙ mixta resoluuntur in elementa, & similiter quid sit elementum, & similiter qualiter equiuoce vtimur aliquando isto termino elementum, & similiter vnde dicatur elementum.

Quantum ad secundum sit prima conclusio. numerus elementorum sumitur à numero primarum qualitatũ, quæ sunt caliditas frigiditas &c. patet, q̃a exquo illæ qualitates dñr primæ, & sic exquo vocata elementa dicuntur prima respectu mixtorum, numerus eorum debet capi penes numerum illarum qualitatum. vnde capitur sic, ꝙ igni inest primo caliditas, & aeri humiditas, aque frigiditas, & terræ siccitas. Secundo. quia secundum actionem & alterationem ipsarum quatuor qualitatum adinuicẽ fiunt mixta & secũdum aliam & aliam commixtionem alia & alia mixta. Secunda cõclusio. numerus elemẽtorum non debet capi penes numerum aliarum qualitatum, quãuis sint contrarie. patet, quia nec aliæ ab his sunt primæ. modo quia vocata elementa dicuntur esse prima corpora, intelligẽdo eo modo quo dictum est, sequitur etiam ꝙ non sunt aliæ & aliæ qualitates primæ. patet ex prima quæstione huius secundi.

Quantum ad tertium sciendum primo ꝙ primarum qualitatum quæ sunt caliditas, frigiditas &c. nunq̃ aliqua earum reperitur se sola, sed semper ad vnam consequitur alia, ita ꝙ ad actiuam paśsiua. vnde nunq̃ reperitur caliditas nisi cum ea sit humiditas vel siccitas, nec vnq̃ reperitur frigiditas, nisi secum sit humiditas vel siccitas. Ex hoc patet ꝙ non valet dicere. 8. esse elementa, quorum vnum haberet solam caliditatem, aliud solam frigiditatem &c. vocata elementa.

Tunc sit prima conclusio. non est ponendum ꝙ tantum sit vnum elementum & non plura. probatur, quia si sic non reperiretur aliqua contrarietas. aliter. n. nunq̃ deleret, sed illa inest sibi ratione qualitatum elementariũ & cum in vno elemento non reperiatur aliqua quantitas in qualitatibus, sequitur ꝙ nulla reperitur contrarietas si esset vnum elementum solum sic quòd non plura.

Secunda conclusio. non est ponendum ꝙ sint tãtum duo elementa & non plura. probatur, quia si sic. tunc illorum vnum oporteret esse calidum, & humidum, vel frigidum & siccum, vel econuerso. s. calidum & siccum vel frigidum & humidum, sed si sic esset, tunc illa cito mutuo se corrumperẽt, & sic non haberemus aliud elementum. consequentia tenet. postq̃ illa duo essent contraria secundum ambas eorum qualitates. Tertia conclusio. non est ponendum ꝙ sint tertia & non plura, q̃a si sic. tunc duo eorum essent contraria secũdum ambas qualitates, & tertium haberet symbolum cum vno illorum, & sic illa duo habentia symbolũ satis cito tertium corrumperent. Ex his sequitur quarta conclusio. ꝙ ad minus oportet esse quatuor elemẽta si perpetuo debeant manere elementa, & si res debent se habere, sicut modo se habent quo ad earum generationem & corruptionẽ & alias proprietates eis cõicantes. Quinta conclusio. est ꝙ quatuor sunt elementa specifice distincta & non plura. probatur, quia quatuor sunt combinationes quatuor qualitatum composśibiles & non plures. ergo quæstio vera. consequentia tenet ex eo ꝙ numerus primorum corporum generabilium & corruptibilium debet accipi secundum numerum compositionum quatuor qualitatum adinuicem, secundum quarum actionem & paśsionem sunt generationes & corruptiones. antecedens patet. nam prius dicebatur ꝙ combinationes primarum qualitatum quæ sunt caliditas &c. possent imaginari sex modis, quorum duo sunt imposśibiles, quæ

les, quæ sunt calidi cum frigido, & humidi cum sicco, & relique quatuor sunt possibiles. ergo &c. Sed.d. tu, immo videtur ꝙ caliditas & frigiditas sint cõpossibiles. patet de aqua calefacta. Rñdetur ꝙ non sunt, si compossibiles ꝙ ambe insint eidem elemento, nisi vna earum insit ei violente. modo secundum talem cõpossibilitatem non debet sumi elemẽtum distinctum ab aliis. Et confirmatur, quia quatuor sunt qualitates primæ specifice distincte & non plures. ergo tot debent esse elemẽta specifice distincta & non plura. añs patet ex prius dictis, & consequentia tenet ex eo ꝙ cuilibet elemento inest primo vna de qualitatibus primis, & quod inest vni primo non inest alteri primo.

Ad rationes. Ad primam de materia & forma dictum est, ex eo ꝙ solum hic intelligitur de elemẽtis, quę sunt corpora simplicia generabilia & corruptibilia seorsum existere potentia. modo talia non sunt materia & forma. Ad secundam qñ dicitur due solum sunt differentiæ corporum simplicium, verum est generales, sed non specifice. vnde adhuc vlterius leue subdiuiditur, & similiter graue, intantum ꝙ per talem diuisionem inueniuntur quatuor corpora simplicia generabilia & corruptibilia quæ sunt dicta elementa. Ad tertiam qñ dicitur &c. quõ sit dicendum patet ex responsione ad primum. Ad quartam dico, ꝙ quia grauitas & leuitas non sunt qualitates actiue alterabilium, sed motuum localium, penes grauitatem & leuitatem non sunt elementa capienda principaliter, propter hoc solum debet capi penes qualitates quę sunt actiue alterabilium, quia tales sunt actiue generabilium & corruptibilium. Ad quintam dico, ꝙ verum est ꝙ tot sunt quot sunt combinationes qualitatum primarum possibiles, quarum quælibet inest naturaliter & non violente illi cui inest. modo illæ combinationes sunt quatuor & non plures, sicut dictum est. Ad sextam dico, ꝙ solum in proposito est sermo de corporibus simplicibus & gñabilibus & corruptibilibus. modo de numero illorum non est cœlum.

Ad septimam qñ dicitur. plures sunt orbes &c. negatur consequentia. Pro quo aduertendum est ꝙ in isto mundo tres possunt imaginari quaternitates. quarum prima terminatur inclusiue ad ignem. Secunda autem terminatur inclusiue ad solem: & tertia terminatur inclusiue ad vltimam sphæram. prima quaternitas est terra, aqua, aer, ignis. Secunda est luna, mercurius, venus, & sol, ita ꝙ in ista quaternitate luna comparatur terræ, mercurius aque, venus aeri, & sol igni. Tertia quaternitas est mars, iuppiter, saturnus, & octaua sphæra, ita ꝙ in ista quaternitate, mars comparatur igni, iuppiter aeri, saturnus aque. octaua sphæra terræ, ita ꝙ secundum istam triplicem quaternitatẽ terra esset infinitum & super infinitum. Ex hoc patet ꝙ non oportet tot esse elementa quot sunt orbes postꝗ plures orbes comparantur bene & assimilantur vni elemento. Ad vltimam patet, ꝙ solum capitur hic elementum prout extendit se ad plura corpora actu existentia generabilia & corruptibilia adinuicem alterabilia.

QVAESTIO. IIII.

QVęritur Vtrum ignis sit primo calidus, aer primo humidus, aqua primo frigida, & terra primo sicca. Et arguitur primo ꝙ non. nam si sic. sequitur ꝙ ignis & aqua essent contraria. similiter aer & terra, quod est falsum, & consequentia nõ est de se, ex eo ꝙ primo calidum contrariatur primo frigido, & primo humidum primo sicco, falsitas consequentis probatur, ex eo ꝙ sequitur ꝙ substantię essent adinuicem contrarie. modo hoc est falsum. nam per Ari. in præsentis. substantiæ nihil est contrarium. consequentia tenet ex eo ꝙ quodlibet elementorum est substantia. Secundo. confirmatur idem. nã si illa essent contraria, sequitur ꝙ ipsa essent apta nata succedere sibiinuicem in eodẽ subiecto existente in actu ens per se subsistens. modo hoc est falsum, quia non idem ens manens idem nomine & diffinitione potest primo esse ignis, postea aqua. consequentia tenet per vnam conditionem contrariorum. Tertio. vnum est vni tm̃ contrarium. modo ignis contrariatur terræ, quia ignis est calidus & terra frigida. non ergo contrariatur aque. Quarto. videtur ꝙ ignis & terra magis sint contraria ꝙ̃ ignis & aqua, quia illa sunt magis contraria quę à seinuicem magis distant, sed ignis & terra magis distant à seinuicem ꝙ̃ ignis & aqua, sicut patet in situ naturali elementorũ. ergo &c. Scdo ad principale supponitur ꝙ eadem qualitas in specie inest eque primo duobus elementis, tunc sic. terra est primo frigida. ergo non aqua. consequentia tenet per suppõnem. antecedẽs patet. nam hoc vr̃ esse primo frigidum quod maxime distat à fonte calidorum, sed sic est de terra, ꝗa maxime distat à cœlo quod est productiuum caloris in istis inferioribus. Tertio. per effectus debemus arguere causas, & cum densitas sit effectus frigiditatis, sequitur ꝙ illud quod est maxime densum sit primo frigidũ, sed terra est maxime densa. ergo ipsa est primo frigida.

Quarto. illud quod non est coniunctũ alicui elemento calido. videtur ꝙ sit magis & primo frigidum ꝙ̃ illud quod est cõiunctum alicui calido, sed terra non est coniuncta alicui elemento calido. s. aeri. ergo &c. Quinta videtur ꝙ aqua sit magis humida ꝙ̃ frigida, ꝑpter hoc ꝙ humiditas inest aque inseparabiliter. frigiditas autem inest aque separabiliter. patet, quia quãuis aqua bene calefiat, adhuc tamen manet humida.

In oppositum est Arist. hic textu primo. cap̃. tertio.

In ista quęstione. Primo videndum est de illo de quo tangebatur in primo argumento. s. de contrarietate elementorum. Secundo videndum est de quæsito.

Quantum ad primum supponitur primo ꝙ ad hoc ꝙ aliqua dicantur contraria requiritur ꝙ apta nata sint succedere sibiinuicem in eodẽ subiecto in actu hoc est in eodem composito ex materia & forma. Tunc sit prima conclusio. elementa bene sunt contraria ẜm eorum qualitates naturales. patet. nam qualitates elementorum naturales sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, gracitas leuitas, raritas dẽsitas, sed modo huiusmodi qualitates sunt sibiinuicem contrarie, non singule singulis, sed determinate determinatis. Sed quia qualitates naturales elementorum sunt duplices, quędã motiue localiter, sicut grauitas leuitas, quædam aũt alteratiue, sicut caliditas, & frigiditas. Tunc sit secunda conclusio, ꝙ ignis & terra magis contrariantur adinuicem quo ad qualitates motiuas localiter ꝙ̃ ignis & aqua. patet, ꝗa ignis est simpliciter leuis, & terra simpliciter grauis. aqua autem est leuis & grauis secundum quid, quia est leuis respectu terræ, & est grauis respectu aeris, & ignis quæ sibi supereminent. Tertia conclusio est, ꝙ ignis magis contrariatur aque ꝙ̃ terræ quo ad qualitates alteratiuas. patet, quia ignis & aqua contrariantur secundũ ambas qualitates alteratiuas, ex eo quòd ignis est calidus & siccus, & aqua est frigida & humida, sed ignis contrariatur terræ solum secundum vnam qualitatem alteratiuam. s. secundum caliditatẽ, & non secundum aliam, ex eo ꝙ ignis & terra cõicant in siccitate, & quia Arist. considerat hic elementa secundũ quòd sunt generabilia & corruptibilia, ideo dicit hic. Illa magis contrariantur quæ contrariantur ẜm qualitates alteratiuas ꝙ̃ quæ contrariantur secundum qualitates motiuas localiter. Et sic dicit hic ꝙ ignis magis contrariantur aque ꝙ̃ terræ. Sic ergo visum est quõ elementa contrariantur secundum qualitates eorum naturales. Tex.c.23

Sed tunc restat difficultas. vtrum etiam contrarientur secundum eorum substantias. Pro quo sit prima conclusio,

conclusio, quòd elemẽta non contrariantur secundum eorum materias. patet per diffinitionem contrariorum.

Secunda conclusio, quòd nec elementa contrariantur secundum eorum formas substantiales. patet per suppositionem quę dicit quòd ad hoc quòd aliqua contrarientur requiritur quòd possint sibiinuicẽ succedere in eodem subiecto in actu, hoc est in eodem composito ex materia & forma, sed sic non est de formis substantialibus elementorum. patet, quia non est possibile quòd in eodem composito ex materia prima sit forma substãtialis ignis & postea forma substantialis aque. nam illud compositum vel esset elementum vel mixtum, non mixtum, quia formæ substantiales elementorum non manent in mixto, sicut dictum est, propter hoc quòd oporteret quòd idem elementum esset primo ignis & postea aqua. modo hoc est falsum vt notum est de se, quãuis.n.ex igne bene possit generari aqua, non tamẽ propter hoc idem elementum primo est ignis & postea aqua. Tertia conclusio est, quòd elementa non sunt contraria secundum eorum substantiam. patet, quia nec secundum eorum materiam, per primam conclusionem, nec secundum eorum formam substantialem per secundam. ergo &c.

Quantum ad secundum sit prima conclusio. Vnicuique elementorum inest primo vna qualitas. patet hoc primo, quia cuiuslibet elementi forma substantialis est simplex tam substantialiter q̃ in virtute. ergo videtur quòd solum determinet sibi vnam qualitatem quæ inest sibi primo. licet.n.determinet sibi duas, non tamen eque primo. consequentia videtur nota. antecedens patet. nam per hoc forma substãtialis elementi differt à forma substantiali mixti. licet.n.forma substantialis mixti sit simplex substantialiter, non tamen est simplex virtualiter, sicut patet de diuersis mixtis, vt de herbis & lapidibus preciosis, quibus insunt diuerse virtutes ratione formarum substantialium ipsorum. Secunda conclusio. Igni inest primo caliditas. patet, quia ignis inter alia elementa est nobilissimum, cuius signum est, quia locatus est super loca aliorum elementorum, & cum caliditas inter qualitates actiuas sit nobilissima, cuius signum est eius maxima actiuitas. videtur quod ipsa primo insit igni. Tertia conclusio. Aer est primo humidus. probatur. nam aliqua qualitas inest sibi primo per primam conclusionem. vel ergo caliditas vel humiditas. probatur, quia aer est calidus & humidus, sed non caliditas, quia illa inest primo igni per secundam conclusionem. ergo relinquitur quòd humiditas. consequentia tenet, ex eo quòd aer non habet aliquam qualitatem de qualitatibus actiuis quàm caliditatem & humiditatem, ex eo quòd nulla qualitas potest inesse eque primo duobus elementis. Quarta conclusio. Frigiditas inest primo aque. patet, quia sibi insunt frigiditas & humiditas, vel ergo sibi inest primo frigiditas, & habetur propositum, vel humiditas & hoc non, quia illa inest primo aeri per præcedentem conclusionem. Quinta conclusio. Terræ primo inest siccitas. patet, quia sibi insunt siccitas, & frigiditas, vel ergo inest sibi primo siccitas, & habetur propositum, vel sibi inest primo frigiditas, & hoc non, quia illa inest aque per præcedentem conclusionem.

Sed restat dubitatio quomodo intelligitur quòd igni inest primo caliditas. vtrum hoc intelligatur in comparatione ad alia elementa vel in ordine ad aliam qualitatem. s. siccitatem, sic quòd sit sensus ignis est prius calidus q̃ aliquod aliorum elementorum, & cuius caliditas est causa caliditatis, quòd alia sunt calida, vel quòd igni prius inest caliditas q̃ siccitas, hoc est quòd ignis de natura sua determinat sibi caliditatem, & quòd secundo consequatur siccitatem. Ad hoc respondetur secundum intentionem Arist. quòd hoc debet intelligi quòd
Tex.c.23 igni prius inest caliditas quàm siccitas, & aeri prius humiditas q̃ caliditas, & aque prius frigiditas q̃ humiditas, & terræ prius siccitas q̃ frigiditas. Sed pro pleniori intellectu notandum est quòd illud debet intelligi de caliditate & siccitate virtualibus. vnde aliqua sunt bene calida actualiter, & tamen sunt frigida virtualiter. v. g. sicut aqua calefacta, similiter aliqua sunt bene frigida actualiter, & tñ sunt calida virtualiter, sicut piper çinçiber & huiusmodi. vnde quãuis aliquis potaret aquam calidã non propter hoc confortaretur eius calor, quòd tamen bene contingeret si potaret vinum frigidum. Et sic q̃uis vinum sit actualiter frigidum tamen est virtualiter calidum. Ex isto possunt solui aliquæ rationes facte.

Ad rationes. Ad primam patet ex primo arti. sed ibi erat vna de distantia quæ erat ista, magis distantia sunt magis contraria, hoc intelligitur non de distãtia locali, sicut de distantia inter terram & ignem, sed de distantia formali quæ est quædam repugnantia & incompossibilitas. Ad secundam dico, quòd illa bene probat quòd terra sit frigidior q̃ aqua frigiditate actuali. non tamen frigiditate virtuali. vnde frigiditas actualis dicitur quæ statim percipitur ad tactum. Ad tertiam & quartam simili modo respondetur. Ad quintam dico, quòd quãuis frigiditas actualis sit bene separabilis, non tamẽ frigiditas habitualis siue virtualis. vnde quanuis aqua bene calefiat, adhuc tamen manet in ea frigiditas virtualis per quam caliditate amota iterum reuertitur ad frigiditatem actualem.

QVAESTIO. V.

QVæritur Vtrum caliditas ignis & caliditas aeris sint eiusdem speciei solum differentes secundum magis & minus. Et similiter quæritur de siccitate ignis & siccitate terræ, & de humiditate aeris, & humiditate aque, & de frigiditate terræ, & de frigiditate aque. Et arguitur primo quòd sint diuersarum specierum distinctarum specie. nam qualitates proprie elementis distinctis specie debent distingui specie, sed caliditas est qualitas propria ipsius ignis, & humiditas propria ipsius aeris, sicut in alia quæstione dicebatur. ergo videtur quòd exquo ignis & aer distinguuntur specie, quòd caliditas ipsius ignis distinguatur specie à caliditate ipsius aeris, & quòd humiditas aeris distinguatur specie ab humiditate aque, & sic de alijs qualitatibus symbolis aliorum elementorum.

In oppositum arguitur. nam si sic. sequitur quòd essent. 8. qualitates primæ distincte specie quod est contra prius dicta. dictum.n.est quòd sunt solũ quatuor. consequentia tenet, quia tunc haberemus duas caliditates distinctas spẽ, & similiter duas frigiditates, & sic de alijs. Tex.c.98

In ista quæstione sunt due opiniones directe opposite. Et illas primo recitabo cum suis motiuis. Secundo videbitur qualiter vna illarum opinionum soluit motiua alterius. Tertio quasi mediando inter eas ponam vnam opinionem quæ videtur esse alijs probabilior.

Quantum ad primum sciendum est quòd vna opinio ponit quòd caliditas ignis & caliditas aeris nõ sunt eiusdem speciei, nec drñt solum penes intensius & remissius, & ista opinio intelligitur de qualitatibus actualibus. vult.n. quòd caliditas aeris in tot gradus in sua specie est diuisibilis, in quot gradus est diuisibilis caliditas ignis, & quòd cum ex aere generatur ignis ad corruptionẽ vnius gradus caliditatis aeris introducitur vnus gradus caliditatis ignis. Et ista opinio habet pro se aliqua motiua. vnde primo arguit sic. si caliditas ipsius aeris esset remissa, & cum omnis remissio alicuius qualitatis fiat per admixtionem qualitatis contrarie. sequitur quòd caliditati ipsius ignis & aeris esset admixta aliqua frigiditas, & sic non oporteret ponere aerem esse mixtum qualitatiue, & sic non esset dare purum elemẽtum aeris. vnde quodlibet elementum in sua puritate sicut

determinat

determinat sibi formam substantialem simplicem, ita permixta frigiditati, & per consequens debet esse summa. Secundo. nam per hoc simplex differt à mixto, quia elementum simplex determinat sibi qualitates omnino simplices & qualitates in summo. mixtum autem non. si ergo caliditas aeris est summa non differt à caliditate ignis solum secundum magis & minus. Tertio. si caliditas aeris esset eiusdem speciei, cum caliditate ignis differens ab ea solum secundum magis & minus, sequitur ꝙ si ignis approximaretur aeri statim aer fieret subito calidus in summo, sed hoc est falsum, & consequentia tenet, quia non resisteret in aliquo caliditati ipsius ignis, quia quanuis esset remissior, non tamen per frigiditatem sibi admixtam, sicut prius arguebatur de aqua ꝙ tota latitudo caliditatis aeris esset corrupta antequam latitudo frigiditatis aque esset introducta, sed hoc est falsum, & consequentia tenet, quia exquo caliditas aeris non esset summa, & cum ad introductionem vnius gradus frigiditatis aque expellatur vnus gradus caliditatis aeris postquam omnes gradus caliditatis aeris erunt expulsi, quòd sint omnes gradus frigiditatis aque introducti postquam frigiditas aque est summa, & per consequens plures habet gradus in sua latitudine quàm haberet caliditas aeris in sua, falsitas consequentis probatur. nam si sic, sequitur vel quòd pro tempore materia staret sine forma substãtiali, vel ꝙ esset aqua in sua naturali dispositione quæ non esset in summo frigida.

Et ad hoc probãdum suppositio ꝙ immediate ex aere potest generari aqua absq; generatione alicuius intermedij. Tunc sic. qñ tota latitudo aeris est corrupta & nondum tota latitudo frigiditatis introducta. queritur vtrum forma substantialis aque sit inducta vel non, si dicitur ꝙ sic, habetur ꝙ tunc est aqua genita, quæ tamen non est frigida in summo. si dicitur ꝙ non, & clarum est ꝙ forma substantialis aeris est corrupta postq̃ tota latitudo sue caliditatis est expulsa, & cum non sit introducta aliqua forma media inter formam substantialem aeris & aque per suppõnem, sequitur illam materiam pro tempore stare sine aliqua forma substantiali. Quinto. leuitas aeris est alterius speciei à leuitate ignis. ergo & caliditas aeris à caliditate ignis. consequentia tenet de se. antecedens probatur, exquo leuitas ipsius aeris est motiua ad alium locum, & leuitas ignis ad alium, quod non videtur nisi essent diuersarum specierũ. Sexto. non omnes caliditates mixtorum sunt eiusdem speciei. ergo nec omnes caliditates elementorum. consequentia tenet ex eo ꝙ caliditas mixtorũ sunt similes caliditatibus elemẽtorum: añs probatur ex eo ꝙ caliditates diuersorũ mixtorum vt diuersorum animaliũ sunt productiue diuersorum effectuum distinctorum specie. patet. nam calor galline est productiuus pulli ex ouo, non aũt calor hominis. vnde videmus ꝙ si ouum supponat̃ galline generatur pullus, sed si supponatur homini, non ex eo pullus gñatur. Septimo. humiditas aeris & humiditas aque hñt effectus oppositos. quare non vident̃ esse eiusdem speciei. añs patet, quia humiditas aeris non est extingua ignis. vnde videmus candelam bene ardere in aere, sed humiditas ipsius aque est extingua ipsius ignis, nec potest dici ꝙ aqua non extinguit ignem ratione humiditatis, sed ratione frigiditatis. nam aqua calida ita extinguit ignem sicut frigida. Octauo. si humiditas aeris esset eiusdẽ speciei cum humiditate aque sequit̃ ꝙ aqua non esset necessaria ad mixtionem. modo hoc est falsum & probatur consequentia, quia aqua propter hoc est necessaria ad mixtionem, quia ratione sue humiditatis est continuatiua. modo si humiditas aque esset eiusdem speciei cum humiditate aeris, aer sufficeret, quia posset esse cõtinuatiua, sicut humiditas ipsius aque. Ista sunt motiua ponẽtium caliditatem ignis & caliditatem aeris esse diuersarum specierum & consimili modo illas qualitates elementorum quas vocamus symbolas. Alia opinio ponit ꝙ sunt eiusdem speciei differẽtes solum secundum magis & minus. Et est prima ratio istius. nam caliditas ignis est contraria frigiditati terræ & aque. patet, quia est vtriusq; corruptiua. ergo frigiditas aque & frigiditas terræ sunt eiusdem speciei, & per consequens consimili modo caliditas aeris & caliditas ignis, quia vni secundũ speciem tm̃ vnum est contrarium secundum speciem pro hoc. n. Arist. 1. Cęli, probat ꝙ motiui circulari non est aliquis motus contrarius. modo si frigiditas aque & frigiditas terræ essent diuersarum specierum, & tñ quælibet contrarietur caliditati ignis, sequitur ꝙ plura secundum speciem vni secundum speciem tm̃ essent contraria. Secundo. caliditas ignis interimit caliditatem aeris. ergo inducit gradus caliditatis eiusdem speciei cum gradibus præexistentibus in aere, sed gradus quos inducit sunt eiusdem speciei cum gradibus caliditatis ignis, ergo caliditas ignis est eiusdem speciei &c. Tertio. omnis albedo omni albedini est eiusdem speciei. ergo omnis caliditas omni caliditati est eiusdẽ speciei. consequentia videtur tenere à simili consequens cõiter conceditur.

Quarto. iste qualitates sunt eiusdem speciei, quarum effectus immediati sunt eiusdem speciei, sed effectus immediati frigiditatis aque & frigiditatis terræ sunt eiusdẽ speciei. ergo &c. maior est nota, ex eo ꝙ ex effectibus arguimus causas, & minor patet, quia si manus mea frigefiat ab aqua videtur esse eadem frigiditas in specie, sicut si frigefieret à terra. Quinto. nisi essent eiusdem speciei, sequitur ꝙ essent plures complexiones in specie q̃ quatuor, quod videtur esse contra medicos, & consequentia tenet. nam alia videtur esse cõplexio in specie in qua dñaretur caliditas aeris, & alia in qua dominaretur caliditas ignis. Sexto. sequitur si non essent eiusdem speciei ꝙ in habentibus symbolum non esset facilior transitus, quod est contra Aristot. in isto secundo probatur consequentia, quia si caliditas aeris esset alterius speciei à caliditate ignis, tũc si extra aerẽ deberet generari ignis oporteret ꝙ due qualitates corrumperentur & due inducerentur. Item si ignis generaretur ex elemento non habẽte symbolum cum illo. s. ex aqua, sic difficiliter ex aere generaretur ignis sicut ex aqua. Septimo. quando ex aere fit ignis nõ potest dici ꝙ corrumpatur, quia non à siccitate ipsius ignis, quia illa non est sibi contraria, nec etiam à caliditate ignis, quia quanuis diceretur ꝙ illa non essent eiusdem speciei, non tñ diceretur ꝙ essent sibi contraria. Si autem dicitur ꝙ manent & cum hoc ponitur alterius speciei, sequitur ꝙ in igne generato erunt due caliditates distincte specie. Octauo. raritas ignis est eiusdem speciei cum raritate aeris, & dẽsitas terræ cum densitate aque. ergo caliditas ignis est eiusdem speciei cum caliditate aeris, & frigiditas aque cum frigiditate terrę. consequentia tenet à simili, & antecedens patet. nam cõmuniter conceditur ꝙ ignis & aer non differunt in raritate nisi secundum magis & minus, & similiter aqua & terra in dẽsitate secundum magis & minus non diuersificant speciem. ergo &c. tex.c.25

Quoniam illi qui sunt de secunda opinione soluunt rationes factas pro prima opinione & ecõuerso. Soluuntur ergo primæ rationes facte pro prima opinione, deinde facte pro secunda. Ad primam qñ dicitur. si caliditas aeris non esset summa &c. negatur consequentia, quia nõ diceretur remissionem fieri per ad mixtionem contrarij, sed diceretur remissionem alicuius caliditatis fieri per minus recedere à non gradu illius caliditatis, vel per minus accedere ad gradum summum eiusdem. Et per hoc patet ad argumentum. Ad secundam qñ dicitur. per hoc elementum differret à mixto. cõceditur vnde caliditas aeris, quãuis sit remissior caliditate ignis, tamen est ita simplex sicut caliditas ipsius ignis, quia nõ ponitur remissa propter alicuius contrarij admixtionẽ, sed

sed propter ipsam minus distare à nō gradu caliditatis. Ad tertiam qn̄ dicitur q̧ cum ignis approximatur aeri subito faceret ipsum calidū in summo. negatur consequentia. Et ratio huius est, quia exquo ignis non subito potest corrūpere humiditatem aeris nec subito potest introducere tantam siccitatem quanta est siccitas ignis, ratione illius non subito faceret aerem calidum in summo, vnde interim q̧ aer non habet tātam siccitatē, sicut est siccitas ignis, non potest in ipsum introduci tanta caliditas, sicut est caliditas ignis. Pro solutione quartæ rationis est imaginandū, q̧ cum ex aere generatur aqua non oportet q̧ tantum de caliditate expellatur quātum de frigiditate introducitur, sed qn̄ introducitur medietas totius latitudinis frigiditatis aque expellitur medietas totius latitudinis caliditatis aeris, & quando quarta frigiditatis aeris introducitur, tunc quarta caliditatis aeris expellitur &c. vltra, & secundum hoc quanuis tota latitudo caliditatis aeris sit minor q̄ sit tota latitudo frigiditatis aque, non tamen oportet q̧ tota latitudo caliditatis aeris sit corrupta anteq̄ tota latitudo frigiditatis aque sit introducta. nam secundum istam imaginationem simul vnum totaliter potest esse corruptiuum, & aliud totaliter introductiuum, quanuis sint latitudines inequales. Ad quintam potest negari q̧ leuitas aeris & ignis sint diuersarum specierum, sed q̧ sunt motiue ad loca diuersa hoc est ratione formarum substātialium specie distinctarum ignis & aeris. Ad sextam respondetur q̧ omnes caliditates mixtorum sunt eiusdem speciei, & similiter omnes frigiditates, sed q̧ mediantibus ipsis producūtur effectus diuersi & distincti specie, hoc est ratione formarum substantialium mixtorum specie distinctorum. Ad septimam dico, q̧ aqua non extinguit ignem ratione sue humiditatis, quia humiditas nō est ita velocis actionis, sed q̧ ignis corrumpitur cum super ipsum proijcitur aqua, non est ponendum q̧ humiditas aque, adhuc aque calide, omnimode sit causa corruptionis ignis, sed qn̄ aqua calida proijcitur sup ignem tunc ignis extinguitur, & hoc isto modo, quia aqua est grauis, & ideo non permittit ignem se dilatare, quod est naturale igni, & cum non potest se dilatare suffocatur.

Ad octauam r̄ndetur. q̧ quanuis humiditas aeris & humiditas aque sint eiusdem speciei, tn̄ quia humiditas aque est grossior quàm sit humiditas aeris, inde est q̧ humiditas aque valet ad continuandum, & non humiditas aeris. Volentes sūt tenere primam opinionem soluunt rationes secundæ. Ad primam quæ stabat in hoc. vni tm̄ est vnum contrarium. respondent q̧ hoc debet sic intelligi. q̧ omnis cōtrarietas est reducibilis ad duo. modo quanuis tam frigiditas aque, q̄ frigiditas terræ contrarientur caliditati ignis, & sint diuersarum specierum, tamen illa contrarietas reducitur in ista duo. s. in caliditatem & frigiditatem. Ad aliam qn̄ dicitur caliditas ignis &c. Respondetur q̧ hoc esset per istum modum q̧ cum siccitas ignis remittit humiditatem aeris, tunc humiditate aeris remissa caliditas intenditur non per intensionem graduum eiusdem speciei cum caliditate ignis, sed per additionem graduum eiusdem speciei cum caliditate aeris præexistente. Ad tertiam respondetur simili modo. Ad quartam qn̄ dicitur effectus immediati &c. dicitur q̧ quāuis appareant eiusdem speciei, non tn̄ sunt. Ad quintam respondetur. q̧ quanuis non sint plures combinationes in specie subalterna, tamen sunt plures q̄ quatuor in specie specialissima.

Ad sextam dicitur. quòd in hn̄tibus symbolum facilior est transitus, non quòd aliqua qualitas maneat eiusdem speciei in genito quæ erat in corrupto, sed propter minorem contrarietatem. vnde quanuis caliditas ignis non ponatur eiusdem speciei cum caliditate aeris, non tamen ponitur sibi contraria. Ad septimam qn̄ dicitur, cum ex aere fit ignis &c, R̄nr quòd corrumpitur, non tamen quòd corrumpatur immediate à caliditate vel siccitate ignis, sed corrumpitur per modum sequele, isto modo quòd cum siccitas ignis corrumpit humiditatem aeris per modum sequele corrumpitur & eius caliditas. Ad octauam respondetur negando consequentiam. vnde quanuis concedatur q̧ raritas & densitas essent eiusdem speciei hic & ibi, tamen hoc negatur de qualitatibus primis.

Quantum ad tertium sciendum est sicut tangebatur quòd duplx est caliditas. s. virtualis & actualis. Actualis est quæ statim ad sensum tactus percipitur, & consimili modo distinguitur de frigiditate humiditate & siccitate. Caliditas autem virtualis est quæ ad sensum tactus non percipitur, sicut est caliditas piperis vel alicuius alterius aromatis. Ista distinctione posita possumus imaginari quòd elementa magis determinant sibi qualitates virtuales q̄ actuales. patet, quia quanuis frigiditas actuale separetur ab aqua ipsa manente, non tamen frigiditas virtualis, vnde illa manet, & per illam postea reducit se ad frigiditatem. possumus ergo dicere quòd caliditas actualis ipsius aeris est eiusdem speciei cum caliditate actuali ignis, similiter de alijs qualitatibus actualibus symbolis sed caliditas virtualis aeris est alterius speciei à caliditate virtuali ignis. Et simili modo dicitur de alijs qualitatibus virtualibus elementorum. Sed. d. aliquis. si sic, sequitur quòd essent. 8. qualitates primæ distincte specie sed modo hoc est contra prius dicta. ergo conceditur q̧ sunt. 8. qualitates primæ distincte specie, nec hoc est contra prius dicta, quia quod prius est dictum debet intelligi de qualitatibus virtualibus & actualibus simul. Et ex hoc soluta est vna ratio de rationibus positis ad secundam partem quæstionis. Ad aliam dico quòd illa bene probat quòd qualitates virtuales elementorum differant specie. s. caliditas aeris à caliditate ignis &c. non tamen probat de caliditate actuali aeris, & caliditate actuali ignis.

QVAESTIO. VI.

Quæritur Vtrum sit aliquod elementum purum. Et arguitur primo quòd non. quia non est dare aquam purā. ergo nec terram nec ignē, nec aerem purum. consequentia tenet, quia quo ad hoc videtur esse simile de omnibus elementis. antecedēs probatur, quia si esset aqua pura vel hæc esset aqua maris vel fontium vel pluuialis aqua stagnorum, sed nullum istorum potest dici propter hoc quòd quęlibet istarum est sapida. sapidum autem non est purum elementum, ex eo quòd sapidum causatur ex actione quatuor qualitatum primarum adinuicem. Secundo. si esset aliqua aqua pura, maxime videtur esse aqua maris, cum locus maris sit locus naturalis aque, vt habetur. 2. Metheo. falsitas consequentis patet, quia illa aqua est multum sapida, & multum de terrestri est ei per mixtum. ergo nō est pura. Tertio. nec aer est elementum purum. probatur, quia vel hoc esset aer qui est in inferiori regione aeris, vel qui est in superiori, vel qui in media, non qui est in inferiori, quia illæ est permixtus multum vaporibus & exhalationibus, & per consequens. non est purus, nec qui est in superiori, quia illæ est calidior quàm debeat esse aer, quando est in sua naturali dispositione. & hoc est propter propinquitatem ad sphæram ignis, nec aer qui est in media regione est purus, quia est frigidior de multo quàm sit aer, quando est in sua naturali dispositione. patet, quia semper media regio aeris est frigida. vnde propter hoc generantur ibi grandines, & pluuie & huiusmodi, sicut habet videri in libro Metheoro. Quarto probatur, quòd nec sit ignis purus, quia maxime videtur de igne in sphæra sua, sed illæ non

non est purus. probatur, quia illæ ignis continue moue tur circulariter, & ex illo motu videtur ꝙ partes eius ali qualiter condensantur &c. quia ibi continue mouetur, videtur ꝙ non sit ibi tanquam in suo loco naturali, & per consequens videtur ꝙ non sit ibi in sua naturali dispositione, & per consequens non est ibi purus, vnde si esset ibi tanꝗ in suo loco naturali, videtur ꝙ non moueretur, sed quiesceret propter hoc ꝙ elementa quiescunt, & cum sunt in suis locis naturalibus non amplius mouentur. Quinto de terra, omnis terra est colorata. ergo noua terra est pura. consequentia tenet ex eo ꝙ color resultat ex actione quatuor qualitatum primarum adinuicem. antecedens patet. nam omnis terra est visibilis, & cum nō sit lucida sequit̃ ipsam esse coloratam, ex eo ꝙ omne visibile est lucidum vel coloratum. Sexto. nec est simpliciter densum, nec est simpliciter rarum, nec simpliciter graue, nec simpliciter leue. ergo non est aliquod elementum purum. consequentia tenet ex eo ꝙ terra pura deberet esse simpliciter grauis, & simpliciter densa, & purus ignis deberet esse simpliciter leuis, & simpliciter rarus. antecedens patet, quia nec est aliquod ita densum quin posset esse densius, nec aliquod ita rarum quin posset esse rarius exquo latitudo raritatis & densitatis est infinita.

Tex.c.22 & 24. In oppositum est Arist. in isto secundo. & probatur. nam si non, tunc quodlibet elementum staret sub dispositione innaturali, & per consequens esset violentum, & cum nullum violentum sit perpetuum, sequitur quòd elementa non diu manerent, veruntamen ista ratio non est demonstratiua, quia diceretur ꝙ quanuis nullum violentum sit perpetuum, tamen perpetuo est aliquod violentum, & sic quanuis nullum elementum sit perpetuum, tamen perpetuo est aliquod elementum.

In ista quæstione ponam primo vnam opi. & iuxta eam ponam vnam aliam. Secundo ponam vnam opinionem de quæsito.

Quantum ad primum sciendum est, ꝙ est vna opinio ꝙ nullum est elementum simplex & purum, patet hoc, sicut dicit ista opinio, quia si sic, illud esset incorruptibile & immutabile. ignis. n. nunquam purus descenderet ad locum sue corruptionis nec terra pura ascenderet, & sic si terra pura esset circa centrum non corrumperetur, nec nunquam alicui misceretur. Secundo ad idem auctoritate Constantini in lib. de elementis dicentis. Illa corpora quæ apparent ad sensum elementa simplicia sunt in rei veritate mixta, sed ꝑpter similitudinem mouentur taliter sicut mouentur elementa pura, aliqua sursum & aliqua deorsum, & similiter nominantur nominibus elemētorum, quāuis magis aliter deberent denominari. vnde quod apparet esse terra magis deberet denominari terreum, & quod aqua aqueum, & quod aer aereum, & quod ignis igneum. Sed contra istam opinionem arguitur. nam cōiter ponuntur quatuor ele

Tex.c.17 & c. 26. menta pura & simplicia. vnde per Arist. 1. Cęli. aliquid est simpliciter graue, & aliquid simpliciter leue. modo ex hoc videtur sequi ꝙ sit dare aquam puram & ignem purum, sic ꝙ natura nō posset facere terram puriorem nec ignem puriorem. Nihilominus iuxta hoc est vna opinio quòd non sit elementum ignis, nec quòd sit talis sphæra ignis, sicut nos solemus imaginari, patet hoc, sicut dicit ista opinio, quia illa vel seruiret ad implendum vacuum, modo hoc ita bene faceret aer, sicut ignis, ex eo ꝙ aer posset esse ita protensus à conuexo ipsius aque ad concauum orbis lunæ, sic quòd aer terminatur ibi vbi terminatur ignis. Et hoc videtur etiam dicere Macrobius, qui dicit ꝙ in concauo orbis lunæ est aer purior, propter quod videtur ꝙ totū quod est à conuexo aque vsꝗ ad concauum orbis lunæ sit aer, quāuis circa orbē lunæ sit purior & citra minus purus. Et ex alio, quia videmus hic inferius ignem rubeum, quare si oporteret ponere vnam talem sphæram vtiꝗ appareret nobis esse rubeus, sed hoc non, quia sicut patet ad sensum nullum tale apparet inter nos & cœlum. Etiam ex alio patet. nam si poneretur tale sphæra ignis, cito alia elementa corrumperet propter maximam eius actiuitatem. Et etiam patet ex alio. nam videmus ꝙ aliqua sunt animalia habitantia in terra & aliqua in aqua & in aere, modo si poneretur tale sphæra ignis, tunc in illa etiam essent animalia habitātia, sed non potest esse, quia statim propter magnam actiuitatem ignis corrumperentur. Breuiter sustinendo ꝙ sit tale sphæra ignis, dicitur ꝙ est ad replendum locum &c. & cum hoc ad perficiendum vniuersum, vnde vniuersum ex hoc est perfectius quàm si totum à conuexo aque ad concauum orbis lunæ poneretur esse aer. Ad auctoritatem Macrobij potest dici ꝙ iste fuit illius opinionis. Ad aliam quando dicitur ignis hic inferius &c. dico quòd verum est, nec iste ignis hic inferius est ignis purus, sed qa ignis in sphæra sua est multum rarus & multo rarior quàm aer, inde est ꝙ non apparet nobis rubeum inter nos & cœlum. vnde debemus imaginari de igne in sphęra sua, sicut de igne in furno fortiter calido caliditate carbonū alijs extractis. Ad aliam quando dicitur, tunc ignis alia elementa deberet corrumpere, dico quòd non. nam propter eius nobilitatē non est multum intense actiuus, & adhuc posito ꝙ esset in ista inferiora non combureret propter reactionem ipsorum ab eo, etiam ipsa non corrumperet propter saluationem vniuersi. Ad aliam dicunt aliqui, ꝙ immo in igne consuetum est habitare vnum animal quod vocatur salamandra. Vel aliter dico quòd non oportet ꝙ in quolibet elemento habitarent animalia, vnde quāuis in terra circa eius cōuexum habitent animalia, non tamen circa centrum vel adhuc proprius nulla habitāt. ergo non est mirū si nec in igne.

Quantum ad secundum sit prima distinctio, quòd aliquid dicitur simplex. Vno modo tam substantialiter quàm qualitatiue. Alio modo substantialiter, non tamen qualitatiue eodem modo ly purum.

Tunc sit Prima conclusio. est dare sphæram ignis. probatur. primo per combinationes qualitatum. nam sicut dicebatur prius, quatuor sunt combinationes qualitatum primarum possibiles. quarum vna debetur igni modo tale elementum non haberet locum suum alibi, si non poneretur sphæra ignis. Secundo. nam flamma tendit sursum, & alia ignita, & hoc videtur esse signum ꝙ sursum est eorum locus naturalis. Tertio. quia exhalationes superius eleuate inflammantur, sicut sunt comete, & hoc est signum ꝙ prope est elementum calidum. s. ignis. Secunda conclusio est, ꝙ contingit dare terram & ignem purum substantialiter & accidentaliter hoc est qualitatiue. patet, quia ignis & terra sunt in locis extremis, sed mixtiones habent fieri in intermedio &c. Tertia conclusio est, quòd forte est alicubi aer purus vel aqua pura substantialiter, licet omnis aqua vel aer sit mixta accidentaliter & qualitatiue. patet, quia quāuis aeri bene fiat commixtio vaporum & exhalationum, quæ quidem mixtio fit per diuisionem partium aeris adinuicem, tamen cum non quælibet pars aeris diuidatur, videtur aliqua esse non diuisa, & illa esse pura substantialiter, licet sit mixtum qualitatiue & accidentaliter, similiter de aqua quæ non est pura qualitatiue propter cōmixtionem partium terrestrium. Ex his patet responsio ad quæsitum.

Ad rationes. Ad primam quādo dicitur de aqua, dico quòd illa bene probat quòd non sit dare aquam puram substantialiter & accidentaliter, simul nihilominus bene est dare aquam purā substantialiter, licet mixtam qualitatiue. Ad secundam, & tertiam similiter respondetur. Ad quartam quando dicitur. ignis mouetur in sphæra sua concedo. ergo videtur quòd non

sit ibi locus eius naturalis. negatur consequentia. nam quãuis continue moueatur circulariter in sphæra sua, tamen illæ motus non est sibi naturalis, nec etiam motus, sed inest sibi præter naturam, & mouetur sic, non quòd cœlum rapiat ipsum, sicut aliqui imaginantur. vnde superficies concaua cœli est ita leuis, & similiter superficies conuexa ignis, quòd vna non potest attingi ab alia taliter quòd ipsa rapiat tali modo. Sed dicet aliquis, quomodo ergo ignis mouetur sic circulariter, dico quòd hoc est propter influentiam sibi influxam à cœlo quæ mouet ipsum tali motu consimili, sicut mouetur cœlum. Ad quintam quando dicitur, omnis terra est colorata. negatur, vnde posset tantum fodi in terram quòd inueniretur terra non colorata. Ad sextam quando dicitur, non est dare &c. dico quòd imaginatio est esse ita densum quòd natura non potest facere dẽsius, & similiter dicitur de raro, & hoc sufficit ad hoc quòd sint elementa pura vnum graue & aliud leue. Et quando dicitur, latitudo raritatis est infinita, hoc potest negari naturaliter loquendo, immo latitudo raritatis quæ potest fieri naturaliter est finita, & similiter densitas &c. Ad rationem opinionis quando dicitur si esset dare ignem purum & aquam puram &c. nunquam corrumperetur, negatur consequentia. vnde quãuis bene sit ignis purus, tamen illæ aliquando erit impurus propter aliquam constellationem cœli, & tunc descendet ad locum suę corruptionis. Similiter terra quæ modo est incentro aliquando veniet ad superficiem, & ad locum suę corruptionis, vnde imaginandum est, quòd quia continue fluunt aliquæ particulę terrę cum fluuijs fluentibus ad mare continue terra ex alia parte cœli fit grauior, & ex ista parte fit leuior, & sic cõtinue est aliud & aliud centrum grauitatis terræ, & quod aliquando erat centrum terræ continue pellitur versus superficiem terræ tandiu quòd aliquando erit in superficie terræ.

QVAESTIO. VII.

Quæritur Vtrum vnum elementum posit immediate generari ex alio, sic quòd immediate ex aere generetur aqua absq; hoc quòd prius generetur ex eo aliquid, & ita consimili modo de alijs elemẽtis. Et arguitur primo quòd non. nam si sic, tunc illud quòd esset posset generari, quod est falsum. nihil enim quod est generabitur nec generatur. consequentia tenet ex eo quòd omne elementum est, quocunq; n. elemento dato de ipso verum est dicere q; ipsum est, ita quòd posset sic argui in forma, nihil quod est potest generari, omne elementum est. ergo nullum elementum potest generari, & per consequens non potest generari ex alio quod erat probandum. Consimili modo arguitur q; nullus homo potest generari. Secundo arguitur sic. non quodlibet mixtum potest corrumpi in quodlibet mixtum. ergo nec elementum in quodlibet elemẽtum. Et hoc immediate, consequentia videtur tenere à simili. antecedens probatur, quia homo non immediate potest corrumpi in asinum vel in huiusmodi, sed immediate corrumpi in cadauer. ergo &c. Tertio arguitur sic. demonstrata medietate ignis in sphæra sua, illa non potest corrumpi in aerem, & est elementum. ergo non ex quolibet elemento potest generari aliquid. consequentia tenet, assumptum patet, quia natura non permitteret q; vnum elementum esset ita diminutum de medietate. iam enim ordo & proportio elementorum vniuersi essent peruersi. Quarto. si quæstio esset vera, nunquam ex elementis generaretur mixtum. consequentia tenet, ex eo q; vnum elementum conuerteret aliud in suam naturam, cum ex quolibet elementorum posset immediate aliud generari. Quinto. vel elementa sunt adinuicem equalia in virtute vel non, si sic, tunc vnum non potest conuertere aliud, cum sint equaliã in virtute, si vero non, tunc aliquid quòd est fortius transmutabit alia & conuertet ea in suam naturam, & alia non poterunt conuenire nec trãsmutare illud propter hoc quòd minus non potest agere in maius. aliter enim à proporportione maioris inequalitatis fieret actio, cuius oppositum tenet communis schola. Sexto. ignis non potest transmutari nec corrumpi ab aere. ergo quæstio falsa. consequentia tenet ex eo, quia non videtur esse maior ratio de vno elemento quòd posit generari ex vno q̃ de alio. antecedẽs probatur, quia si ignis posset corrumpi ab aere, tunc eius caliditas posset corrumpi ab aere, sed hoc non, quia nec à caliditate aeris, nec ab humiditate eiusdem, cum nulla illarum qualitatum sit contraria caliditati ignis, omnis tamen actio fit ratione contrarietatis. Septimo arguitur de igne & aqua q; vnum non posit generari ex alio immediate, quia cum forma ignis educatur de potentia materiæ, nisi illa materia disposita sit qualitatibus conuenientibus igni, & suo modo est de forma substãtiali aque, sequitur formam ignis non educi de potentia materiæ ipsius aque, nisi prius aqua sit calidior & siccior aere, sed hoc videtur inconueniens. nam ex hoc sequitur aliquam aquam. s. in via generationis ignis ex aqua esse calidiorem aere, quod videtur inconueniens ex eo quòd aqua de natura sua est frigida, & humida, aer autem est calidus & humidus.

Octauo arguitur sic, non contingit ire de extremo in extremum, nisi per media. cum ergo ignis & terra sint extrema inter quæ manent aqua & aer, videtur quòd ex terra non posit generari ignis, nisi prius ex eo generetur aqua vel aer. Nono arguitur sic, si immediate ex aqua posset fieri ignis, sequitur quòd aqua posset stare sub maiori raritate & maiori leuitate, & sub maiori caliditate quàm sit raritas & leuitas & caliditas naturalis ipsius aeris, sed hoc videtur esse falsum. probatur consequentia. nam ponatur quòd ex aqua debeat generari ignis, tunc oportet quòd prius disponatur inducendo raritatem leuitatem & caliditatem, tunc quando est inducta tanta raritas, tanta leuitas, tanta caliditas, quanta est ex aere non potest dici, quod tunc ex illa aqua generetur aer. nam tũc non immediate ex ea generatur ignis quod est contra hypostesim, nec adhuc inducitur forma ignis. nam tunc esset aliquis ignis qui nec esset rarior, nec leuior, nec calidior quàm sit aer, quod iterum videtur inconueniẽs. ergo oporteret quòd adhuc aqua vlterius rarefiat & leuefiat & calefiat antequam educatur forma ignis, & si sic, sequitur quòd immediate post hoc aqua a, stabit sub maiori leuitate raritate & caliditate q̃ sit aer naturaliter. Adhuc decimo posset queri vtrum hoc esset succesiue vel subito. Tex. c. 24 & 25.

In oppositum est Aristot. in isto secundo. vnde vult quòd omnia elementa sint adinuicem transmutabilia immediate. De ista quæstione sciendum est quòd intelligitur de transmutatione secundum substantiam & non secundum qualitatem. vnde sciẽdum est quòd fuit vna opinio antiqua ante Aristot. quòd omnia elementa essent eiusdem speciei, & quòd differunt solum secundum rarum & densum. Et isti dixerunt elementa bene transmutari adinuicem secundum qualitates, non autem secundum substantiam. Arist. autem & eius sequaces dicunt elementa non posse solum transmutari adinuicem secundum eorum qualitates, verum etiam secundum eorum substantias: Vnde contra istam opinionem antiquam arguunt sic. nam si capiatur vna portio aeris nunquam potest tantum comprimi q; veniat ad tantam densitatem quanta est densitas ipsius terræ, nisi fieret alteratio dispositiua ad corruptionem. Secundo. nam aliquãdo fit mutatio responsionis per nomina substantialia ad quæstionem factam per quid est hoc de elementis, & hoc non esset si elementa essent transmutabilia

tabilia adinuicem solum secundum eorum qualitates, & non secundum eorum substantias. assumptum patet. nam aliquando cum querimus quid est hoc, dicimus ꝙ est aer, & postea ignis, ita ꝙ materia quæ prius erat sub forma aeris, postea est sub forma ignis. Tertio sequitur ꝙ prius ꝗ solum esset tale dr̄ia secundum rarum & densum inter elementa non videtur ꝙ esset tanta distantia inter elementa immediata in raritate & dēsitate, vt in aere & in aqua. Quarto si aer sic condēsaretur, violente rediret ad raritatem pristinam si dimitteretur ꝓpriæ naturæ, & hoc non esset nisi à principio intrinseco, puta ab eius forma substantiali, & si sic, tunc illa forma substantialis esset alterius speciei à forma substantiali terræ, cui densitas non est violenta, sed naturalis, ergo &c. aer & terra non sunt eiusdē speciei, sicut nec illę formæ substantiales. Hoc ergo supposito ꝙ elementa differant specie, & non omnia sunt eiusdem speciei. pono istam distinctionem. ꝙ elementum potest capi pro toto elemento, sicut ignis pro toto igne in sphæra sua, vel pro parte eius, ita quòd vna gutta aque diceretur elementum, & similiter vna scintilla ignis.

Tunc sit prima conclusio. capiendo primo modo, elementum ipsum non vna transmutatione cōtinua potest transmutari in aliud. patet. nam demonstrando totum ignem in sphæra sua ipsum est elemētum, & non potest vna transmutatione continua transmutari in aliud, eo ꝙ tunc esset defectus illa transmutatione completa in elementum ignis, quod est inconueniens, nam tunc oporteret totalem materiam ipsius ignis stare sub multo minori extensione quàm modo sit, & sic oporteret derelinqui vacuum, vel latera cœli propinquius se contingere. consequentia tenet ex eo ꝙ iam concauum orbis lunæ repletum est elementis. Secunda conclusio est. ꝙ nec quælibet pars elementi potest transmutari in aliud elementum vna transmutatione continua. patet, quia non medietas, sicut argumentatum est in vna ratione. Tertia conclusio est, ꝙ quælibet pars pedalis vnius elementi potest transmutari in aliud elementum vna transmutatione continua patet, quia habent contrarietates adinuicem. Secundo arguitur sic. Omne elementum secundum omnem talem partem est natum generare sibi simile in materia disposita vel quam potest disponere, sed modo cuiuslibet elemēti materia potest disponi per aliud elementum ad hoc ꝙ illud ex ipsa generet sibi simile. ergo &c. Sed dicet aliquis. tu dicis ꝙ vna pars vnius elementi potest transmutari in aliud elementum, & non alia, queritur propter quid hoc sit. Secundo. quia quilibet pars vnius elementi est contraria alteri elemento. ergo quælibet potest transmutari in aliam, similiter vna vnius elementi in aliam alterius elementi. Ad primum dico, quòd hoc propter hoc est quòd naturaliter est vna certa mensura ad quam aliquod elementum potest diminui, & si vltra diminueretur esset inordinatio vniuersi, & sequitur illud quod dicebatur de vacuo & approximatione laterum cœli, modo quælibet pars vnius elementi ad eius corruptionem sequatur, illa non potest vna transmutatione continua transmutari in aliā. quælibet aūt alia potest, ad eius corruptionem non sequuntur prædicta. Ad aliam dico, ꝙ ꝗuis quælibet pars vnius elementi ad aliā alterius habeat contrarietatem, non tn̄ quælibet potest transmutari in aliam ꝓpter inordinationem vniuersi, & alia inconuenientia quę sequuntur corruptionem illius partis. Quarta cōclusio est, ꝙ aliqn̄ vnum elementum transmutatur in aliud per actionē elementi potioris ꝗ alicuius alterius. patet. nam qn̄ꝗ per actionem solis ex aqua generat̄ ignis. Quinta conclusio est, ꝙ generatio vnius elementi ex alio est successiua s̄m partes quātitatiuas. patet, quia successiue vna pars transmutatur in aliam post aliam, & ideo vna parte generata, illa iuuat ad generationem alterius, sicut patet in stupa, cuius vna pars primo ignitur quæ vlterius ignis alias. Sexta conclusio. impossibile est duos ignes esse. s. a, & b, & ꝙ a, generabit b, ita præcise ꝙ nihil aliud ab a, patet statim, quia generatur successiue secundum partes quantitatiuas, & vna pars ipsius b, generabit aliam. ergo non a, pręcise generabit b, quod intenditur. Correlarium. nullus ignis potest generare alium, se solo sine adiutorio generati, nec etiam alteratur patet, quia nihil agit in distans nisi cum adiutorio intermedij, & hoc in actione quæ est cum contrarietate. Et sic bene dicit Aristote. quòd agens & passum debent se tangere.

Ad rationes. Ad primam dico, ꝙ male concluditur. ergo nullum elementum potest generari, sed deberet sic concludi. ergo nullum quod est potest generari, & hoc est verum. vnde in ista nullum elemētum potest generari, subiectum ampliatur per hoc verbum, potest, ad supponemdum pro elemento quod est vel potest esse, & ideo illa est concedenda ratione talis ampliationis. in ista autem. elementum quod est potest generari, restringitur per ly quod est à tali ampliatione, & ideo ratione talis restrictionis ipsa est negāda. Ad secundam dico, ꝙ non est simile de elemēto & de mixto, propter hoc quòd mixtum requirit debitam figuram & debitam organiçationem, & ideo quāuis quodlibet elementum possit corrumpi in aliud, & immediate in quodlibet elementorum, non tamen sic est de mixto propter rationem dictam. Ad tertiam respondetur per vnam conclusionem positam. Ad quartam dico, ꝙ quādo elementa adinuicem approximata sunt tante potentiæ quòd mutuo se corrumpunt, tūc non generatur vnum ex alio, sed ex eis generatur vnum tertium vel mixtum quando. n. vnum est fortius alio in tāto ꝙ potest ipsum corrumpere, & non econtra, tunc vnum generatur ex alio. Ad quintam dico, ꝙ non obstante ꝙ essent inequalia in virtute adhuc fortius non corrūperet alia propter ordinationem vniuersi, & alia quæ dicta sunt de vacuo & approximatione laterum cęli & recessu abinuicem. Ad sextam dico, ꝙ caliditas ignis non immediate remittitur à caliditate aeris nec ab humiditate, sed remittitur ab humiditate per modum sequele, isto modo ꝙ humiditas ipsius aeris remittit siccitatem ipsius ignis qua remissa ipsam consequitur remissio caliditatis ipsius ignis. Ad septimam dico, quòd non est inconueniens quòd violente in via generationis ignis ex aqua ipsa sit sub maiori caliditate, quàm sit caliditas naturalis ipsius aeris, quāuis hoc non sit possibile de aqua stante in sua naturali dispositione. Ad octauam dico, exquo terra & ignis valde distant, bene concedo ꝙ non contingeret ire per motum localem de terra ad ignem nisi transiretur per aquam & aerem, nihilominus si vna portio ignis approximetur vni portioni terræ, ex terra posset immediate generari ignis absꝗ hoc ꝙ prius ex ea generetur aqua vel aer. Ad nonam respondetur, sicut ad septimam. Ad decimam patet per vnam conclusionem positam superius. Et sic terminatur ista quæstio.

QVAESTIO. VIII.

QVæritur Vtrum habentia symbolum facilius transmutentur adinuicem. Et arguitur primo quòd non. quia ignis & terra habent symbolum. conueniunt enim in siccitate, & tamen tardissime transmutantur adinuicem: patet, quia valde difficile est condensare ignem ad densitatem terræ, immo difficilius q̄ aerem, & tamen aer & terra non habent symbolū, sed ignis & terra bene habent, propter quod videtur ꝙ difficilius sit elementa habentia symbolum transmutare adinuicem quàm non habētia symbolum. Secundo. ignis & aqua non habent symbolū, & tamen videmus

quòd ignis & aqua faciliter transmutantur adinuicem. videmus enim ꝙ ignis non potest diu durare in aqua, immo citissime corrumpitur. Tertio arguitur sic. actio est ratione dissimilitudinis & contrarietatis. ergo vbi est maior contrarietas, ibi est maior actio & fortior, sed in non habentibus symbolum est maior dissimilitudo & contrarietas, quia ibi est contrarietas in ambabus qualitatibus. in habentibus autem symbolum solum est contrarietas in vna. ergo videtur quòd non habentia symbolum facilius transmutantur adinuicem, quàm habentia symbolum. Quarto. quod magis est actiuum potest aliud citius transmutare, sed ignis est magis actiuus respectu aque quàm sit terra vel aer. ergo citius potest cōuertere aquam in suam naturam quàm terra vel aer, & tamen terra & aer habent symbolum cum aqua; quia terra in frigiditate & aer in humiditate. ignis autem non habet symbolum cum ea. ergo non habentia symbolum facilius transmutantur adinuicem quàm habentia symbolum, & etiam quia ignis agit in aquam secūdum duas qualitates, sed terra, & similiter quodlibet eorum agit in eam secundum vnam. Quinto. in habentibus symbolū impossibile est vnum in aliud transmutari. ergo saltem non omnia habentia symbolum facilius transmutantur adinuicem. consequentia tenet, & antecedens probatur, quia impossibile est ꝙ ex viuente immediate generetur viuens, & tamen quodlibet viuēs cum viuente habet symbolum. Sexto. sicut se habet vna qualitas ad vnam qualitatem sibi contrariam, sic se habent duæ qualitates ad duas sibi contrarias. ergo sic eque est difficile corrumpere duas sicut vnam. ergo elementa contraria secundū duas qualitates ita cito transmutantur adinuicem, sicut elementa habentia symbolum in vna, & contrarietatem secundum aliam.

Tex.c.25 In oppositum est Aristo. in isto secundo. vbi vult ꝙ elementa habentia symbolum facilius transmutantur adinuicem. Notandum ꝙ quæstio potest intelligi facilius. i. velocius. Secundo notandum est, quòd ista velocitas potest attendi, vel ex parte potentiarum actiuarum vel passiuarum, vel ex parte condensationis earum, vel ex parte resistentiarum, vel ex parte singularum qualitatum, quæ sunt raritas densitas duricies mollicies &c. Tertio notandum, ꝙ facilior transmutatio potest esse breuiter vel ex parte potentiarum actiuarum vel resistentiarum vel ex parte vtriusqꝫ. primo ergo ponam conclusiones quantum est ex parte potentiarum actiuarum & resistentiarum. Secundo quantum est ex parte condensationis prędictarum. Tertio quantum est ex parte istarum qualitatum, rarum densum, molle & durum.

De primo sit prima conclusio. ꝙ quantum est ex parte potentiarum actiuarum, non habentia symbolum facilius transmutantur adinuicem cæteris paribus patet, quia in actione elementorum non habentium symbolum, sunt due potētię actiue. in habentibus autem symbolum est vna potentia actiua, seu vna quæ agit, quia secundum illas qualitates secundum quas habent symbolum non agunt adinuicem. Secunda conclusio est. ꝙ quantum est ex parte resistentiarum in habentibus symbolum facilior est transitus. patet, quia ibi solum est vna qualitas resistentis, in alijs autem due quę resistunt.

Tertia conclusio est. ꝙ ratione vtriusqꝫ eque facilis est transmutatio vtrobiqꝫ. patet, quia ita faciliter cæteris paribus duo corrūpunt duo, sicut vnum corrūpit vnum.

Quantum ad secundum sciendum est, ꝙ sicut dicebatur primo huius. ꝙ calidítas & frigiditas sunt magne actiuitatis, & modice resistentiæ, frigiditas autem & siccitas sunt modice actiuitatis, & magne resistentiæ.

Tunc sit prima conclusio. ꝙ ista quæ transmutantur per actionem calidi & frigidi vel econuerso, citius trāsmutantur cæteris paribus ac inuicem. patet, quia caliditas & frigiditas sunt magne actiuitatis, & parue resistentiæ. patet de aqua & igne, qualiter cito transmutantur adinuicem. Secunda conclusio est, quòd in illis quæ transmutantur adinuicem, ratione siccitatis in humiditatem vel econuerso, transitus est tardior. patet, qa actio est tardior postquam siccitas & humiditas sunt magnæ resistentiæ, & parue actiuitatis. patet hoc de terra, & aqua. terra. n. diu durat in aqua, propter hoc quòd actio aque in terram est debilis.

Quantum ad tertium sit prima conclusio, ꝙ quantum est ex parte istarum qualitatum raritas, densitas. ignis & terra sunt difficilis transmutationis. patet, quia difficilius est disponere materiam terræ, ad standum sub forma ignis quàm cuiuscunqꝫ elementi materia quantum ad illas qualitates densum rarum, eo quòd terra est valde densa, & de difficili est diuisibilis, & per consequens de difficili passibilis. Secunda conclusio est, ꝙ cæteris paribus mollia & rara facilius transmutantur, patet, quia sunt facilius passibilia, diuisibilia facilius, & agens potest melius applicari partibus eorum, propter facilem diuisionem ipsorum &c. Tertia conclusio est ꝙ improprie aliquid dicitur fieri facilius, non quia in minori tempore vel citius, nec cum minori difficultate, sed quia quodammodo pauciora requiruntur &c. Et sic intellexit Arist. cum dixit quòd facilius transmutantur symbola quàm alia, patet ex sua probatione. Dicit enim quòd requiritur ibi generatio vnius qualitatis, & corruptio vnius, & si non haberet symbolum requireretur corruptio duarum qualitatum.

Ad rationes dico quòd solute sunt secundum cōclusiones positas, excepta quinta, ad quam respondetur ꝙ Aristot. intellexit hoc de elementis, & non de mixtis, sicut sunt viuentia &c. Tex.c.25

QVAESTIO. IX.

QVæritur Vtrum ex duobus elementis non habentibus symbolum potest tertium elemētum generari. Et arguitur primo ꝙ non. nam omne quod generatur, generatur à sibi simili. ergo duobus elementis non habentibus symbolum adinuicem applicatis, puta igne & aqua, magis deberent generari aqua vel ignis quàm aliud elemētum tertium distinctum à quolibet illorum, sicut esset terra vel aer. Secundo. si ex duobus elementis non habentibus symbolum posset tertium generari, puta ex igne & aqua terra, tunc hoc non posset fieri nisi aqua condensarentur ab igne, modo hoc non potest esse, quia ignis non habet condensare, sed rarefacere. Tertio sic, quia idem corrūperet aliud, & corrumperetur ab eodem, & sic idem esset fortius & debilius respectu eiusdem, quod est falsum. consequentia tenet, quia ex duobus elementis non posset tertium generari, nisi vtrunqꝫ eorum corrumperetur. Quarto arguitur sic, quia igne & aqua adinuicē applicatis ignis si corrumpit frigiditatem aque, ex consequenti corrumpit humiditatem, & sic non potest generari aer, ex quo aer requirit humiditatem, similiter si frigiditas aque corrumpit caliditatem ignis, consequenter corrumpit vel saltem debilitat siccitatem eiusdem, & sic non potest generi terra, cum terra requirat siccitatem, & sic. vt videtur, ex duobus elementis non habentibus symbolum, puta ex aqua & igne adinuicem approximatis, non potest tertium generari. s. nec aer nec aqua. Quinto arguitur sic. duobus elementis non habentibus symbolum approximatis adinuicem vel vnum est potentius alio, & sic conuerteret aliud in suam naturam, vel non est potentius alio, & tunc ex eis videtur generari mixtum, & non aliud elementum. Sexto si &c. tunc ex tribus videtur generari quartum. modo hoc est falsum, & consequentia tenet à simili.

In

In oppositum est Arist. in isto secũdo vbi probat ꝙ
Tex.c.31 ex duobus elementis non habentibus symbolum, puta ex aqua & igne, & terra & aere põt tertium generari.

Pro ista ergo quęstione sit prima conclusio. Ex duobus elementis habentibus symbolũ non põt tertium generari, patet quia ignis & aer quæ sunt elementa habentia symbolum agunt adinuicem, & nõ corrũpitur caliditas cum vtrobiq; sit caliditas, & per consequens, nec aqua nec terra generabitur, cum vtraq; requirat frigiditatem. Ita similiter si aqua & aer agant adinuicem nõ corrumpitur humidtas, nec per consequẽs ex eis generatur ignis nec terra, & similiter deducatur de alijs elementis habentibus symbolum. Secunda conclusio. Ex duobus elementis non habentibus symbolum põt tertium generari per actionem eorũ, adinuicem absq; actione tertij elementi, patet, quia ex igne & aqua quæ non habent symbolũ potest fieri terra, & homo potest sic fieri. nã frigiditas ipsius aque potest obtinere super, caliditatem ipsius ignis & siccitas ipsius ignis super humiditatem aque, & sic corrumpitur humiditas aque & caliditas ignis, & manent ibi frigiditas aque & siccitas ignis, & sic generabitur ex eis terra, & similiter caliditas ipsius ignis potest optinere super frigiditatem aque, & econuerso humiditas aque super siccitatem ignis, & sic corrumpetur ibi frigiditas aque, & siccitas ignis & remanebit ibi solum humiditas aque & caliditas ignis, & sic ex eis generabitur aer qui est calidus, & humidus, sic ergo ex duobus elemẽtis. s. igne & aqua non habẽtibus symbolũ tertiũ põt generari. s. aer vel terra. Tertia conclusio. Ignis non potest facere aerem ex aqua, nisi aqua etiam faceret aerẽ ex igne. probatur, quia ignis ex aqua non potest facere aerem. nisi quando sola caliditas obtinet super frigiditatem, ideo tunc humiditas corrumpit siccitatem, & materia ignis fit humida, & calida quæ est dispositio ad formam aeris. modo non fit humida nisi ab actione humiditatis aque in siccitatẽ ignis.

Quarta cõclusio est quòd si per hunc modum aqua agit in ignem, & econuerso, & iste actione sunt eque veloces, concedendum est ꝙ aer generatur, & tñ pro tunc ipsum generans est corruptum. probatur, quia in illo instanti in quo introducitur forma aeris esset corrupta forma ignis & aque, & patet hoc à simili, quia pla. qui est pr̃ sor. potest esse corruptus antequam introducatur forma filij in materia. Quinta conclusio est. ꝙ si vna illarum actionum est velocior, ita ꝙ ignis agat velocius in aquam q̃ econuerso, tunc forma aeris introducitur in materiam aque, & tunc generatur aer, & postea illæ aer generabit aerem ex illo igne qui genuit ipsum. Et causa huius est, quia illæ ignis iam est dispositus ad corruptionem ex eo ꝙ aqua antea remittebat eius siccitatem, & inducit eius humiditatem, & per consequens iam est dispositus, nec ex ipso generatur aer.

Ex secunda conclusione. sequitur ignem posse generari extra locum suum proprium. patet, si aer & terra ageret in seinuicem, & caliditas aeris obtineret super frigiditatem terræ, & siccitas terræ econuerso super humiditatem aeris. Sed dubitatur hic, quia nihil agit vltra gradum proprium, ergo aer non agit caliditatem intensiorem in materia terræ quammet habet, ergo non potest ex ea generare ignẽ, quia ad generationem ignis requiritur maior caliditas q̃ sit caliditas aeris. Respondetur quòd aer potest calefacere ipsam terrã vltra gradum proprium, & hoc propter compassibilitatem materiæ terræ. Vel aliter dico, ꝙ terra qñ est ita calida sicut aer, & cum hoc valde sicca, tunc introducitur forma substantialis ignis mediante qua vlterius reducitur, ad caliditatem ita intensam, sicut est caliditas ignis.

Ad rationes. Ad primam dico, quòd non est inconueniens generatione equiuoca, licet nõ vniuoca dissimile generari à sibi dissimili. Ad secundam dico ꝙ quando ignis obtinet ẽm ambas suas qualitates, tunc semper ipsius ignis est rarefacere, qñ vero obtinet solũ secundum vnam & obtinetur super ipsum quo ad aliã tunc non oportet esse talem actionem ignis in aquam, & econuerso, cum ex eis generatur terra. Ad tertiam dico, non esse inconueniens vnum esse fortius alio ẽm vnam qualitatem & debilius scd̃m a iam, necratio probat oppositum huius. Ad quartam dico, ꝙ in approximatione ignis & aque adinuicem cum ignis corrumpit frigiditatem aque, bene aliqualiter remittitur humiditas eiusdem, sed non totaliter corrumpitur, & tunc cũ genitus est aer, ecõuerso redibit ad seipsam. Similiter dicatur de siccitate ignis, ꝙ etiam bene aliqualiter remittitur cum caliditatis ignis corrumpitur per frigiditatẽ, aque, postea cum genita est terra redibit ad seipsam.

Ad quintam dico, ꝙ cum vnum elementorum est potentius altero secundum ambas qualitates, & tunc bene conuertit aliud in suam naturam. Cum vero vnũ est potentius alio ẽm vnam qualitatem. Aliud aũt econuerso ẽm aliam, tunc vnum non conuertit aliud in suã naturam, nec ex eis generatur mixtum, sed ex eis generatur tertium elementum. Ad sextam dico, ꝙ cum tertia elementa sunt applicata adinuicem, tũc necesse est quòd vnum eorum habeat symbolum cum vno, & non habet symbolum cum alio, & tunc potest fieri ꝙ illorum quæ habent symbolum vnum cõuertat aliud in suam naturam, quo facto manent duo non habentia symbolum, & ex illis, tunc generabitur tertium, ita ꝙ nunq̃ ex tribus generabitur quartũ, sed bene ex duobus tertium modo prędicto. Et sic terminatur ista qõ.

QVAESTIO. X.

Quæritur Vtrum quodlibet mixtum circa locũ medium sit compositum ex omnibus simplicibus. Et vr̃ quòd non, cum lapis qui est profundo maris sit vnum mixtum circa medium, & tñ in ipso nihil est de igne. nã satis cito extingueretur. ergo non quòdlibet mixtum circa medium ex compositum ex omnibus simplicibus. Secundo. si quæstio esset vera. tunc in auro esset aqua, cum aurũ sit vnum de corporibus mixtis, sed ꝙ in auro non sit aqua. patet quia dum aurum purgaretur in fornace illud deberet corrũpi satis cito, hoc tamen falsum est, quia dr̃ ꝙ per longum tempus aurum durat in igne ꝙ nõ corrumpitur.

Tertia. aliqua mixta sunt ita grauia vel grauiora, sicut terra vel plumbum. modo hoc non esset si in eis essent elementa leuia, & per consequens de talibus videtur quod non sint composita ex omnibus simplicibus non obstante quòd sint mixta circa medium residẽtia.

Quarto arguitur sic: quædam sunt mixta ex igne & terra solũ, sicut sunt exhalationes calide & sicce, quædam vero ex aere & aqua solum, sicut vapor calidus, & humidus, vt patet primo metheo. Quinto elemẽta nõ manent in mixto formaliter, sicut dicebatur prius ergo quęstio falsa. Sexto. pari ratione posset esse vnũ elementum ex tribus vel duobus simplicibus sicut ex quatuor modo hoc est falsum.

In oppositum est Aristoteles in isto secundo.

In ista quęstione primo ponam aliqua notabilia pro titulo quæstionis. Secundo ponentur conclusiones.

Quantum ad primum sciendum, quòd in proposito per simplicia non intelligimus deum & intelligẽtias, sed hoc corpora simplicia generabilia & corruptibilia, quæ sunt vocata elementa. Secundo notandum, ꝙ mixta circa medium dicuntur mixta, manentia circa terram & habent residentiam & mansionem circa ipsam & alia non dicuntur mixta circa locum medium, eo quòd terra est medium mundi, & non intelligitur quæstio de mixtis imperfectis naturaliter ascendentibus

tibus in aerem, sicut sunt exhalationes & similia. Tertio notandum, quòd quando dicitur ex omnibus simplicibus. non debet intelligi quòd fiat distributio vsque ad indiuisibilia simplicium, sed solum vsque ad eorum species ita quòd fiat distributio non pro singulis generum, sed pro speciebus singulorum. Quarto notandum, quòd multi sunt modi ponendi elementa in mixtis. Primo quod non maneant in mixti, nec formæ nec qualitates eorum, sed solum quædam qualitates remissæ similes qualitatibus ipsorum, sicut dicebatur in vna quæstione super primum huius, & ibi ponebatur alius modis ponendi elementa manere in mixto. Quinto notandũ, quòd quæstio potest intelligi ꝙ quatuor elementa essent in mixto modo prædicto, vel quòd elementa sint in mixto. i. ꝙ requirantur ad generationem mixti. Sexto notandum, quòd adhuc quęstio potest intelligi vtrum mixtum habeat illas qualitates naturaliter, & tunc dicitur substantialiter mixtum, vel habeat illas violenter, & sic dr̄ mixtum qualitatiue. Et sic simplex elementum substantialiter potest esse mixtum qualitatiue vel quãdo est altearatiuũ violenter. Septimo notandum, quòd adhuc quæstio potest intelligi vtrum in omni mixto circa medium sint quatuor elementa & qualitates similes qualitatibus elementorum potest hoc intelligi vel de qualitatibus actiuis, aut passiuis, vel de qualitatibus motiuis localiter, sicut sunt grauitas leuitas, &c.

Quantum ad secundum sit prima conclusio. Nullũ est mixtum ex duobus elementis non habentibus symbolum, Et intelligo conclusionem de mixto quod est pure mixtum probatur, quia si vnum illorum elementorum obtineret super aliud ſm ambas qualitates, tunc conuerteret ipsum in suam naturam, si vero obtineret super aliud secundum vnam eius qualitatem, & aliud econuerso super ipsum secũdum aliam, ipsis generabitur tertium elementum. Et sic nunq̃ ex eis generabitur mixtum. Secunda conclusio est ꝙ nullum est mixtũ ex duobus elementis habentibus symbolum, patet, q̄a illud quod obtineret super aliud in qualitate in qua nõ communicant conuertit ipsum in suam naturam, & ex eis non generabitur mixtum. Tertia conclusio est ꝙ nullum est mixtũ ex tribus elementis. patet. nam nunq̃ sunt tria elementa nisi duo eorum habeant symbolum & duo non habeant, & tunc habentium symbolum vnum conuertet aliud in suam naturam, & sic manent duo non habentia symbolum, ex quibus non generatur mixtum, sed ex eis generatur tertium elementum. Quarta conclusio est. ꝙ ad cuiuslibet mixti generationem oportet concurrere quatuor elementa vel virtutes ipsorũ, patet hoc, quia non sufficiunt duo per duas primas conclusiones, nec sufficiunt tertia per tertiam conclusionem, ergo requiruntur quatuor vel virtutes ipsorum, & hoc est quod intenditur. Secundo. in quolibet mixto requirũtur duæ qualitates. sicut sunt
Tex. c. 15 odor & sapor, sed per Arist. in isto secundo. illæ qualitates causantur per actionem quatuor qualitatum primarum adinuicem, quæ sunt caliditas frigiditas, &c. Ter
Tex. c. 49 tio arguitur ratione Arist. nam primo ad generationẽ mixti, & de intellecto de mixto perfecto, oportet concurrere terrã, vt illud mixtum sit grossum, & firmum. Secũdo oportet concurrere aquã, quia terra sine aqua non potest cõtinuari in suis partibus. nã terra sine aqua non esset nisi sicut puluis, & sic vt partes terræ seu terrestres teneant se adiuuicem oportet cõcurrere humiditatem aquę, nec ad hoc sufficeret humiditas aeris, quia ipsa non est multum tenax, nec ita bene partes tenerent se adinuicem humiditate aeris sicut humiditate aque. sic ergo patet ꝙ ad generationem mixti, oportet concurrere aquam & terram, deinde oportet concurrere aerẽ, & ignẽ, propter hoc ꝙ mixto debet fieri ex contrarijs modo aer contrariatur terræ, & ignis cõtrariatur aquę, quia ergo ad generationem mixti oportet concurrere terram & aquam, vt dictum est. similiter ꝙ ad eã oportet concurrere aerem & ignẽ, quæ sunt prædictis contraria, postq̃ omnis mixto proprie dicta, de qua est pręsens sermo, debet esse ex contrarijs. Quarto arguitur sic ad cuiuslibet mixti generationem oportet concurrere quatuor qualitates primas. Quarũ quælibet est propria vni elemento. ergo quæstio vera. consequentia tenet. antecedens probatur, quia sicut sine humido non constaret sed sine sicco constaret, sed vna pars flueret hic & alia illic. nec etiam caliditas pura sine siccitate & humido sufficeret, nec constaret. quia alleuiaret & eleuaret & faceret descendere humidum à sicco, & sic iterum non constaret mixtum, nec etiam caliditas, pura cum humido & sicco sufficeret, quia tunc humidum non posset digeri cum sicco, nec misceri cum ipso. propter hoc quòd frigiditatis non est digerere, & sic non ergo non cõstaret mixtum. Sed. d. aliquis postq̃ ad cuiuslibet mixti generationem concurrunt quatuor elementa vel virtutes ipsorum. quare ergo est ꝙ in quolibet mixto dominantur terra ſm excessum, qđ Arist. vocat secundum molem. Breuiter huius põt assignari ratio prima, quòd in mixto debet esse proportionalis distinctio elementorum. modo quia ignis est magne actiuitatis & terra est modice actiuitatis in mixto, elemẽta quę sunt maioris actiuitatis sunt ibi in maiori extensione propter eius remissionem faciendam, quia ergo terra inter elementa est mixtione actiuitatis inde est quòd ipsa in mixto dominatur secundum molem seu ſm extensionem. Alia causa potest esse ista, quia circa medium mundi, puta circa terrã est locus magis temperatus & magis conueniens mixtis propter reflexionem radiorum solis ad terram, & propter hoc natura sagax volens producere mixtum fecit quòd in mixtis dominaretur terra secundum molem, ad istum sensum vt mixta cum sunt extra locum eis conuenientem, qui est medium mundi, moueantur ad ipsum propter grauitatem terrę, nec recedant a loco eis conueniente.

Ad rationes. Ad primã dico, quòd in lapide qui est in mari non est ignis, sed bene qualitas consimilis, qualitati ignis. Sed. d. aliquis quare ergo illa qualitas non corrumpatur, dico quòd hoc est ex eo quòd forma substantialis lapidis habet virtutem resistendi dispositionibus innaturalibus lapidi, & illa forma substantialis lapidis pręseruat qualitates lapidis ne corrumpantur in mari. Ad secundam de auro consimili modo respondetur. Ad tertiam quando dr̄ aliqua mixta sunt ita grauia, &c. dico quòd hoc est cum equali massa cum terra. vnde si capiatur vna massa puræ terræ & vna massa plumbi sibi equalis, dico quòd massa terræ pure est grauior, propter hoc quòd nihil est de leuitate, sic tñ non est de plumbea propter hoc quòd elementa leuia concurrebãt ad eius generationem. Ad quartam dico quòd non est contra nos, quia quæstio intelligitur de perfectione in mixtis. Ad quintam & sextã patet, ex positione. Nunc sequitur vna qõ notabilis.

QVAESTIO. XI.

QVæritur Vtrum sit dare aliquod mixtum tẽperatum ex elementis vel ex qualitatibus elementorum. Et arguitur primo quòd sic. nam nisi sic esset, sequitur quòd nullum animal posset esse sanum sed hoc est falsum. probatur consequentia, ex eo ꝙ sanitas consistit in adequatione humidorum & qualitatum elementorũ. modo si non contingeret dare mixtum equaliter ex elementis vel qualitatibus elementorum non contingeret dare adequationem humidorum & qualitatum elementorum in mixto. Et sic non contingeret

tingeret dare aliquod mixtum sanum, nec aliquod aīal quod intendebatur. Secundo posſibile eſt dare aliqđ mixtum quod naturaliter quieſceret in medio elementorum, ſic ꝙ derelinqueret duo elementa ſupra, & duo infra ergo eſt dare mixtum equale ex elementis. conſequētia tenet. nā tale qđ ſic quieſceret eſſet equaliter mixtum ex elementis. antecedens patet, quia ſi non eſſet naturale quieſceret in medio, ſed infra pōt tm̄ remitti ad equalem gradum leuitatis. ſi autem naturaliter quieſcit ſupra leuitas poteſt remitti ad equalem gradum leuitatis, & ſic iterum quieſcet in medio. Tertio vbi eſt dare magis & minus, ibi eſt dare equale. modo poſsibile eſt eſſe aliquod mixtum in quo vnum elementum excedat aliud & qualitates eius, & eſt dare mixtū in quo aliud elementū excedat aliud ergo eſt dare aliqđ mixtū in quo illa elementa erunt equalia. Quarto. non cōuenit fieri translationem de extremo in extremum niſi per medium, ſed vna qualitas aliqñ excedit aliam, & aliqñ excedit̄ ab alia in mixto. ergo aliqñ eſt ſibi equalis, in gradu, & tunc tale mixtum eſt equaliter mixtū ex elementis quo ad eorum qualitatem. Quinto. ſi vna qualitas non eſt adequata cum alia in mixto, ſed excedit eam per remiſsionem eius, aut intenſionem eius poſſunt elementa adequari ſimul in qualitatibus. ergo ſi mixtum aliquod iam eſt mixtum inequaliter ex elementis quo ad eorum qualitates, tunc per intenſionem vnius & remiſsionem alterius poterit fieri mixtū equaliter ex ipſis. Sexto ſicut in maiori mundo ita, in minori, ſed in maiori mundo, elementa ſunt adequata. ergo ſic eſt in minori puta in homine quod elementa ſunt adequata in eorum potentijs, & per conſequens homo

Tex.c.49 eſt vnum mixtum equaliter ex elementis vt videtur.

In oppoſitum videtur eſſe Ariſt. & Cōmē. in iſto ſe-

Cōm.7 cundo. vbi volūt ꝙ impoſsibile ſit dare mixtum equaliter ex elementis, & hoc etiam dicit Cōmen. in lib. cę. dicens ꝙ illud mixtum vbicunꝗ poneretur quieſceret nec illud mixtum haberēt motum naturalem, propter hoc ꝙ mixtum naturaliter mouetur ad motum elemēti prædominātis. Si ergo eſſet aliquod mixtum in quo nullum elementum dominaretur, ſed quodlibet cuilibet eſſet equale in gradu, illud non plus moueretur ad motum vnius elementi quā alterius, & per conſequēs non videretur habere motum naturalem.

In iſta quæſtione ſupponendum eſt primo. qualiter elementa manent in mixto, & de hoc dictum eſt primo huius. Secundo ſciendum eſt ꝙ quodlibet mixtum habet naturalem complexionem & proportionem qualitatum quam ſibi determinat, & illa non conſiſtit in equalitate qualitatum elementariū. Et ideo vnum mixtum determinat ſibi vnam & aliud aliam, ſicut homo vnam & aſinus aliam. modo ſi omnis complexio mixti conſiſteret in equalitate qualitatum elementariū tunc omnia mixta eſſent eiuſdem, aut conſimilis complexionis naturalis, quod eſt falſum. Ex his ſequitur corruptum. ſ. ſi primæ qualitates in aliquo mixto vulgarius loquendo, vel qualitates ſimiles qualitatibus primis tendant ad equalitatem, ſicut in homine, tunc homo fieret infirmus, propter hoc ꝙ fieret receſſus à proportione qualitatum in qua conſiſteret complexio naturalis hominis, & ideo cum fierent equales non poſſet homo vlterius viuere, ſed moreretur. Et ideo qđ pōt habere duplicem intellectum. vnus eſt ꝙ ſit aliquod mixtum equaliter in elementis vel qualitatibus, quod non habeat plus de vna q̄ de alia, & illud dicitur eſſe mixtū ad pondus. Alius intellectus poteſt eſſe vtrum aliqđ mixtum poſſet eſſe temperatum non ad pondus. i. non ad equalitatem qualitatum elementarium, ſed ad complexionem & proportionem debitam in ſua ſpecie, & illud vocaretur mixtum temperatum ad iuſtitiam, vt ſi poſsibile ſit eſſe hominem aliquem, qui licet eſſet omni mode diſpoſitum ſm̄ complexionem & proportionē qualitatum primarum quæ debentur homini vt perfecte exerceat oēs operationes ſuas, & in omnibus mēbris ſuis eſſet perfecte diſpoſitus, tūc tale homo eſſet perfecte ſanus, & diceretur mixtum à iuſtitia in ſpē humana.

Quantum ad primum ſenſum quæſtionis videndū eſt primo & quantum ad ſm̄ ſenſum. videndum eſt ſecundo. Ad primum ergo ſciendum eſt ꝙ in mixto ſunt quędam qualitates quę dicuntur qualitates alteratiue, ſicut caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas. Et quædam dicūtur motiue localiter, ſicut grauitas & leuitas, & ideo adhuc primus ſenſus quæſtionis poteſt intelligi vtrum ſit dare mixtum equaliter ex omnibus equalitatibus tā alteratiuis q̄ motiuis localiter, vel vtrū ſit dare mixtum equaliter ex qualitatibus alteratiuis, ſed non motiuis localiter vel econuerſo. Tunc ſit prima ſuppoſitio talis. in mixtione eſſet tm̄ de grauitate ſicut de leuitate oporteret ꝙ ibi eſſet multo pl⁹ de caliditate q̄ de frigiditate, patet hoc de mixtis, ſicut de hominibus & equis in quibus eſt plus de grauitate q̄ de leuitate, & ſimiliter plus de caliditate q̄ de frigiditate. ergo ſi equaliter eſſet ibi de grauitate ſicut de leuitate, adhuc multo plus eſſet ibi de caliditate. Et ideo ſi eſſet aliqđ mixtum ex qualitatibus motiuis, illud eſſet inequaliter mixtum ex qualitatibus alteratiuis. Secunda ſuppoſitio ſi quatuor qualitates alteratiue eſſent equaliter in mixto in gradibus, non propter hoc eſſent equaliter in mixto in potentijs & virtutibus. patet, quia in aliquo mixto eſſent quatuor gradus caliditatis & quatuor gradus frigiditatis, licet eſſet ibi equalitas ipſarum qualitatū in gradu, non tñ in potentia, & virtute, propter hoc ꝙ caliditas eſt maioris actiuitatis q̄ ſit frigiditas. Tertia ſuppoſitio eſt ꝙ ſi due qualitates in aliquo mixto eſſent adequate in poſſe agere, adhuc poſſent eſſe inequales in poſſe reſiſtere. patet, quia ſi in aliquo mixto eſſet caliditas & frigiditas equalis potentiæ, frigiditas eſſet maioris reſiſtentię q̄ caliditas. patet ex eo ꝙ frigiditas adhuc eſſet minoris actiuitatis q̄ caliditas, adhuc poſſet eſſe ageris reſiſtere ergo multo magis cum eſt equalis potentiæ cum caliditate.

Tunc ſit prima cōcluſio ꝙ impoſsibile eſt ꝙ in mixto qualitates motiue ſint equales. patet, quia ſi non ſint equales per remiſsionem vnius & per intenſionem alterius poſſunt fieri equales. Secunda concluſio eſt, ꝙ hoc eſt poſsibile etiam de qualitatibus alteratiuis. patet conſimili ratione. Tertia cōcluſio. impoſsibile eſt eſſe aliquod mixtum equaliter ex omnibus qualitatibus motiuis localiter & alteratiuis ſimul. patet, quia ſi in aliquo mixto eſt tm̄ de grauitate q̄tum eſt de leuitate, tūc per primam ſuppoſitionem in illo eſt plus de caliditate, ſi autem in eo tm̄, eſt de caliditate quantū eſt de frigiditate, tūc in eo plus eſt de grauitate ita ꝙ ſi in aliquo mixto eſt qualitas in qualitatibus motiuis localiter in eo eſt inequalitas in qualitatibus alteratiuis & econuerſo.

Quarta concluſio eſt, ꝙ ſi eſſet aliquod mixtum ad pōdus adhuc de illo falſum eſſet dicere ꝙ vbicunꝗ poneretur quieſceret: patet, nam ſi eſſet equaliter mixtum ex quatuor elementis ad pondus adhuc ſi poneretur in loco ignis, terra, aqua, & aer, traherent ipſum de loco ignis, & ſic ibi non quieſceret. Item ſi poneretur in medio mundi propter conſimilem rationem non videtur ibi quieſcere, ſed traheretur ſurſum niſi derelinqueret duo elementa ſupra & duo infra. Quinta concluſio eſt, ꝙ etiam falſum eſt de tali ꝙ eſſet perpetuum. nam ſicut patet ex ſecunda & tertia ſuppoſitionibus, ſi in illo qualitates eſſent equales in gradibus, non tñ pp hoc eſſent ibi ęqualiter in potētijs & virtutibus, ſi eſſent ibi equaliter in potētijs & virtutibus. non tñ pp hoc eſſent ibi equaliter in poſſe reſiſtere, & per cōſequens vna ageret adhuc in aliam, & ſic fieret corruptio talis mixti.

Quantum

Quantum ad secũdum intellectum quæstionis, nũc restat videre, vtrum videlicet sit dare aliquod mixtũ existens in optima dispositione debita & naturali suæ speciei. Et primo. videndum est, si mixta diuersarũ, specierum possint habere consimilem dispositionem. Secundo videndum est, si mixtum eiusdem speciei determinat sibi complexionẽ consimilem qualitatum primarum, vel aliam & aliam. Tertio vidẽdum est si mixtum quandiu viuit determinet sibi continue eandem seu consimilem proportionem qualitatum primarum vel secundum diuersa tempora viuentis seu modo vnã & postea aliam. Quarto videndum est, si mixtum possit manere per tempus in illa optima dispositione quam sibi determinat. Quantum ad primum sit prima distinctio, quòd quædam est complexio naturalis seu radicalis ipsius mixti quam sibi determinat forma substantialis talis mixti. Alia est accidentalis & extrinseca, quę est propter actionem extrinseci, puta aeris vel solis vel cibi. Secundo sciendum est quòd ad mutationem illius proportionis & complexionis accidentalis, sequitur etiam variatio complexionis naturalis, licet non ita velociter. Tertio sciendum est, ꝙ mixtum sub aliqua ꝓportione vel dispositione stat naturaliter, & sub aliqua violenter. Et si in aliqua sub qua nunquã posset stare sub cõplexione naturali stat siue sub alia sub qua stat violẽte efficitur infirmum, cum peruenitur ad aliquam, sub qua non potest stare sequitur mors.

Tunc sit prima conclusio, cuilibet speciei conuenit aliqua latitudo proportionis primarum qualitatũ sub qua nullum mixtum alterius speciei posset esse naturaliter patet hoc primo, quia forma vnius speciei naturaliter habet vnam complexionem, & forma alterius speciei aliam, sed quòd ibi sit latitudo patet, ex eo, qm̃ nõ omnia indiuidua vnius speciei habent consimilem dispositionem qualitatum primarum. Secunda conclusio est, ꝙ vnaqueq; species maiorem latitudinem sibi determinat sub qua potest stare violẽte, quam sub qua põt stare naturaliter. Et ideo est aliqua proportio qualitatum primarũ sub qua potest stare homo infirmus, & non homo sanus. Tertia conclusio, licet duo indiuidua diuersarum specierũ non possint simul stare sub equali proportione qualitatum primarum naturaliter, tñ quodlibet eorum potest stare sub illa violenter, vel ad minus alterum horum patet. nam capiatur primũ instans esse hominis, & econuerso remittantur qualitates & dispositiones sub quibus homo est productus donec perueniatur ad illã dispositionem sub qua fuit embrio anteq̃ homo fuit genitus, & ĩmediate post instans in quo incipit talis remissio venitur ad illã, & cum non dare vltimum instans rei permanentis, sequitur ꝙ hic immediate post illud instans manebit homo, & tũc stabit sub consimili dispositione sub qua prius embrio licet violenter. Ex hoc sequitur ꝙ aliqua forma potest durare sub priori dispositione q̃ poterat generari vnde puer potest manere in maiori frigore postquã genitus, est quam posset generari. Deinde dilatando materiã possunt poni aliquę propositiones. quarum prima est, & veniendo de summo calido ad summum frigidum, infinite inueniuntur proportiones: quarum quædam, sunt maiores, quædam minores, quędam rationabiles, quædam irrationabiles. Secunda propositio. sub quacumque illarum proportionum potest aliqua forma esse siue naturaliter, siue violenter, patet, quia materia potest esse per alteratonẽ sub qualibet illarum proportionum, sed ipsa nunq̃ est sine forma. ergo sub quacunque illarum proportionum est aliqua forma. Tertia propositio est, ꝙ non quæcunque forma potest sub quacunque illarum proportionum esse naturaliter, nec adhuc violenter, patet, quia forma substantialis nõ põt esse sub quacunq; tali proportione naturaliter nec violẽter. Ex hoc patet ꝙ quędã mixta fiunt post alia determinate, & quodlibet post q̃dlibet. vnde inter proportionẽ determinatam lapidis sunt multe proportiones intrinsece, quas oportet transire antequã varietur de vna ad aliã sub quibus non potest stare forma ferri, nec forma lapidis naturaliter, nec violenter, & propter hoc nõ immediate ex ferro potest fieri lapidis, aut econuerso.

Quarta propositio. bene verisimile est ꝙ nulla forma stat naturaliter sub proportione qualitaum irrationabili patet, quia alie proportiones sunt notiores. Quinta propositio. ex hoc potest imaginari qñ indiuidua aliquarum specierum cum indiuiduis aliarum specierum, habent naturalem amicitiam adinuicem, & qñ naturalem inimicitiam, quia duo indiuidua diuersarum, specierum determinant sibi aliam & aliam proportionem qualitatum primarum. si ergo ille proportiones siue cõplexiones habent se in proportione rationabili adinuicem, tunc illa indiuidua diuersarum specierum habent amicitiam & concordiam naturalem inter se. si vero illę complexiones se habent adinuicem proprtione irrationabili, & talia indiuidua diuersarum specierum habent naturalem inimicitiam adinuicem, sicut forte est de lupis & ouibus.

Quantum ad 2m sit prima conclusio non oĩa indiuidua eiusdem speciei determinant sibi naturaliter eandẽ complexionem. patet primo per medicos qui ponunt quatuor cõplexiones & in qualibet earũ est latitudo.

Secunda conclusio est, ꝙ istarũ complexionum indiuidualium, quædam est melior & cõuenientior vitæ humane, & quędam peior, ideo non oẽs homines eque diu viuunt, adhuc si omnes morerentur morte naturali Correlarium nunquam duo homines sunt omnino similes, immo hoc est quasi impossibile, propter q̃d vnus determinat sibi vnam proportionem & alter aliã & tales proportiones sunt quasi infinitæ. Sed. d. aliqs oẽs homines sunt eiusdẽ spẽi. ergo determinãt sibi cõsimiles proportiones. Respondetur negando consequentiam, & ideo bene dicit Cõmẽ. primo de anima, quòd diuersitas membrorum est propter diuersitatem formarum, & ideo quia media non sunt omnino consimilia, & sic complexiones non sunt omnino consimiles, nec formæ determinantes sibi illas.

De tertio sit ista conclusio, quòd in alia & alia etate, est alia & alia complexio naturalis, & ideo si senectus, tenderet ad talem complexionem qualem habet iuuenis fieret infirmus & econuerso. De quarto sit talis conclusio, ꝙ sicut mixtũ determinat sibi complexionẽ essentialem, ita etiam determinat sibi complexionem accidentalem & congruam, & similem suę complexioni essentiali. patet hoc ex eo ꝙ quædã melius se habent in vna regione q̃ in alia, & melius in vno tempore q̃ in alio. Secunda conclusio. non impossibile est mixtũ aliquãdo esse sub optima dispositione naturali, & complexione sibi debita patet, quia possibile est ꝙ aliqñ in aliquo instanti proueniat ad illam, & cum non quæcunque disconuenientia extrinsecorum possit immutare naturalem complexionem, vtputa medicus, calor, vel modicum frigus vel aliquod tale, quia mixtum nõ de facili trahitur extra suam naturalem complexionẽ, sequitur ꝙ possibile sit mixtum aliqñ esse sub cõplexione sibi eẽtiali & debita. Tertia cõclusio est, ꝙ impossibile est ipsum stare diu sub optima & conuenientissima cõplexione, patet, hoc, ꝓꝓ hoc quia cito fit aliqua indispositio vel in loco vel in tempore propter variationẽ, temporum & rerum naturalium. Ad rationes patet ex dictis, & sic est finis huius quęstionis.

QVAESTIO. XII.

QVæritur Vtrum generatio sit perpetua. Et arguitur primo ꝙ non per Arist. 8. physi. nullus, motus Tex.c.55 57.&58.

motus est eternus nisi motus localis circularis, sed talis non est generatio, & ergo &c. Secundo aliquãdo est corruptio, sed tunc non est generatio ex eo ꝙ generatio & corruptio sunt cõtraria. modo contraria non pñt esse simul. ergo non semper est generatio, & per consequens quæstio falsa. Tertio nullum perpetuum, habet esse in tempore determinato, quia perpetuum semp est, sed generatio habet esse in tempore determinato. nã
Tex.c.57 dicit Arist. quoddam tempus est determinatum generationi, & quoddam corruptioni. Quarto nulla generatio est perpetua. ergo quæstio falsa consequentia tenet. antecedens probatur, quia nec illa generatio est perpetua, nec ista, & sic de singulis. ergo nulla.

Tex.c.55 In oppositum est Arist. in isto secundo, vbi vult ꝙ generatio sit perpetua.

In ista quæstione. Primo ponam aliquas distinctiones. Secundo ponam conclusiones.

Quantum ad primum sit prima distinctio, ꝙ generatio põt sumi dupliciter. vnomodo pro alteratione pręcedente introductiõẽ formæ substantialis. aliomodo ꝓ ipsamet introductione formæ substãtialis quę est finis illius generationis. Prima est successiua. Secũda est subita.

Secunda distinctio est, ꝙ quędam sunt oĩno successiua, sicut sunt motus sonus & cõsimilia, & quædam omnino permanentia sicut cœlum, & quædam mixta ex permanente & successiuo, sicut fluuius. Tertia distinctio est quòd perpetuum dr̃ dupliciter vnomodo, quia continue & sine intercisione. aliomodo improprie non continue, sed intercise, ita ꝙ ante quodlibet tempus fuit & post quodlibet tempus erit. Quarta distinstio est, quòd adhuc potest intelligi perpetuum semper & omni tempore finito, & sic concedendum est adhuc scd̃m fidem ꝙ semper fuit motus, & generatio omni tempore, & si diceretur ante creationem mundi non fuit generatio. ergo non semper. negatur consequentia, quia ly semper est distributiuum temporis. modo ante creationem mundi non erat tempus. Aliomodo dicitur perpetuum ꝙ erat in infinitis instantibus, quorum quodlibet fuisset equale alicui certo dato, & sic intellexit Ari. de perpetuo. Quinta distinctio, ꝙ quæstio potest intelligi quòd esset aliqua generatio perpetua vna in numero. Secundo quòd non in numero, sed in specie. Tertio quòd non continue sed intercise.

Tunc quantum ad primum sensum sit prima conclusio, quòd posibile est quòd aliqua generatio vna in numero sit perpetua sine intercisione temporis patet, quia posibile est ꝙ in aliquo loco continue sit materia & cõtinue applicetur agens potens illam materiam transmutare. verbi gratia. si ignis continue arderet in lampade, & continue misceretur ei oleũ, continue arderet, & continue esset generatio ignis. Secũdo quia ita est de facto ꝙ cõtinue generatur aqua in media regione sub polis, mundi, & sic generatur continue aer ex aqua, & sic de alijs. Secunda conclusio est, ꝙ talis generatio est vna numero, non proprie, quia tam genitũ ꝙ̃ generans, est solum vnum in numero per continuam successionem, eo modo quo continue est eadem stella comata, quæ etiam sic continuatur per admixtionem noue materię. prout apparet primo metheo. Tertia conclusio, talis generatio est ipsius mixti imperfecti vel elementi, & non mixtorum perfectorum, patet. quia mixta perfectam, sicut sunt animata non possent ita generari per continuam. Quarta conclusio est, quòd nulla generatio perfecti mixti est perpetua. probatur, quia omne tale est corruptibile, & quælibet eius pars. Sed.d.tu contra, quia posibile est quòd hodie prima pars proportionalis alicuius perfecti mixti generetur, & cras secunda, & sic in infinitum. ergo posibile est generationem alicuius perfecti esse perpetuam. Respõdetur quòd casus est imposibilis. naturaliter loquẽdo immo prima esset corrupta, & forte nunquam centesima esset producta.

Quantum ad secundum sensum sit prima conclusio. non oportet ꝙ semper adsit continue generatio in vna specie verbi gratia vt in specie asini, &c. patet hic. quia non semper est constellatio propria, nec determinata, & hoc prout semper sunt applicata agentia, patet hoc de generatione phenicis. Secunda conclusio, semper est aliqua generatio mixti imperfecti. probatur, quia semper est aliqua constellatio pro generatione alicuius mixti, nunc pro vno, & tunc pro alio, & continue etiam fiunt alterationes & cętere dispositiones in istis inferioribus, quæ frustra fieret nisi semper fieret generatio alicuius mixti.

Quantum ad tertium sensum sit prima conclusio, ꝙ intercise ab eterno fuit aliqua generatio talis, patet, quia omnem generationem præcessit aliqua generatio, hoc patet primo ex parte materiæ, quam imposibile est sine forma, esse. Et similiter prius probabatur ꝙ non potest habere simul plures formas substantiales, quod oẽs concedũt de forma vltimata. probatur ergo ꝙ si sit aliqua generatio, sequitur ꝙ aliqua forma corrumpitur, patet hic, ex eo quia generatio vnius est corruptio alterius tũc vel illa forma corrupta fuit ab eterno, & hoc est imposibile per Arist. primo cœli, nullum perpetuum à parte ante est corruptibile à parte post. vel non fuit ab a.t.c.10. eterno, & sic tunc ante generabatur, & sic ante generationem data erat alia generatio. Secundo probatur, ex parte agentium, quia semper fuerunt motus cœlestes, sicut fiunt nunc quantum ad ea quæ sunt causa generationis, sicut accessus & recessus sol. sicut patet in isto Secundo. ergo semper fuit generatio. consequentia tene Tex.c.55 ex eo quia posita causa, ponitur effectus, & quia corpora cœlestia per suum motum sunt causæ generationis, & propter generationem si moueretur secundaria intẽtione, non esset ratio quare aliqñ incepisset generatio.

Tertio arguitur ad idem ex parte alteratio nis. nam ab æterno fuit alteratio. sed illa ordinatur ad generationem tanquam in finem, sicut dicebatur circa primũ ergo ab eterno fuit generatio. consequentia tenet, quia aliter illæ alterationes fuissent frustra, & hoc est inconueniens, ex eo quòd deus & natura nihil agunt frustra. antecedens patet, quia motus cœli & solutio ab eterno alterabant ista inferiora.

Ad rationes. Ad primam dico ꝙ quamuis nulla sit perpetua loquendo logico modo, tamen perpetua erat generatio. Vnde ly perpetuo confundit terminum sequentem se confuse tantum. Ad secundam dico, ꝙ quamuis generatio & corruptio non posint esse simul in subiecto, tamen bene possunt esse simul in tempore.

Ad tertiam dico, quòd in vna regione, est tempus determinatum pro generatione in vna specie, & tempus determinatum, pro corruptione. vnde estas est tempus determinatum pro generatione frumenti, & hyems pro corruptione, nihilominus quamuis nobis in hyeme non sit generatio frumenti, tamẽ alibi est vbi tunc est estas. vnde quando nobis est hyems alijs estas, & econuerso. sicut est antipodibus nostris. Et sic terminatur ista quæstio.

QVAESTIO. XIII.

Quæritur Vtrum quodlibet corruptibile habeat determinatam periodum suæ durationis. Et arguitur primo quòd nõ quia ignis in sphęra sua est corruptibilis, & tamen non habet determinatam periodum suę durationis, ex eo quod nunquã corrumpetur, propter hoc quòd est elongatum à sibi contrario, nec vnquam descendet ad locum sui contrarij. Secũdo si quæstio esset vera, sequitur quòd vita sor. non

non posset prolõgari quod est cõtra medicos: & cõtra Arist. in libro de morte Arist. Dicitur. n. ibi ꝙ Arist. habuit vnum pomum in manu, & propter eius odorem vita eius, aliqualiter prolongabatur, quod quidem pomum si non fuisset citius fuisset mortuus. Tertio omne corruptibile durans per aliquod tempus adhuc potest durare per maius, propter hoc quod sua potentia excedit sibi contraria, & per consequens non est determinatum tempus, per quod illud corruptibile potest durare. Quarto. si quæstio esset vera, & periodus aliquorum sit maior, & aliquorum minor, tunc aliqua potentia requiritur ad durandum minus diu, sed hoc est falsum. nam si sic, sequitur quòd cœlum esset potentia infinitæ, & propter hoc quod ipsum durauit & durabit per tempus infinitum secundum Arist. Cũ ergo durare per duos dies sit maioris potentiæ quàm per vnum, & per tres, quàm per duos, & sic vltra, sequitur quòd durare per tempus infinitum esset potentiæ infinitę, & sic cœlum esset potentiæ infinitæ, quod est falsum.

In oppositum est Aristo. in secundo tex. vltimo. d. quòd omnia determinantur quadam periodo in durarartione. Notandum est quòd periodus dicitur à peri quod est circum & odos, quod est volutio. vnde periodus, id est, circumuolutio. Vnde periodus dicitur illud tempus determinatum. per quod aliquid cor^le habet esse, quod est determinatum per reuolutiones circulares cœli. Tunc sit prima distinctio, quòd substantiarum materialium quædam sunt simplices sicut sunt elementa, & quædam mixte, vt sunt mixta ex elementis. Secunda distinctio. quædam sunt similia in partibus suis, & vocantur homogenea, & quędam dissimilia, & vocantur etherogenea, adhuc quędam sunt viuentia, & quædam non viuentia. Modo in quæstioni ista. Primo in generali videndum est de causa corruptionis corruptibilium. Secundo videndũ est de causis permanentiæ & durationis eorum. Tertio videndum est de quæsito.

Quantum ad primum sit prima conclusio, quod contrarietas est causa corruptionis. probatur nam omnis corruptio est per alterationem, alteratio autem est ratione qualitatum contrariarum adinuicem, & ideo si aliqua forma determinet sibi aliquas qualitates non habens illas non esset corruptibilis. Correlarium, omnis substantia determinans sibi aliquam qualitatem habentem contrarium aliquando corrumpitur. patet ex conclusione, & patet etiam ex alio, quia eadem est materia contrariorum, quia contraria sunt quæ succedunt sibi in eadem materia, ita quòd materia quæ est nunc sub vno contrario habet potentiam vt sit aliquando sub alio. si ergo non esset aliquando sub illo, illa po-
a.t.c.101 tentia esset frustra. Et ideo Commentator ex isto concludit primo cœli. cœlum non habere materiam. Cõfirmatur correlarium. nam omne habens contrarium est corruptibile & omne corruptibile de necessitate corrumpitur, primo cœli, ideo hic consequentia est necessaria. hoc est corruptibile. ergo aliquando corrumpetur. Secunda conclusio est quòd nulla alteratio substantiæ quæ est ad corruptionem est ab intrinseco primo. sed quælibet talis est ab extrinseco, vel ab intrinseco non primo. patet primo de elemento simplici, qđ non potest alterare se violente, nec habet in se principium suæ corruptionis. Non enim habet in se qualitates contrarias. patet hic etiam de mixto, quia quamuis vna pars bene agat in aliam, nõ tamen propter hoc habet in se principium suæ corruptionis primo sed bene non primo. Et de hoc dictum est diffusius circa se-
Cõm. 1 cundum physi. Secundo. nihil disponit ad suijpsius corruptionem, cum omne ens diligat se permanere. ergo nulla substantia habet in se principium intrinsecum primo suę corruptionis disponentis ad eius corruptionem. Tertia conclusio est, quòd mixtum homogeneum non alteratur ab intrinseco aliquo modo alteratione disponente ad eius corruptionem. patet, quia ipsum est consimile in qualitatibus actiuis, & passiuis in omnibus partibus suis, sicut & elementum simplex.

Quarta conclusio est, quòd mixtum etherogeneum bene alteratur, ab intrinseco alteratione disponente ad eius corruptionem. patet. quia partes eius sunt dissimiles in qualitatibus. ergo vna potest alterare aliam.

Ex his sequitur quòd simplex sicut elementum potest corrumpi solum vnomodo ab extrinseco, & similiter mixtum homogeneum. mixtum vero etherogeneum duobus modis. s. ab intrinseco & ab extrinseco.

Sequitur etiam quòd mixtum homogeneum cæteris paribus potest diutius durare q̃ mixtum etherogeneum. patet, quia mixtum homogeneum potest corrumpi solum vnomodo. s. ab extrinseco etherogeneũ vero duobus modis. s. ab intrinseco & ab extrinseco & ideo metalla quæ sunt homogenea diu durant. Correlariũ simplex melius potest durare quàm mixtum. patet, quia mixtum nõ potest poni ad aliquem locum, quin continens sit sibi aliqualiter contrarium, sicut si elementum simplex poneretur ad locum sibi propriũ esset elongatum à sibi contrario.

Quantum ad secundum. s. de causis permanentię & durationis corruptum, dico primo quòd vna causa est, homogeneitas, & similitudo partium. patet quia homogeneum non corrumpitur ab intrinseco, sed ab extrinseco solum. Secunda causa est debilitas continentie in contrarietate, ita quòd continens non sit contento multum contrarium, deinde illud contentum diutius durat. & ideo aliqua diutius durant in aliquo loco quàm durent in alio. Tertia causa est durities, & resistentia ad diuidendum, quia facta diuisione facilius fit actio, & corrumpitur, sicut dictum est primo huius de mixtione, & ideo dura diutius manent, & ideo forte durum dictum est ad durando vel econuerso. Tex.c.89

Quarta causa est bona mixto humidi cum calido, & cum sicco terrestri. Quinta causa est magnitudo proportionis qualitatum primarum, cum qua potest talis forma manere. vnde aliqua determinant sibi vnam, proportionem à qua possunt longe distare, & secundum hoc diutius & minus diu durant & manent. vnde dicitur quòd cornix bene per centum annos potest viuere. Sexta causa est, quòd humidum & calidum sic sint bene temperata. Tunc pono conclusiones secundum combinationem & conuenientiam, illarum causarum & aliarum quæ sunt in differentia rerum in duratione secundum magis, & minus, nec vna sufficit nec due, ideo positæ sunt secundum numerum fortissime earum, quia non sequitur, quòd si tot sunt in vno quot sunt in alio. quòd illa sint equalis durationis, sed cum hoc oporteret quòd essent eque fortes, & ideo vnaqueque plus facit quam due de alijs, & ideo cum hoc quædam sunt longe durationis, sicut lapides, qui propter suam longam durationem reputantur perpetui. Et similiter phenix est longe vite, quia bene viuit per centum annos. Correlarium. equalitas primarum qualitatum non est causa permanentie nec durationis longioris non enim diu manet homo sicut lapis, in lapide tamen sunt qualitates minus adequate. Secunda conclusio nulla potentia requiritur ad permanendum, nisi propter resistere|. patet, quia|omnis corruptio fit à contrario. si ergo aliquid non|haberet contrarium, non corrumperetur, nec indigeret aliqua potentia ad permanendum, sicut nulla virtus, requiritur ad mouendum graue simplex deorsum si non esset resistens medij. Correlarium quodlibet homogeneum, cuius partes esset, similes in, qualitabtius esset

esset perpetuum nisi esset extrinsecum contrarium. Correlarium aliquando duratio prolongatur in soli citate propter conseruationem corruptibilis à cõtrario extrinseco, & ideo multis modis corruptibilia pręseruã tur à corruptione festina. Et ita forte fuit de illis de qui-
Tex.c.97 bus loquitur Aristo.4. physi.qui dormiuerunt in sardis in illa insula bene per ducentos annos, quia ibi forte diu durabant, quia erant in vna camera vbi non poterant attingi ab eorum contrarijs. Correlarium bene enim sequitur. hoc plus permanet. ergo est maioris potentiæ ad resistendum suis contrarijs, nisi forte contraria essent equalia hic & ibi. Correlarium in cœlo nulla requiritur potentia ad permanendum, patet, quia cœlum non habet aliquod contrariũ. Tertia conclusio est, ꝙ adhuc suppposita contrarietate. si corruptibile adhuc esset fortius in agendo & resistendo quam suum contrarium, ipsum adhuc non corrumperetur. patet, quia dictum est primo huius in vna quæstione, quod tale non repatitur in agendo, & per consequens non disponitur, ad corruptionem. Quarta conclusio. impossibile est quòd continue sit fortius. patet, qu a si aliquando est fortius, postea debilitatur, & fit transmutatio propter motum cœli vel aliquid huiusmodi. Correlarium. corrupta interdum meliorantur continue & sunt fortiora in resistendo quam sua contraria in agendo & dicuntur esse in iuuentute, cum vero sunt debilia dicuntur esse in senectute.

Quantum ad tertium sciendum est quòd quædam est corruptio naturalis, & quædam violenta, corruptio violenta potest fieri pluribus modis.s.gladio igne aqua, & sic de alijs. corruptio autem naturalis fit per corruptionem humidi radicalis à calore naturali, & extinctione eiusdem. De corruptione violenta sit prima conclusio, omnis corruptio violenta est citius quã naturalis, cuius est illa corruptio violenta: patet, quia præuenit naturalem. aliter enim non esset violenta.

Secunda conclusio. non quantumcunque cito potest aliquid corrumpi violenter. probatur. nam si in primo instãti in quo aliquid est applicetur sibi aliquod violentum & sibi contrarium non immediate destrueret esse sed oporteret fieri alterationem & actionem.

De corruptione naturali sit prima conclusio. non est dare maximum tempus, vltra quod homo naturaliter potest viuere. probatur, quia quocunque tempore dato vltra quod homo potest viuere, est dare maius vltra quod idem homo potest viuere. consequentia tenet antecedens probatur, quia si non tunc esset dare vltimum instans esse hominis sed hoc est falsum, ex eo ꝙ nõ datur vltimũ instans rei permanẽtis in esse, prout,
Tex.c.69 solet allegari.8.physi. Et confirmatur ratione sic, quia non est dare vltimum instans rei permanentis in esse. nam quocumque instanti dato in quo aliqua res est, illa est alicuius potentiæ diuisibilis, cuius quidem potentiæ oportet prius corrumpi medietatem quam illa res corrumpatur, & per consequens quocunque instãti dato tempus erit antequam res quæ habet esse in illo sit corrupta, & per consequens illud instans datum non erat vltimum instans esse illius rei. Secunda conclusio. non est dare minimum tempus, vltra quod homo possit viuere, probatur quia quocunque tempore dato, vltra quod homo potest viuere, est dare minus vltra quòd potest viuere, & hoc naturaliter loquendo. Si enim potest viuere naturaliter per maius tempus, & per minus etiam potest viuere. & per consequens non est dare minimum tempus vltra quòd homo possit viuere naturaliter. Tertia conclusio, non est dare maximum tempus vltra quod non potest viuere homo naturaliter, probatur quia quocunque tempore dato vltra quod non potest homo viuere naturaliter, est dare maius vltra quod non potest homo viuere naturaliter. Si enim non potest per minus, nec etiam per maius, & per consequens non est dare maximum vltra qđ non potest homo viuere naturaliter. Quarta cõclusio. est dare minimum tempus vltra quod nõ potest homo viuere naturaliter, & quolibet minori illo datur maius vltra quod nõ potest homo viuere naturaliter, ergo &c. consequẽtia nota ab exposite ad expositam. antecedẽs etiam est simpliciter notum. Secundo arguitur sic. non datur maximum tempus vltra quod potest naturaliter viuere, nec minimum, nec maximum, vltra qđ non, &c. ergo minimum vltra quod non, &c. antecedens patet per tres conclusiones præcedentes. consequentia tenet à sufficienti diuisione posita, sicut ꝙ homo possit viuere vltra aliquod tempus naturaliter, & vltra aliquod non. Notandum est, quòd illud tempus quod est minimum vltra quod non potest homo viuere naturaliter est tale vltra quod nunquam vixit in diuiduum speciei humane, nec potest naturaliter, & sicut dictum est de homine, ita posset dici de alijs speciebus. Sciẽdum est quòd tale tempus pro aliquibus speciebus est lõgius, & pro aliquibus vero breuius. vnde pro homine est longius quam pro cane, & secundũ illas conclusiones positas apparet qualiter sit respondẽdum ad quæsitum. Sed.d.aliquis, capiatur illud tempus quod ita dicis esse minimum vltra quod non potest viuere homo, tunc per illud tẽpus potest viuere aliquis homo, & per nullum maius potest viuere aliquis homo. ergo illud est maximum tempus per quod põt viuere aliquis homo. Breuiter respondeo concedendo quòd illud est maximum tempus per quòd potest viuere aliquis homo, sed tamen non est maximũ tempus vltra quod potest viuere aliquis homo, sed minimum vltra quod non potest, ita quòd instãs terminãs exclusiue illud tempus esset primum instans non vitæ naturalis hominis. De duratione accidentium, quæ non habent durationem nisi ratione substãtiarum conseruatiuum dicatur proportionatur, sicut de duratione substantiarum.

Ad rationes. Ad primam dico, quod immo necessario veniretur ad aliquod tempus, per quod ignis veniret ad locum sue corruptionis propter influentiam & motum planetarum. Ad secundam dico, ꝙ medicus non potest prolongare vitam hominis vltra illud tempus quod est minimum vltra quod non potest durare aliquis homo. propinquius enim veniet in eius durationem in instanti terminante exclusiue illud tempus quam si medicus non esset, consimili modo dicatur de pomo Arist. Ad tertiam dico, quòd illa bene probat, quòd non est dare maximum tempus in quo corruptibile potest durare, & hoc bene conceditur, sed nõ probat quin sit dare minimum tempus vltra qđ non potest. Ad quartam patet ex positione posita.

QVAESTIO. XIIII.

Quæritur Vtrum in generationibus sit processus in infinitum. Et arguitur primo quòd non. nam in essentialibus ordinatis nõ est processus in infinitũ, sed generationes sunt huiusmodi, ergo &c. maior nota per Arist. in litera. minor probatur, quia si sor. generet Platonẽ, & Plato Ciceronem, &c. impossibile est Ciceronem genuisse Platonẽ, & similiter impossibile est Platonẽ genuisse sor. & per consequens in talibus generationibus est ordo interius, & per consequens tales generatione videntur esse essentialiter ordinate. Secundo saltem non est processus in infinitũ, in generationibus secundum circulum, sicut tamen dicit. Arist. secundo huius probatur. nam si esset processus in infinitum in generationibus secundum circulum, tunc oporteret dicere idem redire idem in nu-

mero.modo hic est falsum, & consequentia tenet à simili. Nam si aliqđ mobile perpetue mouebatur super aliquam lineam circularem aliquo motu certe velocitatis, infinities redibit ad eundem punctum, ita etiam si perpetuo durarent generationes ſm circulum infinities, reuerterentur idem in numero. Tertio possibile est vnum motum cęlestem alteri esse cōmixtibilem, & si sic nunq̃ redibunt corpora cœlestia ad statum consimilem, sicut modo sunt. ergo nunquam fierent consimiles generationes sicut modo, & per cōsequens non est ibi processus in infinitum secundum circulum. Quarto. posito ꝙ corpora cœlestia redirent ad aspectus consimiles, non tamē oporteret expectare pro aspectu consimili in consimili generatione. Nam videmus ꝙ in breui tempore ex aqua fit aer & econuerso.

Tex.c.58 & 59. In oppositum est Arist. in isto secundo. pro ista q. est notādum quòd processus in infinitum in generationibus potest dupliciter imaginari. vno modo secundum rectum. alio modo secundum circulum ad similitudinē motus perpetui super lineam rectam, & motus perpetui super lineam circularem, processus in infinitum ſm rectum dicitur si aliqua portio materiæ modo esset sub aliqua forma, & postea sub alia, & postea iterum sub alia, ita ꝙ nunquā postea esset sub aliqua, vbi fuit prius & sic in infinitum. Et sic perpetuarentur generationes secundum rectum. si modo esset sub aliqua forma, & postea sub alia, & tandem iterum sub qua prius, & sic secundum circuitum, & sic in infinitum, tunc generationes dicerentur perpetuari ſm circulum, vel procedere in infinitum ſm circuulm, quod idem est, &c.

Tunc sit prima conclusio: reiteratio seu reuersio eiusdem in numero est impossibilis propter. quia ad identitatem effectus naturalem requiritur identitas naturalis causarum principalium non simpliciter, sed ſm modum se habendi non similem, solum ſm eundem in numero, cum ergo corpora supercęlestia sint causæ principales in qualibet generatione, & impossibile sit ea se habere eodem modo sicut ante, quamuis bene consimiliter sequitur propositum. impossibile.n. est eandem influentiam in numero quę fuit redire, & similiter eundē motum corporum supercœlestium. Secundo arguitur. sic si generatio, eiusdem in numero esset possibilis, sequitur ꝙ idem in numero in plurium instātium quolibet posset generari. qđ est cōtra dicta super primo huius. Ex ista conclusione sequitur ꝙ impossibile est in generationibus esse processus in infinitum, ſm circulū quantum ad indiuidua, seu quantū ad identitatem numeralem. probatur: nam dato opposito idem in numero posset generari. quod est contra conclusionē, sed in generationibus bene est processus in infinitū ſm rectū quantum ad indiuidua seu q̃tum ad identitatē numeralem. Secunda conclusio. in generationibus nō est processus in infinitum ſm rectum ſm specierum. verbi gratia vt aliqua materia nunc sit sub aliqua forma, & postea sub alia in specie. Et postea iterum sub alia in specie & sic in infinitum. sic ꝙ nunquam ad minus esset sub forma quæ sit eiusdem speciei cum aliqua formarum, sub qua prius erat. probatur. nam species rerum in numero sunt finitæ, & sic non est possibile ꝙ in aliqua materia sit modo forma vnius speciei, & postea alia forma alterius speciei, & sic sine fine, seu reiteratio formæ consimilis in specie. aliter.n. species essent infinitę in numero. Sciendum tamen quòd non oportet ꝙ tota materia quę modo est sub aliqua forma, postea tota sit sub consimili, sed sufficit ꝙ vna eius portio aliqñ vna vice, & postea alia eius portio alia vice, deinde alia alia. Tertia conclusio est, quòd non oportet ꝙ si vna materia est sub aliqua forma, & postea sub forma eiusdem speciei cum illa, ꝙ transeat per omnium specierū formas antequam sit sub forma consimili, patet hoc, quia aliquando ex aere fit aqua, & postea statim sine intermediatione alicuius formæ ex aqua, econuerso fit aer. Quarta conclusio est, quòd si materia est modo sub aliqua forma aliquando rediret sub consimili, & ita de quacunq; materia alia, ita quòd hic est necessaria materia quæ nunc est sub aliqua forma, aliquando erit sub consimili, & hoc vel tota simul vel eius pars, & postea alia propter, quia quacunque materia demonstrata. verum est dicere ꝙ ipsa est in potentia ad cuiuslibet speciei forma, & sic sequitur ꝙ ipsa esset sub qualibet, speciei forma. aliter.n. illa potentia esset frustra. si toto tēpore eterno non reuerteretur ad formam consimilem.

Sed Commentator dicit, ꝙ potentia ad speciem nō potest esse frustra. Correlarium. quacunq; materia demonstrata. hic materia erit infinities sub forma hominis & eadem materia erit infinities sub forma equi, & hoc vel tota simul, vel ſm vnam partem vna vice, & ſcdm aliam, alia vice, & sic de alijs formis aliarum specierū & hoc est verum supposita æternitate mundi. Correlarium est, ꝙ per infinitum tempus ista materia stabit sub forma equi. si ergo omnia illa tempora aggregarentur, rediret tempus infinitum. Sed.d. contra si sic sequitur quòd materia forte stetisse sub infinitis formis hominis, sed hoc est falsum nam tunc in nouissimo die in resurrectione mortuorum cum quælibet anima reciperet suam materiā, eadē materia reciperetur ab infinitis animabus. Breuiter de ista ratione non multum curaret Philosophus naturalis, ex quo.n. ipse ponit æternitatem mundi negaret huiusmodi resurrectionem mortuorum. Sed.d. adhuc contra illa quę dicta sunt ante instantiam. nam demonstrata aliqua materia, quæ modo est sub forma lapidis, erit necessario sub forma equi aut contingenter: si cōtingenter, sic pōt non esse sub ea, & sic perpetuo potest carere forma equi. Si aūt necessario, hoc est falsum propter hoc ꝙ omnis asinus contingenter generabitur. Et ideo dicit Aristo. primo cœli ꝙ non omne generabile de necessitate generabitur.

Secundo. nam sunt aliquę species quæ non generantur nisi in locis determinatis, sicut magnitudines, & similiter quædam animalia modo non videtur necessarium nec possibile, quòd materia illius lapidis aliqñ feratur ad loca vbi generantur talia. Tertio arguitur de phænice quæ postquā corrupta est de eadem materia generatur alia phænix, & sic vltra. ergo non videtur ꝙ illa materia erit sub cuiuslibet spēi forma. Ad ista ad primum dico, quòd sicut ista consequentia est necessaria, hoc est, & est corruptibile. ergo corrūpetur, & tñ nunquā ista est necessaria, hoc corrumpetur. Ita in proposito dico hanc esse necessariam, in hac materia esset forma asini, tamen nunq̃ ista de præsenti erit necess ria, in ista materia est forma asini, & tñ nō est necessaarium quòd ita fiat in tali tempore. Ad secundum dico, ꝙ illa materia quæ est modo sub forma lapidis, aliquando erit sub forma aeris vel exhalationis, & tunc potest deportari ad illum locum in quo generantur aliquę species, quæ non generantur hic, & tunc ex illa materia potest generari forma talis vel talis speciei, in modo inconsueto, & ideo transmutationes in mixta imperfecta, sicut sunt vapores & exhalationes, sunt propter generationem mixtorum perfectorum. Ad tertium dico ꝙ non ex tali materia phænicis præsentis generatur phænix sequens, sed ex parte illius, & tandem illa pars diminuitur in generatione tertiæ phænicis, & sic tandem quælibet pars illius materiæ, quæ quidem erat sub forma phęnicis, aliqñ erit sub alia forma. Quinta conclusio. quocunq; tempore finito dato hęc materia pōt pluries esse sub forma vnius speciei q̃ alterius, patet quia hęc materia hominis pluries in temporibus finitis fuit sub forma terræ, quā sub forma hominis, & pluries sub forma hominis q̃ sub forma phænicis, eo ꝙ plures generantur

nerantur homines quam phænices. Sexta conclusio est, q᷉ quantum ad hoc contingit dare certam periodum. Nam demonstrata illa materia quæ modo est sub forma asini, non quantocunque tempore post, potest esse sub forma asini, quia aliter per tempus infinitum posset esse sine alijs formis, & si non esset sub forma hominis, non quantocunque tempore post posset esse sine forma hominis. nam aliter per tempus infinitum posset esse sine forma hominis, quod est contra prędicta. Septima conclusio. non oportet pro reiteratione eiusdem formæ in specie magnam cœli reuolutionem expectare.s.quòd omnes sphærę cœlestes reuertantur ad consimilem aspectum, quod fit secundū Platonem.36.millibus annorum, quod patet, quia materia quæ est sub forma aeris faciliter cito erit sub forma aque, & econuerso sub forma aeris. Ex omnibus his potest concludi quòd in generationibus est processus in infinitum secundum rectum quantum ad identitatem numeralem, & non secundum circulum, nec secundum rectum quantum, ad identitatem, specificam.

Ad rationes. Ad primam concedo, quod in essentialiter ordinatis non est processus in infinitum. Vlterius dico, quòd generationes non sunt essentialiter ordinate, propter hoc quòd non sequitur de generatione priori, talis generatio est. ergo talis generatio erit demonstrata generatione posteriori, quamuis posterior supponat priorem. Ad secundam patet ex positione. Ad tertiam & quartam similiter bene dictum est in quæstione, quod non oportet expectare magnam cœli reuolutionem pro reiteratione formæ consimilis in materia.

QVAESTIO. XV.

QVæritur Vtrum cessante motu, cœli cessant generationes & corruptiones istorum inferiorum. Et arguitur primo quòd non, quia sequitur q᷉ tā mixta quam simplicia ex eo fierent perpetua, sed hoc est falsum, & patet falsitas. Nam tunc sequitur, q᷉ cessante motu cœli, vniuersum esset melius dispositum vel ordinatum q̄ modo, propter hoc, quia tunc mixta & simplicia essent perpetua, & modo non consequentia principalis probatur, quia si cessante motu cœli cessant generationes & corruptiones in istis inferioribus, tunc cessante motu cœli non amplius corrumpentur mixta, nec simplicia, & sic manerent perpetuo. Secundo si cœlum cessaret à motu, non tamen adhuc cessaret ab influentia & illuminatione, & per consequens adhuc influeret in ista inferiora, & illuminaret, & per consequens adhuc alterarentur adinuicem, sed frustra fit talis alteratio, nisi sequatur generatio & corruptio. modo quia deus & natura nihil agūt frustra. ideo, &c. Tertio cessante motu cœli non videtur verisimile quin adhuc ignis approximatus, stuppe ageret in ipsam, agendo ex ea ignem ergo, &c. Quarto intelligentiæ, & cœlum mediate motu regunt ista inferiora & actiones eorum. ergo cessante motu cœli adhuc ista inferiora viderentur agere, quamuis non, ita bene, & ita ordinate, sicut modo vt patet de principalitate in politia, cuius actione cessante adhuc ibi homines possent agere, q̄uis non ita ordinate sicut prius.

Tex.c.70 &.55. In oppositum est Arist. in isto secundo. vbi vult q᷉ generationes istorum inferiorum reducantur in motum cœli tāquam in causam, modo cessante causa principali cessat effectus. Secundo in essentialiter ordinatis cessante primo cessant postrema modo quia tota virtus istius mundi inferioris gubernatur à cœlo, sicut patet ex primo metheo. sequitur quòd cessante motu cœli, cessarent generationes & corruptiones istorum inferiorum. Sciendum est, q᷉ cœlum agit in ista inferiora triplici proposito.s.motu lumine & influentia, motu quidem quia motu diurno mouet secum sphærā ignis lumine quidem, quia mediante suo lumine calefacit ista inferiora, influentia quidem, quia in fundo terræ, vbi nec attingit motus, nec lumen cœli generantur quædā metalla, & hoc mediate influētia cœli, quę est quædam qualitas spiritualis in medio, sicut specie sensibilis in medio. Secundo sciendum quòd cœlum agit per motū dupliciter. vnomodo immediate, vnde ex eo q᷉ mouetur loquitur habet mouere secum corpus sibi propinquius, sicut sphęram ignis. Secundo modo mediate, & si cœlum, quia aliter & aliter se habet respectu istorū inferiorum est alia & alia influentia in istis inferioribus, & aliud & aliud lumen.

Tunc sit prima cōclusio si cœlum cessaret & a quolibet istorum trium.s.à motu lumine & influentia. nulla fieret actio in istis inferioribus. probatur per rationes datas ad oppositum. Secunda conclusio est, q᷉ si cœlum cessaret à motu solum, & non à lumine & influentia, non propter hoc cessarent actiones in istis inferioribus, patet, quia adhuc cœlum illuminaret ista inferiora, etiam adhuc mediantibus his fierent actiones in istis inferioribus, verum est tamen quòd aliter fierent q̄ modo, propter hoc quòd sol non ita applicaretur diuersimode istis inferioribus, sicut si cœlum moueretur.

Sed.d.aliquis contra motus cœli est motus localis, qui est primus omnium motuum istorum inferiorum, & per consequens ipso cessante, cessaret motus istorum inferiorum. Respondetur quòd bene est causa omnium motum istorum inferiorum, qui fiūt isto modo quo iā fiunt, tñ si ipsæ cessaret aliter fieret motus & actiones istorū inferiorū, & hoc mediante lumine & influentia cœli, & ideo si cœlū quiesceret à lumine stante motu & influētia, nullū mixtum perfectū generaretur, propter hoc q᷉ ad generationem mixti perfecti remouetur quòd sol & planete aliter & aliter se habeant per accessum & recessum ad ista inferiora, & ideo fetus stat in ventre, tempore determinato per motum solis, & sic arbores per accessum & recessum solis pullulant & crescunt. Tertia conclusio est, quòd si cœlum non moueretur nisi vnico motu.s.motu diurno, adhuc fierent generationes & corruptiones, & tamen aliter quā modo, quia sol accederet & recederet ad nos & à nobis, tamen non esset hyems nec differentiam temporū nisi per diem & per noctem. Et ideo sit quarta conclusio, quòd ad hoc q᷉ fiant generationes & corruptiones sicut modo fiunt, requiruntur duo motus.s.motus diurnus & obliquus.s.planetarum, & secundum hoc sol accedit & recedit ad nos & a nobis. Quinta conclusio est. quòd si cœlum esset vniformæ in suis partibus, & moueretur, nihil de cætero generaretur. probatur, quia secundum Arist.& Cōmen.a voluntate antiqua non prouenit actio noua nisi mediante cœlo, aliter & aliter se habente. modo si esset vniformæ per totum nō se haberet aliter vna vice, q̄ alia nec in toto nec in partibus, & ideo cœlum est dissimile in suis partibus vnde sol est alterius naturæ quàm alij planete, & sic planete & stellæ sunt diuersarum rationum inter se. Sexta conclusio est, quòd si cœlum cessaret a lumine & influentia non aliud faceret in istis inferioribus nisi q᷉ moueret sphæram ignis circulariter. patet quia lumine, & influentia ageret in distantia ab eis, & non motu nisi in illud quod est eis immediatum. Ad rationes. Ad primam dico, quòd immo vniuersum non esset ita pulchrum, si mixta simplicia essent perpetua, sicut modo est. Pulchrum enim est videre nouitates, de hoc visum est diffusius primo cœli. Et sic terminatur ista quæstione vltima.

FINIS.

TITVLI QVAESTIONVM EGIDII.

VTRVM alteratio & augmentatio sint motus simplices. pag. 105
Vtrum quicquid apparet sensui sit verum. 106
Vtrum color sit aliquid fixũ in natura. Siue vtrum ei cõpetat aliqua entitas secundũ veritatem. 107
Vtrum positio Platonis fuerit melior positione Democriti vel econuerso. 108
Vtrum si esset dare corpora indiuisibilia, essent principia simpliciter generabilium & corruptibilium. 109
Vtrũ si esset dare corpora indiuisibilia possent dici aliquo modo principia generabilium, & corruptibilium. 110
Vtrum dato quòd corpora indiuisibilia nõ possint esse principia corporum per se loquendo, nec simpliciter nec aliquo modo possint esse principia huius corporis. 111
Vtrum linea sit cõposita ex tactibus siue ex punctis. 112
Vtrum punctus sit vbiq; in linea. 114
Vtrum corpus continuum sit diuisibile in infinitum. 115
Vtrum dato quòd continuum sit possibile diuidi in infinitum, tale possibile poni possit in esse. 116
Vtrum ex non ente simpliciter possit aliquid generari. 117
Vtrum aliquid possit corrumpi in nihil. 119
Vtrũ materia possit habere esse separatũ ab omni actu. 120
Vtrum Philosophus naturalis considerare possit de motoribus immobilibus. 121
Vtrum causa perpetuitatis generationis possit poni materiale principium. 122
Vtrum ens in potentia sit illud ex quo fit generatio. 123
Vtrum substantia suscipiat magis & minus. 124
Vtrum magis & minus reperiri possit in accidentibus proprie. 126
Vtrum calidum & frigidum sint formæ substantiales igni & terræ. 127
Vtrum sit possibile generationem esse. 128
Vtrum in substantijs possit esse generatio simpliciter. 129
Vtrum in accidentibus reperiatur generatio simpliciter. 130
Vtrum alteratio sit motus. 132
Vtrum in alteratione sit dare primum mutatum esse. 133
Vtrum alteratio sit motus continuus. 134
Vtrum motus augmenti sit realiter distinctus a generatione. 135

TITVLI QVAESTIONVM ALBERTI.

VTRVM ens mobile ad formam sit subiectum præsentis libri. 136
Vtrum aliquid possit simpliciter generari aut corrumpi. 138
Vtrum generatio sit alteratio. 141
Vtrum si generatio est impossibilis alteratio est impossibilis. 143
Vtrum generatio vnius sit corruptio alterius & econuerso. 146
Vtrum in generatione simpliciter dicta fiat ex parte formarum substantialium resolutio vsque ad materiam primam. 148
Vtrum aliqua quantitas vel qualitas manet in generato quæ fuit in corrupto. 151
Vtrum idem effectus possit a quolibet plurium agentium generari. 154
Vtrum in quolibet plurium instantium idem generabile datum possit generari. 157
Vtrum augmentatio sit generatio. 159
Vtrum cuiuslibet quod augetur qualibet pars augeatur. 162
Vtrum in augmentatione maneat idem totum ante & post. 165
Vtrum augmentatio fiat secundum partes formales & non materiales. 168
Vtrum augmentatio viuentis sit motus continuus. 171
Vtrum rarefactio sit augmentatio. 175
Vtrum omne agens agat per contactum. 177
Vtrum idem possit agere in seipsum. 169
Vtrum simile possit agere in sibi simile. 182
Vtrum omne agens in agendo repatitur. 187
Vtrum indiuisibile possit alterari. 193
Vtrum formæ substantiales elementorum possunt intendi & remitti. 197
Vtrum elementa maneant formaliter in mixto. 201
Vtrum mixtio sit possibilis. 205
Vtrum omnis mixtio sit naturalis. 208

TITVLI QVAESTIONVM secundi libri eiusdem Marsilij.

VTrum sint quatuor qualitates primæ & non plures. 210
Vtrum qualitatum primarum due sunt actiue, & due passiue. 215
Vtrum sint quatuor elementa & non plura. 218
Vtrum caliditas aeris & ignis sunt eiusdem speciei specialissime. 221
Vtrum sint ponende qualitates virtuales in elementis distincte ab actualibus. 226
Vtrum ignis sit primo calidus, aer primo humidus, aqua primo frigida, terra primo sicca. 228
Vtrum leuitas aeris & ignis sint eiusdem speciei specialissime. 235
Vtrum sit dare aliquod elementum purum. 239
Vtrum quodlibet elementum possit immediate in quolibet transmutari. 242
Vtrum in elementis habentibus symbolum est facilior transitus. 245
Vtrum ex quibuscunq; duobus elementis non habentibus symbolum possit quodlibet tertium generari. 247
Vtrum si essent infinita elementa essent infinitæ contrarietates. 251
Vtrum quodlibet mixtum residens circa medium locum sit compositum ex omnibus simplicibus. 254
Vtrum primæ qualitates sint principia actiua in generatione mixti ex elementis. 256
Vtrum contingat dare mixtum temperatum ex elementis. 259
Vtrum caliditas fortior est in pueritia quàm in iuuentute

tute. 262
Vtrum generatio sit perpetua. 266
Vtrum quodlibet ens corruptibile habeat determinatum periodum. 268
Vtruu tempus generationis rei sit equale tempori corruptionis eiusdem. 274
Vtrum in generationibus sit processus in iufinitum. 276
Vtrum corruptum possit reuerti idem numero. 277

QVæstio Nicholeti. an ens mobile sit totius naturalis philosophię subiectum. 281

TITVLI QVÆSTIONVM ALBERTI.

VTRVM possibile sit aliquid simpliciter generari. 284
Vtrum generatio est alteratio. 286
Vtrum si generatio esset impossibilis alteratio esset impossibilis. 288
Vtrum generatio vnius sit corruptio alterius. 290
Vtrum in generatione simpliciter fiat resolutio vsq; ad materiam primam. 291
Vtrum qualitates maneant eædem in genito quæ prius fuerunt in corrupto. 292
Vtrum dato aliquo generabili ipsum a plurium agentium quolibet possit generari. 294
Vtrum dato aliquo generabili ipsum in plurium instantium quolibet possit generari. 295
Vtrum augmentatio sit generatio. 297
Vtrum in augmētatione illud quod augetur maneat idem ante & post. 298
Vtrum eius quòd augetur quælibet pars augeatur. 300
Vtrum augmentatio fiat secundum partes formales & non materiales. 201
Vtrum augmentatio sit motus continuus. 303
Vtrum omnis actio & passio fiat per contactum. 304
Vtrum simile possit agere in sibi simile. 305
Vtrum omne agens in agendo repatitur. 307
Vtrum indiuisibile possit alterari. 309
Vtrum formæ substantiales elementorum possint intendi & remitti. 311
Vtrum elementa maneant in mixto formaliter. 113
Vtrum mixtio sit possibilis. 316
Vtrum mixtio sit naturalis. 317

TITVLI QVAESTIONVM secundi libri Alberti.

VTrum sint quatuor qualitates primæ & non plures nec pauciores. 218
Vtrum quatuor qualitatum primarum quæ sunt caliditas frigiditas &c. due sint actiue, & due passiue. 320
Vtrum elementa sint quatuor & non plura, nec pauciora. 321
Vtrum ignis sit primo calidus, aer primo humidus, aqua primo frigida, terra primo sicca. 323
Vtrum caliditas ignis & caliditas aeris sint eiusdem speciei solum differentes secundum magis & minus. 324
Vtrum sit aliquod elementum purum. 326
Vtrum vnum elementum possit immediate generari ex alio. 328
Vtrum habentia symbolum facilius transmutentur adinuicem. 329
Vtrum ex duobus elementis non habentibus symbolum possit tertium elementum generari. 330
Vtrum quodlibet mixtum circa locum medium sit compositum ex omnibus simplicibus. 331
Vtrum sit dare aliquod mixtum temperatum ex elementis & qualitatibus elementorum. 332
Vtrum generatio sit perpetua. 334
Vtrum quodlibet corruptibile habeat determinatam periodum respectu sue durationis. 335
Vtrum in generationibus sit processus in infinitum. 337
Vtrum cessante motu cęli cessarent generationes & corruptiones istorum inferiorum. 339

FINIS INDEX.

SERIES CARTHARVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ, Aa Bb Cc Dd Ee Ff.

Omnes sunt Terniones, præter F f, Duerniones.



VENETIIS,

APVD HIERONYMVM SCOTVM.

M D LXVIII.

49

B. ÆGIDII
METH P.
ET. CORVP.

45


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm